ΘΗΣΑΥΡΟΣ

ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ.

VOL. VII.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ

ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ.

THESAURUS

Graecae Linguae

AB H. STEPHANO

CONSTRUCTUS.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

VOL. VII.

Londini:

IN ÆDIBUS VALPIANIS.

PROSTAT ETIAM APUD BIBLIOPOLAS LONDINENSES, OXONIENSES, CANTABRIGIENSES, EDINENSES, ET DUBLINIENSES.

1825.

quasi in recessu auditur, scr. κοιλοστομία, de quo supra. [* "Χειλοφύλαξ, Cocchii Chirurg. Vett. 8." Kall. Mss.]

Ἀγχυλόχειλος, ὁ, ἡ, SIVE Ἀγκυλοχείλης, ὁ, Curva habens labia, Qui est labris inflexis, ut est avium genus adunco et recurvo rostro. Il. Π. (428.) Od. Χ. (302.) et Hesiod. Ἀ. (405.) ὥστ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες ἀγκυλοχεῖλαι. Rursum Od. Τ. (538.) Ἐλθὼν δ' ἐξ ὄρεος μέγας αἰετὸς ἀγκυλοχείλης, i. e. ἐπικαμπὲς τὸ ῥάμφος ἔχων. [" Ad Herod. 617. Wakef. Ion. 1218. Jacobs. Anth. 8, 381. Heyn. Hom. 7, 214. Kuster. Aristoph. 106. (Ἱππ. 197.) Ἀγκυλοχήλης, ibid." Schæf. Mss. Batrach. 285. Apollon. Lex. 31. *" Μεγαλαγκυλοχείλης, Const. Manass. Chron. p. 4. 356." Boiss. Mss. * Ἀκρόχειλος, unde * Ἀκροχειλία, Procop. Anecd. 78. Ξὺν ἀκρ. εἰποῦσα, i. q. ἄκροις τοῖς χείλεσιν.]

"Ἀρτιχείλης, ὁ ὑπερέχων τοῖς χείλεσιν, * ὑπόμακρος."

Ἄχειλος, Labiis carens, Cui non sunt labia, Qui est sine ora s. margine et crepidine. Dicunt et lapidis nomen esse, quem Hermol. ap. Themist. vertit Fatuum, h. e. nullius saporis. Sed eam interpr. sequendo, scr. foret ἄχυλος, non a χεῖλος, sed a χυλὸς significante Succus, Sapor. [*" Αὐτόχειλος, J. Poll. 3, 120." Kall. Mss.]

Βαθύχειλος, Qui profundis est labris, s. crepidinibus. [* Βαρύχειλος, Anal. 2, 385. "Jacobs. Anth. 10, 137." Schæf. Mss. * Δίχειλος, Gl. Bilabrum.]

Ἐπιχειλὴς, Labra attingens, Labris vicinus, ut demensum ἐπιχειλὲς dicitur Quod mensuram totam non implet, sed labra tantum attingit: at ὑπερχειλὲς dicitur Quod labra et summas oras excedit: et ἰσοχειλὲς, Labra æquans, ut quod hostorio æquatum est summis labris. J. Poll. 2. Ἀπὸ δὲ χειλέων τὰ μέτρα ἰσοχειλῆ μὲν, τὰ ἐπίμετρα· ὑπερχειλῆ δὲ, ὧν ὑπεραίρει τὸ χεῖλος· ἐπιχειλὲς δὲ, τὸ ἐνδεές. Itidemque 4, c. 23. Ἔστι δὲ ἰσοχειλῆ μὲν, τὰ πλήρη· ἐπιχειλῆ δὲ, τὰ κατωτέρω τοῦ χείλους· ἐπίμεστα δὲ, τὰ ὑπέρπλεα. Et rursum 5, c. 28. Πλῆρες, ἰσοχειλὲς, μεστὸν, ἐπίμεστον, ἔμπλεων, ὑπέρπλεων, ὑπερχειλές· τὸ δὲ μικρῷ ἐνδεέστερον, ἀπλήρωτον, ἐπιχειλές: quod ἐνδεὲς quoque et ἐλλιπὲς nominari posse dicit: at ἐπιδεὲς, esse βίαιον. Per metaphoram vero Aristoph. Ἱππ. (814.) dixit, σὺ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζεις; Ὃς ἐποίησεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεστὴν εὑρὼν ἐπιχειλῆ: metaphora a mensuris, quæ nondum μεσταὶ, sed ἐλλιπεῖς, nominantur ἐπιχειλεῖς, quia labrum tantum modii attingunt leviter, non implent, ut Schol. quoque ἐπιχειλῆ exp. ἐνδεᾶ: quoniam sc. ἐπιχειλὲς μέτρον dicitur τὸ μὴ πλῆρες, ἀλλ' * ἀπομεσούμενον: qui etiam addit, innui his verbis ὡς αὐτὸς τὴν πόλιν ἐτείχισεν, ideoque exp., ὅστις ἐποίησε μεστὴν καὶ ὁλόκληρον ἡμῶν τὴν πόλιν ἀτείχιστον οὖσαν. Simplicius et commodius reddere possumus, Qui urbem nostram, quam magna e parte vacuam repererat, plenam reddidit s. explevit, ut ap. Dion. Octavius Augustus, Τὴν Ῥώμην, inquit, γηΐνην παραλαβὼν, λιθίνην ὑμῖν καταλείπω· οὐ πρὸς τὸ τῶν οἰκοδομημάτων αὐτῆς ἀκριβὲς, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἰσχυρὸν ἐνδειξάμενος. Rursum J. Poll. (2, 89.) annotat Aristoph. ἐπιχειλῆ πράγματα vocare τὰ ἐπιπόλαια: ut ἐπιχειλὴς dicatur etiam Qui super labro s. crepidine est vel apparet, In superficie et summa ora apparens. [" T. H. ad Hesych. Auctar. 2, 1598. Toup. Opusc. 2, 116. Porson. in Toup. 4, 491. Alciphr. 406. (3, 55.) Valck. Adoniaz. p. 388. Cattier. Gazoph. 77. Brunck. Aristoph. 3, 36. Kuster. 112. Jacobs. Anth. 12, 152." Schæf. Mss. I. q. ὑπερχειλὴς, Synes. Dione p. 57. Κεράμιον ἐπιχειλὲς τῆς σοφίας καὶ οὐκ ἂν ἔτι τι χωρῆσον. Themist. Or. 13. p. 174. Πίθον ἐπιχειλῆ τῶν ἀγαθῶν. Vide Interprr. ad Hes. v. * Ἐπιχιλοῦντες· πληροῦντες.]

Εὔχειλος, Bene labrosus, Pulcra s. Magna habens labia. Exp. etiam Bene saginatus; sed in hac signif. scr. potius εὔχιλος, a χιλός. [" In Leonidæ Tar. Epigr. 14. T. 1. p. 157. Brunckius * φιλευλείχῳ τε λαφυγμῷ edidit pro * φιλευχείλῳ, quod nescio quo modo Schn. tueatur; sed magis probarem * φιλευλοίχῳ." Lobeck. Phryn. 573.]

Ἰσοχειλὴς, Labra æquans, Labris æqualis et par: ut mensura s. demensum ἰσοχειλὲς dicitur Cum modii labra s. summas oras æquat et plena est, velut ea mensura quæ radio s. hostorio rasa est: τοῖς χείλεσιν ἴσος. Vide Ἐπιχειλής. Item et ζωρὸς ἰσοχειλὴς affertur pro Merum usque ad poculi labra infusum, ita ut poculum vino coronetur, et ipse crater sit ἐπιστεφὴς οἴνοιο, secundum Hom. Hæc vero Aristot. verba, H. A. 4, 9. de ranis ad coitum cientibus feminas, Ποιεῖ δὲ ὀλολυγόνα, ὅταν ἰσοχειλῆ τὴν κάτω σιαγόνα ποιήσας ἐπὶ τῷ ὕδατι, περιτείνῃ τὴν ἄνω, Plinius sic vertit, Tum si quidem inferiore labro demisso ad libramentum modicæ aquæ receptæ in fauces, palpitante ibi lingua ululatus efficitur. [" T. H. Auct. ad Hes. 2, 1598. Toup. Opusc. 1, 184. 2, 116. Jacobs. Anth. 8, 356." Schæf. Mss. Xen. K. Ἀ. 4, 5, 19. * Ἰσόχειλος, Geop. 12, 19, 4. 13, 15, 8.] Affertur et VERB. Ἰσοχειλέω, cum hac Gazæ interpr. Labrum pari libramento demitto.

[* Κοιλοχείλης, Anal. 2, 212. κύμβαλα. "Jacobs. Anth. 9, 145. * Λεπτοχειλὴς, ad Lucian. 2, 332." Schæf. Mss. Var. lect. Aristot. H. A. 4, 4.] Λεπτόχειλος, Tenuia habens labra, cui ap. Xen. Σ. (5, 7.) opp. ὁ παχέα ἔχων τὰ χείλη, Cui crassa sunt labra, Labeo. Idem vero et voce COMP. Παχύχειλος nominatur. [Aristot. l. c. * Παχυχειλὴς, var. lect. ibid. "Jacobs. Anth. 12, 425." Schæf. Mss. Vide Ταννυχειλὴς infra, et Ταχυχειλής.]

[* Μακρόχειλος, Strabo 17. p. 1192. * Νεοχειλόω et Νεοχμόω conf., Procop. Anecd. p. 29.]

Πρόχειλος SIVE Προχειλὴς, Qui prominentibus est labris, Labeo, Labrosus, Bud. [Lucian. 3, 248.] AT Πρόχειλον, τὸ, dicitur Prominens labiorum pars. Idem ET Προχειλίδιον voce dimin. J. Poll. 2, (90.) Καὶ τὸ μὲν προέχον αὐτῶν (τῶν χειλέων,) προχειλίδια, πρόχειλον. In mulierum etiam naturalibus προχειλίδια dici annotant.

"Συγχειλίαι, Labiorum compressiones et commissuræ, VV. LL. ex Aristot. Phys." [c. 6. Adamant. 209.]

[* " Ταννυχειλής. Haud scio an vox vexatissimo Leonidæ Tarentini loco restituenda sit, in quo vulgatur, Carm. 1, 3. p. 4. Meinek. Anal. 1, 220. Μηλὼ μὲν Μούσαις Πιμπληΐσι τοὺς * ταχυχειλεῖς Αὐλοὺς, καὶ ταύτην πύξινον * αὐλοδόκην. Quo loco inepte vulgari ταχυχειλεῖς, Editores uno consensu asseruerunt, conciliente etiam Schn. Lex., cui Reiskii commentum * παχυχειλεῖς jure pingui Minerva factum videtur. Vide an meliora nos; tibiæ enim latis ostiis s. labiis quo minus intelligi possint, nihil obstat." Osann. Auct. Lexx. Gr.]

Ὑπέρχειλος SIVE Ὑπερχειλὴς, Qui supra labia est, labra excedit: ut ὑπερχειλὲς μέτρον dicitur Mensura quæ modii labra s. oras excedit, i. e. Ultra modum plena, ὑπέρπλεως. Cui opp. ἐπιχειλὴς, ut supra ex J. Poll. docui. Itidemque ὑπερχειλεῖς κρατῆρες dicuntur Crateres qui supra labra implentur et exuberant, i. e. Summe pleni. Athen. (13.) Ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο, οἱ κρατῆρες, ἤτοι ὑπερχειλεῖς οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥστε διὰ τοῦ ποτοῦ ἐπιστεφανοῦσθαι. In præcedenti loquendi genere ὑπερχειλὲς demensum interpretari possumus etiam Sine radio cumulatum, ut Plaut. Dii deæque omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia sine radio cumulent. [" Cf. Posidipp. 10. Wakef. Georg. p. 74. Hemst. Auct. ad Hes. 2, 1598. Valck. Diatr. 170. ad Lucian. 1, 342." Schæf. Mss. * " Ὑπερχειλέω, Anna C. 90." Elberling. Mss.]

Χειλάριον, τὸ, Labellum, [Gl.]

Χείλων, Labeo, [sc. Piscis, Aristot. H. A. 6, 17. 8, 2. ubi Codd. et Edd. vett. χελών.] Dicitur esse etiam Obscœnum nomen in Epigr. et in fine Orationis Cic. in Sallust. Apud Cic. tamen eo in loco quidam scribunt Cyllo. Sic enim ibi, Quicquid impudicorum, cyllonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe. Apud Hes. ET Χειλῶνες, τῶν ἀλεκτρυόνων τινές. [" Cattier. Gazoph. 39. ad Diod. S. 1, 498. ad Mœr. 210. 240." Schæf. Mss. Cf. Χελών.]

AT Χειλόω ET Χειλωτὴρ, quæ ap. Hes. leguntur, sine diphthongo potius scr. sunt, a χιλός: quanquam et hoc χιλὸς cum diphthongo scribi testatur Eust. ex Ælio Dionysio afferens, Χειλὸς, πόα, χόρτος: itidem-

que χείλιοι pro χίλιοι Æolica usurpari dialecto tradit Etym. Sed de his alibi. || Alioqui Χειλόω et COMP. Περιχειλόω, Labro circumdo, Labrum in ambitu duco. Bud. e Xen. Ἱππ. (4, 4.) Εἰ λίθων στρογγύλων ὅσον μνααίων ἁμάξας τέτταρας καταβάλλοι, περιχειλώσας σιδήρῳ, ὡς ἂν μὴ σκεδαννύωνται. [* "Χείλωμα, Labrum, Ora, Coronamentum, Inc. Exod. 37, 2. ubi notatur Margo elatior circa mensam s. arcam, quasi Labia, τὰ χείλη." Schleusn. Lex. V. T.] "Ἐκχειλίσθαι, dicitur ap. Paus. esse Negligere, Parvipendere, ἀντιλέξειν. Vide Ἐκχιλῶσαι."

ΧΕΙΡ, χειρὸς, et Poetice χερὸς, fem. gen. Reliquam autem declinationem afferam infra. Est χεὶρ, Manus, ut quidem passim usurpari scimus: prior tamen locus dandus esse videtur illi signif. nominis χεὶρ, qua non simpliciter pro Manu ponitur, sed pro Toto brachio ab humero usque ad extremos digitos, cum ita usus sit Hom. et post eum Hippocr. qui discriminis causa non χεῖρα simpliciter, sed χεῖρα ἄκραν appellavit quam Lat. Manum dicunt. Gal. autem ἄκραν χεῖρα unica etiam voce e duabus illis composita vocat ἀκρόχειρον, cum scribit τὴν ὅλην χεῖρα in tres partes præcipuas dividi, in βραχίονα, in πῆχυν, et τὸ ἀκρόχειρον, i. e. In brachium, et cubitum, et ἀκρόχειρον. Atque ita χεὶρ prima et antiquissima signif. comprehendere dicetur hæc omnia quæ hi Ovidii versus complectuntur, laudat digitosque manusque, Brachiaque, et nudos media plus parte lacertos. Il. E. (81.) ἔλασ' ὦμον Φασγάνῳ ἀΐξας, ἀπὸ δ' ἔξεσε χεῖρα βαρεῖαν: Λ. (252.) Νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην, ἀγκῶνος ἔνερθεν. Atque ut hic dicit χεῖρα μέσην, sic alibi ἄκρην χεῖρα: E. (336.) ἄκρην οὔτασε χεῖρα Πρυμνὸν ὑπὲρ θέναρος. Sic autem et ubi dicit χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ, P. 602. Λήϊτον αὖθ' Ἕκτωρ σχεδὸν οὔτασε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ, quidam χεῖρα generalem illam signif. habere tradunt; sed rationi consentaneum esse videtur ut Eustathio potius assentiamur, dicenti χεῖρα vocari hic τὸ μετὰ βραχίονα καὶ πῆχυν, sicut ποὺς appellatur τὸ μετὰ μηρὸν καὶ κνήμην. Sic autem et in aliis multo pluribus Il. usurpari χεῖρα pro ea quam Manum dicimus, et χεῖρας pro Manibus, negare nemo queat. Possit tamen defendi quod illi tradunt, si putetur ἐπὶ καρπῷ additum ad distinguendam particularem, ut ita dicam, significationem a generali. Idemque et de illo ἄκρην χεῖρα dici potest, quod in aliis etiam Il. hujus Poëtæ occurrit, Ne autem credamus illam generaliorem vocis χεὶρ signif. ap. solos illos veteres Scriptt. reperiri, aut certe ap. solos Poetas, obstat vel ille Plut. locus, quem in Διέχω protuli, ubi διασχοῦσα τὰς χεῖρας dicit pro Expandens brachia, Bud. etiam interpr. Libet vero antequam ulterius pergam, hujus nominis declinationem, s. potius scripturam, quam ap. Poëtas pro dialectorum varietate variat, proponere. Est igitur gen. non solum χερὸς absque ι, quam scripturam et quædam derivata secuta sunt, verum etiam χεῤῥὸς, et χηρὸς, ut tradit Eust., qui ÆOLIBUS Χεῤῥὸς illud tribuit, ALCMANI Χηρὸς, Herodiani Grammatici testimonio id confirmans. In ceteris autem casibus, servata declinationis analogia, eandem variationem posse retineri existimo. Sed ut χερὸς, ita χερὶ et χέρα, pro χειρὶ et χεῖρα, ea sunt quorum exempla in iis qui extant Poetis, passim occurrunt. Idemque de duali et plurali dicendum est. At dat. plur. κοινῶς quidem est χερσὶ, at Poëtice χείρεσι etiam, vel χείρεσσι. Hoc quoque sciendum est, quamvis χεὶρ et χεῖρες, fem. genere usurpentur, in duali tamen dici τὼ χεῖρε, s. τὼ χέρε, ut docebo infra.

Χεὶρ peculiariter s. particulariter, ut ita dicam, pro ea corporis parte quæ Manus a Lat. vocatur, a nobis Main, passim ap. illum eund. Poëtam extat, uti dixi, licet et generaliorem signif. illi tribuat, quam e præcedentibus ejus locis cognoscere potuisti. Estque χεὶρ hac in signif. manus ἀντιληπτικὸν ὄργανον appellata a Gal. de Usu Part. 3. Illum autem usum ap. Hom. habet, cum χειρὶ vel χερσὶ s. χείρεσιν ἑλέσθαι dicit, aut χειρὶ ἅπτεσθαι: Il. K. (500.) ἐπεὶ οὐ μάστιγα φαεινὴν Ποικίλου ἐκ δίφροιο νοήσατο χερσὶν ἑλέσθαι, Υ. (468.) ὁ μὲν ἥπτετο χείρεσι γούνων.

A Dicit alioqui et χεῖρας ἰάλλειν, item χεῖρας προσβάλλειν, et ἀμφιβάλλειν: nec non χεῖρας ἐπιθέσθαι: sed in his verbis præpp. separatim ponuntur, ita poscente metri commoditate, ut Od. Z. (310.) μητρὸς ποτὶ γούνασι χεῖρας Βάλλειν ἡμετέρης, Δ. (455.) ἀμφὶ δὲ χεῖρας Βάλλομεν, Il. Σ. (317.) Χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου. Præterea χεῖρας ἀνασχεῖν, s. ἀνασχέσθαι, item ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀεῖραι, eod. pertinens quo illud χεῖρας ἀνασχεῖν: at vero ὑπερσχεῖν χεῖρας, s. χεῖρα, alium usum habere docui in Ὑπέρεχω, T. 1, 1359. Extat ap. Eund. χεῖρας ὀρέγειν, et χεῖρε πετάσσας, aliquoties. Dicuntur ap. Eund. χεῖρες χανδάνειν, et aliquis dicitur ἐν χείρεσσι λαβεῖν, quod prius est illo. Postquam enim quispiam ἐν χείρεσσι λάβεν aliquid, tum χεῖρες id χανδάνουσι. Huc pertinet ἐν χείρεσσι s. χερσὶ τίθει, quod aliquoties ap. eum legitur, nec non ἐν χερσὶ δόσκεν. Invenitur ap. Eund. ἔκβαλε χειρὸς, nec non ἔκπεσε χειρός. Sunt denique et alii hujus nominis cum aliis verbis usus, positi modo in hoc, modo in B illo casu. Sed hoc observandum est quod ad gen. attinet, eum in hoc nomine dativi officio ap. hunc Poëtam interdum fungi, veluti cum dicit Il. Ω. (515.) γέροντα δὲ χειρὸς ἀνίστη: Od. Ξ. (319.) χειρὸς ἀναστήσας. Itidemque χειρὸς ἑλὼν, pro χειρὶ, ap. eum legisse mihi videor. Ceterum cum nomen hoc sive sing. sive in plurali num. non solum ap. Poëtas, sed et ap. solutæ orationis Scriptt. variis verbis junctum, interdum præpositionibus, nonnunquam etiam nominibus, varia loquendi genera efficiat, de iis partim hic dicendum, partim ad verba in quibus ea jam exposita fuerunt, remittendum censeo: idemque in præpp., aut nominibus illi junctis, faciendum. A verbis autem, (quod jam aliqua ex Hom. protulerim) initium sumam: ac primum aliquot enumerabo, quæ huic nomini juncta, eod. pertinent, aut etiam idem loquendi genus efficiunt. Dico igitur χεῖρας ἀνασχεῖν vel ἀνασχέσθαι, et χεῖρας ἀναεῖραι, et χεῖρας ὀρέξαι, et χεῖρας ἀνατεῖναι, Precantium gestum indicare. Sed postremum hoc in soluta oratione C potius reperitur, reliqua ap. Hom. ceterosque Poëtas. Ut igitur ad exempla veniam, illud χεῖρας ἀνασχεῖν habetur ap. Hom. cum alibi, tum Il. Γ. (318.) et H. (177.) Λαοὶ δ' ἠρήσαντο θεοῖς, ἰδὲ χεῖρας ἀνέσχον, Σ. (75.) ὡς ἄρα δὴ πρίν γ' εὔχεο χεῖρας ἀνασχὼν, Θ. (347.) Ἀλλήλοισί τε κεκλόμενοι, καὶ πᾶσι θεοῖσι Χεῖρας ἀνίσχοντες, μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστος. Alicubi autem χεῖρας ἀνασχεῖν dicit non præcedente aut sequente aliquo illorum verborum, neque alio ejusmodi: ut Od. I. (294.) Ἡμεῖς δὲ κλαίοντες ἀνεσχέθομεν Διῒ χεῖρας, Σχέτλια ἔργ' ὁρόωντες· ἀμηχανίη δ' ἔχε θυμόν. Est alioqui χεῖρας ἀνασχεῖν s. ἀνασχέσθαι, non solum precantium, sed eorum quoque qui manus attollunt percussuri: ut Od. Σ. (94.) Δὴ τότ' ἀνασχομένω, ὁ μὲν ἤλασε δεξιὸν ὦμον Ἶρος, ὁ δ' αὐχέν' ἔλασσεν ὑπ' οὔατος, ὀστέα δ' εἴσω Ἔθλασεν. Hic enim observandum est ἀνασχομένω positum esse pro ἀνασχομένω τὰς χεῖρας, quod nemo sit cui non in mentem venire queat, subaudiendum esse hunc accus. Sic et Eust. exp. ἀνατείναντες τὰς χεῖρας. D Sed et e præcedente loco peti accus. ille potest, in quo dixerat, τὼ δ' ἄμφω χεῖρας ἀνέσχον. Est item eorum qui gaudio exultant, ut (99.) Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον. Eust. tamen dicit χεῖρας ἀνασχόμενοι κατὰ σχῆμα ἐκπλήξεως σύνηθες. Apud eund. Poëtam legitur secundum illud χεῖρας ἀναεῖραι: Il. H. (130.) Πολλά κεν ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι. Apoll. Rh. autem simplici usus est, 1, (249.) αἱ δὲ γυναῖκες Πολλὰ μάλ' ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἄειραν, Εὐχόμεναι νόστοιο τέλος θυμηδὲς ὀπάσσαι. Tertii autem exemplum habemus Il. O. (371.) Εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα, A. (351.) Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο χεῖρας ὀρεγνύς. Quartum autem in soluta oratione legitur, uti dixi. Aristot. de Mundo, Πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐχὰς ποιούμενοι. Habebat alioqui et alium usum ἀνατείνειν τὰς χεῖρας, sc. in suffragando, ubi ἀνατείνειν redditur Porrigere, sicut dictum est in Ἀνατείνω, T. 3, 1285. Pro eod. vero et τὰς χεῖρας αἴρειν ap. Dem. et Aristoph. Ἐκκλ. (264.) ὅτῳ τρόπῳ

Τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε; At verò ἀνταίρειν τὰς χεῖρας alio pertinet, ut infra docebo. Ut porro ap. Græcos Poëtas ii, qui precantur, χεῖρας ἀνασχεῖν, et ἀναεῖραι, et ὀρέξαι dicuntur, sic ap. Latinos dicuntur iidem Tollere manus vel palmas ad cœlum, s. ad sidera, aut Tendere palmas cœlo, aut Tendere supinas palmas s. manus. Horat. dixit etiam, Cœlo supinas si tuleris manus. Reliquorum exempla sunt ap. Virg. pariter et Ovid. Dixit vero et Liv. Supinas tendere manus, item Supinas manus ad cœlum ac deos tendere. Et Sallust. in Conjur. Catil. Manus supplices ad cœlum tendere. Huc autem pertinet Pandere palmas ap. Lucr., et pandere palmas Ante deum delubra jubet. Sic passis palmis ap. Virg. At pater Anchises passis de litore palmis Numina magna vocat. Sed perperam affertur πετάσαι χεῖρε ex Hom. tanquam huc pertinens, Il. Φ. (115.) ὁ δ' ἕζετο χεῖρε πετάσσας Ἀμφοτέρας. Nihil enim commune habere hoc χεῖρε πετάσσας cum illo Pandere palmas, in precandis diis, ostendet prima fronte ipse locus, si adeatur. Idemque et de aliis pronun- B tio, in quibus hoc loquendi genere utitur. At vero χεῖρας προϊσχόμενοι, quod e Thuc. protuli inter compp. ab Ἴσχω, huc et ipsum pertinet, quatenus de supplicibus itidem manibus dicitur; sed intellige de iis qui supplices manus hosti porrigunt, non autem de iis qui precantes Deum, supplices manus tendunt. Sic ap. Virg. περὶ τοῦ χεῖρας προϊσχομένου dicitur, frater tendebat inermes Victori palmas. Et alibi, Ille humilis supplexque oculos dextramque precantem Protendens. Quod compositum verbum melius respondet Græco quam alterum illud simplex. Possumus autem illas χεῖρας ex Eur. appellare ἱκεσίας. Illis porro προϊσχομένοις χεῖρας opponuntur οἱ χεῖρας ἀνταίροντες, s. ἀνταιρόμενοι, quo usus est Thuc. Et Herod. ante illum, ita scribens 7, (209.) Ἔστι δ' οὐδὲν ἄλλο ἔθνος ἀνθρώπων τό σε, βασιλεῦ, ὑπομενέει, χεῖρας ἀνταιρόμενον [ἀνταειρ.] Manus adversus te tollens, s. attollens: nisi ἀνταιρόμενον ad ipsum regem referamus, ut sit casus accus. Sic Gallice, Il n'y aura homme qui ose lever la main contre toi. Ut vero ad C illud ἀνασχεῖν χεῖρας revertar, sciendum est ap. Latinos itidem Tollere manus non esse solum eorum qui precantur, sed eorum præterea quibus ab Hom. χεῖρας ἀνασχεῖν tribuitur: nimirum eorum qui plagam inferre parant; nec non eorum, qui gaudio exultant, vel potius admiratione magna correpti sunt. Est autem prius illud ἀνασχεῖν χεῖρας dictum de eo qui plagam inferre parat, finitimum illi χεῖρας ἀνταίρειν. Quam sublationem manuum Virg. exprimens in descriptione pugillatus inter Daretem et Entellum, cecinit, Constitit in digitos extemplo arrectus uterque, Brachiaque ad superas interritus extulit auras. Ibid. Ostendit dextram insurgens Entellus, et alte Extulit. Quod vero ad tertium usum illius loquendi generis attinet, χεῖρας ἀνασχεῖν, cum eo quod Eust. annotat, nimirum esse σχῆμα ἐκπλήξεως σύνηθες, conveniunt quidam non Poëtarum solum, sed Ciceronis quoque et aliorum quorundam loci, in quibus Tollere manus itidem dicuntur, qui vehementer aliquid admirantur. Catull. Admirans D ait, manusque tollens. Cic. Lucullo, Hortensius autem, vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus sæpe tolleret, etc. Sin vero ad exultationem illud χεῖρας ἀνασχεῖν referre malimus, inveniemus Latinum hoc Tollere manus eod. pertinens. Horat. Serm. 2, Sat. 5. Importunus amat laudari? donec ohe, jam Ad cœlum manibus sublatis, dixerit, Urge. Liv. Ad quam vocem cum clamor ingenti alacritate sublatus esset, ac nunc complexi inter se gratulantesque, nunc manus ad cœlum tollentes, bona omnia populo Romano Gracchoque ipsi precarentur. Hoc enim in loco exultantium simul et precantium gestus exprimitur, sicut ap. Dionys. H. lætantis est simul et diis gratias agentis. Hactenus de illis verbis cum accus. χεῖρας junctis. Subjungam autem illi ἀνασχεῖν alia duo compp. ejusd. classis, sc. διασχεῖν et παρασχεῖν, itidemque illi ἀνατεῖναι compositum aliud ejusd. ordinis, nimirum ἐκτεῖναι. Est igitur διασχεῖν

A χεῖρας ἐν μέσῳ, Interponere manus, ut inquit Cam. afferens e Polybio 4, (52, 1.) item e Plut. Cimone, Ἀλλὰ τραπέντες ὑπὸ δημαγωγῶν καὶ πολεμοποιῶν ἐπ' ἀλλήλους, οὐδενὸς τὰς χεῖρας ἐν μέσῳ διασχόντος, συνεῤῥάγησαν εἰς τὸν πόλεμον, Sed versi a plebis capitibus et bellorum cupidis contra sese, cum nemo jam manus interponeret, neque rixas dirimeret, commissi tanto bello fuerunt. At παρασχεῖν χεῖρα, Præbere s. Dare manum: ea signif. qua dictum est, Da dextram misero. Eur. Hec. (842.) πάρασχε χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι. At Plut. Sulla, τοῖς ἄρχουσι παρέχειν τὰς χεῖρας dixit, Inservire ducibus, inquit Cam. Idem e Polyb. affert, (1, 3, 6.) Ἐθάρσησαν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τὰς χεῖρας ἐκτείνειν, Manus extendere ad reliqua, pro Aggredi reliqua. Quoniam autem de plerisque aliis verbis huic nomini junctis agendo, repetenda multa essent, quæ in singulis eorum dicta fuerunt, ad præpp. illi junctas veniam.

Χειρὸς igitur, (ut servem casuum seriem in enumerandis præpp. quæ huic nomini junguntur) vel χειρῶν junctum sæpe reperitur præpositioni ἐκ, interdum et præpositioni ἀπό: alia autem signif. cum διὰ, alia præterea cum κατὰ, alia cum πρό. Quibus addendum erit ἐν χειρῶν νόμῳ. PRIMUM Ἐκ χειρὸς, præter usum illum quem prima fronte ostendit pro E manu, (sicut ἐκ χειρῶν, E manibus, Il. Λ. (128.) Ἐκ γὰρ σφῶν χειρῶν φύγον ἡνία σιγαλόεντα, E manibus elapsa sunt, et ap. Æschin. (57.) Μὴ ἐξαιροῦ τῶν δικαστῶν τὰς ψήφους ἐκ τῶν χειρῶν, Ne extorqueas de manibus judicum suffragia,) interdum ponitur simpliciter pro ablativo Manu, veluti cum dicit Soph. Aj. (26.) ubi Ulysses narrat omnes pecudes inventas esse manu cæsas, Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας Ἐκ χειρός. Interdum ἐκ χειρὸς commode redditur Cominus. Synes. Ep. 122. Καὶ παίσας ἐκ χειρὸς λίθῳ κροταφίαν πληγὴν, οὐ βαλὼν, ἀλλ' ὥσπερ πὺξ ἐνθορὼν, Inflixit cominus lapide vulnus circa tempora. Nam ablativo manu nequaquam satis apte hic uti possis. Talis s. potius idem est usus et in isto Paus. loco, in Messeniacis, Ὅσοις δὲ καὶ ἐπιπλέον μετῆν τόλμης, ἔτυπτον ἐκ χειρός. Xen. K. Π. 1, (2, 9.) de armatura Persica loquens, Καὶ παλτὰ δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφεῖναι, τῷ δ' ἂν δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι, Duas gestant amentatas hastas; unam, quam eminus conjiciant; alteram, qua cominus manibus consertis utantur: ut Cam. interpr. Idem affert ex Ἑλλ. 7, (2, 14.) Ἐκ χειρὸς ἐμάχοντο, pro Consertis manibus pugnarunt. E Polybio autem, 5, (103, 3.) Τῆς κοινολογίας ἐκ χειρὸς γενομένης, Coram habito colloquio, Communicata re in congressu: (5, 41, 7.) Ἐκ χειρὸς ἔχεσθαι τῶν προκειμένων, Urgere rem. Ex Ejusd. l. 1. Ὥστε πάντας ἐκ χειρὸς παραγενέσθαι, δόντας αὑτοὺς εἰς πίστιν, ubi statim congressos omnes deditionem fecisse ait. Affert et ἐκ χειρῶν e Plut. in disputatione, Utrum Athenienses Fortitudine an Sapientia præstiterint, (7, 365.) Ἔθεντο καρτερὰν ἱππομαχίαν, καὶ κρατήσαντος ἐκ τῶν χειρῶν Ἐπαμινώνδα, quæ vertit, Victore in conflictu Epaminonda. [Sic vulgo legitur, Καὶ κρατήσαντες, ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ Ἐ. ἀφείλοντο κ. τ. λ.] Schol. Thuc. hæc ejus verba, Ἐν χερσὶ τῆς μάχης γενομένης, exp. συνελθόντων ἐγγὺς, καὶ ἐκ χειρὸς μαχομένων μετὰ τὸ παύσασθαι τοὺς λιθοβόλους καὶ σφενδονήτας. Ovid. Pugnare manu, Sallust. Manibus prælium facere dixit. Affert autem Bud. ἐκ χειρὸς e Polybio, pro Inter præsentes, et dextris insertis: item, E propinquo. SECUND. Ἀπὸ χειρὸς, præter primum usum pro E manu, habet et eum quem ἐκ χειρὸς, cum sumitur pro ablativo Manu. Il. M. (306.) Ἔβλητ' ἐν πρώτοισι θοῆς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι. Lucian. (2, 40.) Καὶ ἀπὸ χειρὸς αὐτὸν μεγάλα καὶ λαμπρὰ ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ ἐργασάμενον. Aristoph. Σφ. (656.) Καὶ πρῶτον μὲν λόγισαι φαύλως, μὴ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρός. Eod. modo interdum dicitur ἀπὸ χειρῶν. TERTIUM Διὰ χειρὸς, cum jungitur verbo ἔχειν, qui usus frequens est, videtur convenire cum eo quod dicimus Tenir par la main, non solum propter expressum verbum e verbo, sed etiam quod ad signif. attinet. Est enim διὰ χειρὸς ἔχειν non solum In manu habere, sed etiam Manu tenere. Thuc. 2, (76.)

Ἀφίεσαν τὴν δοκὸν χαλαραῖς ταῖς ἁλύσεσι, καὶ οὐ διὰ χειρὸς ἔχοντες, Dimittebant trabem illam laxatis catenis, nec manu tenentes. Aristoph. Σφ. (596.) Αὐτὸς δ' ὁ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας μόνον ἡμᾶς οὐ περιτρώγει, Ἀλλὰ φυλάττει, διὰ χειρὸς ἔχων, καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει. E Luciano, Ἃ διὰ χειρὸς ἔχεις, pro Quas in manibus habes et versas. Isocrati quoque διὰ χειρὸς ἔχειν est In manibus habere et legere, ut vertit Bud.: qui e Cic. Cat. Majore affert itidem, Est in manibus laudatio, pro Edita est et legitur. Sed malit quispiam fortassis exponere verbo Extat: nec tam convenire videtur ille locus cum illo genere loquendi διὰ χειρὸς, quam iste Ejusd. in eod. l., Tum senex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat, et proxime scripserat, Œdipum Coloneum, recitasse judicibus. Nec non hic ejusd. Opusculi, ubi dicit Cato, Septimus mihi Originum liber est in manibus. Sic etiam in Ep. ad Att. Ex iis libris quos in manibus habeo. At vero cum illo Aristoph. loco φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων, convenit hic ejusd. Cic. in Ep. ad Lentulum, Sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur. Dicitur porro non solum διὰ χειρὸς, sed interdum ETIAM Διὰ χειρῶν. Plut. adv. Colot. Καὶ τὸ μεμνῆσθαι καὶ διὰ χειρῶν ἔχειν ὡς μάλιστα δυνατόν ἐστι τοὺς λόγους τῶν παλαιῶν, βασιλικωτάτην διατριβὴν ἡγούμενον. Sed hic διὰ χειρῶν ἔχειν convenit cum illis Isocr. et Lucian. διὰ χειρὸς ἔχειν pro Versare, Legere. Crediderim tamen reddi etiam posse In promtu habere, aut certe, In promtu et velut in numerato habere, cum præcedat μεμνῆσθαι. Habet alioqui διὰ χειρὸς ἔχειν, vel διὰ χειρῶν, alium quoque usum. Ponitur enim et pro Administrare, (unde comp. διαχειρίζω,) ut ap. Plut. Pericle, Διὰ χειρὸς ἔχειν τὴν πόλιν, Administrare remp. Idem dixit in Polit. Præc. Καὶ τοῦτο χρὴ διανοούμενον, ἔχειν τὰ δημόσια διὰ χειρός. Sed nonnunquam διὰ χειρὸς ἔχειν non est simpliciter administrare, sed Administrare sedulo. Aristot. Polit. 5, (8.) Φοβούμενοι γὰρ, διὰ χειρῶν ἔχουσι μᾶλλον τὴν πολιτείαν. Sic Thuc. 2, (13.) Τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν, Sedulo administrare, aut etiam Sedulo curare res sociorum. Recte igitur Schol. exp., δι' ἐπιμελείας ἔχειν. Huc certe pertinet quod dicimus Tenir la main à quelque chose, (quemadmodum διὰ χειρὸς ἔχειν in prima et propria signif. dixi posse alicubi reddi Tenir par la main,) illo enim loquendi genere ἐπιμέλειαν significamus, ac vigilantiam etiam circa rem quampiam. Quo pertinet et verbum Maintenir, inde factum sicut e διὰ χειρὸς ἔχειν, Græcos fecisse dixi verbum διαχειρίζειν. QUARTUM Ἐπὶ χειρὸς, In manu. Theognis (490.) Τὴν δὲ θεοῖς σπένδεις, τὴν δ' ἐπὶ χειρὸς ἔχεις. At Matth. 4, (6.) e Ps. 90, (12.) Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, redditur ἐπὶ χειρῶν, In manibus et Super manibus, interpretando ἀροῦσι non Tollent, sed potius Gestabunt. Latine tamen aptius omitti videtur præpositio. QUINTUM Πρὸ χειρῶν Cam. interpr. In manibus ap. Eur. Rheso (274.) Μάχας πρὸ χειρῶν καὶ δόρη βαστάζομεν. SEXTUM Κατὰ χειρὸς non late patentem usum habet, in quo præp. κατὰ peculiarem quandam signif. obtinet, cum κατὰ χειρὸς ὕδωρ vocetur Aqua quæ manui superfunditur ad eam lavandam. Ubi obiter observa etiam usum singularis pro plurali, veluti cum Gallice dicimus Laver la main pro Laver les mains. Quamvis autem proprie κατὰ χειρὸς ὕδωρ existimetur vocata fuisse Aqua qua abluebantur manus ante cibum, sicut ἀπόνιμμα, ea qua post cibum, (quæ videmus observata in h. Aristoph. l. Σφ. 1216. Ὕδωρ κατὰ χειρὸς, τὰς τραπέζας εἰσφέρειν. Δειπνοῦμεν, ἀπονενίμμεθ', ἤδη σπένδομεν,) tamen et de illa qua post cibum eas lavabant, usurpatum fuisse docet Athen. Apud quem legitur etiam κατὰ χειρῶν, et commemoratur facetum cujusdam dictum: qui, cum disceptaretur quænam aqua esset omnium optima, dixit, τὸ κατὰ χειρῶν ὕδωρ, i. e. Eam aquam quæ convivarum manibus, antequam accumberent, superfunderetur s. affunderetur. SEPTIMUM, Ἐν χειρῶν νόμῳ, ap. Historicos frequentissime occurrit; quomodo autem Latine reddendum sit, non satis constat. Bud. χειρῶν νόμον esse scribit, Consertis manibus pugnare, Manu prælium inire.

A Cam. ἐν χειρῶν νόμῳ, vertit, In conflictu, In prælio, item In ipso prælii discrimine. Nam ἐν χειρῶν νόμῳ ἀμύνασθαι vertit, In conflictu se defendere. Et h. Herod. l. 8, (89.) Ἅτε γὰρ νέειν ἐπιστάμενοι, τοῖσιν αἱ νῆες διεφθείροντο, καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τὴν Σαλαμῖνα διένεον, ita vertit, Quippe qui periti natandi, cum in prælio hostiles manus evasissent, amissis navibus, natando in Salamina pervenerunt. Ex Eod. affert, (9, 48.) Πρὶν γὰρ ἢ συμμίξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι: quæ reddit, Priusquam congressi manus conseramus. Quidam vero χειρῶν s. πολέμου νόμον interpr. Jus belli, quo sc. manu consertum victor victum interimit, spoliat, agitque pro animi arbitratu: unde ἐν πολέμου νόμῳ s. χειρῶν mori dicitur qui in conflictu et collata manu perit. Et qui hosti parcit, jus belli abstinere dicitur. Liv. initio sui Operis, Jam primum omnium satis constat, Troja capta in ceteros sævitum esse Trojanos: duobus, Ænea Antenoreque, et vetusti jure hospitii, et quia pacis reddendæque Helenæ
B semper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abstinuisse. Quibus subjungitur ex Josepho de Capt. Καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμου νόμῳ, τοῦτ' ἔστιν ὑπὸ τῶν κρατούντων. Polyb. Ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε τὸν τύραννον, Ex jure belli manu consertum tyrannum interfecit, Vi manuque trucidavit, ut in bello fit conserta pugna. Sic Herod., qui locus fuit et paulo ante allatus, Πρὶν γὰρ ἢ συμμίξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι, Priusquam belli jure agamus commissa pugna. Illud autem ἐν χειρῶν νόμῳ ἀμύνασθαι sic expressisse creditur Sallust. Existimans Adherbalem dolore permotum injurias sua manu vindicaturum. Æschin. (p. 1.) Φυλακτέον δὲ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας. Ubi cavendos esse ait, qui non e fori jure, sed belli, manuque conserta, vi nempe et armis, pro libidine reip. statum labefactant. Polyb. 2, (28, 10.) Ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη Γάϊον τὸν ὕπατον παραβόλως ἀγωνιζόμενον, ἐν χειρῶν νόμῳ τελευτῆσαι τὸν
C βίον, Accidit ut in prælio hostis manu vitam finierit: 3, (63, 5.) Ὑπὲρ τῆς καλλίστης ἐλπίδος μεταλλάξαι τὸν βίον ἐν χειρῶν νόμῳ. Idem de bello Cannensi loquens, (116, 9.) Περιπεσὼν βιαίοις πληγαῖς, ἐν χειρῶν νόμῳ μετήλλαξε τὸν βίον. Apud Suid. sine ἐν, Ὁ δὲ χειρῶν νόμῳ δέχεται ἐπιστολὴν, Recipit epistolam in ipso belli congressu. Sed existimatur omissa esse præp. ἐν librarii incuria. Hæc fere sunt quæ ab aliis de hoc loquendi gen. annotata reperi: ubi illud Manu consertum cum ea constr. aliquis forsan miretur. Iis autem pauca addam quæ mihi de eod. videntur: ac primum, pro ἐν χειρῶν νόμῳ, etiam simpliciter DICI Ἐν χερσὶ a Thuc. non uno in loco: 4, (57.) p. 139. meæ Ed. Ὅσοι μὴ ἐν χερσὶ διεφθάρησαν, (113.) p. 157. Διαφθείρονται ἐν χερσὶν αὐτῶν: 5, (3.) p. 165. Ἀπέκτειναν εὐθὺς ἐν χερσί: ceteros autem ζῶντας ἔλαβον. Sic quoque 3, (66.) Οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, ubi quidam ἐν χερσὶν interpr. Re ad manus vocata. Qui locus diligentissime est considerandus, propter hæc quæ subjun-
D guntur. Οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν· κατὰ νόμον γὰρ δή τινα ἔπασχον. Ideo autem valde diligenter h. l. perpendi volo, quod videatur hic vetus Scriptor ita respexisse ad illud loquendi genus ἐν χειρῶν νόμῳ ἀποκτείνειν, ut simul explicationem quandam ejus attulerit, cum scripsit, eos qui ἐν χερσὶν interfecti fuerunt, id passos esse κατὰ νόμον τινά. Simulque perspicimus hinc, ἐν χερσὶ eum dicere, non aliud significare volentem quam ἐν χειρῶν νόμῳ. Observandumque est præterea, illis qui ἐν χερσὶν interfecti fuerint, opponi illos qui interfecti fuerunt χεῖρας προϊσχόμενοι, atque adeo contra fidem datam. Hæc autem cum ita sint, non dubito quin ἐν χειρῶν νόμῳ itidemque ἐν χερσὶ significent non simpliciter In conflictu, In conserendis manibus, sed In ipso pugnæ ardore s. fervore, Calente pugna: quod nimirum tum potissimum jure belli nemini parcatur, utpote furente Marte. Locum certe quendam id confirmantem me legere memini, sed ejus recordari non possum. Quod autem ad duos illos locos attinet,

perperam cum aliis permistos, in quorum uno dicitur τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας, in altero, χειρῶν νόμῳ δέχεται ἐπιστολὴν, non dubium est quin metaphorice hoc loquendi genus in priore usurpetur; in posteriore autem videtur χειρῶν νόμῳ ad tempus referri: sed e tam paucis verbis quæ a Suida afferuntur, nihil certi a quoquam statui posse arbitror. Ceterum in exemplis quæ e Thuc. protuli, duo observanda sunt, utpote in quibus differunt a præcedentibus. In secundo, gen. αὐτῶν, qui ponitur post ἐν χερσὶν, observatu dignus est, ubi Interpres reddidit ad verbum, Inter manus illorum. In tertio notare debemus, adverbium εὐθὺς præfixum illi ἐν χερσὶ, quod ADV. Εὐθὺς, eo in loco sonat omnino quod Gallice dicimus Sur le champ: ab Interprete autem redditum Latine fuit Statim, omittente sequentia verba ἐν χερσί. Enimvero est quiddam insuper, de quo admonendum esse lectorem existimo: nimirum, quamvis in omnibus exemplis præcedentibus legatur ἐν χειρῶν νόμῳ, inveniri tamen cum singulari etiam ἐν χειρὸς νόμῳ, et quidem ap. Aristot. quoque, Polit. 3. Κτεῖναι γὰρ οὐ κύριος, εἰ μὴ ἔν τινι βασιλείᾳ· καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀρχαίων, ἐν ταῖς πολεμικαῖς ἐξόδοις, ἐν χειρὸς νόμῳ. Videmus certe et in aliis plerisque loquendi generibus gen. hunc singularem pluralis locum obtinere. At vero χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι vide in Ἄδικος et in Ἄρχω.

Χειρὶ autem et χερσὶ junguntur præpositioni ἐν. Sed HOC Ἐν χερσὶ multo frequentius est, quam ILLUD Ἐν χειρί: nec eund. utrumque usum habet. Adhibetur enim ἐν χερσὶ nonnullis loquendi generibus, quibus non item ἐν χειρί. Vicissim autem ἐν χειρὶ dicitur poni pro In potestate, (in qua signif. possit ad verbum reddi In manu; nam In manu itidem pro In potestate, dixerunt interdum Latini,) non itidem ἐν χερσί: cum contra Latine nonnulli posse dici existiment non solum In manu est, sed etiam In manibus est: ex illo Lucani versu, In manibus vestris, quantus sit Cæsar, habetis. Nequaquam igitur ἐν χερσὶν ἔχειν in isto Herod. loco 1, (35.) Ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἐν χερσὶ τὸν γάμον τοῦ παιδὸς, putandum est cum illo Lucani loco convenire. Ibi enim In manibus vestris habetis, sonat In potestate vestra: cum autem dicit Herod. Ἔχοντος αὐτοῦ ἐν χερσὶ τὸν γάμον τοῦ παιδὸς, quæ sonant ad verbum, Cum ipse haberet in manibus nuptias filii, significat Cum occupatus esset circa nuptias filii, vel Cum curaret quæ ad nuptias filii pertinebant. Aut brevius, Cum filii nuptias adornaret. Quidam interpr. Cum tractaret; sed haud scio an hoc verbum cum illo accus. ferendum sit. Potest et ad verbum reddi, Cum in manibus haberet nuptias, aut certe, Cum in manibus illi essent nuptiæ. Ita enim dixit Liv. Cum tantum belli in manibus esset. Eodemque modo et Plinius Junior Vindemias in manibus esse dixit. At vero ὁ ἐν χερσὶ κίνδυνος Budæo ap. Greg. Naz. est Proximum periculum, Ὡς δὲ εἶχεν αὐτῷ κατὰ νοῦν τὰ πλησίον, καὶ τοῦ ἐν χερσὶν, ὡς ᾤετο, κινδύνου κρείττων ἐγένετο, οὕτως ἤδη πειρᾶται καὶ τῶν ἑξῆς, i. e. inquit, Ut composuit prætorianos, et legiones vicinas, vel quæ erant circa eum. Alioqui ἐν χερσὶ Conflictum et consertionem manuum significat, inquit Cam. afferens e Thuc. 3. Οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε: quæ reddit, Quos in prælio trucidastis; significat enim ἐν συμβολῇ, In conflictu. Ex Eod. 4, (43.) affert, Καὶ ἦν ἡ μάχη καρτερὰ, καὶ ἐν χερσὶ πᾶσα, Erat prælium vehemens, et res tota consertis manibus gerebatur. Et mox, Δεξαμένων δὲ τῶν Ἀθηναίων, ἐν χερσὶν ἦν πάλιν ἡ μάχη, Rursumque Atheniensibus impetum illorum excipientibus, manus conserebantur. Quibus subjungit, ex Il. Π. (630.) Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ, quem versum ita reddit, Pugna manus poscit, fora sunt sermonibus apta. Sicut, inquit, Virg. Æn. 10. dixit, In manibus Mars ipse viris. Hæc ille. At ego inter hæc exempla discrimen statuendum esse dico. Primus enim ille locus, Οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, convenit cum aliis ejusd. Scriptoris ll., quos paulo ante protuli, cum agerem de illo genere loquendi, ἐν χειρῶν νόμῳ, ac dicerem ead. signif. ἐν χερσὶ ab illo usurpari. Sequentes autem non itidem cum illo convenire dici possunt, utpote in quibus non itidem ἐν χερσὶ exponere quis queat ἐν χειρῶν νόμῳ. At ultimum illud exemplum, ex Hom. versu, Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, non dubium est quin tertiam quandam interpr., i. e. a duabus præcedentibus differentem, postulet. Convenit enim hoc cum eo quod ab Achille dicitur, Il. A. (166.) suas χεῖρας διέπειν τὸν πόλεμον: adeo ut reddi potius ad verbum debeat, sicut hic, ita etiam illic, nomen χεῖρες. Huic dat. χερσὶ jungitur etiam præp. μετὰ a Poëtis interdum, ut videbis me, cum agerem de hac præp., attulisse ex Hesiodo, ἔχεν μετὰ χερσὶ pro Habebat in manibus, T. 2, 894. Cui loco addendus est hic Homericus, Od. X. (10.) μετὰ χερσὶν ἐνώμα, Versabat in manibus. Jungitur dat. χειρὶ et quibusdam verbis, cum quorum nonnullis suam signif. retinet in interpretatione, i. e. redditur ad verbum: cum nonnullis non item. Nam χρῆσθαι χειρὶ non redditur ad verbum Uti manu, sed potius Pugnam committere, s. Prælium. Possis tamen interpretari etiam Conserere manum. Est autem usus eo loquendi genere Herod. 9, (72.) sed scribens χερὶ, non χειρί. At vero in his, quæ ap. Hom. non semel leguntur, Χειρί τέ μιν κατέρεξε, non possis χειρὶ aliter quam ad verbum interpretari Manu: hoc modo, Manu eum demulsit, Caput ejus demulsit: quod Achilli mœrenti facit Thetis mater, Il. A. (361.) Sed Lat. dat. in hoc loquendi genere prætermittunt: dicunt enim Caput alicui demulcere; quod fit blandiendo ei, s. eum deliniendo. Terent. Heaut. non possum pati Quin tibi caput demulceam. In prosa vero dicitur χειρὶ καταψήχειν τὴν κεφαλὴν, ut ap. Basil. Ep. ad Euseb. Ὥσπερ εἴ τις ἑνὸς ἀνδρὸς τῇ μὲν τῶν χειρῶν καταψήχοι τὴν κεφαλὴν, τῇ δὲ λαιᾷ τὴν παρειάν. Ubi nisi de ambabus manibus loqui voluisset, dativum ipse quoque omittere potuisset. Pertinere autem videtur hoc dictum ad Prov. Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. Quod Prov. vide ap. Erasm., sicut et Caput demulcere. Apud Hom. dat. χειρὶ s. χερσὶ, tanquam instrumentalem, aliis etiam plerisque verbis jungi videbis, ubi itidem χειρὶ non possis aliter quam ad verbum interpretari Manu. Sic et ap. Soph. Aj. (35.) σῇ κυβερνῶμαι χερὶ, Tua gubernor manu. Venio ad Proverbia, Χερσὶν ἀνίπτοις, Χερσὶ καὶ ποσὶ, vel Καὶ χειρὶ καὶ ποδί. Illud prius, χερσὶν ἀνίπτοις, i. e. Manibus illotis, manasse creditur ex isto Hesiodi versu (Ἔργ. 2, 342.) Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισι. Dicimur autem aggredi aliquid, s. facere illotis manibus, pro Irreverenter et imparate, ut exp. Erasmus, quem vide. (Sed nomen illud ἀνίπτοις, i. e. Illotis, in memoriam reducit aliud Prov. Χεὶρ χεῖρα νίπτει, Manus manum lavat: quod ap. Eund. videndum tibi relinquo.) At posterius illud χερσὶ καὶ ποσὶ ex Hom. habere originem videri queat, ap. quem legitur Il. Υ. (361.) Ἀλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε Καὶ σθένει, οὔ μ' ἔτι φημὶ μεθησέμεν οὐδ' ἠβαιόν. Eod. modo Terent. Manibus pedibusque dixit, pro Omni conatu, Omnibus viribus, Omnibus nervis: in Andria, Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia Facturum, magis id adeo mihi ut incommodet, Quam ut obsequatur gnato. Ibid. hoc tibi pro servitio debeo Conari manibus pedibusque noctesque et dies, Capitis periculum adire, dum prosim tibi. Pind. addidit tertium dat. ἅρμασιν, Ὀ. 10, (73.) Τίς δὴ ποταίνιόν γε λάχε στέφανον Χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρμασιν Ἀγώνιον; Æschin. autem sing. utens dixit (43.) Καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ, addens, Καὶ πάσῃ δυνάμει: quæ verba velut epexegetica sunt; ita enim scribit, Μήτε αὐτοὶ τὴν ἱερὰν γῆν ἐργάσεσθαι, μήτε ἄλλον ἐπιτρέψειν, ἀλλὰ βοηθήσειν τῷ θεῷ καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ πάσῃ δυνάμει. Sed et ἀμφοτέρῃσι χερσὶν, Ambabus manibus, Utraque manu, Proverbiale quiddam habere existimatur. Cam. exp. Vehementer et enixe, in isto loco Homeri, Od. Ω. (316.) Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν Χεύατο κακκεφαλῆς. Sed non video quid obstet quominus ad verbum interpretemur.

Χεῖρα, accus. s. plur. χεῖρας, suas itidem præpp. habet, i. e. præpositiones quibus jungitur, nimirum εἰς, et ὑπὸ, et ἀνὰ, et κατὰ, et μετά. Sed illi εἰς

multo frequentius quam alii cuiquam jungitur. Dicitur enim εἰς χεῖρας τιθέναι, vel ἐστιθέναι, s. διδόναι, et λαμβάνειν s. ἀναλαμβάνειν, nec non δέχεσθαι: item εἰς χεῖρας ἄγεσθαι: et in bello, εἰς χεῖρας ἰέναι, s. συνιέναι, aut ἐλθεῖν s. συνελθεῖν, aut etiam συμμῖξαι. Pro illo primo εἰς χεῖρας τιθέναι dicit Hom. per dat., τιθέναι ἐν χερσί. Composita autem VOCE Ἐστιθέναι cum εἰς χεῖρας usus est Herod. 1, (208.) Κῦρος δὲ Κροῖσον ἐς τὰς χεῖρας ἐσθεὶς τῷ ἑωϋτοῦ παιδὶ Καμβύσῃ: nisi potius legatur ἐνθείς. Cum διδόναι usus est Thuc. 4. metaphoricum etiam tribuens usum voci χεῖρας: dixit enim δοῦναι αὑτὸν εἰς χεῖρας, Dare se in manus s. Tradere, i. e. Alterius potestati se committere. (Dixi autem de isto hujus nominis usu supra quoque, cum exponerem ἐν χειρὶ, et dicam iterum cum agam de ὑπὸ χεῖρα.) At λαμβάνειν εἰς s. ἐς χεῖρας, Accipere in manus, s. usitatius Sumere in manus, ap. Eur. Hec. (1242.) καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει Πρᾶγμ' ἐς χέρας λαβόντ' ἀπώσασθαι τόδε. Xen. K. 'A. 1, (8, 2.) Καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, τὰ παλτὰ εἰς χεῖρας ἔλαβε. Plut. Galba, Λαβεῖν εἰς χεῖρας τοῦ ἱερείου τὰ σπλάγχνα. Idem cum verbo ἀναλαμβάνειν usus est, adv. Col. Μὴ τοῖς ἐκείνων συντάγμασιν ἐντυχῇς, μηδὲ ἀναλάβῃς εἰς χεῖρας. Cum δέχεσθαι autem jungitur non solum in hac ipsa signif., sed in alia quoque: in qua sc. accus. ille ad rem militarem pertinet, sicut in iis loquendi generibus quibus ultimum locum dedi; nam ἐς χεῖρας ἐδέξαντο dixit Xen. 'Ελλ. 2, (4, 24.) pro Primum impetum hostium sustinuerunt, Cam. At illud εἰς χεῖρας ἄγεσθαι, Herodoti est, 1, (126.) Αὐτός τε γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς τάδε ἐς χεῖρας ἄγεσθαι: ubi tamen idem ille vertit non solum In manus sumere, sed etiam Conari; ita totum locum reddens, Videor mihi divinitus in lucem editus hæc conari. Possis certe et verbo aggredi hic eod. sensu uti. Illa vero loquendi genera ad rem militarem pertinentia, passim ap. Thuc. Xen. ceterosque Historicos occurrunt. E quibus hæc prima, εἰς χεῖρας ἰέναι s. ἐλθεῖν, ad verbum quoque interpretari possumus, Ad manus venire. (Cum autem dicitur, ἐπειδὴ δὲ ἐς χεῖρας ᾔεσαν, vel ἰόντων δὲ αὐτῶν ἐς χεῖρας, possis etiam vertere, Re ad manus vocata.) Nos quoque eod. modo dicimus, Venir aux mains. Sed pro Ad manus venire, dicitur etiam Manum s. Manus conserere, Congredi, Confligere. Thuc. 3, (107.) Ἐπεὶ δὲ παρεσκεύαστο ἀμφοτέροις, ᾔεσαν ἐς χεῖρας: 4, (72.) Ἀντεπεξελάσαντες δὲ καὶ οἱ τῶν Ἀθηναίων, ἐς χεῖρας ᾔεσαν: 2, (3.) Προσέβαλλόν τε εὐθὺς καὶ ἐς χεῖρας ᾔεσαν κατὰ τάχος. Apud Eund. non infrequens est alterum, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. Dicit enim 4. Βουλόμενοι ἐς χεῖρας ἐλθεῖν: 7, (44.) Ἀλλὰ καὶ ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἐλθόντες, μόλις ἀπελύοντο. At composito usus est Polyb., e cujus primo libro (c. 78, 6.) affertur, Συνῆλθον εἰς τὰς χεῖρας. (Ubi etiam observa articulum, si modo non supposititius est.) Ultimum illud, εἰς χεῖρας συμμῖξαι, cum dat. πολεμίοις, ap. Xen. extat K. Π. 2, (1, 4.) Enimvero de hoc admonendus es, lector, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν s. ἰέναι, alium præterea usum, s. potius alios præterea duos usus habere. Lucian. (1, 791.) Καὶ ὅ,τι ἂν πρῶτον ἐς τὰς χεῖρας ἔλθῃ, τοῦτ' εἶναι τὸ ζητούμενον ὑπολαμβάνοντες, ad verbum, Et quod primum in manus venerit, id ipsum esse existimantes quod quæritur. Vel, Quod primum in manus inciderit. Aut etiam, mutata orationis forma, Quod primum nactæ manus fuerint. Sed observandum etiam est, præfigi hic articulum. Alterius autem usus mentio fit in VV. LL. Ibi enim εἰς χεῖρας ἰόντα dicitur a Thuc. positum esse pro εἰς ὁμιλίαν καὶ δεξίωσιν φιλικήν: quoniam in congressu symbolum benevolentiæ est manus porrectio. Unde pro Congredi et coram agere, positum esse a Polyb. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἐπιπλεῖον ἐλθὼν εἰς τὰς χεῖρας τῷ Σωσιβίῳ διὰ τοὺς ἵππους, In sermonem veniens s. In colloquium. Ita quidem illa de hoc loquendi genere; sed ego paulo aliter de his ll. sentio: quamvis ad priorem quod attinet, fatear exp. illam εἰς ὁμιλίαν καὶ δεξίωσιν φιλικὴν, niti auctoritate Scholiastæ. Est autem e l. 8. sumtus ille locus, qui totus ita scriptus est, Ὁ δὲ Ἀστύοχος τὸν μὲν Ἀλκιβιάδην, ἄλλως τε καὶ οὐκέτι ὁμοίως ἐς χεῖρας ἰόντα, οὐδὲ διενοεῖτο τιμωρεῖσθαι· ἀπελθὼν δὲ παρ'

A αὐτὸν ἐς Μαγνησίαν, κ. τ. λ. Sed non video quid obstet quominus ἐς χεῖρας ἐλθεῖν dicamus eum qui prope accedit, adeo ut in manibus eum habeamus; aut etiam ad potestatem referamus, ut intelligatur de eo qui tam prope accedit, ut in potestate nostra esse queat. De illo autem altero loco qui e Polyb. affertur, vix statui potest, nisi lectis iis quæ præcedunt et quæ item sequuntur: fortassis tamen possit et hic eod. modo ἐπιπλεῖον ἐλθὼν εἰς χεῖρας accipi de eo qui propius accesserit. Sunt porro alia quamplurima verba quæ huic accusativo χεῖρας sine præp. junguntur, (quorum nonnulla illud idem loquendi genus efficiunt ad rem militarem pertinens, e quibus est συμπλέκειν τὰς χεῖρας,) sed ea suis singula locis quærenda, et ut spero, invenienda etiam, relinquam: i. e. unumquodque in unoquoque verbo. Venio ad reliquas præpp., quibus hic accus. junctus reperitur. Dicitur ergo ESSE Ὑπὸ χεῖρα, i. e. Esse sub manu, interpretando ad verbum, qui est sub potestate, vel, sub imperio, sub ditione: unde ὑποχείριος. B E Dem. in VV. LL. affertur, οἱ ὑπὸ χεῖρα ταπεινοί. Ibid. ex J. Poll. Εἰς τοὺς ὑπὸ χεῖρα τὴν ὀργὴν ἀφῆκε, In suæ ditionis homines iram effudit. (Sed e Dem. sumta sunt illa verba, Philipp. 2.) E Phal. Epist. ὑπὸ χεῖρα ποιεῖν, pro Ditioni suæ summittere. At e Diosc. 5, (85.) affertur ὁ ὑπὸ χεῖρα pro Ministro. Interdum ὑπὸ χεῖρα dicitur esse, ut quidam volunt, quod est præsens. Plut. (6, 206.) Εἰς τὸ παρὸν εἰσὶν οὗτοι καὶ τὰ ὑπὸ χεῖρα βλαβεροί. Sed videndum ne potius ὑπὸ χεῖρα tale quid significet quale ap. Aristot., ubi dicit τὰς ὑπὸ χεῖρας χρείας, pro Familiaribus s. Quotidianis, et Vulgaribus, et passim occurrentibus. Alioqui ὑπὸ χεῖρα ab eod. Aristot. poni annotat Bud. pro Promte: in qua potius signif. ad verbum reddi possit, non discedendo a Lat. sermonis consuetudine. Affert Idem ὑπὸ χεῖρα pro Statim, Confestim, Ipso momento, e Plut. (8, 168.) Αἱ δ' ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι, καὶ τῶν μελλόντων εἰσὶν ἐπισχέσεις ἀδικημάτων. Huc autem pertinere videri queat Sub manum, quod ap. Suet. legitur in C Augusto, Quo celerius ac sub manum annuntiari cognoscique possit. Alioqui Sub manum alios etiam usus habet, ut ap. Plaut. Milite, Succedit sub manum, quidam exp. Succedit feliciter. Habet vero ὑπὸ χεῖρα et tertium usum, ap. Lucian. (1, 798.) eund. sc. quem et ἐς χεῖρας in l. quem paulo ante protuli. Nam ut inde attuli supra, Καὶ ὅ, τι ἂν πρῶτον ἐς τὰς χεῖρας ἔλθῃ, sic affertur, Ὅ, τι ἂν πρῶτον ὑπὸ τὴν χεῖρα ἔλθῃ τῶν γραμματείων. Latini certe non hoc, sed illud loquendi genus exprimunt; dicunt enim aliquid ad manum venire, non sub manum. Liv. Quod cuique trepidanti ad manum venisset. Tertium autem EST Ἀνὰ χεῖρα. Diciturque ἀνὰ χεῖρα esse quod expeditum ac in promtu est, ut Latine Ad manum, In manibus, Sub manu esse. Unde ap. Hermog. ἡ ἀνὰ χεῖρα ὁμιλία, Familiaris expeditusque sermo, s. Usitatus. Sic Aristoph. Schol. dixit, Τῷ περὶ τὴν συνήθειαν καὶ ἀνὰ χεῖρας ἐχρήσατο, significare volens eum familiare s. consuetum vulgareque dicendi genus usurpasse. Aliter vero 2 Reg. 15. D Ἀνὰ χεῖρα αὐτοῦ παρῆγον, pro Juxta eum ambulabant. Hæc e VV. LL. At Cam. affert ἀνὰ χεῖρας pro In manibus, sed absque exemplo. Quartum locum HABET Κατὰ χεῖρα, quod ponitur pro χειρὶ, i. e. Manu, ut κατὰ χεῖρα ῥωμαλέος, Plut. de Socr. Dæm. i. e. χειρὶ ῥωμαλέος, Manu fortis, ut loquitur alicubi Ovid. Idem Plut. Fab. dixit, Κατὰ χεῖρα πλήκτης ἀνήρ. At vero ap. Hom., νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην, reddes κατὰ χεῖρα non Manu, sed In manu. Cam. κατὰ χεῖρας interpr. Facile; sed nullum exemplum afferens. Quintum vero ILLUD Μετὰ χεῖρας Idem interpr. In manibus et Inter manus: afferens hunc versum, Ante oculos interque manus sunt omnia vestras. Et e Cæs. B. C. 2. Atque hac agger inter manus proferebatur. Exemplum autem illius μετὰ χεῖρας ex Herod. 7, (16, 2.) Ταύτην τὴν στρατηλασίην καὶ τὸ κάρτα εἴχομεν μετὰ χεῖρας. Habuimus in manibus expeditionem hanc vehementer, i. e. tractavimus. A Poëtis autem μετὰ χερσὶν dici, docui in dat. Χερσί.

DUAL. Τὼ χεῖρε nunc exemplis confirmandus est,

antequam ad reliquas nominis hujus χεὶρ signiff. transeam. Possit enim quis mirari unde fiat ut, cum singularis et pluralis fem. genere usurpentur, et, quod magis etiam admiratione dignum est, dicatur ταῖν χεροῖν, passim tamen τὼ χεῖρε masculine positum occurrat. Thuc. 4. Καὶ τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες. Xen. K. Π. 2, (3, 5.) Τὼ χεῖρε προέχειν. Dem. (580.) Καὶ οὐκ ἐθέλεις ἔχειν παρὰ σαυτῷ τὼ χεῖρε. Athen. 10. Καὶ τὼ χεῖρε συγκροτήσας. Itidemque ap. Lucian. (2, 535.) Τὸ μὲν πρῶτον ἠγανάκτει, καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει: (1, 9.) Τὼ χεῖρε τύλων ἀνάπλεως: (cum alibi ταῖν χεροῖν dixerit, non τοῖν χεροῖν: sc. ἐν ταῖν χεροῖν ἔχειν.) Apud Hom. tamen legimus χεῖρε ἀμφοτέρας, non ἀμφοτέρους, Il. Φ. (115.) ὁ δ' ἔζετο χεῖρε πετάσσας Ἀμφοτέρας.

A λοισιν ἁπάσαις ὑμῖν χρήσωμαι, quidam interpr. Magistratus ad quem assumtus sum; sed non expressa vi vocis Græcæ. Alii, Magistratus quem suffragio populi adepta sum. At utendo altera signif. vocis Magistratus, κεχειροτόνημαι τὴν ἀρχὴν s. ἐχειροτονήθην, commode reddideris, Creatus sum magistratus. At χειροτονεῖν τὸ αἰδοῖον de masturbatore dicitur, ut discimus ex iis quæ a Suida scribuntur. [Valck. Schol. in N. T. 1, 474. " Ad Charit. 454. T. H. ad Plutum p. 24. ad Diod. S. 2, 325. Toup. Opusc. 1, 201. 2, 129. Musgr. Or. 1027." Schæf. Mss.]

[* Χειροτονητής, Gl. Creator, " Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. de Imag. 125." Boiss. Mss.] Χειροτονητὸς, Suffragiis creatus. Χειροτονητὰ, liber Democriti, q. d. Electanea. Bud. e Vitruv. [Æschin. 3. 16. 55. 57. Lucian. 3, 267.] " Αὐτοχειροτόνητος, " Suo ipsius suffragio electus, Per se creatus: ut in " Argumento Orationis περὶ Παραπρεσβείας legitur, " Αὐτοχειροτόνητος πρεσβευτὴς ἀπῆλθε." [" Pallad. V. C. p. 5." Boiss. Mss.] " Ἀχειροτόνητος, Qui nullis

B " electus s. creatus est suffragiis, i. propemodum " q. αὐτοχειροτόνητος, nisi quod generalius est." [" Conc. Florent. 9, 9. p. 263." Boiss. Mss. * Χειροτονητέον, Aristoph. Ἐκκλ. 266.]

Χειροτονία autem quamvis verbalis formam non habeat, (esset enim potius dicendum χειροτόνησις,) verbalis tamen usum præstat. Ponitur enim pro Suffragiorum latione. Thuc. (3, 49.) Καὶ ἐγένοντο ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλοι, In ferendo suffragio, s. In ferendis suffragiis. E Plat. de LL. (6. p. 258.) Οἷς ἂν πλείστη χειροτονία γίγνηται, Qui majori suffragiorum numero sunt delecti. Item e Plut. Themistocle, Χειροτονίᾳ κρατεῖ. Et, Ἐν χειροτονίᾳ ἐγένοντο, sine Auctoris nomine, pro Venerunt ad suffragia. Bud. χειροτονίαν interpr. Plebiscitum, Suffragium; affertque in exemplum illum Thuc. locum quem modo protuli, Ἐγένοντο δὲ ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλοι, ἐκράτησε δὲ ἡ τοῦ Διοδότου. Verum hic χειροτονία non signif. Suffragium, sed potius Suffragiorum lationem, (nam Suffragationem cum quibusdam, inter-

C pretari non audeo,) cum alioqui non male ita reddantur illa verba, Pene adæquarunt suffragia populi in utramque partem. Lucian. plurali numero usus est (1, 755.) Ἠρίθμησας γὰρ αὐτοὺς δηλαδὴ, καθάπερ ἐν ταῖς χειροτονίαις. Affertur χειροτονία et pro Creatione magistratus. [" Ad Charit. 445. ad Lucian. 1, 416. Ἀναγορεύειν τὰς χ., Kuster. V. M. 117. * Χειροτονεία, Timæi Lex. 275." Schæf. Mss.]

[* Ἀναχειροτονέω, Basil. Epist. 130. T. 3. p. 222.]

Ἀντιχειροτονέω, Suffragio ferendo contraria scisco s. decerno, Refragor, Thuc. 6, (24.) Item Aristoph. Ἐκκλ. (423.) οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησεν ἄν. [Demosth. 1346.] Itidemque NOMEN Ἀντιχειροτονία, verbalis usum præstans, Refragatio, Contraria suffragatio, ut quidam interpr. quibus sc. χειροτονία est Suffragatio. [J. Poll. 2, 150.]

Ἀποχειροτονέω, Suffragio meo improbo, s. antiquo, aut etiam veto, Abrogo. De quo quærebatur, inquit Cam., quodque aliquis promulgasset censuissetve,

D id populus ἐπιχειροτονεῖν, aut ἀποχειροτονεῖν, i. e. Velle, Jubere, Vetare, solebat; eaque erat ἐπιχειροτονία et ἀποχειροτονία. Dicebatur autem hæc cognitio et hoc judicium populi, de iis quæ relata essent, communi nomine, ἐπιχειροτονία, Jubendi quidem, prior, Vetandi vero, posterior: ut plane dicitur in Lege quæ recitatur in Or. c. Timocr., hoc quodam modo, Ἐπιχειροτονία a populo de legibus fiat: prior, quæ jubeat: posterior, quæ vetet. Quod si quæ leges ἀποχειροτονηθῶσιν, inquit, i. e. Improbatæ et antiquatæ fuerint, πρυτάνεις, i. e. Præfecti consilio, cogant de antiquatis ultimam e tribus concionem, etc. Verba ejus sunt, (p. 706.) Ἐὰν δέ τινες τῶν νόμων τῶν κειμένων ἀποχειροτονηθῶσι, τοὺς πρυτάνεις, ἐφ' ὧν ἂν ἡ ἀποχειροτονία γένηται, ποιεῖν τῶν ἀποχειροτονηθέντων τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν. Abrogare legem, inquit Bud., est ἀποχειροτονεῖν, ἀποψηφίζεσθαι, καταλύειν, προΐεσθαι, ἀναιρεῖν, h. e. Antiquare. Idem, Ἀποχειροτονεῖν etiam, sicut ἀποψηφίζεσθαι, dicitur, i. e. ἀποδοκιμάζειν. Dem.

1187.) Ἐπειδὴ δὲ ἀπεχειροτονήθη μὲν ὑφ' ὑμῶν στρατηγὸς, διὰ τὸ μὴ περιπλεῦσαι Πελοπόννησον, Ubi vos illi imperium abrogastis, Ubi abrogare se coactus est. Interdum accus. habet sequente præp. ἀπό: ut ap. Dinarchum κατὰ Φιλοκλέους legimus, Καὶ ὁ μὲν δῆμος ἀπεχειροτόνησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἐφήβων ἐπιμελείας. At vero ἀπεχειροτονήθη τῶν ἐπιχειροτονιῶν, vide in Ἐπιχειροτονέω. SIC Ἀποχειροτονία non solum est Antiquatio quæ fit suffragio, Ipsa actio antiquandi aliquid, aut improbandi, ferendo suffragio, (ut in loco quem e Dem. c. Timocr. attuli,) sed etiam Abrogatio. Dem. (1330.) Πάντες γὰρ ἴστε τοὺς ἐπὶ Λυκίσκου ἄρχοντος θεσμοθέτας ἀποχειροτονηθέντας ἐν τῷ δήμῳ διὰ τοῦτον: paulo post, Οὐ πολλῷ τοίνυν χρόνῳ ὕστερον τῆς ἀποχειροτονίας τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ βιαίῳ θανάτῳ. || Plebiscito absolvo, Dem. (583.) Εἰ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τόθ' ὅτ' ἦν ἡ προβολὴ, τὰ πεπραγμένα ἀκούσας ὁ δῆμος ἀπεχειροτόνησε Μειδίου, οὐκ ἂν ὁμοίως ἦν δεινόν. Huic opp. καταχειροτονῶ. [" Toup. Opusc. 2, 63." Schæf. Mss. Max. Tyr. 451. τὸν ἄνδρα τῆς ἡδονῆς. " Ἀποχειροτονεῖσθαι, Amoveri a munere s. dignitate, sc. regia, ap. Suid. vv. Κηφισόδοτος et Κομεντίολος." Schleusn. Mss.] " Ἀποχειροτονία, Rejectio a magistratu, Abdicatio, cum populus sublatis manibus aliquem magistratu abdicat." [Potter. Archæol. 1, 155. Vide Καταχειροτονία.]

Διαχειροτονέω, Suffragio meo declaro e duabus rebus, quæ propositæ sunt, utra mihi placeat. Libenter enim suffragii appellationem in his etiam compp. interpretandis retineo; ideoque ita hoc διαχειροτονῶ reddo. Bud. autem hoc modo, Διαχειροτονεῖν est duarum rerum propositarum disceptationem constituere atque dijudicare in concilio aut in concione, ubi multitudo est consentium. Dem. (1152.) Καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ διαχειροτονεῖν ἢ ἡ βουλὴ πότερα δικαστηρίῳ παραδοίη ἢ ζημιώσειε ταῖς πεντακοσίαις, ὅσον ἦν κυρία κατὰ τὸν νόμον, δεομένων τούτων καὶ ἱκετευόντων, καὶ τινα οὐ προσπεμπόντων, συνεχώρησα κ. τ. λ. Et quidem cum disceptatio in curia proposita esset, suffragiumque ea de re ferendum, utrum ad judicium rejiciendum esset hoc crimen, utpote cujus pœna major erat cognitione curiæ quingentorum: an potius quingentis drachmis reum damnarent, quatenus, cum maxime, multare curia poterat, ego permisi, etc. Affertur autem et pass. Διαχειροτονεῖσθαι pro διαχειροτονεῖν, e Xen. Ἑλλ. 1, (7, 11.) SIC Διαχειροτονία dicitur Illa dijudicatio. Dem. (707.) Καὶ πρῶτον μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐποίησαν διαχειροτονίαν πότερον εἰσοιστέος ἐστὶν ὁ νόμος καινὸς, ἢ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ κείμενοι, Leges hanc disceptationem arbitratus nostri fecerunt, utrum lex nova ferenda sit, an jam latæ sufficiant. Dicebant etiam διαχειροτονίαν διδόναι pro eo quod est Populum in suffragia mittere, h. e. Rogationem s. Rem de qua consulitur, populi suffragiis permittere. Vide plura ap. Bud. 163. Διαχειροτονία, inquit Cam., est quasi Suffragiorum divisio: ut si latum sit, utrum vetus lex retinenda, an illa abrogata, nova ferenda sit: utrum pecunia in hunc an illum usum vertenda. [" Διαχειροτονέω, Διαχειροτονία, ad Lucian. 1, 415." Schæf. Mss.]

Ἐγχειροτονέω, Inter alios creo. Ab J. Poll. (2, 150.) inter χειροτονεῖν et ἀντιχειροτονεῖν ponitur ἐγχειροτονεῖν. In quo comp. videtur verbi χειροτονεῖν signif. Creandi magis quam altera convenire: in eo usu sc. quo dicitur Creare magistratum.

Ἐπιχειροτονέω, Scisco, Decerno. Bud. (48.) e Demosth. (48.) Ἃ μὲν ἡμεῖς δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτά ἐστιν· ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσατε· ἵνα μὴ μόνον τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. Sed quamvis ἐπιχειροτονεῖν alibi signif. illam habeat, vix habere hic posse existimo: atque adeo aliter Cam. verbum illud interpr., ita h. l. vertens, Hæc sunt quæ excogitare nos potuimus; vos cum de sententiis suffragia feretis, ea quæ placuerint decernetis s. approbabitis: legit enim χειροτονήσετε pro χειροτονήσατε. Quidam vero ἐπειδὰν ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας interpr. Postquam sententias rogaritis. Rogandi certe signif. Bud. quoque huic verbo tribuit, sed paulo aliter, ubi scribit, νομοθετεῖν etiam νόμον, et ἐπικυροῦν, et γράφειν, et ἐπιψηφίζειν, et ἐπιχειροτονεῖν dici, cum ferre legem et rogare, significare volunt: sicut abrogare, ἀποχειροτονεῖν, etc. Illa autem interpr., qua redditur Sciscere, Decernere, aliis ejusd. Dem. ll. optime convenit, e quibus est hic (703.) Ἐπεχειροτονήσασθ' ὑμεῖς μὴ φίλιά εἶναι. Sic J. Poll. dicit νομοφύλακας διακωλύειν ἐπιχειροτονεῖν ὅσα μὴ συμφέρει. Sic etiam pass. Ἐπιχειροτονεῖσθαι, Decerni, Plebiscito probari. Dem. (235.) Ὅπως ἂν ἡ εἰρήνη ἐπιτελεσθῇ ἡ ἐπιχειροτονηθεῖσα ἐν τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ. [" Lucian. 1, 483." Schæf. Mss. Socr. H. E. 5, 21.] ITIDEM Ἐπιχειροτονία, Plebiscitum, Bud.: qui etiam affert e Dem. (706.) c. Timocr. cum populus esset in comitiis, προτέραν et ὑστέραν ἐπιχειροτονίαν dictam fuisse, priorem et posteriorem lationem suffragii, vel prius decretum scitumque et posterius. (Quo pertinentia quædam vide in Ἀποχειροτονῶ.) Exp. etiam e Schol. Græco διάσκεψιν ὅ, τι δεῖ ποιεῖν περὶ τῶν νόμων. Affert rursum ex illa in Timocr. Or. (716.) Ἐὰν δέ τις τῶν προέδρων δῷ τινι τὴν ἐπιχειροτονίαν, πρὶν ἐκτίσαι, ἄτιμος ἔστω, i. e., inquit, Si permittat ad populum referre, Si populo sciscere concedat. Ex Or. autem κατὰ Θεοκρίνου (1330.) hæc addit, Ἀδελφὸς αὐτοῦ θεσμοθετῶν ἀπεχειροτονήθη τῶν ἐπιχειροτονιῶν, quæ vertit, Abrogatus est magistratu sibi a populo collato et ejus insignibus. In VV. LL. Ἐπιχειροτονία τῶν ταξιαρχῶν e Plat. de LL. De centurionibus deliberatio, quæ sc. fit per suffragia. Ubi tamen scribunt interpretem Ficinum reddidisse Designatio.

Καταχειροτονέω, Adversus aliquem suffragium fero, Suffragio condemno: ut de Midia dicitur, (Demosth. 515.) Ὁ δῆμος μιᾷ γνώμῃ κατεχειροτόνησεν αὐτοῦ. In VV. LL. καταχειροτονῶ σου, Te suffragiis populi condemno. Interdum vero additur accus. θάνατον, ut ap. Dem. (350.) Οὐδὲ Τιμαγόραν, οὗ θάνατον κατεχειροτόνησεν ὁ δῆμος. Quæ constr. habetur et in isto loco Axiochi, (12.) Τῇ ὑστεραίᾳ προέδρους ἐγκαθέτους ὑφέντες κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἄκριτον θάνατον, Suffragio suo illos morte damnarunt, Suffragium de morte multandis illis tulerunt. Apud Eund. autem (571,) cum infin. Περὶ τὰ μυστήρια ἀδικεῖν Εὐάνδρου κατεχειροτόνησεν ὁ δῆμος, Populus eum contra mysteria deliquisse judicavit, Bud. Sed ad exprimendam vim hujus verbi alia quærenda fuerit interpr.: ac fortassis non spernenda hæc fuerit, Eum suffragiis suis populus damnavit tanquam delinquentem adversus mysteria: vel quod delinqueret s. deliquisset. SIC Καταχειροτονία, Condemnatio per suffragia, Condemnatio a plebe facta, Bud. e Dem. (516.) Καταχειροτονίαν ὁ δῆμος ἐποιήσατο. Erat καταχειροτονία, inquit Cam., quasi Præjudicium populi de reo. Nam injuriarum et fraudum publicarum delatio ad populum concedebatur passis, atque hoc ad judicium afferebatur, ut facit Dem. κατὰ Μειδίου. Ego, inquit, quod vestrum quisque, talem injuriam passus, faceret, id feci et ipse, ad populum hujus nomen ut deferrem, de vi quam Dionysiis fecisse videretur. Tum ita vehementi indignatione et ira commotus populus fuit, ut hic suffragiis omnium nocens declararetur, i. e. ὁ δῆμος μιᾷ γνώμῃ κατεχειροτόνησεν αὐτοῦ. Atque erat καταχειροτονία contraria interdum ἀποχειροτονίᾳ. Nam illa eum, qui ad populum de vi aut dolo damnatus fuisset, damnabat, hæc absolvebat. Erat enim ἀποχειροτονία Rejectio ejus quod promulgatum delatumve esset: ut cum præco, verbi causa, pronuntiasset de Midia, jussissetque manus porrigere eos quibus ille nocens videretur, ea erat καταχειροτονία: mox cum fecisset tale præconium, Ὅτῳ μὴ δοκεῖ ἀδικεῖν ὁ Μειδίας, ἀράτω τὴν χεῖρα, tum fiebat ἀποχειροτονία. Hæc ille: qui ut scribit καταχειροτονίαν fuisse quasi Præjudicium populi de reo, sic Bud. hæc verba de Midia, Ὃν ὁ δῆμος καταχειροτονήσας ὑμῖν παρέδωκεν, vertit Præjudicio suo damnatum tradidit. Additque, hoc patere e fine Orationis. [" Καταχειροτονέω, ad Herod. 646. Diod. S. 2, 307." Schæf. Mss. Καταχειροτονία, Potter. Archæol. 1, 155.]

Προχειροτονέω, Ante creo s. Prius, Ante alios

creo: ea signif. qua dicimur Creare magistratum. Προχειροτονεῖν, inquit Cam., Præ aliis s. Ante tempus aliquod designare vulgo dixerunt. Et sic in Apostolica historia Lucæ, 10, (41.) Μάρτυσι προκεχειροτονημένοις, Jam ante designatis testibus, vel Præ aliis. Sed Attici προχειροτονεῖν et ἐπιχειροτονεῖν de populi præcedentibus et sequentibus suffragiis dixere. Cum enim ad populum sententia consilii, quod προβούλευμα dixere, allatum esset, prius decernebatur an illud ratum esse, an quæri amplius deberet: atque hæc erat προχειροτονία. Dem. (703.) Προσῆλθε τῇ βουλῇ, προβούλευμα ἐγράφη· μετὰ ταῦτα γενομένης ἐκκλησίας προυχειροτόνησεν ὁ δῆμος: Accessit ad consilium; consultum perscriptum fuit; postea in concione suffragia prima de illo populus tulit. Sed de quo quærebatur, quodque aliquis promulgasset, censuissetve, id populus ἐπιχειροτονεῖν, aut ἀποχειροτονεῖν, i. e. Velle, Jubere aut Vetare solebat: eaque erat ἐπιχειροτονία et ἀποχειροτονία.

ITEM Προχειροτονίζω, i. valens q. προχειροτονῶ: VV. LL. sine Auctoris nomine.

Χειροτριβέω, Manu frico s. perfrico. Hippiatr. Πυρία, καὶ χειροτρίβει, Fomentis demulce, et manu perfrica, Bud. [" Schol. Dem. Phil. 4. T. 2. p. 40." Boiss. Mss. " Jacobs. Anth. 9, 357." Schæf. Mss.] Apud Hippocr. vero (Præcept. c. 5.) est NOMEN Χειροτριβίη, et pro eod. quoque simplex τριβή, de usu et exercitatione. [* Χειροτρίβω, male pro χειροτριβέω, Schol. Lucian. ad Sol. 3, 180. Etym. M. 100, 15. Lobeck. Phryn. 572.]

[* " Χειροτρόφος, Manu alimenta præbens, Philes p. 54. * Χειρότροφος, Carm. de Eleph. v. 166." Schleusn. Mss. * Χειροτυπής, Meleager 60, 8. " Jacobs. Anim. 314. Ruhnk. Ep. Cr. 74." Schæf. Mss.]

[* " Χειροχρήστης, Diaconus, Athan. 2, 299." Kall. Mss. * Χειρόχρηστος, Jambl. Pyth. §. 162. p. 340=146. Διὰ χ. τινῶν λόγων, Toupio autem * ἱεροχρήστων λογίων placet, i. q. πυθοχρήστων.]

Χειρόχωλος, Manu debilis, Mancus. J. Poll. (2, 152.) ex Hipponacte affert χειρόχωλον, Mancum; hoc enim nomine Lat. appellarunt Manu debilem, vel Usu manus carentem: unde et Mancini fuerunt vocati. Quin etiam ad ea quæ integra non sunt, Manci vocabulum a Latinis transfertur, ut a Græcis τοῦ χωλοῦ. Dixit porro et χωλὴν τὴν χεῖρα Lucian. (2, 259.) Cam.

Compp., in quibus amissa est vocalis syllabæ posterioris χειρὸς s. χειρί: aut, si mavis, in quibus servatur duntaxat prior syllaba.

Χειράγρα, ἡ, (q. d. Manuum captio s. captura,) Articularis morbus, qui manus velut captas et irretitas tenet. SICUT Ποδάγρα, Articularis morbus, qui pedes veluti captos et irretitos tenet. Χειράγρα, inquit Gorr., dicitur Arthritis quæ manuum articulos occupavit. Nec vero Morbus ipse tantum sic appellatur, cum viget et dolorem facit, sed Ipsa etiam articulorum contorsio et imbecillitas post morbum relicta. Tophis enim articuli manent intercepti. Nam id significat ἡ ἄγρα τῆς χειρός: quamvis alii χειράγραν, quasi χείραλγαν, derivari malint ἀπὸ τοῦ ἀλγήματος. Idem Gorr. in Ποδάγρα, Nihil aliud est ποδάγρα, inquit, quam Arthritis pedum. Cum enim pedum tantum articulos noxius humor infestat, articularis quidem morbus fit, sed qui nomen ab affecta parte accipiat. Sic si manuum articulos idem morbus occupet, χειράγρα vocatur. Hæc ille. Quod autem ad duplicem illam deductionem attinet, sc. vel ἀπὸ τοῦ ἀλγήματος, s. potius ἄλγους, vel ἀπὸ τῆς ἄγρας, non dubito quin hæc posterior genuina germanaque sit; nam præterquam quod optima cum ratione morbus hic ἄγρα τῶν ποδῶν vocari potest, utpote eos ἀγρεύων, quoniam velut captos, uti dixi, constrictosque et irretitos tenet, possit etiam metaphora ab altera nominis ποδάγρα signif. sumta videri, qua sc. dicitur de pedicula s. tendicula quæ ferarum pedes illaqueat. Usurpatum autem fuit prius ποδάγρα, deinde vero et vox χειράγρα illius exemplo formata fuit. Hæc autem ideo

A hic tracto de ancipiti (ut quidem nonnulli putant) derivatione, quod in Ἄλγος de iis non egerim, sicut in Ποδάγρα posito inter derivata ab ἄγρα, pollicitus fueram. Nec vero quenquam movere debet ποδαλγία et ποδαλγικός: hic enim non positum est λ pro ρ, sed λ ab ἄλγος accipit: sicut ποδάγρα et ποδαγρικὸς accipiunt ρ a nomine ἄγρα. Non ignoro alioqui, quod a Schol. Aristoph. scribitur initio Comm. in Plutum, sc. dici ποδαργία Attice pro ποδαλγία, mutato λ in ρ: et talem esse in VOCE Ἀργαλέος mutationem elementi; dici enim ἀργαλέος pro ἀλγαλέος, Attice. Sed cur non potius ab ἔργον deduci, et ἀργαλέος quasi ἐργαλέος dici putabimus? Quod vero ad accentum illarum vocum attinet, melius scribi puto χειράγρα et ποδάγρα paroxytone quam χείραγρα et πόδαγρα. Cum autem mihi nunc in mentem veniat vox Chiragra primam correptam ap. Lat. Poëtas habens, hac etiam de re dicam quod sentio. Cum nullum non solum hujus compositi, sed nec alius cujusquam exemplum inveniam talem
B scripturam habentis, sc. ι pro ει, nec vero vox ipsa simplex in obliquis amittat ε, et servet solum ι, sed potius pro ει retineat duntaxat ε, cum correptione opus est; eo propemodum adducor, ut suspectos eos locos habeam, in quibus Chiragra scriptum est, et Cheragra germanam scripturam esse autumem.

Χειραγωγός, Qui manu ducit, ut cæcum ducere solemus, cui viam præimus: unde exp. ὁδηγὸς τοῦ τυφλοῦ. Sic Paulus [Elymas] excæcatus, Act. 13, (11.) Περιάγων ἐζήτει χειραγωγούς. Sic Plut. in lib. in quo disputat, εἰ Πρεσβυτέρῳ Πολιτευτέον, scribit, Ἀναθέντα χειραγωγοῖς αὐτὸν, ἢ φοράδην κομιζόμενον: dicit enim χειραγωγοῖς propter Appium Claudium, de quo postea loquitur. Sed qui senem deducit, non quidem cæcum, sed alioqui debilem, possit χειραγωγὸς appellari. Videtur enim J. Poll. latius hujus nominis signif. extendere, cum hæc simul ponit, Διάδοχοι, Κληρονόμοι, Χειραγωγοί, Νοσοκόμοι, etc. Generaliter certe pro Deductore s. Duce interdum ponitur, ut cum scribit Dionys. Areop. de
C Paulo, Ὁ κοινῶς ἡμῶν ἐπὶ τὴν φωτοδοσίαν χειραγωγός. [" Longus p. 121. Vill., Boiss. Philostr. 617. ad Herod. 528. Χειραγωγὸν ποιεῖσθαι, Boiss. Philostr. 322." Schæf. Mss.] Χειραγωγία, ἡ, Actio illa ducendi manu, s. deducendi. A Suida exp. βοήθεια, Auxilium, Adjumentum. [" Longus p. 109. Vill." Schæf. Mss.] Χειραγωγέω, Manu duco, ut cæcus duci solet. Plutus cæcus ap. Lucian. 1, (143.) dicit Mercurio, Εὖ ποιεῖς, ὦ Ἑρμῆ, χειραγωγῶν· ἐπεὶ, ἤν γε ἀπολίπῃς με, Ὑπερβόλῳ τάχα ἢ Κλέωνι ἐμπεσοῦμαι περινοστῶν: (3, 40.) Ἆρα καὶ ἐχειραγώγει τὸν δράκοντα, ἤδη, ὡς φῄς, γεγηρακότα; Greg. Naz. Ὥσπερ τυφλὸν χειραγωγῶν. Dicitur etiam metaphorice, inquit Bud., de fortuna, quæ viam patefacit hominibus felicibus, quasique viam præit ad ornamenta magnaque fastigia assequenda. Herodian. 6, (8, 3.) Κατ' ὀλίγον αὐτὸν χειραγωγούσης τῆς τύχης. Affert alium Ejusd. locum, in quo passiva voce Χειραγωγοῦμαι utitur, 7, (1, 6.) Τεθρύλλητο γὰρ παρὰ πᾶσιν ὅτι ἐπιδοὺς ἑαυτὸν εἰς εὐτελῆ καὶ ἐπιχώριον στρατείαν,
D ὑπὸ τῆς τύχης ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν κεχειραγώγητο. Vertit autem illo in loco Polit. χειραγωγούσης τῆς τύχης, Fortuna quasi manu ducente ac prævia. Alium metaphoricum usum huic verbo dedit Alex. Aphr. Præf. Probl. Χρὴ καὶ τοῖς κατὰ μέρος χειραγωγεῖν τὸν διδασκόμενον, ubi reddere possis, metaphora itidem utens, Viam præire. Polit. ita, Sed tanquam manu ducendus qui eruditur. Redditur et hoc modo, Singularum rerum tractatione animus auditoris regendus est. Ex Heliod. autem affertur, Ὑπὸ θρήνου χειραγωγούμενος, pro Abreptus luctu et quasi manu ductus. Sed non bene conveniunt inter se Abreptus et Manu ductus.

Χειραγωγεῖν Aristot. dixit etiam de eo qui instrumenta musica pulsat, inquit Bud., locum tamen non indicans. Tunc certe χειραγωγεῖν fuerit, non χειρὶ ἄγειν, sed χεῖρα ἄγειν, i. e. non Manu ducere, sed Manum ducere. Sed hoc vereor ut Latine dici possit; at Gallice omnino ad verbum aptissime reddideris, Mener la main. Dicimus enim, Mener la

main doucement, de eo qui instrumentum musicum pulsat. [Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 2, 80. " Ad Charit. 636. Argum. Soph. Œd. C." Schæf. Mss. * Χειραγώγημα. Schol. Eur. Phœn. 855. * Χειραγώγησις, Nicet. Ann. 16, 1. p. 291. * Χειραγωγητὸς, unde * 'Αχειραγώγητος, Indocilis, Cyrill. Alex. in Jo. p. 358. 'Ο ἀτριβὴς τε καὶ ἀχειραγώγητος νοῦς. * " Διαχειραγωγέω, Clem. Alex. 506." Wakef. Mss.]

[* Χείρακρον, τὸ, in plur. i. q. αἱ χεῖρες ἄκραι, Polemon Physiogn. 2, 15. p. 388.]

[* Χείραλγος, unde * Χειραλγέω, e quo * " Χειραλγία, Manuum dolor, Chiragra, Chrys. in Jo. Hom. 22. T. 2. p. 644, 41. Καρηβαρίαι, καὶ ἀμβλυωπίαι, καὶ χειραλγίαι, καὶ τρόμοι, καὶ παρέσεις, καὶ ἴκτερος." Seager. Mss.]

[* Χειραλειπτὴς, unde] Χειραλειπτέω, Manus ungo. E consequenti autem, Manum exerceo, Me exerceo. Vide exemplum ap. Suid. [e Diod. S. Ecl. 2. l. 26. p. 513.: vulgo * χειμαλειπτέω. " Χειραλειπτέω, * Χειραλείπτητος, Toup. ad Longin. 337." Schæf. Mss.]

[* Χειραμάξιον, dimin. a χειράμαξα, Gallice Brouette, Petron. Satyr. c. 28. * " Χειραπλόω, Athan. 2, 421." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon.]

Χειράφετος, ὁ, ἡ, Manu missus, Emancipatus. Affertur e Suida. Videtur autem factum esse ad exprimenda illa vocabula Lat., Manu missus. [* Χειραφετέω, Gl. Emancipo: * Χειραφεσία· Emancipatio: * Χεράφετος· Emancipatus: * Χεραφιᾶται· Emancipatur.]

Χειραψία, ἡ, vox facta e dat. χειρὶ et verbo ἅψασθαι, i. e. Manu tangere, s. attingere. Bud. ap. Plut. Luctæ genus esse tradit, (6, 873.) Ἐν χειραψίᾳ περικρούοντος, προστραχηλίζοντος κενοσπούδως, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν κατασπῶντος: [cf. Eund. Alcib. 2.] Ex Eod. affertur in *VV. LL. pro Quodam palæstrico manuum nexu, quo se mutuò consertis manibus apprehendunt, ita se exercentes. Remittuntque ad Gal. de San. Tuenda. Annotant dici etiam de pugna, cum ad manus ventum est, et res manu conserta geritur, e Polyb. Αἱ διὰ τῶν χειρῶν πράξεις ἄπαυστοι ἐγίνοντο, καὶ πειρασμοὶ, καὶ χειραψίαι καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων. Cam. χειραψίαι, Conatus et aggressiones, ut in præliis, cum res ad manus pervenit. Apud Medicos autem χειραψίαν esse annotant Levem frictionem, quæ fit suspensa manu et leviter attingendo: quam a Cælio Aurel. Chron. 1, 4. Manutigium vocari: [Idem Acut. 3, 18.] Habent ETIAM Χειραπτάζω, quod exp. Tracto. Malim, Manu contrecto. [Herod. 2, 90.] Fit autem χειραπτάζω tanquam e χειράπτομαι. [* " Χειραπτέω, unde χειραπτήσας, Phot. Bibl. 88. p. 209." Lobeck. Phryn. 609. * " Χειραπτοῦμαι, Theod. Prodr. f. 76." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. " Χειραπτάζω, * Χειραπάζω, * Χειραπτέω, * Χειράπτητος, Toup. ad Longin. 337." Schæf. Mss. * " 'Αχειράπτητος, * ἀχείραπτος, Jambl. V. P. 132(=330.) Πυθαγορείων ὑπομνήματα—ἀρχαιοτρόπου καὶ παλαιοῦ πινοῦ διαφερόντως, ὥσπερ τινὸς ἀχειραπτήτου νοῦ προσπνέοντος, μετ' ἐπιστήμης δαιμονίας ἄκρως συλλελογισμένα. Kust. conjecit ἀχειράπτου χνοῦ προσπνέοντα. Quid sibi vult ἀχειραπτήτου? Per χνοῦν ἀχείραπτον significari debet Lanugo prima, quæ nondum manum, i. e. novaculam, passa sit." Bast. de VV. nihili vel dub. ad calcem Scap. Oxon.]

[* " Χείρεργον, Opus manuum, in Prato Spirituali Jo. Moschi, c. 13. p. 1062. Τὸ ἐμὸν χ. τρέφει με." Suicer. Thes. Eccl. Cf. 'Εργόχειρον. * " Χειρεργάτης, Lex. Ms. Cod. Par. Reg. 2562. fol. 232. verso, Πένης δὲ ὁ χ. καὶ τέχνης τινὸς ἔμπειρος." Osann. Auct. Lexx. Gr. 76. 167.]

Χειρουργὸς, (ita enim scr., non χειροῦργος, qui error jam inde a primis Lexx. profectus, in sequentibus religiosissime servatus fuit. Fieri autem e χειροεργος per synæresin, minime ignotum est: et quoniam ο et ε in ου contrahuntur, ideo videri posset non esse amissa hic vocalis ο, ut in præcedentibus.) Qui manu operatur, Qui manu opus facit. Gall. omnino ad verbum, Manouvrier. Sonat enim composita hæc vox q. d. Lat. Manuoperarius. Redditur alioqui χειρουργὸς (sicut et χειροτέχνης, atque alia hujusmodi) simpliciter Opifex, Operarius. Convenit porro χειρουργὸς cum illa VOCE Χειροέρκτης, cujus supra memini; sicut enim χειρουργὸς fit e χεὶρ et ἔργον, sic etiam χειροέρκτης e χεὶρ et ἔρκτης, quod extra compositionem significaret ἐργάτης, ut ἔργμα est ἔργον: atque adeo per illud χειρουργὸς Hes. exp. hoc χειροέρκτης: [an * χειρορέκτης?] quod sane omnino Poëticum esse censendum est. At vero χειρουργὸς prosæ quidem conceditur, sed in ea tamen rarum habere usum existimo, et quidem rariorem quam derivata ab eo χειρουργία et χειρουργῶ. Atque adeo J. Poll. postquam conjunxit, Χειρουργία, Χειροτέχνης, Χειρουργικὸς, addit χειρουργὸς esse εὐτελές. [Diog. L. 6, 46. " Fischer. Ind. Palæph. v. 'Αγαλματοποιός." Schæf. Mss.] Venio igitur ad NOMEN Χειρουργία, quo significatur ipsa χειρουργοῦ actio, vel potius operatio, quæ sc. fit manibus. At opus ipsum s. opificium, dicitur potius χειρούργημα, licet ab J. Poll. pro Opificio poni scribat Bud. Idem χειρουργίαν et χειρουργεῖν dici ait de Omni arte quæ actionem habet manuum cum cognitione conjunctam. Plato Pol. Αἱ δέ γε περὶ τεκτονικὴν αὖ καὶ ξύμπασαν χειρουργίαν τέχναι, ὥσπερ ἐν ταῖς πράξεσιν ἐνοῦσαν σύμφυτον τὴν ἐπιστήμην κέκτηνται. Ibid. Καὶ γὰρ ἀρχιτέκτων γε πᾶς, οὐκ αὐτὸς ἐργαστικὸς, ἀλλὰ ἐργατῶν ἄρχων, παρεχόμενός γέ που γνῶσιν, ἀλλ' οὐ χειρουργίαν. [Ælian. H. A. 15, 2. γραφῆς, cf. 12, 48. " Χειρουργία ap. Aristoph. Λ. 674. Suidas in Λιπαρὲς vel de Audacia, τόλμῃ, (quod præfero,) vel sensu obscœno de mulieribus manibus suis virorum pudenda tractantibus explicandum esse judicat." Schleusn. Mss. Cf. Χειρουργέω.] Hinc et ADJ. Χειρουργικός: ut χειρουργικὴ ἐπιστήμη ap. Aristot. Scientia quæ in manuum operatione versatur, i. e. quæ manibus exercetur, s. quæ manus opera indiget. Aristot. de organis musicis quæ manu pulsantur, Polit. 8. 'Ομοίως δὲ καὶ πολλὰ τῶν ὀργάνων τῶν ἀρχαίων, οἷον πηκτίδες καὶ βάρβιτοι, καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν συντείνοντα τοῖς ἀκούουσι τῶν χρωμένων, ἑπτάγωνα καὶ τρίγωνα καὶ σαμβῦκαι, καὶ πάντα τὰ δεόμενα χειρουργικῆς ἐπιστήμης. Eadem vero de re dixisse etiam χειρουργεῖν docebo paulo post. At J. Poll. substantivi usum tribuit huic vocabulo χειρουργικὸς cum nomini χειροτέχνης ipsum subjungit: et addit, 'Ο γὰρ χειρουργὸς, εὐτελές. [Plut. Τὸ χ. μέρος τῆς μουσικῆς. * Χειρουργικῶς, J. Poll. 2. p. 226.] Χειρουργέω, Manibus operor, Opus facio. Potest reddi simpliciter Operor, ea signif. qua dicitur Sacris operor, ap. Philon. V. M. 3. 'Εκάστου τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ θυσίας ἀνάγοντος τότε καὶ χειρουργοῦντος. Cui simile est τὰ ἱερὰ χειρουργεῖν, sicut et τὰ ἱερὰ συγχειρουργεῖν ap. Isæum legitur. Aristot. Pol. 8. χειρουργεῖν eum dixit, qui manu instrumenta musica pulsat: Φανερὸν ὅτι χρηστέον μὲν πάσαις ταῖς ἁρμονίαις, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον πάσαις χρηστέον· ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν παιδείαν ταῖς ἠθικωτάταις, πρὸς δὲ ἀκρόασιν, ἑτέρων χειρουργούντων, καὶ ταῖς πρακτικαῖς, καὶ ταῖς ἐνθουσιαστικαῖς. Itidem dicitur ab illo χειρουργικὴ ἐπιστήμη, ut paulo ante annotatum est. Verbi autem χειρουργεῖν eund. usum habebis paulo post ex Aristot. Apud Athen. legitur etiam κεχειρουργημένον ὄψον, Opsonium cui coquus manus adhibuit, Opsonium arte culinaria apparatum. Χειρουργῶ est etiam Fabricor, Ædifico: unde ἐκεχειρούργητο ap. Plat. Fabricata s. Ædificata erat: in Atlantico, Οὗ δὴ πολλὰ μὲν ἱερὰ καὶ πολλῶν θεῶν, πολλοὶ δὲ κῆποι καὶ πολλὰ γυμνάσια ἐκεχειρούργητο, Ubi sane multa fana complurium deorum, multique horti et multa gymnasia ædificata erant, vel fabricata, ut vertit Cam. Idem annotat χειρουργεῖν Thucydidi esse Manu rem aggredi, 8, (69.) 'Ελθόντες οἱ τετρακόσιοι μετὰ ξιφιδίου ἀφανοῦς ἕκαστος, καὶ οἱ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μετ' αὐτῶν Ἕλληνες νεανίσκοι, οἷς ἐχρῶντο εἴ τι που δέοι χειρουργεῖν, i. e., ut interpr., διαχειρίζεσθαι. Affuere, inquit, quadringenti viri, singuli cum tecto pugione: itemque una centum viginti adolescentes Græci, quorum opera, cum res manum poscebat, uti consueverant. I. e., cum aliqui e medio tollendi erant. Lucian. simpliciter de tractatione posuit, (2, 48.) 'Επεὶ κἂν ἐκιθάριζε μὴ μαθὼν, καὶ ηὔλει, καὶ πάντα ἂν ἠπίστατο· νῦν δὲ μὴ μαθὼν οὐκ ἄν τι αὐτῶν χειρουργήσειεν: Hoc modo

enim et cithara caneret et tibia, qui nunquam didicisset; nunc vero horum nihil tractare possit indoctus. Ita Cam. h. l. reddit. Quo in l. observandum est, χειρουργεῖν dici de eo qui instrumentum musicum pulsat, eod. pacto quo ap. Aristot. in eo l. quem modo protuli. Quod autem attinet ad illam signif. quam habere putatur χειρουργεῖν, in illo Aristot. l., cum ea convenit quod scribit Bud., sc. χειρουργοῦντας dici qui non tantum consilium dederunt, sed etiam manum maleficio et facinori accommodarunt: ap. Æschin. (43.) Τούτους δὲ δίκης ἠξίουν τυχεῖν, μὴ τὰς πατρίδας αὐτῶν, ἀλλὰ τοὺς χειρουργήσαντας, καὶ βουλεύσαντας. Fuerit igitur χειρουργεῖν Manu perpetrare facinus, non tantum consilio. Is enim, cujus consilio aliquod facinus perpetratur, estque illius consilii auctor, videtur posse dici quodammodo facinus id consilio suo perpetrasse. At in illo Thuc. loco generalius usurpatur χειρουργεῖν, et non distinguendo ab iis qui consilii duntaxat auctores fuerint: ideoque convenire signif. unam cum altera, non autem omnino eandem esse dixi. [Dionis Cassii Fragm. Morellianum, Πυλάδης ὁ ὀρχηστὴς πανήγυρίν τινα ἐποίησε, οὐκ αὐτὸς χειρουργήσας. Χειρουργοῦντες, Artifices, Pictores, Ælian. H. A. 4, 27.: οἶνον ἐξ ὀρύζης, 13, 8. Philo de Nom. Mut. 1082. τὰ ἄδικα: v. Lobeck. Phryn. 120. "Ad Herod. 253. Diod. S. 1, 231. Lucillius 76. Nicarchus 29. Jacobs. Anth. 7, 315. Sensu obscœno, Salmas. H. A. 289. Diog. L. 215. HSt. 1570. (p. 223.)" Schæf. Mss.] VERBALE Χειρούργημα, Opus manu factum, Opificium, Plat. Politico. Possit vero esse etiam Homicidium manu perpetratum, sequendo signif. quæ verbo χειρουργεῖν data paulo ante fuit. [* Χειρουργητὸς, unde * Ἀχειρούργητος, J. Poll. 2, 154.] Extant ex hoc verbo COMP. Ἐγχειρουργέω ET Συγχειρουργέω. Greg. Naz. de Homine, loquens de statuario, Καὶ τὸ ἀκριβὲς εἶδος ἐγχειρουργήσας τῷ λίθῳ, Postquam perfectam formam arte manus suæ lapidi imposuit s. indidit: perinde ac si dixisset, χειρουργήσας ἐν τῷ λίθῳ. Posterius autem comp. Συγχειρουργεῖν extat ap. Isæum (206.) Καὶ τὰς ἑορτὰς ἤγομεν παρ' ἐκεῖνον πάσας, καὶ τὰ ἱερὰ συνεχειρουργοῦμεν καὶ συνετίθεμεν, καὶ τὰ ἄλλα συνεποιοῦμεν, Una sacris operabamur. Vide supra θυσίας χειρουργεῖν itidem dictum a Philone. ["Philo in Flacc. 971. Συνεχειρούργει ἕκαστα τῶν ἁμαρτανομένων." Lobeck. Phryn. 120. "Musgr. El. 816." Schæf. Mss.]
" Ἐκχειρουργέω, Fabrico. Plato Atlantico, Οὗ δὴ
" πολλὰ μὲν ἱερὰ καὶ πολλῶν θεῶν, πολλοὶ δὲ κῆποι
" καὶ πολλὰ γυμνάσια ἐκεχειρούργητο, Fabricata s. Æ-
" dificata erant, VV. LL. Sed alio exemplo hoc
" ἐκχειρουργεῖν confirmare debebant; nam istud ἐκε-
" χειρούργητο est non ab ἐκχειρουργέω, ut ipsa puta-
" runt, sed a χειρουργέω: nam ab ἐκχειρουργέω di-
" cendum esset ἐξεκεχειρούργητο." [Vide Χειρουργέω.
* Προχειρουργέω, Joseph. B. J. 4, 8, 3.]

Χειρουργὸς, peculiari signif. Chirurgus, servata voce Græca, (sicut et Gallice Chirurgien, pro quo vulgus perperam pronuntiat Cirurgien,) Is qui medicas manus alicui admovet: Qui morbos, qui in solutione continui aut in partium externarum immoderatione consistunt, tollit sectione, ustione, restitutione in naturalem situm, et medicamentis foris appositis. Sectione enim et ustione tollit quod redundat, luxata et fracta ossa reponit in locum naturalem. Ulcera medicamentis deterget, carne implet, et cicatrice obducit. Χειρουργία, Actio chirurgi, vel magis ad verbum Operatio chirurgi, si ita loqui liceat; Curatio quam adhibet chirurgus: ut Græce exponi potest ἡ τοῦ χειρουργοῦ θεραπεία, intelligendo sc. ὑπὸ τοῦ χειρουργοῦ προσαγομένη. Sic Galeno sunt plurali num. quædam θεραπεῖαι, quas dicit peculiariter χειρουργίας vocari: in l. Hippocr. qui κατ' Ἰητρεῖον inscribitur, Comm. 2. Ἀλλ' οὐ πρόκειται νῦν ἁπάντων αὐτῷ παθῶν ἁπάσας γράφειν θεραπείας, ἀλλὰ τὰς χειρουργίας ἰδίως ὀνομαζομένας. Idem in l. περὶ Διαίτης Ὀξέων Νοσημάτων, Comm. 1. Πάντες γὰρ οἱ νοσοῦντες ὑπὸ διαίτης μόνης οὐ θεραπεύονται, διὰ τὸ πολλοὺς δεῖσθαι καὶ χειρουργίας καὶ φαρμακείας: ubi observa tres medicinæ partes constitui, δίαιταν,

A χειρουργίαν, φαρμακείαν: quam alibi φαρμακευτικὴν appellat, nimirum in eod. Comm. aliquot paginis ante locum præcedentem. Ibi autem ab eo DICITUR Δίαιτα esse ἡ διὰ τῶν συνήθων ὑλῶν ἀγωγὴ τῆς θεραπείας: SICUT Χειρουργία est ἡ διὰ τῶν συνήθων τομῶν καὶ καύσεων, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργεῖται, χειρουργία: tertia autem ἰατρικῆς pars EST Φαρμακευτικὴ, ea quæ διὰ φαρμάκων περαίνεται. Ceterum cum illæ a Gal. nominatæ, τομὴ et καῦσις, i. e. Sectio et Ustio, præcipuæ sint chirurgiæ partes, interdum χειρουργία per alteram illarum vocum redditur, ut e Diosc. 5. Μετὰ τὴν χειρουργίαν ἐκκλυζομένη, affertur in VV. LL., pro Post sectionem infusa. Eadem alioqui e Paulo Ægin. 6. afferunt, μετὰ τὴν χειρουργίαν, pro Post manum scalprumque, Post manualem curationem, (quod barbare potius quam Latine dicitur,) Postquam medica manus operam suam impenderit. Legitur porro et ap. Hippocr. vox ista, sed Ionice mutans α in η, in Progn. Ἄμεινον δὲ καὶ τὴν κοιλίην ὑποκενώσαντα χειρουργίῃ χρῆσθαι. [Aret.
B 88. 115.] Est etiam ADJ. Χειρουργικὸς, Chirurgicus, Ad chirurgiam pertinens: ea autem quæ sit, in proxime præcedentibus satis declaratum est. Et χειρουργικὴ τέχνη, vel ἐπιστήμη, ut dicitur θεραπευτικὴ, Ea pars medicinæ quæ sectione et ustione aliisque, quæ dicta sunt, uti docet. Item VERB. Χειρουργέω, Medicam manum admoveo, etc. sequendo ea quæ in præcedentibus nominibus dicta fuerunt. Sed frequens est usus τοῦ χειρουργεῖν cum accus. pro Curare per chirurgiam, s. utendo arte chirurgiæ. Hippocr. ἐν τῷ περὶ Φυσῶν init. Ὅσα μὲν χειρουργῆσαι δεῖ, χρὴ συνεθισθῆναι· τὸ γὰρ ἔθος τῇσι χερσὶ κάλλιον διδασκαλεῖον. Gal. in Aphor. Comm. 6. περὶ καρκίνων loquens, Πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν ἀξιολόγων ἰατρῶν οὐδὲ τούτους ἐπιτρέπουσι χειρουργεῖν, ἀλλὰ μόνους ἐκείνους, ὅσοιπερ ἂν ἑλκωθέντες, ἅμα μὲν ἀνιαροὶ τοῖς κάμνουσιν ὡς αὐτοὺς ὀρεχθῆναι τῆς χειρουργίας· ἅμα δ' ἐν τοῖς τοιούτοις συστῶσι μορίοις, ἃ μετὰ τῶν ῥιζῶν ἐκτεμεῖν καὶ καῦσαι δυνατόν ἐστιν. Passive autem χειρουργεῖσθαι dicitur aliquis, aut aliqua pars corporis. Idem Gal. Comm.
C 1. in l. Hippocr. qui κατ' Ἰητρεῖον inscriptus est, utraque voce eod. in loco usus est, Ἔνια μὲν γὰρ χρὴ πειρᾶσθαι τάχιστα χειρουργεῖν, ὅταν ἤδη διὰ τὸ ψυχθῆναι μὲν κίνδυνος ἕπηται μέγιστος· ὡς ἐπὶ τῶν ἀπερραμμένων ἦν· φέρονται γὰρ ταχέως εἰς τὸ μέγεθος τῆς ἡδονῆς οἱ χειρουργούμενοι. Idem aliquanto ante dixerat, Οὐ γὰρ μόνον ὅπου χρὴ κατακείμενον ἢ καθήμενον χειρουργεῖσθαι τὸν πεπονθότα τόπον ἐπίστασθαι τοῖς μανθάνουσι τὴν τέχνην, ἀλλὰ καὶ τὸ πῶς ἔχει σχήματος. Habetur autem et in Epigr. 2. aliquoties hoc verbum χειρουργεῖν: ubi reprehenduntur quidam imperite simul et crudeliter, i. e. lethaliter, chirurgicam artem exercentes. Quæ reprehensio in multis nostro sæculo artem istam profitentibus locum habere posset: cum tamen nunc ista medicinæ pars a reliquis duabus, quarum supra memini, separata sit, ideoque totum se huic dedere aliquis possit. Quoniam autem ἰατρὸς olim ille ipse erat, qui ἐχειρούργει, inde fit ut χειρουργεῖν et χειρουργία potius quam χειρουργὸς ap. veteres inveniatur.

D Χειρῶναξ i. valet q. præcedentia χειρουργὸς ac χειροτέχνης, Qui manibus operatur s. opus facit, Opifex, Operarius. Sed χειρῶναξ dici existimatur quasi χειροάναξ, i. e. Manuum suarum dominus. Eust. exp. ὁ τῆς χειρὸς ἀνάσσων, vel τῶν ἐν χερσὶν, nullam signif. hujus rationem addens. Ego autem crediderim vocari dominum manuum suarum, potius quam τῶν ἐν χερσὶν, quod illis suum pensum quotidie præscribat et imperet, e quo victum quærit: et ita laborem manuum tributi loco habeat, quod ab illis, ceu dominus, aut etiam rex, exigit. Quæ tamen a me ita dicuntur, præsertim cum extemporanea sint, ut interim liberam aliis suam hac de re conjecturam relinquam. Non ignoro alioqui hæc scribi a Suida, χειρῶν μόνων δεσπόζων, vel διὰ χειρῶν κτεατιζόμενος, vel διὰ χειρῶν ταλαιπωρούμενος. Sed hoc κτεατιζόμενος non satis cum etymo convenire videtur, multo etiam minus ταλαιπωρούμενος. Est porro non Poëtarum duntaxat, sed interdum solutæ orationis Scriptorum hoc vocabulum. Plut. βαναύσοις et χειρώ-

ναξι copulavit, (9, 199.) Καὶ πᾶσι τοῖς βαναύσοις καὶ χειρώναξι τὸ δύνασθαι λέγειν ἀπομνυμένοις. [I. q. δημιουργοῖς, Herod. 1, 93. Euripides Stobæi Ecl. Eth. p. 6. λ γων, Lobeck. Phryn. 674. " Brunck. Soph. 3, 480. 532. Dionys. H. 2, 1156. Wolf. ad Vater. Animadv. 213. Lucian. 189. Bip., Coray in Thuc. par Levesque 3. p. 274. Valck. Anim. ad Ammon. 212. Diatr. 116. Musgr. Cycl. 86." Schæf. Mss.] HINC Χειρωναξία, ἡ, Ars quæ manibus exercetur, Operatio quæ fit manibus, si ita loqui fas est. Quidam e Plin. interpr. Manuum operatio. Apud Æsch. Pr. 45.) p. 8. meæ Ed. exclamat Vulcanus, Ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία, appellans χειρωναξίαν, τὴν χαλκευτικὴν τέχνην, suam Artem fabrilem. Herod. 2, (167.) Τοὺς δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξιέων, γενναίους νομίζοντας εἶναι, Alienos ab opificiis, nobiles esse statuunt, Cam. Quidam ἀνώνυμος ap. Suid. Πλῆθος ὅσον θητικὸν καὶ ἐν χειρωναξίαις, καὶ ἄλλως ἐγκατῳκισμένον τῇ πόλει συναγαγών. [Æsch. Choëph. 759. Blomf. Gloss. in Pr. l. c. Phrynichus Bekkeri p. 72. 469. " Ad Mœr. 407." Schæf. Mss.] AT VERO Χειρωνάξιον, τὸ, ex Aristot. Œc. 2. pro Vectigali quod exigebatur viritim a vulgo. Pensitatio erat et πρόσοδος σατραπική, dicta etiam ἐπικεφάλαιον, inquit B. [* Χειρωνάκτης, i. q. χειρώναξ, Hippocr. 384, 46. Dionys. H. 1. p. 366=1156. Zosimus 1847. Hesych. χειρωνάκτας· χειροτέχνας: Erot. χειρωνᾶκται· χειροτέχναι: cf. Foës. Œcon. 676-7. Hippocr. de Rat. Vict. in M. A. 2, p. 271. 286. Lind. Sect. 4. p. 54. 61. Foës.: Procop. Anecd. 113. 115. 116. Schn. Lex. Suppl. " Herodian. Epimer. 150." Boiss. Mss. UNDE] ADJ. Χειρωνακτικὸς, ut βίος, Vita eorum qui artem aliquam manibus exercent, et manibus victum quærunt, vel Vita qualis est eorum qui etc. Sed Auctor Axiochi, qui Dialogus Platoni vulgo ascribitur, tanquam substantivo usus est, usurpans χειρωνακτικοὺς pro χειρώνακτας, (§. 11.) Τοὺς χειρωνακτικοὺς ἐπέλθωμεν καὶ βαναύσους, πονουμένους ἐκ νυκτὸς εἰς νύκτα, ubi observa etiam copulari χειρωνακτικοὺς et βαναύσους, sicut supra habuisti e Plut. βαναύσοις καὶ χειρώναξι. [" Eust. 40, 14." Seager. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. " Galen. 1, 6, 29. Aristid. Quint. 65. Dio Chrys. 1, 410." Wakef. Mss.]

Sunt etiam quædam compp., e χερὸς s. χερὶ, non χειρὸς s. χειρὶ facta. Quorum nonnulla habuisti supra, sc. Χερόβολον et Χερόπληκτος, cum Χειρόβολον et Χειρόπληκτος. Ex iis autem quæ supersunt, alia ejusmodi sunt, ut unde compp. sint, facile perspiciatur, in aliis contra facile id perspici non potest. Prioris generis sunt Χεριφυρὴς et Χερνίπτομαι, unde Χέρνιψ, (nisi potius hoc prius illo esse quispiam existimet,) posterioris, Χερμὰς et Χερνήτης. ILLUD Χεριφυρὴς pro Manu subactus, ex Epigr. affertur, μάζης χεριφυρέα δαῖτα, Manu subactam cœnam. [" Jacobs. Anth. 9, 152." Schæf. Mss. Anal. 2, 214.] AT VERO Χερνίπτομαι ap. Hom. legitur, vel potius inde formatum aoristum χερνίψαντο, Il. A. (449.) Χερνίψαντο δ' ἔπειτα καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο, Manus laverunt s. abluerunt, ante sacrificium sc. Usus est et Lysias hoc verbo, (255.) Ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. Et quidam ἀνώνυμος ap. Suid. Χερνιπτομένους πρὸς αὐτοῖς τοῖς βωμοῖς ἀπέκτειναν, ut quidem in priore l. legitur; in posteriore enim habetur Χερνιπτομένους, τας χεῖρας νιπτομένους πρὸς αὐτοῖς κ. τ. λ. Affertur porro et vox ACTIVA Χερνίπτω, e Lycophr. (184.) sed ap. eum χερνίψουσι exp. σφαγιάσουσι, θύσουσι, ubi a metaphora τῶν χερνίβων, quibus abluebantur et purgabantur manus, θυσίαν vocasse dicitur χέρνιβα, tanquam purgatricem. Convenit autem hæc exp. θύσουσι, quæ datur verbo χερνίψουσι, cum illa quam habet χερνιφθέντα ap. Suid., sc. τυθέντα: qui alioqui et priorem illam verbi χερνίψαιτο signif. agnoscit. [" Eur. Iph. T. 622. Jacobs. Anth. 8, 123." Schæf. Mss. Anal. 2, 42. " Aristoph. Εἰρ. 961. Αὐτός τε χερνίπτου, Fac lustreris." Seager. Mss. Lobeck. Phryn. 562. 669.] Χερνιμμα, Manuum lotio, χειρόνιπτρον, VV. LL. tanquam ex J. Poll., qui tamen expositionem non addit. Cam. χερνίμματα interpretatus est Manuum lavacra, [Malluvia.] AT VERO Χέρνιψ ab Hom. vocatur, ut Idem annotat, Aqua qua abluuntur manus ante cibum, Od. A. (136.) Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος. Dicit enim fuisse Aquam vase allatam, et effusam in prolubrum. Apud Eund. Il. Ω. (304.) ἡ δὲ παρέστη Χέρνιβον ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα, VOCEM Χέρνιβον interpretati fuere vas quod fuit ab aliis DICTUM Χερόνιπτρον, [" Inscr. Att. ap. Boeckh. Staatsh. 2, 262." Schn. Lex. " Schol. Eur. Phœn. 666." Wakef. Mss.] SIVE Λέβης, Prolubrum Latine: UT Πρόχοον, Gutturnium. Neque alibi reperitur ap. illum Poëtam in hac forma vocabulum. Athen. (408.) Atticos hoc ait DIXISSE Χερνίβιον. Idemque docet, Χερνίβα, penultima acuta ap. Comicos et Tragicos reperiri, [cf. Suid.,] de aqua, qua, titione ex ara sublata, cum in illam intinxissent, conspergere quondam in sacris astantes consueverint; sed rationem deductionis repugnare. Hæc ille. Ceterum quod ad hanc vocem Χέρνιψ attinet, (a quo nomin. fit gen. χέρνιβος, cum contra χερνίβος et χερνίβα sint a nomin. χερνὶψ,) pro Lavacro s. Ipsa manuum ablutione sumi manifestum est ap. Thuc. 4, (97.) p. 153. meæ Ed. Ὕδωρ τε, ὃ ἦν ἄψαυστον σφίσι, πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ χέρνιβι χρῆσθαι, ἀνασπάσαντας ὑδρεύεσθαι: quæ Interpres ita vertit, Aquam etiam, quam nefas ipsis esset tangere, nisi ad abluendas in sacrificium manus, in alios usus haurire. Ex Eur. (Iph. A. 675.) affertur, χερνίβων ἑστήξῃ πέλας, pro Aderis proxima lavacris. Ab Erasmo χέρνιβες alicubi redditum fuit Piamina. Bud. autem χερνίβων εἴργεσθαι ap. Demosth. (505.) tale esse ait, quale ap. Lat. Aqua et igni interdicere. Sed cum sit εἴργεσθαι, passivum, non act. εἴργειν, potius dicendum fuerat, χερνίβων εἴργεσθαι dici eum cui aqua et igni interdicitur. Neque hoc prætereundum est, Schol. ibi habere χέρνιβος, non χερνίβων, et admonere, ita vocari non aquam, sed ipsum vas: χέρνιβος, inquit, οὐ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ τοῦ ἀγγείου: quod qua ratione nitatur, ipse viderit. Pro ipso certe Vase legimus et ap. Athen. Ἀθηναίοις θυομένοις ἐν Δήλῳ, τὴν χέρνιβα βάψας ὁ παῖς προσήνεγκε, κἂν τῇ φιάλῃ μετὰ τοῦ ὕδατος ἰχθῦς κατέχεεν. De accentu autem confer ea quæ Suidas scribit, cum iis quæ ex Athen. paulo ante habuisti, ab Eust. quoque commemoratis. Porro ab illo neutro Χέρνιβον habemus plur. Χέρνιβα ap. Synes. Ὡς ἔστι γε τὸ δημόσιον ξίφος, οὐχ ἧττον ἢ τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα, πόλεως καθαρτήριον, Non minus quam lavacra quæ sunt in templorum vestibulis. Forsan autem aliquis Aquam lustratoriam appellarit. [" Χέρνιψ, Thom. M. 729. Musgr. Iph. T. 58. 335. Brunck. Aristoph. 1, 72. 3, 147. (Λ. 1129. Ὀρν. 850.) ad Theogn. 977. ad Œd. T. 240. ad Mœr. 40. 332. 414. Beck. ad Eurip. 200. ad Od. Γ. 441. 445. (I. 136.) Musgr. Or. 957. Heyn. Hom. 8, 657. Χέρνιβος, * Χέρνιβον, ibid. Mœr. 414. et n. * Χερνιβεῖον, Bentl. Ep. ad Hemst. p. 96. Χερνίβιον, Heyn. l. c. ad Mœr. 332. Phryn. Ecl. 83. Aristoph. Fr. 246. Ruhnk. Hist. Or. p. 56. * Χέρνιπτρον, Heyn. l. c." Schæf. Mss. Philemon Lex. Techn. 200. Χέρνιψ, Blomf. Gloss. ad Æsch. Ag. 1004. Choëph. 123. Eur. Alc. 100. Eust. p. 33, 30. Bas. Χέρνιβον, Andocides Orat. 4. Wolf. ad Dem. c. Lept. 376. Χέρνιβος, Ælian. H. A. 10, 50.]

Illa vero duo COMPP. Χερμὰς et Χερνήτης, talia sunt, quemadmodum dixi, ut unde sint composita, non itidem facile perspiciatur. Hoc alioqui ap. omnes constat, hoc nomine Χερμὰς, άδος, ἡ, significari Lapidem χειροπληθῆ, s. πληροῦντα τὴν χεῖρα, i. e. Lapidem qui manum implere possit. Alioqui reddi etiam queat Lapis qui manu una sustolli possit. Sed intellige non solum sustolli s. tolli a terra, verum etiam projici. In VV. LL. dicitur esse Parvum saxum quod facile manu potest tractari, ut Epigr. ὑποκρούσας δέ με λεπτῇ Χερμάδι. (Improprie autem Saxum maritimum magnum sic vocari, cui alligantur funes navium. Quin etiam poni pro Tumulo, Epigr. Κεῖμαι δὲ ξείνῃ ὑπὸ χερμάδι.) Usus est hujus nominis χερμὰς in prosa quoque; ita enim quidam ap. Suid.,

(postquam hic dixit χερμάδος λίθου esse πληροῦντος τὴν χεῖρα,) Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τείχους πλῆθος χερμάδων καὶ βελῶν παντοίων κατέχεαν. Sed unde sit compositum hoc nomen, vel potius quæ vox nomini χεὶρ in compositione hujus vocabuli χερμὰς adjuncta sit, nec ipse, nec Hes. docet. Etym. quidem certe de voce χερμάδιον tanquam minime composita loquitur, quippe qui scribat χερμάδιον habere pleonasmum literæ μ: nam a χεῖρα, (scribe potius χέρα,) fieri χεράδιον. Minime autem dubium cuiquam esse potest quin de χερμὰς, quod illius prwtotypum est, itidem dicturus fuerit, esse χερμὰς pro χεράς. At vero Eust. aliquid hac de voce affert, quod a ratione non alienum esse videtur. Scribit enim χερμὰς dictum ἐκ τοῦ χερὶ μάσασθαι, quod est ἅψασθαι. Ipse certe Hom. de tali lapide dicit, τόν οἱ περὶ χεὶρ ἐκάλυψε, Il. Π. (734.) ἑτέρηφι δὲ λάζετο πέτρον Μάρμαρον, ὀκριόεντα, τόν οἱ περὶ χεὶρ ἐκάλυψε: perinde sc. ac si χερμάδιον dixisset. Sciendum est enim Hom. altera illa VOCE Χερμάδιον uti, quæ e χερμὰς facta nominis diminutivi formam habet, cum alioqui eand. signif. obtineat. Il. Ε. (302.) ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης, μέγα ἔργον· ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν, Οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'· ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος: Ο. (250.) βοὴν ἀγαθὸς βάλεν Αἴας Χερμαδίῳ πρὸς στῆθος: Δ. (518.) Χερμαδίῳ γὰρ βλῆτο. Sed ap. Eund. legimus etiam μεγάλοισι χερμαδίοισι, item ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι, de ingentibus saxis. Od. Κ. (121.) de Læstrygonibus, Μυρίοι, οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ γίγασι, Οἵ ῥ' ἀπὸ πετράων ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι Βάλλον. Sed cum videamus Hom. epithetum addere huic nomini, et aperte etiam in neutro genere usurpare alicubi, assentiri Eustathio non possum, scribenti, cum χερμάδιον subaudiri λίθον. In h. enim l. Il. Θ. (321.) ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ, annotat cum χερμάδιον λείπειν accus. λίθον: ideoque postea λίθον ὀκριόεντα appellare. Non dubito alioqui quin χερμάδιος λίθος inveniri queat, sicut χερμάδος λίθου ap. Suid. habemus: subjungentem tamen locum in quo vox λίθος non additur. At h. Hes. l., Χερμάδιος, χειροπληθὴς λίθος, καὶ ὁ ἀκροβολισμὸς, talis est ut ex eo statui nihil ea de re possit. Apud Lucian. quidem certe adjective usurpari χερμαδίους manifestum est, (2, 328.) Ὁ δὲ μολιβδαίνας χερμαδίους * ἀράγδην ἔχων ἐχειροβόλει. [" Χερμὰς, Wakef. Phil. 1205. Epigr. adesp. 204. Χερμάδιος, Thom. M. 501. Heyn. Hom. 5, 57. Χερμάδιον, 7, 373. 8, 174." Schæf. Mss. * Χερμαδιέω, Schleusn. Lex. V. T. " Χερμὰς, adj., Nonn. Jo. 10, 109." Wakef. Mss. " Eur. Bacch. 1094. Πρῶτον μὲν αὐτοῦ χερμάδας κραταιβόλους Ἔρριπτον." Seager. Mss.] Ceterum ab illa voce Χερμὰς derivatum est etiam NOMEN Χερματιστὴς, quod eod. modo ab. Hes. exp., sed addente, καὶ δίσκος βακχεῖος. Apud Suid. autem EXTAT Χερμαστὴρ, expositum σφενδόνη, Funda. [Antip. Sid. 105. ap. Anal. 2, 36. * Χερμάζω, Hes. ἐχερμάζομεν· τὴν γῆν εἰργαζόμεθα.] Habetur vero et VOX Χέρμα, in VV. LL., quam interpr. Lapis, Telum, Missile. Ab Hes. exp. ποίημα, χάλιξ, ubi ποίημα mendose scriptum esse, satis liquet. [" Ad Joseph. 3. p. 56." Schæf. Mss.] In hac certe signif. qua pro χάλιξ poni dicitur, convenit cum VOCE Χερὰς, άδος, ἡ, qua dicitur declarari Acervus parvorum lapidum qui una manu tolli possint, s. sustolli. Apoll. Rh. 1, (1123.) Βωμὸν δ' αὖ χεράδος παρενήνεον, Schol. Χερὰς, ἡ τῶν βραχέων λίθων συλλογὴ, τῶν καθ' ἕνα χειρὶ ληφθῆναι δυναμένων, quos ab Hom. χερμάδια vocari ait. Quibus addit, βωμὸν poni pro εἰς βωμοῦ κατασκευήν. Vel χεράδες dicuntur, inquit, οἱ μικροὶ σωροὶ τῶν λίθων. Repono autem hic χεράδες pro χέραδες: itidemque χερὰς pro χέρας paulo ante: et in ipso Apoll. Rh. textu non χέραδος scribo, sed χεράδος a χεράς. Hesychio autem χεράδες sunt αἱ τῶν χειμάρρων ποταμῶν λιθώδεις ἀθροίσεις, Etym. τὰ παραθαλάσσια σκύβαλα: (sed aliud etymum quam a χεὶρ affert, sc. παρὰ τὸ χεῖσθαι ῥᾳδίως:) vel, οἱ σωροὶ τῶν λίθων τῶν μικρῶν. Invenitur porro et NOMIN. Χέραδος, neutro genere, ap. Suid. et Hes., a quo exp. ἡ μετ' ὀστράκων καὶ λίθων ὕλη, ubi pro ὕλη repono ἰλύς: de qua emendatione dicam

A paulo post. Apud Suid. duplici mendo scriptum est, ἡ μετ' ὀστράκων λίθων ὕλη: omissa particula καὶ, et posita itidem voce ὕλη pro ἰλύς. Vide Eund. et in Χλίδος. Extat porro hæc vox Il. Φ. (319.) καδδέ μιν αὐτὸν Εἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χέραδος περιχεύας, ubi Eust. scribit, χέραδος secundum quosdam esse Sordes omnes quæ ex aqua in locum aliquem confluunt, easque ita vocari μιμητικῶς: sc. ἀπὸ τοῦ γινομένου ἦχου ἐν τῷ κατασύρεσθαι. Et esse neutrius generis χέραδος, (sicut κίναδος,) quo in hoc uno loco usus sit Hom. Alii autem, inquit, χέραδος dixerunt esse τὸ πλῆθος τῶν παραθαλασσίων ἢ παραποταμίων ψήφων. Alii hoc nomine significari existimarunt τὴν μετ' ὀστράκων καὶ λίθων ἰλὺν, vel τῶν ἐς χερμάδας ἐπιτηδείων λίθων. (Obiter autem ex illo accus. ἰλὺν animadverte emendari eum Hes. l. quem modo protuli.) At Pind., inquit, scribens Π. (6, 13.) χεράδι παμφόρῳ, cogitandum nobis relinquit dici etiam Χερὰς χεράδος. Nisi tamen aliquis hic quoque χεράδει scr. esse contendat per ει,
B ut κινάδει, sicut τείχεϊ τείχει, et βέλεϊ βέλει. Ita quidem ille; sed quid si potius ap. Hom. χεράδος, non χέραδος scr. esse quis contendat? et χεράδος ab illo χερὰς esse dicat? Me certe is assensorem fortassis habebit, cum illi scripturæ assentiri meum vetus exemplar et non paucas Edd. typographicas videam, (sic autem et ap. Apoll. et ejus Schol. depravatum esse hujus vocis accentum admonui,) cum etiam adverbio ἅλις genitivum optime convenire sciam: cum denique ap. brevium Scholl. Auctorem χεράδος genitivo expositum inveniam. Exp. enim, τῆς ὑπὸ ποταμῶν ἀθροιζομένης ψάμμου, καὶ ξύλων συγκομιδῆς. In meo autem illo veteri vel potius vetustissimo exemplari hæc annotantur margini, Χεράδος, Ἀπολλόδωρος τὸ πλῆθος τῶν θαλαττίων καὶ ποταμίων λίθων, οὓς ἡμεῖς τροχαλοὺς, οἱ δὲ χερμάδια καλοῦσιν, ὄντας χειροπληθεῖς. Affertur vero ibi et alia lectio, sc. σχεράδος: nec dubito quin utraque vox pro genitivo ibi habeatur. Unum est quod genitivo, (i. e. legere volentibus in genitivo) obsistere possit, sc. Μυρίον:
C sed videndum an non adverbialiter positum dici queat. [" Χερὰς, Heyn. Hom. 8, 174. 843. Toup. ap. Warton. ad Theocr. 2. p. 247. Matth. ad Gloss. Min. p. 26. Dawes. M. Cr. 45. Χέραδος, ibid. Heyn. Hom. 8, 179." Schæf. Mss.]

Alterum COMP. Χερνήτης, ὁ, quo significatur, Qui manibus victum quærit, Qui quæstum manibus facit, deductionem itidem controversam habet. Ac ne de priore quidem compositionis parte constat: cum Hes. scribat VOCEM Χέρνα esse i. q. πενία. At si sequamur Eust., fuerit χερνήτης compositum e χεὶρ et verbo νήθω. Imo vero, ne quid Eustathio affingere dicar, non masculino χερνήτης, sed FEM. Χερνῆτις deductionem illam tribuit, Χερνῆτις δὲ, ἡ διὰ χειρῶν νήθουσα ἔριον τυχόν· ἀφ' οὗ καὶ ἡ ἔριθος. Et cum masculinum nomen dici soleat habere et femininum, illud femininum contra dicit habere etiam masculinum: subjungens, Ταύτης δέ ἐστι καὶ ἀρσενικόν· φασὶ γοῦν οἱ παλαιοὶ, Χερνήτης, λάτρις, χειροτέχνης, ἀπὸ χειρὸς ζῶν· Καὶ πάλιν, Χερνήτης, πένης,
D χειρόβιος. Hanc autem derivationem sequendo, redditur χερνῆτις, magis peculiari interpretatione, Quæ nendo victum quærit, s. quæritat. Sed quomodo hoc etymum masculino quoque χερνήτης conveniet? an nentes etiam viros imaginabimur? et netores viros sicut netrices mulieres appellabimus? Videtur certe Eust., hujusmodi quæstioni tacite respondens, aut occurrens, dixisse, (contra quam dici in aliis nominibus soleat, ut paulo ante admonui,) hoc femininum habere etiam masculinum. Perinde enim est ac si diceret prius fuisse χερνῆτις in usu, e quo deinde factum sit masculinum χερνήτης. Neque tamen, si χερνήτης itidem exponatur ὁ διὰ χειρῶν νήθων, hoc fidem superare videbitur ei, qui memoria tenebit quæ Herod. de viris et mulieribus permutantibus inter se suo sexui convenientia munia s. officia, memoriæ prodidit. Ac ne tam procul abeamus, χερνῆτας viros, i. e. διὰ χειρῶν s. χερσὶ νήθοντας, suppeditabit Sebusianorum s. Segusianorum regio. Verum enimvero quæcunque sit hujus vocabuli origo,

extra controversiam est ea, quam illi assignavi, signif. Conveniunt enim expp. Hesychii cum iis quas ap. Eust. legimus: atque adeo ex hoc emendare illum possumus: reponentes *λάτρις* pro *λάτρης*. Quin etiam *χειρόβιος* non recte illic in capite collocari, et majuscula litera scribi, tanquam id sit quod exponatur voce *χερνίτης*, ex eod. Eust. discimus. Contra enim *χερνίτης*, (ut ibi scriptum est,) sicut *χέρνης*, his omnibus vocibus exponere voluit Lexicographus, *πένης*, *λάτρις*, *χειροτέχνης*, *ὁ ἀπὸ χειρῶν ζῶν*, *χειρόβιος*. Et cum *χερνίτης* isti *χειρόβιος* subjungit, indicare vult, ut opinor, pro illo *χέρνης* dici etiam *χερνίτης*: quibus addit, *χέρνα γὰρ ἡ πενία*. Sed hanc scripturam per *ι* in secunda syllaba supposititiam esse puto, cum alibi per *η* scriptum inveniatur, et cum altera illa declinatione *χερνὴς*, *ῆτος*, conveniat. Apud Suid. certe *χερνήτης* et *χερνῆτις* per *η*, non *ι*, in secunda syllaba scriptum est: a quo additur etiam aliquid ad illa quæ de signif. vocis *χερνῆτις* dicta fuerunt. Ei enim *χερνῆτις* non simpliciter est *ἡ ἀπὸ χειρῶν ζῶσα*, s. *χειρόβιος*, sed simul et *χήρα*, i. e. Vidua. Quæ vox vereor ne nimis illius nominis signif. restringat. Videtur autem et ipse censuisse, fem. *χερνῆτις* prius esse quam masc. *χερνήτης*: cum priorem locum illi fem. tribuat: subjungens, *καὶ χερνήτης, ὁ πένης, ἀρσενικῶς*. Perperam tamen inter illud fem. et hoc masc. interjectus est locus in quo quidam *ἀνώνυμος* dativo *χερνήταις* utitur, et quidem de illis qui ruri opus faciunt, (quod observatione dignum est,) Ὁ *δὲ ὑπὸ τῷ κνέφει σὺν τοῖς χερνήταις τοῖς ἐπὶ τοὺς ἀγροὺς ἰοῦσιν, ὑπεξῆλθε*. Nam cum *ἐπὶ τοὺς ἀγροὺς ἰοῦσιν*, intelligo, ad opus faciendum. Apud eund. Lexicogr. extat illius alterius declinationis exemplum, sc. *Χερνής*: eadem forma qua dicitur *γυμνής*: legimus enim ibi ex Epigr. *χερνῆτα βίον*. Sed hic animadverte esse *χερνῆτα* adjective positum pro *χερνητικόν*: cum alioqui *χερνῆτες* substantive dicatur potius, ut *χερνῆται*. Extatque hic usus et ap. Aristot. Polit. 3. ubi etiam vocem hanc exponit, *Αἱ γὰρ ἐργασίαι πλείους· ὧν ἓν μέρος κατέχουσιν οἱ χερνῆτες· οὗτοι δ' εἰσὶν, ὥσπερ σημαίνει καὶ τοὔνομ' αὐτοὺς, οἱ ζῶντες ἀπὸ τῶν χειρῶν· ἐν οἷς ὁ βάναυσος τεχνίτης ἐστί*. Quæ Aristotelica expositio, conveniens cum ea quæ ap. alios passim extat, facit ut suspicer *χερνὴς* habitum non fuisse pro composito, sed pro simplici: et posteriorem syllabam *νης* non per compositionem accessisse, sed simpliciter esse terminationem: ut in Manuarius et Manualis, quæ ad vocem Manus accedunt, non per compositionem ei adjunguntur, sed tantum *παραγωγαὶ* sunt terminationem efficientes. E *χερνὴς* autem factum dicemus *χερνήτης*, deinde *χερνῆτις* fem. (Scribo enim *χερνὴς*, non *χέρνης*, quam posteriorem scripturam habet Hes.; sed huic refragatur nomen illud *γυμνὴς*, similem inflexionem habens.) Fit certe hinc et ADJ. Χερνητικὸς, Pertinens ad eos qui *χερνῆτες* s. *χερνῆται* appellantur, Qualis est eorum qui *χερνῆται* dicuntur, ut si dicas *χερνητικὸς βίος*, pro quo habuisti ex Epigr. *χερνῆτα βίον*. Aristot. varia *δήμου εἴδη* enumerans, inter ea recenset *τὸ χερνητικὸν, καὶ τὸ μικρὰν ἔχον οὐσίαν, ὥστε μὴ δύνασθαι σχολάζειν*. Dicitur autem *τὸ χερνητικὸν* a *χερνῆτες*, eadem forma qua *τὸ θητικὸν*, a nominativo *θῆτες*. [" Χερνὴς, Jacobs. Anth. 7, 236. Archias 11. Valck. Adoniaz. p. 373. * Χερνῆδες, ad Charit. 310. Χερνήτης, Simonid. 97. Dionys. H. 3, 1336. Χερνῆτις, Jacobs. Anth. 7, 314. Heyn. Hom. 6, 348. (Il. M. 433.) Toup. Opusc. 1, 285. Valck. l. c. Matth. ad Gloss. Min. p. 26. Χερνητικὸς, ibid. * Χερνήτωρ, Manetho 4, 114. (λεπτῆς πενίης χερνήτορας.)" Schleusn. Mss. " Χερνῆτις, Nutrix, Inc. ap. Suid. v. Ταλασιουργία." Kall. Mss. " Χερνήτης, Manetho 5, 129." Wakef. Mss. Χερνὴς, Eur. El. 205. Αὐτὰ δ' ἐν χερνῆσι δόμοις Ναίω ψυχὰν τακομένα. Ernestio ducendum videtur hoc vocab. ab antiquo *χέρω* s. *χάρω*, unde Lat. Careo: hinc *χερανος*, *χερνος*, *χερνὴς*, (ut *γυμνὸς*, *γυμνὴς*,) i. q. *χῆρος*, Egenus.]

Compositorum e nomine *χεὶρ* classis altera, eorum sc. in quibus hoc nomen posteriorem locum obtinet, ut in præcedentibus compp. priorem obtinuit. Hic autem et compp. verba ponentur, sed præcedente ubique simplici.

Ἀκρόχειρ vide cum Ἀκρόχειρον.

Ἀντίχειρ, ειρος, ὁ, (ἡ,) Pollex. Existimatur autem appellatus esse *ἀντίχειρ*, quasi Qui pro manu sit, ac instar omnium reliquorum digitorum manus: quo sc. demto manca plane futura sit manus, et mancus ejus usus. Ἀντίχειρ, inquit Macrob., Pollex vocatur, quasi Manus altera. Ἀντίχειρ sic a Græcis videtur dictus, inquit Gal., quod solus ipse tantum valeat polleatque quantum reliqui quatuor: Latine Promanus appellari possit. Siquidem manus actiones omnes per eum habet firmiores, eo solo tantum roboris præbente, quantum reliqui digiti simul juncti: easque omnes æque cessare et aboleri necesse est, sive ipse solus, sive alii desint. Itaque Pollicem Latini quoque a Pollendo appellavere. Sunt tamen qui *ἀντίχειρα* dictum veliut, quod ceteris digitis oppositus sit, et ex adverso situs. [Aristot. H. A. 2, 11. Ὁ *μέγας δάκτυλος πρὸς τὸ λοιπὸν τῆς χειρὸς ἀντίθεσιν ἔχει*.] Dicitur et *μέγας* propter magnitudinem s. potius præstantiam. Gorr. [" Huschk. Anal. 108. Heyn. Hom. 5, 709." Schæf. Mss. J. Poll. 2, 145. 148. Antyllus Oribasii p. 133. Πᾶσαν *ἀντίχειρα δακτύλων*. * Ἀντιχειρία, J. Poll. 2, 148. * Ἀντιχειριαῖος, Gl. Pollicaris. * " Ἀντίχειρον, Cotel. Monum. 4, 3, 10." Kall. Mss.]

Ἀριστόχειρ, ὁ, ἡ, Qui est *ἄριστος χειρὶ*, Cui est *ἀρίστη χείρ*, i. e. Cui manus est præstantissima s. strenuissima: e quo intelligi potest Strenuissimus, Fortissimus. At Soph. Aj. (944.) p. 55. *ἀριστόχειρ ἀγὼν* dixit Qui erat inter viros *ἀριστεύοντας χερσί*. (Sic enim commodius exponere mihi videor, quam cum Schol., *ὁ γενναῖος περὶ τὰ ἀριστεῖα*.) Vel potius, retinendo superl. qui in comp. illo habetur, Certamen propositum *τοῖς ἀρίστην χεῖρα ἔχουσι*, vel *τοῖς ἀρίστοις χειρί*. At Schol. in altera expositione, quam affert, multo priore illa aptiorem, *ἀριστόχειρ* ad unicum pertinere vult: ita sc. explicans, sed liberius, *ὑπὲρ τοῦ φανῆναι τὸν ἄριστον ταῖς χερσί*. [" Reiz. Belg. Gr. 631." Schæf. Mss. Synes. 162.]

" Ἀρτίχειρ, Cui manus sunt perfectæ nec ullo laborant vitio; Qui utraque manu æque utitur, ut *οἱ ἀμφιδέξιοι*, Ambidextri. Plato de LL. 7. morem improbans eorum qui dextris sinistrisque partibus non æque utuntur, *ὅπως ἀρτίποδες καὶ ἀρτίχειρες πάντες καὶ πᾶσαι γίγνοιντο*."

Αὐτόχειρ, Qui sua ipse manu aliquid facit, non utens aliena opera, Qui propria manu facit, ut *αὐτόχειρ τῆς μάχης* dicitur Princeps aliquis qui non tantum suos sibi militantes habuit, sed manus ipsemet conseruit. Herodian. 7, (2, 17.) de Maximino, *Γεγόνασι δὲ καὶ ἕτεραι συμβολαὶ, ἐν αἷς ὡς αὐτουργός τε καὶ αὐτόχειρ τῆς μάχης, ἀριστεύων τε πανταχοῦ, ἐπῃνεῖτο*, Polit. Fuere item alia prælia, quibus omnibus ipse manu pugnam capessens, ac fortissime dimicans, explendescebat. Sic a Dem. dicitur aliquis *αὐτόχειρ τῆς ἀσελγείας*: (534.) *Ὥσπερ ἂν εἰ ξένον τις ἐξαγαγεῖν ἠβούλετο, ἅπας τις ὤκνει τῆς ἀσελγείας ταύτης αὐτόχειρ ὀφθῆναι γενόμενος*. Præcedunt autem hæc verba, *Διὰ γὰρ τὸ δεῖν αὐτὸν ἐπιλαβόμενον τῇ χειρὶ τοῦτο ποιῆσαι, καὶ μὴ προσκαλέσασθαι πρὸς τὸν ἄρχοντα ἐξεῖναι*, ubi pro *αὐτὸν ἐπιλαβόμενον τῇ χειρὶ τοῦτο ποιῆσαι* potuisset fortasse dicere itidem *αὐτόχειρα τοῦτο ποιῆσαι*. Talem certe vim habere ap. Latinos puto verbum Admittere, cum dicunt, Admittere in se aliquod facinus, qualem habet *αὐτόχειρα γίνεσθαι*: licet alioqui illud genus loquendi huic omnino respondere negem. Miror autem Schol. ibi annotasse, Dem. *αὐτόχειρα* dixisse tanquam *περὶ ἀνδροφόνου* loquentem: Ὅρα, inquit, *ὅπως τῶν ἀνδροφόνων ὄνομα ἔθηκεν ἐπὶ τῶν ὑβριστῶν*. Nisi forte hoc censuit Schol., dum istud observare nos juberet, Dem. hoc potius vocabulo usum esse quam alio, quoniam et de cæde usurpari solet. Dicitur enim aliquis *αὐτόχειρ τοῦ φόνου*, ut hic *αὐτόχειρ τῆς ἀσελγείας*: quin etiam *αὐτόχειρ*, sine adjectione, ut docebo aliquanto post. Utrumque autem usum habere *αὐτόχειρ*, i. e. tam in bonam

quam in malam partem usurpari, ut vulgo loquuntur, ostendit Isocr. Or. ad Phil. (63.) Οὐ γὰρ αὐτόχειρες οὔτε τῶν ἀγαθῶν οὔτε τῶν κακῶν γίνονται τῶν συνόντων αὐτοῖς, ἀλλ' ἑκάστοις τοιαύτην ἔννοιαν ἐμποιοῦσιν, ὥστε δι' ἀλλήλων ἡμῖν ἑκάτερα παραγίνεσθαι τούτων. Ubi considerandi sunt etiam hi genitivi diversum a præcedentibus usum habentes; nam præcedentes genitivi μάχης et ἀσελγείας; cum illo αὐτόχειρ juncti, Actionis signif. inclusam habent: at vero ἀγαθῶν et κακῶν, non item. Videntur autem posse ita verti hæc verba, Non enim dii manu propria vel bona vel mala dant: ut sonet αὐτόχειρες q. d. Datores manu propria. Ceterum in præced. quidem ll. genitivo jungitur hoc nomen αὐτόχειρ: at vero ap. Luc. dicitur aliquis ποιεῖν τι αὐτόχειρ, Act. 27, 19. Καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν, Nostris ipsi manibus armamenta navis abjecimus; Nosmetipsi manibus nostris. Legitur porro et αὐτόχειρ ἐργάτης ap. J. Poll., i. e. Qui sua manu opus facit, Cam. Sed dubitet quispiam fortassis an non potius inter αὐτόχειρ et ἐργάτης ipse Poll. interpunxerit. || Αὐτόχειρ τοῦ φόνου, vel Αὐτόχειρ sine adjectione, Qui a fait le coup de sa propre main, Qui sua manu cædem patravit, non alio ad eam patrandam usus, Homicida, Interfector. Possit tamen Homicida et Interfector censeri is etiam qui homicidii causa fuerit, etiamsi manu sua cædem non perpetrarit. E Plat. Epist. 7. Οἷον τοῦ φόνου αὐτόχειρες ἐγένοντο. Idem alioqui αὐτόχειρας alibi dicit sine illius genitivi adjectione: Ταυτὰ δὲ ἔστω ταῦτα δούλοις πρὸς δούλους τῆς τε αὐτοχειρίας πέρι καὶ τῆς ἐπιβουλεύσεως, πλὴν τῆς ἐγγύης· ταύτην δὲ, ὥσπερ εἴρηται, τοὺς αὐτόχειρας κατεγγυᾶσθαι: Hac sponsorum fide eos qui manu cædem fecerint obligari. Sic Isocr. Plat. (12.) Τοὺς φεύγοντας μὴ καταδέχεσθαι, καὶ τοὺς αὐτόχειρας ἐξείργειν. Sed additur plerumque gen. personæ, ut Dem. c. Mid. Αὐτόχειρα ἄλλον ἄλλου γίγνεσθαι. Polyb. 2, (58, 8.) Τούτων αὐτόχειρας γενέσθαι καὶ τιμώρους. Appian. B. C. 4. Αὐτόχειρας Γαΐου Καίσαρος. Plut. Romulo (23.) Αὐτόχειρες Τατίου, Interfectores Tatii. De cæde quidem itidem usurpavit αὐτόχειρ Eur., sed alium ei usum dans, utpote substantivo tanquam adjectivum jungens, cum dixit αὐτόχειρι μοίρᾳ, Med. (1281.) ἅτις τέκνων, ὧν ἔτεκες, Ἄροτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κτενεῖς, Interficies liberos nece s. cæde tuis ipsius manibus patrata. Itidem cum substantivo, sed aliquantum diversa signif., dixit αὐτόχειρι σφαγῇ, Or. (945.) αὐτόχειρι δὲ σφαγῇ Ὑπέσχετ' ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ λείψειν βίον Σὺν σοι, Nece manibus propriis illata. Dicitur enim de ea quam quis sibimet suis manibus infert, non quam infert alii, ut in illo altero loco αὐτόχειρι μοίρᾳ. [" Phryn. Ecl. 46. Thom. M. 205. Markl. Suppl. 442. Wakef. Eum. 841. Porson. Or. 1037. Morus ad Isocr. Pan. p. 64. Act. Soc. Traj. 1. p. 74. Eur. Phœn. 887. Brunck. ad Orest. 945. 1044. ad Soph. Antig. 1176. Valck. Diatr. 150. 189." Schæf. Mss. " Interfector sui, Æsop. Fab. 67. p. 204. Ed. Genev. 1648. Δίκαια, φησὶ, πέπονθα· τί δή ποτε γὰρ τὸν αὐτόχειρα σῶσαι ἐσπούδασα;" Seager. Mss. Dem. 321. φόνου, Soph. Ant. 306. τάφου.] Invenitur porro et NOMEN Αὐτόχειρος ap. Hes., quod exp., ὁ ἑαυτὸν ἐγχειρίσας, ubi si ἐγχειρίσας accipiatur pro διαχειρισάμενος, i. e. φονεύσας, optime hæc signif. cum ea conveniet, quam in illo loco habet, cum alioqui hoc substantivum sit, illud, adjectivum. [At αὐτόχειρα γράμματα pro αὐτόγραφα, ap. Dion. Cass. 905, 46. Adv. * Αὐτοχείρως, i. q. αὐτοχειρὶ, Schol. Soph. Aj. 57. El. 1013. Schol. Eur. Phœn. 887.]

Αὐτοχειρία, ἡ, Homicidium quod aliquis manu propria perpetravit, non per alium perpetrandum curavit. Vide locum Plat. quem paulo ante protuli in Αὐτόχειρ. [" Phryn. Ecl. 216. Xen. Hell. p. 407. Thiem., Fischer. Ind. Palæph. v. Αὐτουργὸς, Herodian. Philet. 478. Thom. M. 128. ad Herod. 275." Schæf. Mss. Dio Cass. 589.] Invenio autem et NOMEN Αὐτοχείριος ap. Schol. Eur. pro αὐτόχειρ; quendam enim illius in Medea locum exponens, pro αὐτοφόνταις utitur voce αὐτοχειρίοις: idque bis. At ego ne semel quidem uti velim: quod semibarbaram vocem esse suspicer, donec aliquo non suspectæ fidei loco confirmatus ejus usus fuerit. [Apollon. Dysc. 349. αὐτοχειρία δρᾶσις, de eo qui sibi ipsi manus infert.] Affert vero J. Poll. et PARTIC. Αὐτοχειρίσαντες e Philisto; sed nec ipso utendum nobis fuerit, si ei credere voluerimus; dicit enim vocab. id esse παμμίαρον. Quam autem vel potius utram signif. ei dedisset Philistus, ex J. Pollucis verbis colligi non potest: sed hoc saltem constat, αὐτοχειρίσαντες sonare οἱ αὐτόχειρες γενόμενοι. Invenio in VV. LL. et BICOMP. Προσαυτοχειρίᾳ, quod redditur Propria cædes. At in primis Lexx. redditum fuerat Suimet interfectio, quæ interpr. clarior est. Verum an e Classico quopiam Scriptore petita sit hæc vox, merito quis dubitet.

Αὐτοχειρίᾳ, ET Αὐτοχειρὶ, adv. Sua ipsius manu, Manu propria, Herod. 3, (13.) Αὐτοχειρίῃ διέσπειρε τῇ στρατιῇ, Sua manu exercitui dispersit. Est autem αὐτοχειρίῃ Ionice pro αὐτοχειρίᾳ. Αὐτοχειρία Hes. exp. τὸ τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ ποιῆσαί τι. Sæpe autem de cæde, ut in h. l. qui ex Eod. affertur, (3, 74.) Αὐτοχειρίῃ ἀπολέσας. Philo V. M. 3. Καὶ ἱεμένους αὐτοχειρίᾳ διαχρήσασθαι τὸν ἄνθρωπον. [" Wessel. Diss. Herod. 103. ad p. 62. Manu, Xen. Ἑλλ. 6, 4, 35.: opp. βουλῇ, Consilio." Schæf. Mss. Dem. 787.] Tale est Αὐτοχειρὶ, cum ἀποκτείνειν, et cum θνήσκειν. Paus. Achaicis Ἀποκτείνας δὲ αὐτοχειρὶ τὴν γυναῖκα. Antiphon, Τοῦτον ἡ βουλὴ, ὅτι τὴν πόλιν ἐνεχείρει προδιδόναι, αὐτοχειρὶ ἀπέκτεινε, Manu, non veneno, interemit, Bud. Affertque Idem ex Eur. Or. (1040.) Ἀλλ' αὐτοχειρὶ θνῆσχ' ὅτῳ βούλει τρόπῳ. Perperam autem subjungitur αὐτοχειρὶ itidem scriptum cum accentu in fine, αὐτοχειρὶ δὲ σφαγῇ, ex Eod.: cum scr. esse αὐτόχειρι, pateat ex iis quæ in Αὐτόχειρ tradidi. Dicitur enim eod. plane modo quo αὐτόχειρι μοίρᾳ. [" Phryn. Ecl. 216. Porson. Or. 1037. Beck. 1040. Brunck. p. 199. ad Herod. 62. * Αὐτοχερὶ, Callim. Epigr. 59. Manetho 3, 200." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 515. Cf. Αὐτοποδίᾳ et Αὐτοποδὶ, Πανοικίᾳ et Πανοικὶ, Πανστρατιᾷ et Πανστρατί.]

Ἄχειρ, Manu carens s. Manibus, Mancus, Hermog. Ἀριστεὺς ἄχειρ προσῆλθε στρατηγῷ δεόμενος τροφῶν. Apud Xen. Κ. Π. 3, (3, 20.) τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα καὶ ἄχειρα sunt terga: quæ ideo dicitur stultum esse hostibus vertere. [" Cattier. Gazoph. 96. Jacobs. Anth. 8, 184." Schæf. Mss.] At vero ἀχειρέες, quod apud Auctorem Batrachomyomachiæ (289.) legitur, habet sing. NOMIN. Ἀχειρής: de cancris, Ὀκτάποδες, δικάρηνοι, ἀχειρέες, ubi ἀχειρέες reddi solet, Multas habentes manus, ut α sit epitaticum, et sit ἀχειρέες pro πολυχειρέες, sicut ἄξυλος pro πολύξυλος. Alii malunt α esse στερητικὸν, ut signif. Carentes manibus. In VV. LL. est ἀχειρὴς expositum etiam ἀχρεῖος, Inutilis, sine Auctoris nomine. Non est alioqui a ratione alienum ut Inutilem vocemus qui ministerio manuum destitutus est. [* Ἀχειρία, Hippocr. 446, 22. * Βραχύχειρ, Eust. 610.]

Ἑκατόγχειρ, VEL Ἑκατόγχειρος, Centimanus, Centum manus habens; Epith. ap. Hom. gigantis, quem a diis Briareum, ab hominibus Ægæonem vocatum tradit, Il. A. (402.) Ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον, Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίων'. Ut autem hic ἑκατόγχειρος s. ἑκατόγχειρ appellatus fuit, ita Typhon dictus fuit ἑκατογκέφαλος. Et hoc quidem, allegorice symbolum ἀρχικῆς περινοίας existimatur, καὶ τοῦ πολλὰ δοκεῖν φρονεῖν: illud vero, τοῦ πολλὰ πράττειν, αἴνιγμά ἐστι, ut scribit Eust. Ceterum ἑκατόγχειρος Æolice dictum quidam tradunt pro ἑκατοντάχειρος. [" Heyn. Hom. 4, 109. Fischer. ad Palæph. 84. et Ind. * Ἑκατοντάχειρ, ibid." Schæf. Mss. Schol. Il. l. c. Plut. 7, 870. * Ἑκατοντάχειρος, Athan. 1. p. 10." Kall. Mss.]

Ἑξάχειρ, Qui sex manus habet: ἑξάχειρ ἄνθρωπος, Lucian. [1, 816. 2, 566. " Fischer. ad Palæph. 101." Schæf. Mss.]

Ἐπίχειρ, Qui est ad manum, Qui præsto est, Cam. de hac tamen interpr. non affirmans, sed eam in du-

bio relinquens. Nam ap. J. Poll. (2, 148.) habetur ante ταχύχειρ, sine ulla expositione, sicut et alia quamplurima. Ego certe, si mendo vox illa caret, quid aptius divinari de ejus interpretatione possit, non video. Nam cum ἐπίχειρον, cujus plur. ἐπίχειρα usitatior est, nihil commune habere manifestum est. [" Orph. Arg. 739. (sed v. not.)" Wakef. Mss.] A

Εὔχειρ, Cui sunt manus habiles, Qui manuum dexteritate valet, Promtus manibus s. manu. Placet Græcis, inquit Cam., εὔχειρα non esse τὸν ἔχοντα καλὰς χεῖρας, sed τὸν πυκτικὸν, i. e. Non bellis aliquem manibus, sed agilibus in decertando. [" Brunck. Œd. C. 472." Schæf. Mss. Pind. 'O. 9, 163.] Est Εὔχειρ et Nomen statuarii ap. Plin. Εὐχειρία, Manuum dexteritas s. agilitas: Herodian. 1, (15, 4.) Οὓς πάντας εὐχειρίᾳ ὑπερέβαλλεν. Idem in alio ejusd. libri loco (17, 27.) εὐστοχίαν et εὐχειρίαν copulavit. Quidam εὐχειρίαν interpr. non solum Manus dexteritatem, sed etiam Certam manum; at ista interpr. nomini εὐστοχία magis convenit. Apud Suid. quidam ἀνώνυμος, (qui putatur esse Polybius,) B plurali utitur, Οἱ δὲ Μακεδόνες ταῖς εὐχειρίαις πολὺ περιῆσαν. Exp. autem ille εὐχειρίαν, τὴν διὰ χειρῶν εὐκινησίαν. [" Ad Diod. S. 1, 589. 658. 2, 57. 329." Schæf. Mss. " Dexteritas rei tractandæ, Polyb. 11, 11. Κατίσχυον καὶ τῷ πλήθει καὶ ταῖς εὐχειρίαις.]

Θρασύχειρ, Audax manu: qualis est is, qui etiam Promtus manu a Latinis dicitur. Usus ejus est in Epigr. Cam. vertit, Audax in utendo manibus. [Anthol. 3. p. 290.] Θρασυχειρία, Audacia manus s. manuum, Audax manus, s. Audaces manus.

[* Ἰσόχειρ, Cyrill. Alex. de Trin. p. 578. de Filio, Ὁ κατάρχων ἐν ἴσῳ τῶν ὅλων, ἰσόχειρ τε καὶ ἰσοσθενὴς τῷ πατρὶ, πῶς οὐκ ἂν ἔχοι τὸ * ἰσοστατοῦν;]

" Καλλίχειρ, Pulcras habens manus, Athen. 13. " (p. 608. e Chæremone,) Ἄλλη δ' ἐγύμνου καλλί- " χειρας ὠλένας." [" Porson. Hec. p. xxxvi. Ed. 2." Schæf. Mss. * " Καρτερόχειρ, Const. Manass. Chron. p. 27." Boiss. Mss. Hom. H. 7, 3.]

Μακρόχειρ, Longimanus, ea forma qua dicitur Centimanus, item Unimanus, a Liv., et Anguimanus, C a Lucr.; Cui manus una longior est altera. Ita, inquit Cam., cognominatum fuisse Darium Hystaspæ filium, quidam Xerxem, quidam Ochum, quidam Artaxerxem, tradiderunt: vel quod horum potentia longe lateque extenderetur, vel quia dextras haberent sinistris vel ambas etiam manus aliis longiores. Hæc ille. At Plut. initio Vitæ Artaxerxis, Μακρόχειρ cognominabatur, inquit, primus Artaxerxes, τὴν δεξιὰν μείζονα τῆς ἑτέρας ἔχων, i. e. Quod dextram longiorem altera haberet. Secundum vero, cujus Vitam scribit, Μνήμονα cognominatum fuisse tradit. [" Strabo 6, 234." Schæf. Mss.]

Μονόχειρ, Unimanus, Unam tantum manum habens. Usus est illo composito Unimanus Liv. l. 5. Macedonici belli, Aretii puerum natum unimanum nuntiatum est.

Ὀξύχειρ, Celer manu, s. manibus; (nam et hic ὀξὺς ponitur pro ταχύς:) itidemque SUBST. Ὀξυχειρία, Celeritas manus s. manuum. Vel, Celeritas in movendis manibus, qualis est in artifice exercitato, D Bud. A Cam. autem illud ὀξύχειρ redditur Promtus manu, affertque e Nicomacho ap. Athen. (291.) Δειπνῶν δὲ πᾶς τἀλλότρια γίνετ' ὀξύχειρ, ubi vertit ὀξύχειρ, Qui est manibus rapacibus. Qui aliena comedat, inquit, eum esse ait manibus rapacibus. Idem ὀξυχειρίαν interpr. Subitas aggressiones. Esse autem ὀξύχειρ vocem Alexidis, at ὀξυχειρίαν, Menandri, tradit J. Poll. (2, 149.) In VV. LL. ὀξύχειρ redditur, Cui manus est acuta: quod signum promtitudinis ac celeritatis in re aliqua perpetranda esse ajunt. Sed illud, Manus acuta, inepte meo quidem judicio, dicitur. Ibid. ὀξυχειρία redditur etiam Promtitudo, Rapacitas. Quæ posterior interpr. parum mihi placet: ac ne in illo quidem l. Nicomachi video cur ὀξύχειρα necesse sit interpretari Qui est rapacibus manibus: cum ea signif., quam illi primam dedi, optime conveniat. Quin etiam, si ὀξύχειρ proprie dicitur de Artifice qui celeritate in movendis manibus utitur, ut solent qui sunt exercitati, facete ad δειπνοῦντα τἀλλότρια translatum fuerit, tanquam et ipsum in ea arte exercitatum. [" Jacobs. Anth. 7, 207. (Theocr. Epigr. 19.) ad Lucian. 1, 220. T. H. ad Dial. p. 67. Casaub. Athen. 1, 60." Schæf. Mss. " Const. Manass. Chron. 127." Boiss. Mss.]

Πολύχειρ, Multimanus, (ut dicitur Unimanus, Centimanus,) Cui multæ sunt manus: ut Briareus ille cui erant centum. [Æsch. Pers. 83. Soph. El. 491. J. Poll. 227. 663. " Eust. Il. 93, 28." Wakef. Mss.] AT VERO Πολυχειρία non dicitur duntaxat Multitudo manuum, qualis erat illius gigantis; sed ap. Historicos est Multitudo manuum, quas diversi alicui operi admovent: perinde ac si dicas operariorum s. operarum multitudinem. Thuc. 2, (77.) Ταχὺ δὲ πλήρους γενομένου διὰ πολυχειρίαν. Ubi quidam interpr. Copiosam manum, quæ interpr. parum mihi arridet. [Cf. Schw. Lex. Polyb. " Thom. M. 425. ad Charit. 360. ad Dionys. H. 3, 1684." Schæf. Mss. Diod. S. 1. p. 19. 22. 40., 11. p. 243., 14. p. 427., 17. p. 583. J. Poll. 2, 149. * Πολυχερία, Hes. πλῆθος ἐργαζομένων καὶ ἀνυόντων.]

Ταχύχειρ, Celer manu s. manibus, Qui est celeri manu. UNDE Ταχυχειρία, Celeritas manuum. Utrumque ap. J. Poll., prius illud e Critia. Usurpari autem et ὀξύχειρ pro ταχύχειρ, modo dictum fuit. [Ταχυχειρία, Phrynichus Bekkeri p. 64. * " Τρίχειρ, Tzetz. Ch. 7, 903." Elberling. Mss.]

Hactenus compp. in χειρ desinentia: nunc de iis quæ in χειρος vel χειρον desinunt.

Ἑκατόγχειρος, ὁ, ἡ, i. q. ἑκατόγχειρ. Usus eo est Hom., ut docui in Ἑκατόγχειρ.

[* Ἀπόχειρος, Imparatus, Polyb. 23, 14, 8. Πρὸς ἔνια δὲ τῶν ἐπινοουμένων ἀποχ. ὢν, ἐπεβάλετο, πῶς ἂν ἐπιγένοιτό τις ἀναστροφή. Ἀπόχειρον, Gl. Impromtum.]

Ἄχειρος dicitur etiam sicut ἄχειρ. Extat autem illud ap. Suid., afferentem e Piside, et dicentem factum esse per metaplasmum; sed ignobilis est ille Scriptor. [" Toup. Opusc. 2, 62. Wakef. Phil. 177." Schæf. Mss. Aristot. H. A. 3, 5.]

[*" Δύσχειρος, v. Wyttenb. in Bibl. Crit. 2, 2. p. 54. In Diod. S. 5, 34. Codd. non nolentibus leg. esse suspicor: Δυσχειρότατοι τοῖς ἄλλοις εἰσί." Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 92.]

Εὔχειρος autem non pro εὔχειρ poni tradunt VV. LL., sed pro Facilis captu. Afferuntque hæc verba sine Auctoris nomine, Εὐχειρότατος ταῖς ὑπερβολαῖς, cum hac Gazæ interpretatione, Qui excessu facillime devincitur. De quo loco, licet suspecto, e conjectura pronuntiare non ausim. Hoc certe constat, εὔχειρος sonare potius simpliciter Facilis, sicut εὐχερής: et pro Captu facilis, dici potius εὐχείρωτος: ideoque et in hoc Xen. loco, (Œc. 8, 4.) Στρατιὰ ἄτακτος μένουσα, ταραχωδέστατον, καὶ τοῖς πολεμίοις εὐχειρότατον, dixerim rectius legi εὐχειρωτότατον. [" Cf. Zeun. ad K. Π. (1, 6, 36.) p. 136. Hutchins. p. 47. Bibl. Crit. l. c." Schæf. Mss.] In Iisd. legitur ETIAM Εὐχειροῦντα χρήματα, Pecuniæ quæ sunt ad manum, Opportunæ pecuniæ, et quæ in numerato sunt. Sed hæc sine Auctoris nomine.

[* " Πολύχειρος, Multis manibus munitus, Multum efficere valens, Heracl. Alleg. 25. p. 88. δύναμις." Schleusn. Mss. " Alcidamas περὶ Σοφιστ. 88. Ὥσπερ ἀνδριάντων καλῶν ἀληθινὰ σώματα, πολυχείρους τὰς εὐπορίας ἔχοντα, πολλαπλασίας ἐπὶ τῶν ἔργων τὰς ὠφελείας παραδίδωσιν: 'mirifice dictum pro εὐπορίας παρέχοντα ὡσεὶ ὑπὸ πολλῶν χειρῶν παρεσκευασμένας: in Aldina est πολὺ χείρους, duobus vocab.' Reisk." Seager. Mss.]

" Πρόσχειρος, Ad manum situs, pro πρόσχειρος, " Athen. 4. (p. 149.) ex Harmodio Lepreate, de " Phigalensium epulo, Πρόσχειρα δ' ἑκάστῳ δύο κρέα, " Ad manum sunt, Apposita sunt;" [" f. leg. πρόχειρα." Schn. Lex.]

Πρόχειρος, q. d. Ante manus positus, (aut etiam Qui est in manibus, ut πρὸ χειρῶν alicubi redditur,) et per consequens, Manibus obvius. Unde potest reddi, Qui est ad manum, Qui est in promtu, Promtus et in expedito positus, e Quintil.: Inventu facilis.

Thuc. 4, (34.) p. 133. Καὶ ἔβαλλον λίθοις τε καὶ τοξεύμασι καὶ ἀκοντίοις, ὡς ἕκαστός τι πρόχειρον εἶχε. Πρόχειρος ap. Plat. Qui est in promtu. Item Obvius, Facilis inventu, ap. Arrian., teste Bud. Reddit etiam, E medio petitus, Vulgaris, Omnibus notus, e Suida. At πρόχειρον κεραυνὸν vocari ait a Luciano Fulmen quod Jupiter in manu tenet, in Timonis principio, Τὸ δὲ ἀοίδιμόν σου καὶ ἑκηβόλον ὅπλον καὶ πρόχειρον οὐκ οἶδ' ὅπως ἀπέσβη καὶ ψυχρόν ἐστι. Sic ap. Plut. de Utilitate ex Inimicis percipienda, Κἀκεῖνο τὸ βιβλίον ὁρῶ σε πρόχειρον ἔχοντα πολλάκις, redditur, Illum librum te in manibus sæpe habere video. In VV. LL. κοπὶς πρόχειρος, Mucro expeditus et strictus. E Plut. Lycurgo, Πρόχειρα σκεύη καὶ ἀναγκαῖα, Expedita vasa et necessaria, i. e. quibus fere semper utimur. Gal. ad Gl. 1, Τὰ τῆς θεραπείας τοῖς τοιούτοις πυρετοῖς πρόχειρα, Tales febres e facili et in promtu curantur. Nam πρόχειρόν ἐστι, sonat In promtu est, Proclive est, s. In proclivi, Facile est. Et ἐκ προχείρου, E facili, ut Plin. loquitur. Eadem πρόχειρον ποιεῖσθαι, In promtu ponere, e Cic. reddunt, ap. Polyb. 5, (75, 5.) Ὅτι τὰς τῶν πρότερον ἐπταικότων ἐν ἑκάστοις περιπετείας οὐ ποιούμεθα προχείρους. Sed possit hic Polybii locus jungi cum isto Plutarchi, in quo πρόχειρον ἔχειν et μνημονεύειν copulat, l. de Garrul. (fin.) Δεῖ πρόχειρον ἔχειν καὶ μνημονεύειν τὸ Σιμωνίδειον. In illo enim itidem loco πρόχειρον ποιεῖσθαι ad memoriam refertur, quæ aliquid in promtu habet, sive promtum et paratum. Πρόχειρον, τὸ, Harmenopulus, Juris civilis Epitomen a se editam vocat, quasi Expeditam et obviam cuique juris totius methodum, VV. LL. || Πρόχειρος, de homine dictum, Manu promtus, ap. Suid., teste Bud. Idem reddit etiam Temerarius. Πρόχειρος, inquit Cam., Procax et temerarius, ut Suidas docet, adducto loco Polybii hoc, (18, 23, 4.) Ἀλλ' ἔστιν αἴτιον τοῦ μὴ πρόχειρον ὑπάρχειν, τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ καλῶς εἰρημένον, Νῆφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Sed hic fortassis non satis commode πρόχειρος reddi queat Procax, cum potius dicatur de iis quos credulitas sua temerarios reddit. Quidam malunt ad audaciam referre in h. l., qui ap. eund. Suid. legitur, Ὁ δὲ πρόχειρος ὢν τῇ γνώμῃ διὰ τὴν ἐμπειρίαν, οὐ μέλλειν ἔφη δεῖν, ἀλλ' ἀπαντᾷν καὶ ναυμαχεῖν τοῖς πολεμίοις. Ubi tamen πρόχειρον τῇ γνώμῃ crediderim potius appellari Qui consilio expeditus paratusque est, Cui consilium est in promtu. Nisi quis malit simplicius, Mente promtus, vel Animo: si modo hoc loquendi genus exemplo idoneo confirmari possit. Ceterum ut πρόχειρος est Temerarius, ita τὸ πρόχειρον interdum est Temeritas, ut ex Herod. affertur, Μειρακιῶδες τὸ πρόχειρον pro Juvenile quiddam esse temeritatem. [Dawes. M. Cr. 353. Eur. Herc. F. 159. Heracl. 726. Jacobs. Anth. 6, 136. 8, 340. Boeckh. ad Sim. p. x. Heind. ad Plat. Theæt. 327. Mœris p. 249. Ἐκ τοῦ προχείρου, Diod. S. 2, 564. Ἐκ προχείρου, Heyn. Hom. 7, 48." Schæf. Mss. "Πρόχειρον, τὸ τοῦ λόγου, dicitur Celeritas illa, quæ jocum aliquem commendat, quia non lentæ meditationis, sed ingenii celeris et vividi documentum est. Demetr. de Eloc. §. 261. vel 173. Ed. Fisch., Hesych. προχείρως· ἑτοίμως, ταχέως, ὀξέως." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. "Πρόχειρον, Temere, Clem. Alex. 371." Kall. Mss. * Προχειροφόρος, Gl. Amanuensis: * Προχειράριος· Amanuensis.] Προχείρως, Promte. Synes. Οὕτω π. ἐμαυτόν τε καὶ τὰ ἐμαυτοῦ κτήματα ἀνεκάλυψα. Apud Eund. προχειρότατα, Promtissime, Animo promtissimo; ita enim malo quam Audacissime, ut quidam interpr. [Dio Cass. p. 20.] Et quemadmodum πρόχειρος interdum est Temerarius, ita προχείρως interdum signif. Temere. Athen. 4. προχείρως πάντα ποιῶν, Omnia faciens temere et incogitanter, Cam. Idem hæc Polybii 1, (21, 5.) Δεξάμενος τὴν ἐλπίδα προχειρότερον τοῦ δέοντος, vertit, Cupidius et imprudentius illa spe arrepta. [Aristot. Meteor. 2, 9. Τοῦτο παντάπασιν ἔοικεν εἰρῆσθαι πρ. * Προχειροτέρως, Plato Alcib. 2. p. 144. Æneas Poliorc. 1656. * "Προχειρότης, ητος, ἡ, Promtitudo, Alacritas, Epict. Diss. 3, 21, 18." Schw. Mss. Sext. Emp. Math. 1, 249.

A "Phornut. 105." Wakef. Mss.]

Προχειρίζομαι, (nam de hac media voce, quod magis usitata sit, et signif. magis cum nomine πρόχειρος convenientem habeat, prius quam de activa dicam,) quasi πρόχειρον ποιῶ, Facio ut quid in promtu sit, s. promtum et in expedito positum, ut loquitur Quintil., Expeditum depromo, (ut Cic. dixit Argumenta expedita statim depromere,) Produco, Profero in medium, et omnium oculis expono. Sed, ad derivationem respiciendo, sonat potius, Ita expono ut aliquis ante manus habeat. Προχειρίζεσθαι, inquit Bud., Promere, Edere, Ante oculos ponere. Synes. Herculiano, Ὁρᾶν τε ἀπόντα δοκῶ, τὸ ἐναποτεθὲν ἀπὸ τῆς διαθέσεως εἶδος προχειριζομένης τῆς μνήμης, καὶ ἐμβομβεῖ μου ταῖς ἀκοαῖς ἡ θαυμαστῶς γλυκεῖα τῶν ἱερῶν σου λόγων ἠχώ, Conditam in pectore meo tuam formam, quam olim coram intuitus sum, et summo affectu amplexus sum, memoria nunc expromente atque repræsentante. Qui locus convenit cum eo in quo Plut. πρόχειρον ἔχειν et μνημονεύειν copulat,
B ut supra docui. Sed metaphoram illic habet προχειρίζομαι, at non item in hoc Luciani loco, (1, 670.) Σὺ δ' ἐσθῆτα καθαρὰν προχειρισάμενος, καὶ σεαυτὸν κοσμιώτατα σχηματίσας, λουσάμενος ἥκεις. Cui addi potest hic Aristoph. Ἐκκλ. (729.) Προχειριοῦμαι κἀξετάσω τὴν οὐσίαν, ubi tamen Schol. exp. εὐτρεπίσω. Lucian. (2, 517.) Ὀλίγους δέ τινας προχειρισάμενοι τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς, Ubi protulerimus, produxerimus. || Προχειρίζομαι, Deligo, Designo, Sumo ad aliquid faciendum, et eligo, inquit idem Bud. afferens e Polyb. de captivis Romanis loquente, qui sunt ab aliis ad se luendos missi, Τῶν δὲ προχειρισαμένων δέκα τοὺς ἐπιφανεστάτους. Alia autem aliquot exempla et in iis duo e Luca, tibi ap. eum videnda relinquo, p. 755.; sed iis perperam intermixta sunt quædam pass. vocis, de quibus in Προχειρίζω. || Προχειρίζομαι, Præverto, i. e. Ante omnia facio, et quasi Primum in manus sumo, ut Idem interpr. afferens ex Aristot. de Cœlo, 1, (5.) Προχειρισάμενοι δὴ περὶ τοῦ πρώτου τῶν σωμάτων, οὕτω σκοπῶμεν καὶ περὶ τῶν
C λοιπῶν. Act. autem Προχειρίζω ap. Suid. extat, quod exp. quidem πᾶσι γνώριμον ποιῶ, sed nullum ejus usus exemplum affert. Extat et ap. Hes. προχειρίσαι, quod exp. ἐπιλέξαι. Bud. autem προχειρίζειν ab Arriano poni ait pro Desumere, Deligere. Idem partic. pass. e Polyb. affert, (6, 58, 4.) Εἷς τῶν προχειρισθέντων, ἐκπορευόμενος ἐκ τοῦ χάρακος, Unus ex iis qui delectus fuerat. Est igitur προχειρισθέντων a th. Προχειρίζομαι significante Deligor. At vero particip. προκεχειρισμένον, quod Idem affert e Plat. de LL., male intermiscet τῷ προχειρίζεσθαι significanti Deligere, Designare, Ad aliquid faciendum sumere et eligere. Est enim illud προκεχειρισμένον a pass. th. Προχειρίζομαι significante Instituor, ea signif. qua dicitur sermo vel disputatio de re aliqua institui. Locus Plat. est hic, (de LL. 1. p. 643.) Διὰ γὰρ ταύτης φαμὲν ἰτέον εἶναι τὸν προκεχειρισμένον ἐν τῷ νῦν λόγον ὑφ' ἡμῶν, μέχρι περ ἂν πρὸς τὸν θεὸν ἀφίκηται. Est alioqui vicina hæc signif. præcedenti; qui enim a nobis instituitur
D sermo, vel disputatio quæ instituitur, eam quodammodo delegisse videmur, antequam institueremus. In hoc autem Polybii loco, 1, (16, 2.) Ἔστι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ πάντα τέτταρα στρατόπεδα, ἃ κατ' ἐνιαυτοὺς προχειρίζονται, Cam. προχειρίζονται putat esse Comparantur, Producuntur: ita vertens h. l., Sunt exercitus quatuor, qui singulis annis comparantur, vel etiam producuntur. Sed videndum ne active potius in media voce accipiendum sit illud προχειρίζονται, ut nimirum ejus nominativus sit Ῥωμαῖοι. In VV. LL. προκεχειρισμένος est etiam Projectus, Contemtus, et Omnibus obvius; sed ἀμαρτύρως. [Προχειρίζω, Valck. Schol. in N. T. 1, 382. "Προχειρίζομαι, Diod. S. 1, 436. 506. 508. 510. 535. 696. 717. 2, 16. 18. 124. 133. 139. 154. 161. 241. 248. 274. 290. 303. 321. 332. 374. 484. Ruhnk. Hist. Or. p. 50." Schæf. Mss. "Polyb. 3, 40. Προενεχειρίσαντο πέμπειν μετὰ στρατοπέδου Πόπλιον Κορνήλιον, Mittendum statuunt. Aristot. Categ. c. 5. Φανερὸν δὲ τοῦτο ἐκ τῶν καθέκαστα προχειριζομένων."

Seager. Mss. "Dionys. H. de Thuc. Char. 6." Boiss. Mss. Jambl. V. P. 96. λόγους. Isocr. 294. δημαγωγούς. Aristot. Meteor. 3, 6. Ἰδίᾳ δ' ἐπισκεπτέον προχειριζομένοις περὶ ἕκαστον γένος. Eligo, Designo, Alciphr. 3, 10. Inscr. Chishull. p. 147. Προχειρίζομαι et * προχειροῦμαι conf., Schæf. Meletem. Crit. 15. 58. * "Προχειρισμὸς, Creuzer. Meletem. 1. p. 45." Schæf. Mss. * "Προχείρισις, Designatio, Athan. 2, 119. ubi perperam * προχείρησις." Kall. Mss. "Ad Leon. Diac. 62." Boiss. Mss.]

Ἀκρόχειρον, τὸ, SIVE Ἀκροχειρὶς, [Suid.] aut ETIAM Ἀκρόχειρ, pro ἄκρα χεὶρ, sed χεὶρ generalem illam signif. habente, de qua priore loco dictum a me fuit. Ἀκρόχειρ dicitur ab Hippocr. Totum id quod a cubito ad extremam usque digitorum aciem est; χεὶρ enim ab Eod. nuncupatur Quicquid a scapulis ad extremos usque digitos habetur, quod in brachium, cubitum, et extremam manum dividitur, ut scribit Gorr. Idem testatur Galeno χεῖρα, sæpius vero ἄκραν χεῖρα, ab aliis autem composito nomine ἀκρόχειρον s. ἀκροχειρίδα vocari Manum. Post juncturam, inquit Cam., i. e. καρπὸν, est ἀκρόχειρ, Quicquid patet intra juncturam et digitos: quæ ferme παλάμη, i. e. Palma, dicitur. In ima manu est ῥίζα χειρὸς, i. e. Radix manus. ["Ἀκρόχειρ, ad Timæi Lex. 20." Schæf. Mss. Exp. ab Etym. M. ὀξύχειρ et ἀνδροφόνος.] AT VERO Ἀκρόχειρος, Hesychio, si ejus exempl. non mentiuntur, est ἀνδροφόνος, Homicida. Affertur ETIAM Ἀκροχέριον, pro eo quod Spinter Plauto dicitur: de quibus plura in Περίχειρον. [* Ἀκροχειρία autem est i. q. ἀκροχειρισμὸς, ap. Hippocr. de Vict. Rat. 2. p. 364, 15.]

Subjungam VERBUM Ἀκροχειρίζομαι, quamvis potius et ipsum ex ἄκρα χεὶρ itidem factum, quam ex ἀκρόχειρον: cum in ἀκρόχειρον aliam signif. habeat χεὶρ quam in Ἀκροχειρίζομαι. Est enim Summa s. Extrema manu capto, Summis manibus capto, Extrema parte manuum prehenso. Ἀκροχειρίζεσθαι proprie dicebantur pancratiastæ, cum alter alterum manibus captaret et prehensaret, s. prehensitaret, ante ipsam συμπλοκήν. Undè ap. Athen. (154.) Σκιαμαχοῦσι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀκροχειρίζονται. Aristot. Eth. 3, 1. Καὶ δεῖξαι βουλόμενος ὥσπερ οἱ ἀκροχειριζόμενοι, πατάξειεν ἄν, ubi quidam interpr. Qui extremis manibus dimicant; alii, Qui summis manibus luctantur; alii, Pugiles qui summis manibus dimicant. Erasmus in Proverbio, Extremis digitis attingere, ἀκροχειρίζεσθαι vertit Colluctari cum quopiam, citra reliqui corporis congressum, sed summis duntaxat digitis. ["Abresch. Lectt. Aristæn. 22. ad Lucian. 2, 274. Timæi Lex. 19. et n." Schæf. Mss. Plato Alcib. 1. p. 107. Ab Etym. M. exp. χειρῶν ἀδίκων ἄρχεσθαι. * Ἀκροχειρίζω, Aristæn. 1, 4. Ἀκροχειρίζουσα τὸν κόλπον, pro eo quod est in Ep. 15. τῆς ἀμπεχόνης ἄκροις δακτύλοις ἐφαπτομένη τῶν κροσσῶν.] Ἀκροχειρισμὸς, Exercitatio pancratiastarum ἀκροχειριζομένων, i. e. Cum alter alterum manibus captat, Lucian. [2, 327. ubi vulgo * ἀκροχειριασμός.] "Ἀκροχεῖριξ, ap. Hippocr. legitur, de Diæta "2. (p. 372.) ead. signif. qua ἀκροχειρισμὸς, ut vide-"tur: Ἀκροχεῖριξ, inquit, ἰσχναίνει, καὶ τὰς σάρκας "ἕλκει ἄνω· καὶ κωρυκομαχίη καὶ χειρονομίη τὰ παρα-"πλήσια διαπρήσσεται: libro tamen tertio inter hæc "discrimen facit, dicens, Τρίψεσι δὲ καὶ πάλῃ ὀλίγῃ, "ἀκροχειρισμοῖσιν, ἀκροχείριξι, πλὴν κωρυκομαχίης, ξυμ-"φορώτερον χρέεσθαι." [* Ἀκροχείρισις, Idem ibid. p. 374, 3.] Ἀκροχειριστὴς, ὁ, Qui se exercet ἀκροχειρισμῷ. Dicebantur ἀκροχειρισταὶ, Summis inter se manibus depugnantes, nullo complexu hærentes, ut palæstritæ, Bud.

De Ἀκροχερσίτης quoque i. q. de Ἀκροχειρίζομαι dico, quod ad deductionem attinet. Fuit enim dictus Ἀκροχερσίτης Pancratiasta quidam Sicyonius, ex eo quod ἄκρας χεῖρας adversarii comprehendere soleret, nec prius dimittere quam illum viribus defici sentiret, ut scribit Paus. Eliac. 2, (4.) Περιλαμβανόμενος γὰρ ἄκρων τοῦ ἀνταγωνιζομένου τῶν χειρῶν εἷλα, καὶ οὐ πρότερον ἀνίει πρὶν αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος. Quæ Suidas affert, sed Auctoris nomen tacens. ["Leg. ἀκροχειριστής." Schn. Lex.]

Ἐπίχειρον, Manupretium. Ἐπίχειρα, pro Præmiis militiæ et auctoramentis, e Plat. de Rep. 10. Plerumque abutuntur pro Pœna: ut ἐπίχειρα τῆς ῥαθυμίας, item τῆς λιχνείας, Lucian. (1, 106. 681.) Sic ἐπίχειρα τῆς ἀνοίας, [s. ἀγνοίας, Polyb. 4, 63.] Merces stultitiæ, Pretium stultitiæ, vel ob stultitiam, cum Terent. ["Musgr. Med. 217. Valck. Hipp. p. 207. ad Lucian. 1, 337. Jacobs. Anth. 7, 205. ad Diod. S. 1, 625. Kuster. Aristoph. 214." Schæf. Mss. "Τὰ ἐπίχειρα signif. Mercedem quam e facto quis adipiscitur, sive bonam, sive malam, unde sæpe pro Pœna ponitur. Euripides ap. Clem. Alex. Str. 4. (p. 586.) ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη Οὐκ ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει· Αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει. Philo, Ταῦτ' ἐστὶ τῆς ἀκαίρου παῤῥησίας τὰ ἐπίχειρα: sic etiam, τὰ ἐπίχ. τῆς ἀσεβείας." Brunck. Mss. "Merces, Aristoph. Σφ. 581. Κἂν αὐλητής γε δίκην νικᾷ, ταύτης ἡμῖν ἐπίχειρα. Plato de Rep. 10. p. 467. Ed. Bas. Τάγε μέγιστα ἐπίχειρα ἀρετῆς, καὶ προκείμενα ἆθλα, οὐ διεληλύθαμεν. Pœna, Soph. Antig. 820. Οὔτε φθινάσι πληγεῖσα νόσοις, Οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσ'." Seager. Mss. Æsch. Pr. 319. Τοιαῦτα μέντοι τῆς ἄγαν ὑψηγόρου Γλώσσης, Προμηθεῦ, τἀπίχειρα γίγνεται.] AT Ἐπιχείρια, J. Poll. quæ et ἔπαθλα, ac νικητήρια. [Zosim. 4, 40. Schæf. ad L. Bos. 304. "Ἐπιχείριον, Hippocr. Præc. 2." Corai. Mss.]

Ἐργόχειρον, τὸ, q. d. Opus manus s. manuum. ["Pratum Spirituale Jo. Moschi, c. 73. p. 1085. Ἐκαθέζετο ἐν εὐκτηρίῳ ποιῶν τὸ ἐργ. αὐτοῦ, Laborans manibus suis." Suicer. Thes. Eccl. Cf. Χείρεργον.] Ἐργόχειρα, vocarunt Ea opera quæ manibus elaborantur: quæ esse dicit edictio Justiniani πρέποντα μοναχοῖς: et hæc illos jubet μελετᾷν τε καὶ ἐργάζεσθαι, Exercere et facere. Cam. [* Ἐργοχειρέω, Athan. 2, 315. de Christi Incarnatione, Κατὰ προφητείαν ἡ γέννησις, ὁ τόπος γνώριμος, ὁ τρόπος ἐπίσημος, ὁ χρόνος οὐκ ἄδηλος, πᾶς λόγος ἐργοχειρούμενος, Re ipsa impletus.]

Περίχειρον, τὸ, (q. d. Circummanuale, aut certe Circumbrachiale, accipiendo χεῖρα generalius de Brachio, ut olim acceptum fuisse dictum est,) Quod manui circumponitur, vel potius brachio, ut sit quod Lat. Brachiale appellatur, alioque nomine Græco περιβραχιόνιον. Bud. quoque περίχειρον esse ait Brachiale, Manicam, afferens e Polyb. 2. fin. Cam. autem de hac voce ita scribit, Περίχειρα, Manuum ornamenta. Polyb. de Gallis, 2, (29, 8.) Περιχείροις καὶ μανιάκαις: paulo post, Τοῦτο δ' ἐστὶ χρυσοῦν ψέλλιον, ὃ φορέουσι περὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον οἱ Γαλάται. Torquem esse ait aureum quem gestare solerent Galli circum collum et manum. Spinter hoc esse Plauto ait Priscianus; et interpr. ἀκροχέριον, aut Fibulam in humeris, aut Armillam. ["Coteler. Monum. 4, 310." Kall. Mss. * Περιχείριον, J. Poll. 1. sect. 185. In Glossis * Περιχέριον· τὸ ψέλιον: Περιχέρια· Viriolæ, Armillæ: "ad Ammon. 149." Schæf. Mss. * Περιχειρίδιον, Hes. vv. Ἀβάκχευτος, Ἀγάλαλα.]

Comp. in χειριος desinentia, et unum in χειρια.

[* Καταχείριος, Habilis manui, Apoll. Rh. 1, 1189. ἐρετμός.]

Μεταχείριος, ὁ, ἡ, Qui est inter manus, s. in manibus, Qui versatur in manibus. E Nonno (Jo. 171.) μεταχείριον ὕδωρ, Aqua quæ administratur.

Ὑποχείριος, ὁ, ἡ, Qui sub manu est, vel sub manibus, Manui suppositus, vel Manibus. Od. O. (447.) Οἴσω γὰρ καὶ χρυσὸν ὅσος χ' ὑποχείριος ἔλθῃ, q. d. Tantum auri quantum sub manus meas venerit, i. e. Quantum nactus fuero s. nancisci potuero. Quidam interpr. etiam, Aurum quod in manus meas inciderit. Affertur et hæc exp., τῇ χειρί μου ὑποπέσῃ. Eust. exp. ὅστις εἰς χεῖράς μοι ἔλθῃ, et ὑπὸ ταῖς ἐμαῖς χερσὶ γένηται. Fortasse vero reddi etiam queat, Quod in potestatem meam venerit. ‖ Qui est in potestate alicujus; (is enim velut sub manu ejus est;) In potestatem redactus, Captus. Alicubi reddi potest et Obnoxius. Thuc. 3. Ὑποχειρίους δὲ ἔχοντες τοὺς πλείους: (c. 86.) Πρόπειράν τε ποιούμενοι εἰ σφίσι δυνατὰ εἴη τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ πράγματα ὑποχείρια γενέ-

σθαι, In suam potestatem venire, Ditioni suæ subjici. Antiphon, Ὅπου δὲ καὶ τοῦ λόγου τιμωρίαν ἠξίουν λαμβάνειν, ἦπου τὸν ἔργῳ παραδόντα τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις, οὐ μεγάλαις ἂν ζημίαις ἐκόλασαν; Qui autem dignum esse censuerunt, ut in eum animadverterent, qui verbo tantum peccarat, eum qui re ipsa urbem in hostium potestatem tradiderat, non iidem ipsi gravibus pœnis multarent? Bud. Ὑποχείριον ποιεῖν, ex Herod. (1, 106.) et ὑποχείριον ποιεῖσθαι e Xen. (K. Π. 7, 4, 8.) pro Capere. Apud Lys. autem ὑποχείριον λαβεῖν legitur, (170.) Διὰ τί οὖν οὐκ ἀπέκτεινα, ὑποχείριον λαβὼν τὸ σῶμα, καὶ τοσοῦτον κρατήσας; Ubi ego crediderim separatim ista verti debere, hoc modo, Cum cepissem et in manibus haberem. Metaphorice ap. Herodian. 1, (13, 16.) Γελωτοποιοὶ δὲ καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκριταὶ εἶχον αὐτὸν ὑποχείριον, Eum sibi addictum habebant. Ita enim malo quam Quasi addictum habebant, cum Polit. Sed et obnoxium fortassis interpretari hic possimus. Dicitur ETIAM Ὑποχειρία in fem. genere, Soph. (Aj. 495.) ap. Suid. Μή με — Τῶν σῶν ὑπ' ἐχθρῶν χειρίαν ἀφῇς τινί. Hic enim præp. ὑπὸ per tmesin, a voce χειρίαν sejuncta est: pro μή με ὑποχειρίαν ἀφῇς. || Ὑποχείριος redditur etiam Obediens, Mansuetus, Utilis, in VV. LL.; sed in his interpretationibus confundunt ὑποχείριος cum χείριος, cui signiff. illæ tribuuntur, et de quo eadem opera dicendum esse censeo. Itaque nomen SIMPLEX Χείριος, quod Poëtis potius quam reliquis Scriptt. est usitatum, interdum quidem, sicut ὑποχείριος, dicitur de Eo, qui est in potestate alicujus, tanquam sc. in ejus sit manibus. Eur. Cycl. Ἐλάβετε Τροίαν τὴν Ἑλένην τε χειρίαν; De quo loquendi genere idem dicendum censeo, quod de illo ὑποχείριον λαβὼν, quod e Lys. paulo ante protuli. Quod autem ad expp. illas attinet, quibus χείριος non solum dicitur esse ὑπήκοος, sed etiam χρήσιμος, i. e. Utilis: item χειροήθης, Mansuetus, Cicur: [Gallice Maniable:] eas ap. Eust. pariter et Hes. videndas tibi relinquo. Apud Soph. legimus etiam fem. χειρίαν, sed quod debeat jungi præpositioni ὑπὸ, sejunctæ per tmesin, ut paulo ante dictum fuit. [Χείριος, Eur. Andr. 412. " Ad Diod. S. 1, 690. Pierson. Veris. 64. ad Phalar. 320. Ὑποχείριος, ibid. Diod. S. 2, 410. et v. l., ad Herod. 275. 418. (5, 91.) Wessel. Diss. 103. ad Xen. Eph. 173. 242. Ὑποχείριον ποιῆσαι, Kuster. V. M. 46." Schæf. Mss. " Qui ad manum est, Mich. Apost. Prov. 17, 71." Schleusn. Mss. Æschin. Dial. Socr. 2, 1. Οὐκ ἔστιν, ὅπως ἐκείνη ἡ πόλις ἔσται ποτὲ ἡμῖν ὑποχειρία.]

Ἐκεχειρία, ἡ, (neque enim ponendum hoc fuit cum præcedentibus, Εὐχειρία, Θρασυχειρία, Ὀξυχειρία, etc., cum hæc sint ab Εὔχειρ, Θρασύχειρ, Ὀξύχειρ, at de isto Ἐκεχειρία nihil tale dici queat,) Cessatio pugnæ pactitia, Vacatio a bello, Feriæ belli, si ita loqui licet. Uno verbo, sed plurali, Induciæ. Prima illa interpr., Cessatio pugnæ pactitia, e Gellio sumta est: a quo recte additur illud adjectivum Pactitia: eodemque modo (ne latius quam par sit propriam signif. illius vocis extendamus) dicendum fuerit, Vacatio a bello pactitia, et Feriæ belli pactitiæ. Ejus verba sunt hæc, 1, 25. ubi de voce Induciæ disserit, Græci autem significantius consignantiusque cessationem istam pugnæ pactitiam ἐκεχειρίαν dixerunt, exemta una litera sonitus vastioris, et subjuncta lenioris. Nam quod eo tempore non pugnetur, et manus cohibeantur, ἐκεχειρίαν appellarunt. Idem de Varrone, qui inducias definierat, pacem castrensem paucorum dierum, item belli ferias, hæc scribit, Belli autem ferias festive magis dixit quam aperte atque definite. Ceterum litera illa sonitus vastioris, quam exemtam fuisse ait, est χ. Nam ἀπὸ τοῦ ἔχειν τὰς χεῖρας, (i. e. ex eo quod abstinerent manus, s. cohiberent, sequendo Gellium,) cum dicendum esset ἐχεχειρία, pro eo dictum fuit ἐκεχειρία. Perperam igitur in VV. LL. dicitur esse παρὰ τὸ ἔχειν τὰς χεῖρας, οἱονεὶ ἐκεχειρία. Invenitur porro hoc vocab. ap. veteres etiam Scriptt., et nominatim ap. Thuc. non uno in loco. Apud quem habes etiam ἐκεχειρία δεχήμερος, 5, (26.) p. 173. meæ Ed. Βοιωτοί τε ἐκε-

A χειρίαν δεχήμερον ἦγον, Schol. Βοιωτοί τε πρὸς δέκα ἡμέρας ἐκεχειρίαν ἐπεσπένδοντο πρὸς Ἀθηναίους. In alio Ejusd. l. (4, 117.) legimus, Ἐκεχειρίαν ἐνιαύσιον ἐποιήσαντο. Non solum autem dicitur ἐκεχειρίαν ἄγειν, ut vides in illo priore l. Thucydidis, sed etiam ἐκεχειρίαν ἄγειν πρός τινα, et quidem latius etiam nonnunquam, loquendo et de privatis odiis. Lucian. (1, 104.) Καὶ οὐδέποτε ἦγες τότε ἐκεχειρίαν πρὸς αὐτούς. Sic etiam Synes. ἐκεχειρίαν πρός τινα dixit, sed absque verbo ἄγειν, latius et ipse accipiens, Ep. 4. Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστι βουλομένῳ τὰ παρὰ τῶν γυναικῶν δέχεσθαι, σὴν χάριν καὶ τοῦτο, ἵνα μή τις ἐκεχειρία μοι πρὸς αὐτὰς γένοιτο. Ceterum ἐκεχειρίαν Schol. Thuc. exp. etiam ὁμολογίαν, quæ exp. mira videri nobis non debet, cum Thuc. formulam afferat ejus quam ἐκεχειρίαν appellat, in qua ipsemet ὁμολογίαν vocat, nec non συνθήκην, et σπονδάς. Perinde enim est ac si his nominibus uteretur, cum dicit, Ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὡμολόγησαν καὶ οἱ ξύμμαχοι Ἀθηναίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις, μηνὸς ἐν Λακεδαίμονι B Γεραστίου δωδεκάτῃ· ξυνετίθεντο δὲ καὶ ἐσπένδοντο Λακεδαιμονίων μὲν οἵδε κ. τ. λ. Fuerit igitur hic ἐκεχειρία, Ipsum induciarum pactum, Pacti induciarum formula. || Ἐκεχειρίαν Aristoph. jocans existimatur accepisse pro Cessatione s. Intermissione ab accipiendis muneribus, ubi magistratibus Atheniensibus sordes et δωροδοκίαν exprobrat: Eip. (908.) Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴ τι προῖκα προσαγαγεῖν σ' ἔδει, Ἀλλ' εὗρον ἄν σ' ὑπέχοντα τὴν ἐκεχειρίαν: ubi vide Schol. Metaphorice certe accipitur et in h. l., qui ex Josepho affertur, Ὥσπερ τοῖς ὅπλοις συμπεφυκότες, οὐδέποτε τῆς ἀσκήσεως λαμβάνουσιν ἐκεχειρίαν, ubi possis interpretari Cessationem s. Vacationem. [" Thom. M. 640. Jacobs. Anim. 221. Fac. ad Paus. H. p. 16. ad Lucian. 1, 334. 750. Brunck. Aristoph. 3, 144. St. Croix des Gouvern. Fédér. p. 133. Heyn. ad Apollod. 666." Schæf. Mss.] " Ἐκεχειροφόρος, affertur pro Fecialis," [ab J. Poll. 4, 94.: Max. Tyr. 273. Ὥσπερ ἐκεχειροφόρον τὸν ἀέρα ἔδωκεν αὐτοῖς, Pro sequestro.] " Ἐκέχειρον, τὸ, τὸ ἀργύριον, C Argentum, Hes."

[* " Ἐγχείριον. Nec Lexica, nec Meursii Glossarium exhibent hanc vocem. Quid sit, colligi potest e verbis Germani Constantinop. in Theoria ejus Mystica p. 150. Τὸ ἐγχείριον τὸ ἐπὶ τῆς ζώνης, ἐστι τὸ ἀπομάξαν τὰς χεῖρας αὐτοῦ λέντιον, καὶ πέφυκε τὸ ἐγχείριον ἔχειν ἐπὶ τῆς ζώνης, ἀντίτυπον τοῦ ἀπομάξαντος τὰς χεῖρας, καὶ τοῦ ἀθῶός εἰμι ἐπιφωνήσαντος, Enchirium, quod est in zona, linteum est, quo manus suas extersit: et enchirium habere in zona, typum refert extergentis manus, et acclamantis, Innocens ego sum. Legitur etiam in Actis Concilii Ephesini, p. 313. sub finem Epist. Nicephori Constantinop. ad Leonem P. Romanum: * Ἐπιτραχήλιον καὶ ἐγχείριον, πεποικιλμένα χρυσῷ, Collarium et enchirium, auro distincta. Ἐγχείριον ergo i. q. ἀπόμακτρον, Mantile." Suicer. Thes. Eccl. " Strophiolum linteum, quod sacris ministris a femore pendet, Amphil. Metaphr. 234. ubi v. Combef." Kall. Mss. " Ad Mœr. 348." Schæf. Mss.]

D Compp. in χερὴς desinentia.

Δυσχερὴς, Talis ut manibus negotium facessat, Talis qui manibus facile tractari non possit. Utor autem tot verbis ut una cum significatione derivationis originem ostendam. Possint tamen fortassis et aliæ aptiores expp. excogitari. Uno verbo alioqui δυσχερὴς reddi potest Difficilis, Arduus. Gell. 4, 15. Sed Arduum Sallustius non pro Difficili tantum, sed pro Eo quoque ponit, quod Græci δυσχερὲς aut χαλεπὸν appellant: quod est cum difficile tum molestum quoque, et incommodum et intractabile. Quorum verborum signif. a sententia Sallustii suprascripta non abhorret. Locus autem, cujus mentionem facit, est hic, At mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere. Observa porro hic inter alia vocabulum Intractabile, quod pro secunda illa expositione mea facit. Apud Aristot. (Metaphys. 11, 8.) τὰ δυσχερῆ pro αἱ δυσχέρειαι, q. d. Difficultates, Argutiæ et ob-

Προχύω, i. q. προχέω, Profundo, Effundo. Metaph. Philo V. M. 1. loquens de manna, 'Απένιφε κέγχρον βραχυτάτην καὶ λευκοτάτην, ἣ διὰ τὴν ἐπάλληλον φορὰν σωρηδὸν προὐκέχυτο τῶν σκηνῶν, ἄπιστος ὄψις, Ante tabernacula cœlitus profusa jacebat. [" Porson. Hec. p. 35. Ed. 2. Fischer. ad Palæph. 118. Toup. Opusc. 1, 204. Valck. Diatr. 142." Schæf. Mss. I. q. προχόω, Dionys. P. 52. τὸ Περσικὸν οἶδμα προχύων.] Πρόχυμα, τὸ, dicitur Id ipsum quod profusum est aut profunditur. Peculiariter autem πρόχυμα nominatur Mustum quod uvæ, antequam calcentur, sua sponte profundunt s. effundunt, Vinum sponte defluens antequam calcentur uvæ: Columellæ Mustum lixivium. Græcis alio nomine DICITUR Πρότροπος, [Athen. 30.] SIVE Πρόδρομος οἶνος. Florentinus Geop. 6, 16. Πρὶν θλιβῆναι τοὺς βότρυας, τὸ ἐξ αὐτῶν αὐτομάτως ἀποστάζον γλεῦκος, ὃ πρόχυμά τινες καλοῦσι, βάλε αὐθημερὸν ἐς ἀγγεῖον. Quomodo et Polluci πρότροπος est οἶνός τις ὁ πρὶν ἀποθλίβεσθαι ἐκρυείς: et Hesychio τοῦ γλεύκους τὸ πρόχυμα. Columella 12, 17. de vino dulci faciendo, Uvas legito, in sole per triduum expandito: quarto die meridiano tempore calidas uvas proculcato: mustum lixivium, (h. e. antequam prelo pressum sit, quod in lacum musti fluxerit,) tollito. Plin. 14, 9. Sed inter hæc genera potuum ponere debeo et protropum. Ita appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ. Quibus verbis, Antequam calcentur uvæ, putatur etymon expressisse; sunt enim qui πρότροπον ex eo nominari putent, quod defluat πρὸ τοῦ τραπεῖσθαι καὶ ἀποθλίβεσθαι τοὺς βότρυας. Ego tamen a προτρέπεσθαι significante Cieri et Provocari, derivatum potius existimavi, ideoque ei subjunxi cum aliis inde ortis verbalibus. Simile vini genus est ὁ σκυβελίτης οἶνος. Aëtius enim 9, 24. σκυβελίτην οἶνον esse ait τὸν αὐτομάτως ἀποστάζοντα ἐκ τῶν πατηθεισῶν σταφυλῶν καὶ τὸν οἶνον ἀποβαλλουσῶν. [" Πρόχυμα, T. H. ad Plutum p. 220. Mœr. 422. et n." Schæf. Mss. Mathem. Vett. p. 28. Ἵνα ἔχῃ συναγωγὴν καὶ πρόχυμα, vertitur Projectionem.] Inde ET Πρόχυσις, εως, ἡ, Profusio s. Effusio. In qua signif. Herod. (1, 160.) usurpavit: πρόχυσιν sc. appellans τὸ ἀποσπεῖσαι, teste Suida, et Corintho, qui Ionicum esse annotavit. Alioqui πρόχυσις nominatur ἡ προχυθεῖσα γῆ, Terra ante locum aliquem aggesta, Agger quo locus aliquis munitur: τὸ μεταξὺ χῶμα, Hes. Vel Terræ pars quæ in mare vergit, aut limo obducta est s. oblimata. Apud Apoll. Rh. enim 2, (964.) hoc in loco, Λεῖπον Ἅλυν ποταμὸν, λεῖπον δ' ἀγχίρροον Ἶριν, Ἠδὲ καὶ Ἀσσυρίης πρόχυσιν χθονὸς, Schol. Ἀσσυρίης χθονὸς πρόχυσιν dicit esse τῆς Λευκοσυρίας τὴν ἐγκειμένην χώραν εἰς θάλασσαν, ut idem Poëta in præcedentibus dixerit, Λεῖπον Ἅλυν ποταμὸν, λεῖπον δ' ἁλιμυρέα χώραν Ἀσσυρίης ἀνέχουσαν ἀπὸ χθονός: hoc vero dixisse ὡς ποταμοχώστου τῆς γῆς οὔσης, διὰ τὸ μεγάλους εἰς αὐτὴν καταφέρεσθαι ποταμοὺς, Halyn sc. et Irin. Et ita esse revera; nam duos illos magnos fluvios, in primis vero Irin, per diversas regionis partes fluentes, ἄλλοτε κατ' ἄλλους τόπους ἐκδιδόναι, καὶ ταύτῃ μακροῖς αὐτὴν προσχώμασιν εἰς μέσον ἐπεκτείνειν τὸ πέλαγος: itaque universam illam terram esse ποταμόχωστον, propter magnitudinem sc. et violentiam fluvii illius, utpote qui vasta mole labens παρασύρει τὴν γῆν: at vero τοῦ κύματος παλίσσυτον ἐλαύνοντος ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἰλὺν, συμβαίνειν τὴν χώραν ἐπὶ πολὺ παραύξεσθαι, καὶ τὴν θάλασσαν γίνεσθαι τεναγώδη. Dicitur ergo πρόχυσις cum magnus et vehemens aliquis fluvius terram radens et limi magnam

A vim secum rapiens, eo in loco quo sese in mare effundit, tantum limi terræque aggerit, ut terra magis magisque in mare protendatur. Vel brevius, Terra quæ a fluvio rapido aggesta aliquousque sese in mare protendit et peninsulam facit: uno nomine ποταμόχωστος γῆ dicta: ut Eust. quoque exponens hunc versum Dionysii P. (772.) Τοὺς δὲ μέτ' Ἀσσυρίης πρόχυσις χθονὸς ἐκτετάνυσται, annotat, veteres proprie πρόχυσιν nominasse τὴν πρόχωσιν s. πρόσχωσιν λεγομένην, nimirum ubi ποταμὸς ἐπαγόμενος ἰλὺν ἀποτίθεται, ut Nilus in Ægypto. Itidem vero et alia multa πεδία secundum Arrianum esse ποταμῶν ποιήματα, veluti τὸ Ἕρμου πεδίον, et τὸ Καΰστρου in Lydia, et τὸ Μαιάνδρου in Caria: nec non et Gangem in India πεδίον τι προσχῶσαι. Dicit igitur Dionysius ἐκτετανύσθαι μετὰ Χάλυβας Ἀσσυρίης χθονὸς πρόχυσιν, i. e. τὴν τῆς ἐκεῖ γῆς ἐκ τοῦ Ἅλυος πρόσχωσιν: recte utens verbo ἐκτετάνυσται, quoniam revera ejusmodi a fluvio aggesta terra et limus in mare sese extendit, et e mari terram versus. Obiter vero hic NOTA Πρόσχωσις ET Πρόχωσις, ITEM Ποταμόχωστος. [" Wells ad Dionys. p. 69. Koen. ad Greg. Cor. 244(=515.) Ruhnk. Ep. Cr. 211. Wessel. ad Herod. 77. (2, 5. 12.)" Schæf. Mss. Opp. 'A. 1, 116. Πολλή τε πρόχυσις συμβάλλεται ἰλύοεσσα.] " Προχθήσεσι, ap. Hes. ταῖς " εἰς τὴν θάλασσαν προχύσεσι: sed suspectum." Porro a Προχύω præterea DERIV. Προχύτης ET Πρόχυτος. Est autem προχύτης εἶδος ἐκπώματος, ut Athen. (496.) refert e Simaristi 4 Synonymωn, ubi etiam hunc ex Ione locum affert, Ἡμῖν δὲ κρητῆρ' οἰνοχόαι θέραπες Κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις: qui et initio ejusd. l. ap. Eund. habetur, sed paulo aliter; ibi enim pro προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις, quod hic habemus, legitur προχοαῖσιν ἐν ἀργυρέαις, ut supra citavi eum locum: addens, malle me scribere προχόαισιν, cum Suidas προχόην esse dicat ἀγγεῖόν τι * κωθωνοειδὲς εἰς ἐπίχυσιν ἐπιτήδειον. Philetas vero in suis Ἀτάκτοις, ut Athen. ibid. subjungit, προχύτην esse dicit ἀγγεῖον ξύλινον, ἀφ' οὗ τοὺς ἀγροίκους πίνειν. Xen. vero K. Π. 8, (8, 6.) προχοΐδας nominare Calices quosdam. Et fortassis προχύτης iste idem est, qui supra πρόχους s. προχοῖς, et fem. gen. χοῦς, Vasculum quo vinum in cyathos effundebatur, ἐπίχυσις, Guttum. Προχύται dicebantur etiam Fruges s. Mola salsa quæ inspergebatur victimæ jam mactandæ. Apoll. Rh. 1, (425.) Ἦ, καὶ ἅμ' εὐχωλῇ προχύτας βάλε: quo facto Hercules suum bovem ῥοπάλῳ μέσσον κάρη ἀμφὶ μέτωπα Πλῆξεν, Ancæus autem suum κατὰ πλατὺν αὐχένα κόψας Χαλκείῳ πελέκει, κρατεροὺς διέκερσε τένοντας. Ubi Schol. annotat, προχύτας quosdam exponere κριθὰς, Hordea, quosdam vero eo nomine accipere Aquam quæ in aurem victimæ infundi solebat, ut ex eo ἐπινεύουσα facilius cædi posset. Hes. προχύτας exp. ὅλας ἀπαρχάς: sed ibi puto omnino distinguendum esse post ὅλας: nam ὅλαι s. ὀλαὶ aut οὐλαὶ vocabantur ejusmodi κριθαὶ Quæ in victimæ mactandæ caput defundebantur, quæ et οὐλοχύται eam ob causam nominabantur: Lat. Mola salsa. Præterea προχύτας nominari ajunt Variarum rerum missilia, ut florum et fructuum, quæ jaci solerent a populo faustis acclamationibus principes salutante: quod et victori in certaminibus fieri consuevisse: ut Dion ap. Plut. (29.) p. 1776. meæ Ed. post dissolutam tyrannidem Syracusas intrat, Ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν τῶν Συρακουσίων ἱερεῖα καὶ τραπέζας καὶ κρατῆρας ἱστάντων, καὶ καθ' ἃς γένοιτο, προχύταις τε βαλλόντων, καὶ προτρεπομένων ὥσπερ θεὸν κατευχαῖς, Ad quoscunque accederet, flores frugesque in eum effundentibus s. spargentibus. Simili ritu solebant φυλλοβολεῖσθαι ejusmodi homines, quod est foliis floribusque accumulari ap. Virg. Hujus vero nominativi pluralis προχύται quidam singularem faciunt προχύτης, ὁ, qui Eur. auctorem nominant, non allato tamen exemplo: Bud. autem προχύτη, ἡ. Qua de re ego ἐπέχω, donec certiora inveniam. [" Προχύτης, Wakef. Ion. 94. Bergler. Alciphr. 379. ad Mœr. 297. Toup. Opusc. 2, 89. Valck. Diatr. 42. Ernest. ad Hymn. Hom. p. 23. Προχύτης, Προχύτη, Patera ad libandum, Jacobs. Anth. 6, 314. Προχύται, Markl. Iph. p. 202. Προχύτη, Προχύται, Valck.

Diatr. 43. Wessel. ad Herod. 77." Schæf. Mss. Eur. Iph. A. 955. 1112. 1472. El. 798. "Προχυτὸς, Ilgen. ad Hymn. 325." Schæf. Mss.] A πρόχυτος porro est gen. FEM. Προχύτη νῆσος: quo nomine significari puto πρόχυσιν Quæ a terra avulsa est et insula facta: ut Strabo quoque innuere videtur, l. 5. p. 108. Τοῦ μὲν οὖν Μισηνοῦ πρόκειται νῆσος ἡ προχύτη· Πιθηκουσῶν δ' ἐστὶν ἀπόσπασμα: 113. Καὶ γὰρ ἡ προχύτη καὶ αἱ Πιθηκοῦσαι, ἀποσπάσματα τῆς ἠπείρου. At Plin. 3, 6. In Puteolano autem sinu Pandataria, Prochyta, non ab Æneæ nutrice, sed quia profusa ab Ænaria erat. Ænaria ipsa a statione navium Æneæ. Et 2, 88. Alioque motu terræ stagnum emersisse, et alio, provolutis montibus, insulam extitisse Prochytam; namque et hoc modo insulas rerum natura fecit. HINC Προχυταῖος dicitur Qui natus est in Prochyta insula, vel in ea habitat, Steph. B. [" Valck. Diatr. 42. * Προχύτιος, ibid. e Clem. Alex. (688=581.) * Προχυτικὸς, Schol. Od. A. 136." Schæf. Mss. * Προχυτὴρ, unde * Προχυτήριος, e quo * Προχυτήριον, Gl. Fusorium. * Ἐπιπροχύομαι, Nonn. D. 21. p. 558. * Παραπροχύομαι, 48. p. 1282.] " Περιπροχυθεὶς, Circumfusus. Il. Ξ. (315.) Οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσε."

Προσχύω, i. q. προσχέω, Affundo, [Aretæus p. 53, 36. Inc. Exod. 24, 6.] UNDE Πρόσχυσις, ἡ, Affusio, [" Longin. 7." Seager. Mss. * Προσχύτης, Gl. Perfusor.]

Συγχύω, i. q. συγχέω, Confundo, Commisceo, Conturbo, aut etiam Perturbo. Il. Π. (471.) Τὼ δὲ διαστήτην, κρίκε δὲ ζυγὸν, ἡνία δέ σφι Σύγχυτ', ἐπειδὴ κεῖτο παρήορος ἐν κονίῃσι: 3 Reg. 21, (4.) de Achabo rege, Ἦλθε πρὸς οἶκον αὐτοῦ συγκεχυμένος καὶ ἐκλελυμένος ἐπὶ τῷ λόγῳ, ᾧ ἐλάλησεν πρὸς αὐτὸν Ναβουθ, Perturbatus animo. Unde et uxor ipsius paulo post dicit, Τί τὸ πνεῦμά σου συντετάρακται; Quamobrem spiritus tuus conturbatus est? [" Heyn. Hom. 8, 364. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 11. Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 325. Lennep. ad Phal. 38. ad Charit. 67. Violo, Hom. 1. p. 163. Clark.: cf. p. 171.: ad Phalar. 221." Schæf. Mss.] Reperitur ET Συγχύνω, ut χύνω pro χύω. Act. 9, (22.) Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός: Confundebat Judæos. [Apollon. de Pronom. 132. Lobeck. Phryn. 726.] E particip. præt. pass. συγκεχυμένος fit ADV. Συγκεχυμένως, Confuse. Plut. (6, 641.) Βοῶντος ὡς οὐδὲν κατὰ δίκην οὐδ' ἐκ προνοίας, ἀλλὰ πάντα συγκεχυμένως καὶ ἀκρίτως φέρεται καὶ σπαθᾶται τὰ ἀνθρώπων. [Aristot. Eth. 7, 1. " Hes. v. Φύρδην." Boiss. Mss.] Ex ipsa autem præteriti secunda persona FIT Σύγχυσις, ἡ, Confusio, Commixtio, Conturbatio; proprie enim est τῶν ὑγρῶν ἕνωσις καὶ μίξις, deinde et ad alia transfertur, ut ap. Diosc. 4. Σύγχυσις τῶν ὀφθαλμῶν ἡ ἐκ πληγῆς, Humoris oculorum confusio ex ictu; s. Oculi ex ictu cruentati, Oculi ex ictu suffusi sanguine. Si enim ictus in oculum ingeratur, sanguine suffunduntur, ita ut omnes humores confusi esse ex illa suffusione sanguinis videantur, quam alias ὑπόχυσιν nominant. Σύγχυσις, inquit Gorr., Vitium oculi confusis secum ejus humoribus: id quod accidit ut plurimum e vehementi plaga, interdum vero et ex uveæ tunicæ inflammatione, ruptis ejus vasis, effusoque humore. Inde pupilla discolor et turbida evadit, et principio quidem major cernitur, tandem vero contabescit minorque seipsa apparet. De aliis etiam rebus dicitur, ut Lat. quoque vox: veluti si Rerum aut Verborum σύγχυσιν et confusionem vocemus, cum non sunt suo ordine et concinne posita, sed mixta et conturbata. Cic. Ep. ult. ad Att. 6. Quas quidem cum expectassem jam diu, admiratus sum, ut vidi obsignatam epistolam, brevitatem ejus: ut aperui, rursus σύγχυσιν literularum, quæ solent compositissimæ et clarissimæ esse: 7, 8. Sic enim existimat, si ille vel dimisso exercitu consul factus sit, σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore. In Oratione autem σύγχυσις est Species hyperbati ex omni parte confusi. Mixturam verborum nominat Quintil. 8, 2. afferens hunc versum Virg. in exemplum, Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras. Verum et verborum σύγχυσις dicitur Cum eorum signiff. confunduntur, nec distinguuntur a se invicem. Athen. (477.) Καλλίμαχος δ' ἔοικε διαμαρτάνειν ἐν τῇ συγχύσει [συγχρήσει] τῶν ὀνομάτων, sc. κισσυβίου et ἀλείσου· ὁ γὰρ λέγων ἄλεισον τὸ αὐτὸ καὶ κισσύβιον, τὴν ἀκριβῆ θέσιν τῶν ὀνομάτων οὐ φυλάττει: ponit enim alterum pro altero. Dicitur porro et νόμων atque ὁρκίων σύγχυσις: ut ap. Latinos quoque legimus Fœdus confundere et Jura confundere. Isocr. Paneg. Φυγὰς δὲ καὶ στάσεις καὶ νόμων συγχύσεις. Plut. Alcib. Ἐβούλευσε σύγχυσιν ὁρκίων. At cum Chæremon ap. Athen. (562.) dicit Amorem δίδυμα τόξα ἐντείνεσθαι Χαρίτων, τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι τύχᾳ, τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς, potius hoc σύγχυσις ad præcedentem signif. pertinet; iis enim verbis innuit ὡς ἔρως μετριάζων μὲν, ἐστὶν εὔχαρις· ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράττων, χαλεπώτατος. Ex Eur. vero (Iph. A. 551.) σύγχυσις βιοτᾶς pro Perplexitas vitæ. Animo etiam tribuitur σύγχυσις, quæ Latinis est Conturbatio s. Perturbatio, Turbatio. Chion Epist. Τὴν σαυτοῦ σύγχυσιν καὶ πάσης τῆς οἰκίας ἐδήλους μοι. Pro Consternatio quoque affertur ex Hermog. [" Jacobs. Anth. 9, 213. Diod. S. 1, 89. 2, 305. Lucian. 1, 56. Lennep. ad Phal. p. 38. ad Charit. 319. ad Herod. 432. Violatio, Hom. 1. p. 163. Clark." Schæf. Mss. Perturbatio, Ira, Jambl. V. P. 110. Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * Συγχύτης, unde] Συγχυτικὸς, Confundendi vim habens, Qui confundere solet s. confundit. Plut. (9, 736.) Ἔστι γὰρ ὡς ὄψεως τὸ σκοτεινὸν, οὕτω τὸ ψυχρὸν ἁφῆς συγχυτικόν: nam quemadmodum tenebræ oculorum aciem, ita quoque frigus tangendi sensum confundit. [Athan. 1, 811. 2, 56. Orig. c. Cels. 357. * Συγχυτὸς, unde] Ἀσύγχυτος, ὁ, ἡ, Inconfusus, Qui confusus non est, Non permixtus, Distinctus. Theodoritus Dialogum quendam inscripsit ἀσύγχυτον, contra eos qui duas in Christo naturas, divinam et humanam, confusas esse dicebant. [Cum ἀμόλυντος junctum, ap. Arrian. Ep. 4, 11.] Ἀσυγχύτως, Inconfuse, Citra confusionem s. Sine confusione, Distincte, [Greg. Thaum. in Annunt. p. 57. Voss. * " Ἀσυγχυσία, Theod. Rhaïtens. de Incarn. 233." Boiss. Mss. * Διασυγχύνω, Apoll. de Adv. p. 616. * Ὑποσυγχύνω, Joseph. A. J. 16, 4, 4. * Ὑποσυγκεχυμένως, Orig. c. Cels. 242.. * Ὑποσύγχυτος, adv.] " Ὑποσυγχύτως, Confuse, συγκεχυμένως, Suid."

Ὑπερχύω, Superfundo s. Fundo super, Supra modum fundo: unde partic. ὑπερχυθεὶς, quod tamen interpr. Diffusus. [" Alciphr. 2, 222." Schæf. Mss.] Ὑπέρχυσις, ἡ, Immodica effusio, Profusio: Greg. Naz. Ὑπέρχυσις ἀγαθότητος, Profusa bonitatis abundantia, Profusa bonitas et benignitas. [" Valck. Anim. ad Ammon. 197." Schæf. Mss. Plut. Mor. s. 826. Strabo 16, 15. T. 2. p. 272. Tz.]

Ὑποχύω, Suffundo, [Herod. 2, 152. 3, 66. Diosc. 2, 194.] UNDE Ὑπόχυμα, τὸ, ET Ὑπόχυσις, ἡ, Id quod suffusum est, Suffusio. Medicis ὑπόχυμα s. ὑπόχυσις, Suffusio, est crassi humoris in cornea membrana juxta pupillam concretio; vel, Affusio humorum concrescentium inter corneam tunicam et crystallinum humorem: ea enim sedes est humoris suffusionem committentis: ibique situs impedit ne crystallinus humor, qui solus a coloribus alteratur, res oculis objectas præterquam seipsum admittat, simulque pupillam obscurat. Qua in re τοῦ ὑποχύματος et τοῦ γλαυκώματος differentiam juniores posuere, dicentes τὸ ὑπόχυμα non aliud esse quam Humorem concretum, illic ubi diximus, situm; γλαύκωμα autem, Alterationem esse humoris crystallini in glaucum colorem, ab humiditate quadam intra ipsum contenta: cum tamen veteribus Medicis idem esset uterque affectus. Quanquam non eo tantum discrimine separentur, sed etiam quod omnes suffusione laborantes lucem videant aut multam aut paucam: qui vero γλαύκωμα quique ἀμαύρωσιν patiuntur, lucem omnino nullam cernant. Est autem suffusio duplex: una, proprie dicta, quæ est oculorum per se suffusorum morbus, ab humore crasso pu-

pillam obscurante: altera vero, improprie, in qua A oculi primo et per se patiuntur, sed visa quædam visis proprie suffusorum similia repræsentant. Hæc Gorr., ap. quem plura vide de utriusque suffusionis discrimine, et præterea quomodo recens suffusio ab inveterata sit distinguenda. Diosc. 1, 102. de naphtha, i. e. Babylonii bituminis colamine, Πρὸς ὑποχύσεις χρησιμεύει καὶ λευκώματα. Unde Plin. 35, 15. Ad suffusiones oculorum et albugines Babylonium efficax traditur. Rursum Diosc. 2, 14. de scorpio marino, Ἁρμόζει πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑποχύσεις καὶ λευκώματα καὶ ἀμβλυωπίας. [" Ὑπόχυμα, Clem. Alex. 114." Wakef. Mss.] " Ὑποχόματα s. Ὑποχύματα, " in VV. LL. scriptum est, quasi utrumque in usu " sit, cum tamen ὑποχόματα, undecunque petitum " sit, ex errore natum esse constet." [Ὑπόχυσις, Geop. 904. Ælian. H. A. 401.] Inde ETIAM Ὑποχυτὴρ, ET Ὑπόχυτος. Est autem ὑποχυτὴρ Guttum olearium, quo oleum lychno suffundunt, cujusmodi est ἡ ἐλαιηρὰ ἐπίχυσις et χαλκεῖον supra. Suidæ enim ὑποχυτῆρες sunt τρυβλία, δι' ὧν τὸ ἔλαιον εἰς B λύχνους ἐπιχέουσι. Ὑπόχυτος vero, Suffusus, Cui suffusum aliquid est, et ex eo subturbidus. Est ὑπόχυτος quidam οἶνος ap. Athen. (31.) Τιμαχίδας δὲ ὁ Ῥόδιος ὑπόχυτόν τινα οἶνον ἐν Ῥόδῳ καλεῖ, παραπλήσιον τῷ γλυκεῖ. Suidas quoque ὑπόχυτον οἶνον esse ait τὸν γλυκὺν, Dulcem: afferens tamen locum in quo aperte distinguitur inter γλυκὺς et ὑπόχυτος: sic enim ibi, Ἦν δὲ ὁ Πολέμων ὁ φιλόσοφος οὐ γλυκὺς οὐδ' ὑπόχυτος, ἀλλὰ πράμνιος: [cf. Diog. L. 4, 20.] J. Poll. 3, (56.) c. 4. scribit veteres Comicos ὑπόχυτον vocasse τὸν κακῶς γεγονότα, ut et παρεμπεποιημένον. [Barker. Ep. Cr. ad Boiss. 243.]

Χύτλον, τὸ, Oleum aqua mixtum, quo perfundi et inungi balneantium corpora solebant. Aristoph. Schol. ita dici scribit τὸ ὑδρέλαιον, ut et Eust. e veteribus τὸ μεθ' ὕδατος ἔλαιον. Quæ expositio posterior ap. Suid. quoque habetur, sed ap. eum SCRIBITUR χύτλος: quod mihi suspectum est, licet ap. Hes. quoque legatur, sed in loco corrupto. Rursum idem Suid. cum Schol. Aristoph. scribit χύτλα proprie C dici τὸ, ὑγροῦ ἔτι ἀπὸ ὕδατος ὄντος τοῦ σώματος, ἀλείψασθαι: afferens ex Epigr. φράσον δέ μοι εἰς ὅ,τι τεῦχος Χεύωμαι ποσὶ χύτλα. Erot. certe itidem et Hes. χύτλα vocari ajunt τὰ μετὰ πολλοῦ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἀλείμματα. Hes. χύτλα esse dicit non solum τὸ ἐφ' ὕδατος ἔλαιον, sed etiam εἶδός τι μαντείας, ὃ δι' ὕδατος καὶ ἐλαίου γίνεται. Annotant χύτλον vocatum fuisse ipsum quoque ἐλαιοδόχον ἀγγεῖον, ἐν ᾧ εἶχον οἱ παλαιοὶ τὸ ἔλαιον, ᾧ μετὰ τὸ λούσασθαι ἐχρίοντο, Vas olearium, in quo oleum servabant ungendis a balneo corporibus. Cujus expositionis hoc exemplum afferunt ex Eupolide, Ἀλλ', ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ χύτλον τὴν ῥῖν' ἔχεις. Ex eo tamen satis manifeste probari id non potest: siquidem videtur, pro illo κατὰ χύτλον, una voce composita scr. esse κατάχυτλον, cum J. Poll. 10, (63.) c. 17. κατάχυτλον inter τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ σκεύη numerans, locum illum afferat in exemplum; nam si agnovisset lect. illam κατὰ χύτλον, procul dubio simplicis etiam nominis χύτλον mentionem aliquam fecisset. Ejusmodi vero κατάχυτλα quibus D balneantes perfunduntur, Alex. Trall. σίτλας vocat Latino verbo, veluti cum dicit, Τὰς σίτλας περιχεέσθω, Situlis perfundatur, s. Situlis ei affundatur aqua. Et alibi, Λαμβανέσθωσαν δὲ σίτλας. || Nec porro solum χύτλα nominantur τὰ μεθ' ὕδατος ἔλαια, quibus sc. perfundebantur et inungebantur balneantes, verum etiam τὰ ἐναγίσματα et αἱ χοαὶ, ut annotat Schol. Apoll. Rh., sed addens, illam signif. esse propriam, hanc vero, καταχρηστικήν. Fuerint igitur hic χύτλα, quæ supra χοαὶ et χεύματα s. χύματα, Libamina quæ in mortuorum busta effundebantur, αἱ νεκρικαὶ σπονδαὶ, Eust.: Apoll. Rh. 1, (1075.) εὖτ' ἂν σφιν ἐτήσια χύτλα χέωνται, 2, (926.) ἐκ δὲ βαλόντες Πείσματ' ἐν αἰγιαλῷ Σθενέλου τάφον ἀμφεπένοντο· Χύτλα τέ οἱ χεύαντο, καὶ ἥγνισαν ἔντομα μήλων. Ἄνδιχα δ' αὖ χύτλον νηοσσόῳ Ἀπόλλωνι Βωμὸν δειμάμενοι μῆλ' ἔφλεγον: [4, 708.] At in hoc Orphei loco, (Arg. 32.) Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα, an χύτλα sint νεκρικαὶ σπονδαὶ, Libamina et inferiæ mortuo Osiridi inferri solitæ, an potius simpliciter Libamina et σπονδαὶ, dubium est; nec enim plura afferuntur e quibus discrimen id possit cognosci. [" Osiridis piamina, speciatim quæ pingui ablutione constant. Sic de inferiis, χύτλων μειλίγματα, 571. Certe Schol. Od. Z. 8. Aristoph. Σφ. 1208. et Hes. ac Suid. τοῦ μεθ' ὕδατος ἐλαίου mentionem faciunt. Commodissime ad h. l. Schol. Apoll. Rh. 1, 1075. Χύτλα τὰ μεθ' ὕδατος ἔλαια· καταχρηστικῶς δὲ, ὡς ἐνταῦθα, τὰ ἐναγίσματα, καὶ αἱ χοαί. Agit autem Apoll. de annuis honoribus Cyzico eidem habitis, ἐτήσια χύτλα χέωνται." Gesner. Ind. Orph. " Wakef. Eum. 463. Paus. 3. p. 52. Χύτλος, Toup. Opusc. 2, 83. Jacobs. Exerc. 1, 102." Schæf. Mss.]

UNDE Χυτλόω ET Χυτλάζω. Dicitur autem χυτλώσασθαι, Perfundi s. Perfundere sese oleo aqua mixto; interdum etiam simpliciter Ungi s. Ungere se, Lavari s. Lavare se. Od. Z. (80.) Δῶκε δὲ χρυσείῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον, Εἵως χυτλώσαιτο σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξί. Quod Eust. exp. ὅπως μετὰ λουτρὸν χυλωθείη ἀλειψαμένη: addens, inde fieri ut χύτλα simpliciter vocentur etiam τὰ λουτρά: cum proprie significet τὸ μεθ' ὕδατος ἔλαιον, secundum antiquos. Brevium quoque Scholl. Auctor, qui Didymus esse creditur, exp. λουσαμένη ἀλείψαιτο, A balneo se inungeret: addens et ipse, χύτλον dici τὸ μεθ' ὕδατος ἔλαιον. Callim. quoque hoc verbo χυτλώσασθαι utitur simpliciter pro Lavare s. Abluere, Hymno Jovis (16.) Αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι, Ilico quærebat aquæ fluentum s. rivum, quo partus sordes ablueret, tuumque corpus lavaret. Schol. enim et ipse exp. ἀπολούσαιτο. Posses etiam, addito participio Affuso, interpretari ad exprimendum etymon, Quo affuso partus sordes ablueret. [Apoll. Rh. 4, 1311. " Musgr. Iph. T. 1235. Wakef. Ion. 1514. Ruhnk. Ep. Cr. 125." Schæf. Mss.: Gal. de Simpl. Med. Fac. 2, 25. Aristot. Probl. 5, 6. * Χυτλωτὸς, unde * Ἀχύτλωτος, Nonn. D. 9, 25.]

Χυτλάζω ejusd. signif. est; nam ut Suidas χυτλώσαιντο exp. ἀλείψαιντο, ita χυτλάζηται Erot. ap. Hippocr. ἀλείφηται: quoniam, inquit, χύτλα dicuntur τὰ μετὰ πολλοῦ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἀλείμματα. Præterea ut χυτλῶσαι non solum est τὸ ἀλεῖψαι μετὰ τὸ λούσασθαι, s. μετ' ἐλαίου λούσασθαι, verum etiam simpliciter ἀπολοῦσαι, ita Hes. χυτλάσαι exp. διαχέαι, ὑγρᾶναι: et χύτλασον affert itidem pro ὕγρανον: nec non Suidas χυτλάζειν esse dicit τὸ μιγνύναι καὶ διαχεῖν, una cum Schol. Aristoph. Σφ. (1212.) qui hæc τὰ γόνατ' ἔκτεινε, καὶ γυμναστικῶς Ὑγρὸν χύτλασον σεαυτὸν ἐν τοῖς στρώμασιν, exp. itidem διάχυσον σεαυτὸν, ὑγρῶς ἄλειψαι, Corpus a balneo adhuc humectum oleo perfunde et inunge, s. More gymnico et athletico te humidum adhuc a balneo, oleo perfunde. Alii interpr. Colloca te mollem in stragulis, διάκεισο ὑγρῶς: perinde ac si quis diceret Infunde te stragulis. Rursum ap. Hippocr. χυτλάζηται Gal. esse ait veluti si dixisset κλύζηται: ut Hes. quoque χυτλάζει affert pro κλυδάζεται. Idem vero Hes. χυτλάσαι exp. τρυφῆσαι, fortassis quoniam οἱ τρυφῶντες præ ceteris solebant χυτλάσασθαι, i. e. μετὰ τὸ λούσασθαι ἀλείψασθαι, A balneo inungi et perfundi oleo: [" Toup. Opusc. 2, 83." Schæf. Mss.] Διαχυτλάζω, Perfundo: Hes. διαχύτλαζε, διάχει, δίυγραινε, διακάθαιρε, Perpurga: afferens tamen et has expp. διακίνει, πλάτυνε, διάκρινε, Dimove, Dilata, Distingue.

Χύτρος, ὁ, Olla. Ariston Epigr. 1. 6. εἰς τὰ ἀπὸ Μαγείρων, p. 438. Χύτρον τοι, ταύτην τε κρεαγρίδα, καὶ βαθυκαμπῆ Κλεῖδα συῶν, καὶ τὰν ἐτνοδόκον τορύναν. Sic J. Poll. 10, c. 24. Ὅταν δὲ Δίφιλος ἐν Ἐπικλήρῳ λέγῃ, Χύτρον μέγαν παρὰ τοῦ μαγείρου, δῆλον ὅτι τὴν χύτραν λέγει, ἀλλ' οὐ τὸν χυτρόποδα. || Χύτροι est etiam Festi quoddam nomen, quod Athenis in honorem Bacchi agitabatur, ut ex Aristoph. patet; is enim B. (218.) ait, Ἣν (ἀοιδὰν) ἀμφὶ Νυσήϊον Διὸς Διόνυσον ἐν Λίμναισιν ἰαχήσαμεν, Ἡνίχ' ὁ κραιπαλόκωμος Τοῖς ἱεροῖσι χύτροισι [Br. Ταῖς —αῖσι —ησι] Χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος. Scribit porro Suidas, uno eodemque die celebratos fuisse et τοὺς

χύτρους et τοὺς χόας, in quo die solitos fuisse semina A omne genus in olla coquere, atque sacrificare Baccho et Mercurio. Vide et Schol. Aristoph., afferentem quædam super hoc festo e Theopompo. Meminit Harpocr. quoque hujus festi, qui e Philochoro tradit, agitatum fuisse decimatertia die mensis Anthesterionis. || Χύτροι dicebantur etiam Thermæ s. Lavacra calida ap. Thermopylas, ut testatur Herod. 7, (176.) p. 280. Τὸ δὲ πρὸς τὴν ἠῶ τῆς ὁδοῦ, θάλασσα ὑποδέκεται καὶ * τενάγεα· ἔστι δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρὰ, τὰ χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι. || Χύτροι est etiam Nomen Urbis ap. Suid. nec non Harpocr. et Steph. B. UNDE Χύτριος, Qui inde oriundus est. || Χύτρον, Suidæ etiam χῶμα. [" Χύτρος, Jacobs. Anth. 7, 77. Toup. Add. in Theocr. 402. Opusc. 1, 463. 2, 83. Græv. Lectt. Hesiod. p. 589. ad Herod. 588. Χύτροι, Brunck. Aristoph. 1, 158. (B. 218.) Bibl. Crit. 2, 3. p. 52. Bergler. ad Alciphr. 20. 230. 232." Schæf. Mss. Χύτρος, Nicander 'Α.136.]

Χύτρα, ἡ, itidem Olla, ut χύτρος: etiam Olla fictilis, Testa, Cacabus; nam et Athen. (169.) scribit, B τὴν χύτραν nominari κακκάβην ab Aristoph., nec non ab Antiphane: e quo et h. l. affert, Βοιωτίας Μιχθεῖσα κοίλοις ἐν βυθοῖσι κακκάβης Χλιαίνετ', αἴρεθ', ἕψεται, παφλάζεται. Idem Comicus ap. eund. Athen. (449.) inter alios griphos, τὴν χύτραν vocat τροχοῦ ῥύμαισι τευκτὸν * κοιλοσώματον κύτος, Πλαστὸν ἐκ γαίης ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ, Νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πνικτὰ * γαλακτοθρέμμονα * Τακεροχρῶτα διττυοῦσαν: est enim olla figuli rotæ circumactu fabricata, e terra ficta, et in alio matris suæ tecto cocta, (i. e. in figulina fornace,) quæ et ipsa e terra est, et in ea incoquuntur tum alia tum e novello grege lactentes agni, vel hœdi. Apud eund. Athen. 9. quidam dicit, ἀλλὰ κἂν τῆς φακῆς ἐάσατε ἡμᾶς μεταλαβεῖν, ἢ αὐτῆς γε τῆς χύτρας. Apud Plut. Symp. 8, (7.) Pythagoras jubet χύτρας τύπον ἀρθείσης ἐν σποδῷ μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν, s. τῆς χύτρας τὸν τύπον ἀφανίσαι: nam imposita cineribus olla, vestigium eis imprimit. Apud Xen. 'Ελλ. 4, (5, 4.) Φέροντας πῦρ ἐν χύτραις. Apud Plat. Hipp. Maj. χύτραι δίωτοι, Ollæ duas C aures, i. e. ansas, habentes. Et in Prov. Χύτραν ποικίλλειν ap. Schol. Aristoph. Habes vero ap. Suid. quoque et ap. Erasmum alia Proverbia. Apud Diosc. Καίονται ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, Plin. vertit Cremantur in fictili novo. Inter φιλημάτων quoque εἴδη est τὸ χύτραν φιλεῖν, sc. ὁπότε τὰ παιδία φιλοίη τῶν ὤτων ἐπιλαμβανόμενα, ut J. Poll. annotavit 10, (100.) afferens ex Eunico, Λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν: ita ut χύτραν φιλεῖν dicatur qui aliquem, veluti ollam, prehensum ambabus auribus deosculatur. [Heyn. ad Tibull. Obs. p. 129. Warton. ad Theocr. 5, 133.] Item χύτρα dicitur quidam in ludo illo qui χυτρίνδα nominatur, de quo paulo infra. || Χύτραι dicuntur etiam τὰ χυτροπώλια, de qua voce infra, teste Hes. Sic ἰχθύες, de Foro Piscario. [" Jacobs. Anth. 7, 77. Toup. Opusc. 2, 84. Ammon. 149. ad Herod. 588. Ejus usus ad infantes exponendos, ad Mœr. 138. Χύτραι, Brunck. Aristoph. 1, 158. (vide Χύτρος.) Tabernæ in quibus ollæ venduntur, Thom. M. 791. Brunck. Aristoph. 1, 40. Heringa Obs. 164. D Kuster. ad Suid. 1, 529. Ammon. 149. Græv. Lectt. Hes. 613. Bentl. Ep. ad Hemst. p. 110. Χύτραι βολβῶν, Toup. ad Longin. 371. Χύτραις ἱδρύειν, T. H. ad Plutum p. 473. 475. 478. Schol. ad v. 1199. et T. H., Kuster. Aristoph. 17. 189. Brunck. 3, 145. (Eip. 923.) Fr. 242. De quant., Brunck. Aristoph. 2, 153. 3, 112. Dawes. M. Cr. 204. 290." Schæf. Mss. Anticlides ap. Athen. 473. Χύτραις λημῶν. Χύτρα, κύτρα, ad Greg. Cor. 341.]

" Κύθρα, Ionica enallage aspiratæ et tenuis pro " χύτρα dicitur, ut κιθὼν pro χιτὼν, Olla, Eust.: " Etym. κύθραν denominatam vult ἀπὸ τοῦ κύτους, " sive ἀπὸ τοῦ κεύθω. Κυθρόγαυλος, Joseph. A. J. " (8, 3.) quod exp. Labrum conchæ specie." [LXX. 3 Reg. 7, 38. juxta Cod. Alex. 'Εποίησε δέκα κυθρογαύλους, al. * χυτρογαύλους: v. Schleusn. Lex. V. T.: J. Poll. 619.] " Χυθρόγαυλος, Luter, VV. LL. ex " 3 Reg. 7."

[* Χυτροειδής, Schol. Clem. Alex. 1, 188. n. 2. A Pott.; Schol. Theocr. 5, 58. * Χυτροπλάθος, Figulus, J. Poll. 804. Phrynichus Bekkeri p. 72.] Χυτρόπους, οδος, ὁ, Olla pedes habens: potius quam Pes et sustentaculum ollæ, ut quidam interpr. Hesiod. 'Εργ. 2. fin. Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα Ἔσθειν, Neque a pedatis ollis nondum delibatis rapiens comede. Cujus præcepti Plut. quoque meminit Symp. 7, 4. dicens eum recte ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων οὐκ ἐᾷν παρατίθεσθαι σῖτον ἢ ὄψον, ἀλλ' ἀπαρχὰς τῷ πυρὶ καὶ γέρα τῆς διακονίας ἀποδιδόντας. Et ap. Suid. [e Damascio,] 'Εώρα τοὺς χυτρόποδας ἀχράντους ἀεὶ καὶ ἀκάπνους, ὥσπερ ἐν ἀγορᾷ πρὸς ὠνὴν ἐγκειμένους. Nigrescunt enim fumo, si igni crebrius apponatur. Et ap. Athen. (344.) χυτρόποδες κεραμοῖ καὶ τάγηνα ξηρά. Ab J. Poll. quoque 10, (59.) numeratur inter τὰ μαγειρικὰ σκεύη: ubi etiam DIMIN. Χυτροπόδιον affert ex Hipponactis Jambis. [Χυτρόπους, Schol. Soph. Aj. 1405. Schleusn. Lex. V. T. I. q. πύραυνος, Etym. M. " Matth. ad Gloss. Min. 33. Mœr. 250. Alciphr. 288. Græv. B Lectt. Hes. 589. Χυτροπόδιον, 589." Schæf. Mss.] Χυτροπώλης, ὁ, Ollarum s. Cacaborum venditor. FEM. Χυτρόπωλις, ιδος, ἡ, Ollarum venditrix. Æginam vocatam fuisse χυτρόπωλιν tradit J. Poll. ITEM Χυτροπώλιον, τὸ, Taberna ollaria, Taberna in qua ollæ veneunt. Utitur Hes. [" Valck. ad Ammon. 149. Græv. Lectt. Hes. 589." Schæf. Mss.] Apud Amm. vero properispωmenωs LEGITUR Χυτροπωλεῖον, itidemque ap. J. Poll. 7. Vide Χυτρεῖον. [* Χυτροτόμος, unde * Χυτροτομέω, Argum. Aristoph. Α.: vide Brunck. * Χυτροφόρος, Schol. Aristoph. Ὄρν. 448.]

Χυτρεψὸς, Qui in ollis coquit cibos. Athen. (608.) de impedimentis Darii ap. Damascum captis, 'Οψοποιοὺς διακοσίους ἑβδομήκοντα ἑπτὰ, χυτρεψοὺς εἰκοσιεννέα, γαλακτουργοὺς τρεῖς καὶ δέκα, οἰνοηθητὰς ἑβδομήκοντα.

Χυτραῖος, SIVE Χύτρεος, ὁ, Ollaceus, si ita loqui liceret, i. e. Fictilis, Testaceus. Hes. enim χυτραῖον affert pro ὀστράκινον, Testaceum. Dicitur ET Χυ- C τρεοῦς pro χύτρεος, UT Κεραμεοῦς pro κεράμεος. [Cf. Schol. Aristoph. N. 389. Suid. v. Δῖνος.] Aristoph. N. (1474.) Ὅτε καί σε χυτρεοῦν [χυτροῦν Herm.] ὄντα θεὸν ἡγησάμην, Quando etiam te, testaceus cum esses, deum putabam. Schol. ait ibi * ὀνοματοπεποιημένως χυτρεοῦν vocari τὸ ἐν τῷ φροντιστηρίῳ μηχάνημα ὀστράκινον, περιφερὲς ὡς χύτραν: i. e. εὐτελὲς et vix χύτρας ἄξιον. [" Χυτραῖος, Aristoph. Fr. 266. Χύτρεος, Χυτρεοῦς, Kuster. p. 63. Porson. Med. p. 54. * Χυτρεῖος, Act. Traj. 1. p. 245." Schæf. Mss. Aristoph. Α. 329. παράγου χυτρείου.]

Χύτρινος, i. q. χυτραῖος: Schol. Aristoph. e Philochoro, χύτρινοι ἀγῶνες, forsan qui τοῖς χύτροις celebrantur; nam cum de festo illo, quod χύτρας nominabant, locutus esset, subjungit, Ἤγοντο δὲ ἀγῶνες αὐτόθι οἱ χύτρινοι καλούμενοι, καθὰ φησὶ Φιλόχορος. || Χύτρινον, [Ion. Κύθρινον,] Hippocr. vocavit etiam τὴν χύτραν, ut testatur Gal. Lex. Hippocr. Locus est Γυναικ. 2. (p. 648.) ubi dicit χύτρινον ὅσον δύο ἑκταίας χωρέοντα. [" Τὸ χ., Callim. 1. p. 452." D Schæf. Mss. Mathem. Vett. 20. Χύτρινοι ἢ ὀστράκινοι, nisi leg. sine ἢ, χ. ὀστρ., ut χύτρινοι iidem sint qui χύτροι.] AT Χυτρῖνοι, Hes. τὰ κοῖλα τῆς γῆς, δι' ὧν αἱ πηγαὶ ἐνίενται. [Antiq. Caryst. c. 176. Ὅρμοι καὶ * κύθρινοι, i. e. τόποι τοῦ ποταμοῦ βαθύτεροι, ut exp. Arrianus Peripl. Erythr. p. 26.]

Χυτρίτης, ὁ, Ollaris, ut ap. Colum. Ollares uvæ; ut χυτρίτης πυὸς, Qui dum in olla coquitur, coagulatur et concrescit, [Schol. Aristoph. Εἰρ. 1150.]

Χυτρεὺς, έως, ὁ, Ollarum figulus, Figulus qui ollas conficit. Lucian. (1, 26.) Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ 'Αθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιοὺς, καὶ πάντας ὅσοι πηλουργοὶ, προμηθέας ἀπεκάλουν. Utitur et Plato de Rep., teste Suida: [" 4. p. 404. Ed. Bas. 1. Πλουτήσας χυτρεὺς δοκεῖ σοι ἔτι θελήσειν ἐπιμελεῖσθαι τῆς τέχνης;" Seager. Mss. Themist. 256. Χυτρέα χυτρεῖ κορέειν.]

Χυτρεῖον, τὸ, Locus ubi ollæ conduntur et asservantur, ἐν ᾧ αἱ χύτραι, ut Suid. exp. Ammonius vero (149.) χυτρεῖα dici scribit τὰ τῶν χυτρῶν ὄστρακα,

Ollarum testas, ut et J. Poll. 7, (163.) Χυτρίδας δὲ, καὶ τὰ χυτροπωλεῖα ἐκάλουν· ὡς χυτρεῖα, τὰ τῶν χυτρῶν ὄστρακα. Apud Hes. autem legitur, Χύτρεια, τὰ τῶν χυτρῶν ὀστράκια. A

Χυτρίον, τὸ, Ollula. Affertur enim ex Aristoph. ('A. 1175.) ἐν χυτρίῳ [Br. —ιδίῳ,] pro In parva olla. Exp. etiam Ollæ operculum. Hes. vero τοῦ χυτρίου affert pro τοῦ κρανίου. [" Valck. ad Ammon. 149. Græcum esse negat Dawes. M. Cr. 204." Schæf. Mss.]

Χυτρὶς, ίδος, ἡ, [" s. ῖδος, penultima longa, ap. Athen. 279. in Platonis Comici iambis." Schw. Mss.] itidem Ollula; vel etiam simpliciter Olla, [" Herod. 5, 88." Schw. Mss.] Dion, Χυτρίδας ἀνθράκων καὶ πίττης πλήρεις πόῤῥωθεν μηχαναῖς ἐπέῤῥιπτον, Ollas carbone piceque refertas eminus machinis ejaculabantur. Nisi malis Fictilia, Testas. Χυτρίδες vocata fuerunt etiam τὰ χυτροπωλεῖα, ut ex J. Poll. docui in Χυτρεῖον, i. e. Tabernæ in quibus ollæ veneunt: quæ χύτραι etiam nominantur. ["Toup. Opusc. 2, 287. Valck. ad Ammon. 149. ad Herod. 416." Schæf. Mss.] Χυτρίδιον, τὸ, forma dimin., itidem Ollula, Aristoph. 'A. (463.) Δός μοι χυτρίδιον σπογγίῳ βεβυσμένον, Da mihi ollulam spongia obturatam: [vide Χυτρίον.] Lucian. (1, 26.) p. 4. Ἐπεὶ καὶ εὔθρυπτα ἡμῖν τὰ ἔργα, ὥσπερ ἐκείνοις τὰ χυτρίδια· καὶ μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν, συντρίψειεν ἅπαντα: sc. τὰ ἐν πυρὶ ὀπτηθέντα σκεύη, ut quæ conficiunt οἱ χυτρεῖς καὶ οἱ πηλουργοί. Hesychio χυτρίδιον est μέτρον τι. [" Jacobs. Anth. Proleg. p. 37. Dawes. M. Cr. 204." Schæf. Mss.]

Χυτρίνδα, Ludus quidam dicebatur, quem sic describit Hes. Καθέζεταί τις ἐν μέσῳ· εἶτα κύκλῳ περιτρέχοντες οἱ παῖδες περὶ τὸν καθεζόμενον, ποιοῦσιν αὐτὸν περιστρέφεσθαι, ἕως ἅψηταί τινος τύπτοντος αὐτόν· εἶτα καθέζεται ὁ ληφθείς. Meminit Suidas quoque, et ante hos J. Poll. 9, (113.) a quo prolixius describitur: diciturque is, qui in medio sedet et ita ab eis circumagitur ac verberatur, χύτρα nominari.

Χυτρίζω, In olla pono, In testa s. cacabo condo; ait enim Hes. χυτρίζειν esse τὸ ἐν χύτρᾳ τιθέναι. C ["Thom. M. 264." Schæf. Mss.] Χυτρισμὸς, Expositio infantis in testa s. fictili; scribit enim idem Lexicographus χυτρισμὸν dici τὴν τῶν βρεφῶν ἐν ταῖς χύτραις ἔκθεσιν. Cui expositioni suffragatur et Schol. Aristoph. Exponens enim hæc verba B. (1190.) de Œdipo, ὅτε δὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν γενόμενον Χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ, Ἵνα μὴ 'κτραφεὶς γένοιτο τοῦ πατρὸς φονεὺς, ait dixisse Comicum ἐν ὀστράκῳ, quoniam ἐν χύτραις ἐξετίθεσαν τὰ παιδία: ideoque id appellatum fuisse χυτρίζειν.

Ἐγχυτρίζω, In olla pono, In cacabo s. testa condo; In fictili expono, ἐν ὀστράκῳ ἐκτίθημι, ut Aristoph. loquitur: scribit enim Hes. ἐγχυτρίζειν esse ἐκτιθέναι βρέφος ἐν χύτρᾳ. Idem ἐγχυτρεῖς exp. ἀποκτενεῖς, translatum esse dicens ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς χύτραις ἐκτιθεμένων παίδων, procul dubio respiciens ad Aristoph. Σφ. (289.) Καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει τῶν προδόντων Τἀπὶ Θρᾴκης, ὃν ὅπως αἰσχυνεῖς, ἐγχυτριεῖς, ubi Schol. quoque pro φονεύσεις accipi ait, sed ἐκ τοῦ παρεπομένου: quoniam fortassis mortuorum cineres D in fictilibus et urnis condi solebant. [" Kuster. Aristoph. 220. Brunck. 2, 213. ad Mœr. 138." Schæf. Mss.] " Ἐγχυτρισμὸς, dicebatur ἡ τοῦ βρέφους ἔκθεσις, Bud." [" Thom. M. 264. Mœr. 138. et n." Schæf. Mss.] Ἐγχυτρίστρια, SIVE Ἐγχύτρια, ἡ, Quæ cacabo s. fictili aliquid imponit. Aristoph. Schol. in l. jam c. annotat ἐγχυτρίας nominari τὰς χοὰς τοῖς τετελευτηκόσιν ἐπιφερούσας, καὶ ὅσαι τοὺς ἐναγεῖς καθαίρουσιν, αἷμα ἐπιχέουσαι ἱερείου, καὶ τὰς θρηνητρίας: præterea etiam τὰς μαίας τὰς ἐκτιθείσας ἐν χύτραις τὰ βρέφη. Quæ ap. Suid. quoque leguntur; sed ap. eum scriptum est ἐγχυτρίστριαι, quinque syllabis, ut et ap. Plat. Minoë (p. 128.) quem uterque auctorem citat: Ὥσπερ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς οἶσθά που αὐτὸς ἀκούων οἵοις νόμοις ἐχρώμεθα πρότου περὶ τοὺς ἀποθανόντας, ἱερεῖά τε προσφάττοντες πρὸ τῆς ἐκφορᾶς τοῦ νεκροῦ, καὶ ἐγχυτριστρίας μεταπεμπόμενοι, [Feminas ossa in urnam legentes, interprete Boëckhio p. 58.] Mulieres quæ defunctorum sepulcris libamina solemni ritu fundunt, vel etiam conductæ deflent mortuum; quas Lat. vocant Præficas. Festus enim præficas dici scribit Mulieres ad lamentandum mortuum conductas, quæ dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipso præfectas: Nonius, quæ adhiberi solebant funeri mercede conductæ, ut et flerent et fortia facta laudarent. Lucill. mercede quæ Conductæ flent alieno in funere præficæ, Multo et capillos scindunt et clamant magis. Sed notandum est, ἐγχυτρίστρια quidem esse a verbo ἐγχυτρίζω, at ἐγχύτρια potius ab ἐγχύω, Infundo, (tanquam præcedente mascul. ἐγχυτὴς,) quia sc. mortuorum sepulcris libamina solemnia infundunt. [" Thom. M. 264. Brunck. Aristoph. 2, 213. Kuster. 220. Fr. 285. Simon. Dial. p. 9. ad Mœr. 138." Schæf. Mss.]

Ἐκχυτρίζω, Ex olla effundo, s. eximo. Vel etiam simpliciter Effundo: Hes. ἐκχύτριζε, ἔκβαλλε.

Καταχυτρίζω, i. q. ἐκχυτρίζω, Aristoph. Schol. Is enim cum ἐκχυτριεῖς dixisset accipi pro φονεύσεις, e B consequente, subjungit paulo post, Ἔλεγον δὲ καὶ τὸ βλάψαι καταχυτρίσαι, ὡς ἑτέρωθι Ἀριστοφάνης: [ad Σφ. 288.] Quæ ap. Suid. quoque leguntur. [" Aristoph. Fr. 285. ad Mœr. 138." Schæf. Mss.]

ΧΥΛΟΣ, ὁ, Succus: generaliter quidem signif. i. q. χυμὸς, tum ap. Plat. et Hippocr. tum ap. veteres omnes Comicos, ut Gal. prodidit. Sic autem dicitur ἡ ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ σύστασις τῶν ὑπὸ θερμότητος πεφθέντων, Succus a calore ita concoctus ut humidi siccique medius sit consistentia. Hic vero non aliud est quam humor quidam incrassatus, tam in animantibus quam in plantis. Sed tamen in animantibus specialiter magis Eum succum designat, quem ventriculus e cibis per concoctionem elicit, et qui sanguinis materia est. Hic enim proprie a Medicis χυλὸς appellatur, quamvis generaliori quodam significatu non is modo, verum etiam pituita et sanguis et reliqua omnia humorum genera sub eo nomine comprehendi posse videantur. Hæc Gorr. Apud Diosc. Marcellus χυλὸν, i. e. Succum, appellat Humorem e tota materia, parteve ejus aliqua concisa tusave, aspersis aliquando aqua aut vino aut alio humore, tum manibus aut torculari aut igne expressum exudatumque: ubi discrimen etiam ponit inter χυλὸν, ὀπὸν, et δάκρυον. Recte vero dicit Exudatum. Proprie enim eum χυλὸν et χυμὸν dici puto Quem res aliquæ fundunt et exudant, ut ipsum præ se fert nomen, a χύω derivatum. Mnesitheus Medicus ap. Athen. (80.) Ὅσα δὲ προσφέρεται τῶν τοιούτων, (ut sunt pira, ficus, mala Delphica, et hujusmodi alia,) δεῖ παραφυλάττειν τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τοὺς χυλοὺς τοὺς ἐν αὐτοῖς μήτε ἀπέπτους μήτε σαπροὺς μήτε κατεξηραμμένους λίαν ὑπὸ τῆς ὥρας ἕξει. Sic ὀξαλίδος χυλὸς, Succus oxalidis, ap. Gal. et στρύχνου χυλὸς, ut cum ad Gl. 2. dicit δεύειν στρύχνου χυλῷ, Madefacere et macerare solani succo. Sic Diosc. 5. χυλὸς σταφυλῆς, Uvæ succus, s. Uvæ mellago, ut Ruell. et Barb. verterunt, secuti Plinium: qui et ipse χυλὸς ap. eund. Diosc. vertit Succus; hæc enim Diosc. Ὁ δὲ χυλὸς τῶν ξυσμάτων θλιβέντων μετὰ ῥοδίνου πρὸς καυσουμένην ἐπιφάνειαν ἐγχριόμενος ὠφελεῖ, sic reddidit, Succus e strigmentis cucurbitæ illitus cum rosaceo et aceto, febrium ardores refrigerat. Rursum Gal. ad Gl. 1. χυλὸς πτισσάνης, Ptisanæ succus, cremor, ut Plin. cum Celso vocat. At χυλὸν φιλίας per metaphoram et jocum dixit Aristoph. Εἰρ. (997.) μίξον δ' ἡμᾶς Τοὺς Ἕλληνας πάλιν ἐξ ἀρχῆς Φιλίας χυλῷ, quod Schol. exp. ῥοφήματι, Sorbitione. Est vero ubi χυλὸς (sicut χυμὸς) dicatur non tam Succus quam Sapor. Aristot. Eth. 3, 10. Τῆς γὰρ γεύσεώς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν χυλῶν· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τοὺς οἴνους δοκιμάζοντες, καὶ τὰ ὄψα ἀρτύοντες: qui enim vina explorant, et opsonia condiunt, necesse est ut sapores probe sciant discernere. Sic Theophr. C. Pl. 6, 19. Ὧν στρυφνότεροι καὶ πικρότεροι καθ' αὑτοὺς οἱ χυλοί· κεραννύμενα γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως τῷ ὑδατώδει, βελτίους καὶ γλυκυτέρους ποιοῦσι τοὺς χυλούς. Et rursum, Ἄλλοις κἀκεῖνα προσφιλῆ καὶ κατὰ τοὺς χυλοὺς καὶ κατὰ τὰς διαθέσεις. In eod. l., Ἐν ὡρισμένοις τισὶ μεταβάλλει χυλοῖς, In certis quibusdam saporibus mutatione afficitur. Et ap. Epicurum, Αἱ διὰ τῶν

χυλῶν ἡδοναὶ, Voluptates quæ sapore percipiuntur, ut Cic. interpr. qui hæc Ejusd. Οἵ τε λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν περιφέρουσι, sic vertit, Tenuissimo victu, i. e. contemtissimis escis et potionibus, minor voluptas non percipitur quam rebus exquisitissimis ad epulandum. [" Cf. Athen. 278. 280. 546." Schw. Mss.] Rursum Theophr. C. Pl. 6, 18. Διάφοροι καὶ κατὰ χυλοὺς καὶ ὀσμὰς καὶ ἀοσμίας : ejusd. l. init. Χυλὸς μὲν, ἡ τοῦ ξηροῦ καὶ γεώδους τῷ ὑγρῷ ἐναπόμορξις· ἢ ἡ τοῦ ξηροῦ διὰ τοῦ ὑγροῦ διήθησις ὑπὸ θερμοῦ. Ibid. ab eo hæc εἴδη τῶν χυλῶν ponuntur, γλυκὺς, λιπαρὸς, αὐστηρὸς, στρυφνὸς, δριμὺς, ἁλμυρὸς, πικρὸς, ὀξύς. At Plin. 15, 27. Interim quæ sunt communia et pomis omnibusque succis, saporum genera tredecim reperiuntur: dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. Idem cap. seq. Ergo succorum vinosus piro, moro, myrto: pinguis, olivæ, lauro, nuci juglandi, amygdalis: dulcis, uvis, ficis, palmis: aquosus, prunis: sanguineus, moris, cerasis, cornis, uvis nigris: idem albis candidus, lacteus in capite ficis, in corpore non item: spumeus, malis: nullus Persicis, cum præsertim duracina succo abundent. Definitiones autem singularum χυλοῦ specierum habes in l. Theophr. jam c. [" Cum sæpissime in libris scriptis et editis Theophrasti confusa reperiantur hæc duo vocabb. χυλὸς et χυμὸς, lubet apponere locum Orionis Etymologici p. 163. emendatiorem, qui discrimen bene docet: Διαφέρει δὲ χυλὸς καὶ χυμός· καὶ ἄμφω μὲν ὑγρὰ, ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν πέψει καὶ ἐν αἰσθήσει γεγονὸς χυμός· ἔστι γὰρ χυμὸς γλυκὺς καὶ πικρός· τὸ δ' ἄπεπτον καὶ ἀνέψητον, πεφθῆναι δὲ δυνάμενον, ὡς ἡ ἐν πόαις καὶ ὀπώραις ὑγρὰ οὐσία, χυμός· καὶ τοῦ βίου μαρτυροῦντος· τὸ μὲν γὰρ καλῶς ἑφθὲν * σύγχυμον καλεῖται, τὸ δ' ἀνέψητον * ἀσύγχυμον." Schn. Ind. Theophr. [" Thom. M. 659. Wakef. S. Cr. 4, 173." Schæf. Mss.]

[* Χυλοειδὴς, Sext. Emp. adv. Math. 7, 119. * Χυλοποιὸς, unde * Χυλοποιέω, Niceph. Blemm. Epit. Phys. p. 37. Alex. Trall. 7. p. 130., 8. p. 140. Herodian. Epimer. 153.]

Ἄχυλος, ὁ, ἡ, Nullum habens succum vel saporem; i. e. Exuccus, Insipidus. Theophr. C. Pl. 6, 19. Αἱ ῥίζαι δὲ ἄβρωτοι διὰ τὸ ξυλῶδες καὶ πικρὸν, ἢ ὅλως δύσχυλον ἢ ἄχυλον: mox, Διαφορὰ δὲ οὐ μικρὰ καὶ διὰ τὰς φύσεις τῶν ζώων· τὰ μὲν γὰρ ἡμῖν ἄχυλα, τοῖς ἄλλοις ἔγχυλα φαίνεται, διὰ τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν κατεργασίαν· ἄλλοις κἀκεῖνα προσφιλῆ καὶ κατὰ τοὺς χυλοὺς καὶ κατὰ τὰς διαθέσεις. Vide et Ἄχειλος supra. [" De forma compar., Schneid. Anab. 70." Schæf. Mss.] Δύσχυλος, Difficilem habens saporem, i. e. Ingratum et Injucundum, s. Insuavem; nam ejusmodi saporem lingua difficulter et cum molestiâ quadam admittere videtur. Exemplum e Theophr. C. Pl. 6, 19. habes in præcedente composito. [Xenocr. p. 26. et sic leg. p. 12., ubi perperam δύσχοι extat. * Δυσχυλέω, unde] Δυσχυλία, ἡ, Ejusmodi saporis injucunditas et insuavitas, Ingratus sapor. Theophr. ibid. de sesamo et erysimo loquens, Τούτων γὰρ χλωρῶν ὄντων οὐδὲν ἅπτεσθαι δοκεῖ ζῶον, διὰ τὴν πικρότητα καὶ τὴν δυσχυλίαν. Ἔγχυλος, Oppositus præcedenti ἄχυλος, Succum in se habens, In quo succus est, Succulentus, Succosus. Theophr. C. Pl. 4, (13, 3.) Τὰ δ' ὄσπρια θερίζουσιν ἐγχυλότερα, καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι συλλέγειν· ξηρανθέντα γὰρ διαῤῥεῖ. Ubi nota τὰ ἔγχυλα opponi τοῖς ξηρανθεῖσιν, et synonymum habere τὰ ὠμά. Præterea ut ἄχυλος est Insipidus, ita ἔγχυλος, Sapidus, In quo sapor est, C. Pl. 6. Ἅπαντα δ' οὖν ταῦτα μίξει τινὶ καὶ ἀλλοιώσει ἔγχυλα γίνεται καὶ ὀσμώδη: [4, 12, 11. 6, 17, 6. Conf. c. εὔχυλος, H. Pl. 8, 11, 3. "Abresch. Add. ad Aristæn. 115. ad Charit. 297." Schæf. Mss. Alciphr. Fr. 5. Οὔτε κατάξηρος οὔτε κατάσαρκος, ἀλλ' οἵας λέγομεν τὰς ἰσχνὰς ἐγχύλους, Codd. * ἰσχνεγχύλους: Succulenta gracilitas, Apuleius. * Ἐπίχυλος, var. lect. ap. Herod. 4, 58. pro ἐπίχολος a Schw. probato.] Εὔχυλος, Bono præditus succo, Succi plenus, Abundans succo, Succosus; Bonum habens saporem, Sapore præstans, s. gratus: opp. τῷ δύσχυλος. Hicesius ap. Athen. (282.) de anthia s. callionymo pisce, Εἶναι δὲ αὐτὸν χονδρώδη καὶ εὔχυλον καὶ εὐέκκριτον, οὐκ εὐστόμαχον δὲ, Boni esse succi, Bonum succum generare: cui opp. κακόχυλος, quod vide. [" Casaub. ad Athen. 102. ad Herod. 307. De forma compar., Schneid. Anab. 70." Schæf. Mss. Theophr. H. Pl. 6, 11, 15. Vide Ἔγχυλος, Εὔχιλος. * Εὐχύλως, Hippocr. 598, 28. * Εὐχυλέω, unde] Εὐχυλία, ἡ, Bonitas succi, Gratus sapor, [Athen. 87. 306. 308.] Κακόχυλος, (opp. præcedenti εὔχυλος,) Qui mali est succi, ut κακόχυμος. Diphilus Siphnius ap. Athen. (80.) scribit τῶν σύκων εἶναι τὰ μὲν ἁπαλὰ, ὀλιγότροφα καὶ κακόχυλα, εὐέκκριτα δέ: mox, Τὰ δὲ Χῖα καὶ τἆλλα πάντα τούτων εἶναι κακοχυλότερα. Ibid. legitur synonymum κακόχυμος. Scribit enim idem Diphilus, Τῶν μήλων τὰ χλωρὰ καὶ μηδέπω πέπονα, κακόχυμα εἶναι καὶ κακοστόμαχα, ἐπιπολαστικά τε καὶ χολῆς γεννητικά. Et mox, Κακοχυμότερα δ' εἶναι τὰ ὀξέα. Sed et opposito εὔχυλος Idem ibid. utitur, dicens, Τῶν πεπόνων εὐχυλότερα μὲν εἶναι τὰ γλυκέα, καὶ εὐεκκριτότερα, διὰ τὸ στύψιν μὴ ἔχειν, κακοχυμότερα δὲ, τὰ ὀξέα. Et mox, Εὔχυλα μὲν καὶ εὐέκκριτα, οὐκ εὐστόμαχα δέ. [" Casaub. ad Athen. 144. ad Herod. 307." Schæf. Mss.] Λεπτόχυλος, Qui tenuis succi est, [Λεπτοχυλότερα, Theophr. C. Pl. 6, 16, 5.] Cui OPP. Παχύχυλος, Qui crassi est succi, Qui crasso succo est præditus, i. q. παχύχυμος. [* " Μελάγχυλος, Theod. Prodr. in Notit. Mss. T. 1. P. 2. p. 182." Boiss. Mss. * Ὁλόχυλος, Eust. Od. 248, 24.] Πολύχυλος, Multum habens succi, Succosus, Multo madens succo. Diosc. de solano, Ἡ δὲ ῥίζα, εὐώδης, δριμεῖα, δάκνουσα τὴν φάρυγγα, πολύχυλος, ἁπαλὴ, Plin. Solani radix odorata, gustu acri, mordax, succosa, mollis. [Xenocr. 42. 59.]

Χυλώδης, Succosus, Succi speciem gerens, Qui e succorum genere est. Et τὸ χυλῶδες in planta dicitur Pars succosa ejus, s. Ipse ejus succus. Diosc. 3, 22. Καὶ τὸ χυλῶδες δὲ τῆς ῥίζης τὰ αὐτὰ ποιεῖ πινόμενον, Radicis epotus succus eosdem præbet effectus, Ruell.

Χυλάριον, τὸ, forma dimin., quasi Succulus. Vocant autem χυλάρια Actuarius et Nicol. Alexandr., quando herbas quasdam adjecto mediocri melle aut saccharo decoquimus, q. d. Succatiunculas. VV. LL. Suidæ χυλάριον est τὸ ὑδαρῶδες, ὁ ἐκπεπιεσμένος σῖτος.

Χυλόω, In succum redigo s. resolvo, Liquo, Succum exprimo. Diosc. 2, 212. de chelidonio minore, Αἱ δὲ ῥίζαι χυλωθεῖσαι, χρήσιμοι εἰς ῥινεγχυσίαν μετὰ μέλιτος, πρὸς κάθαρσιν κεφαλῆς, Radices in succum redactæ, i. e. Succus radicibus expressus: ut c. 210. dicit, Ῥινεγχυτοῦται δὲ ὁ χυλὸς τῶν φύλλων καὶ τῶν κορύμβων σὺν ἰρίνῳ, Succus foliis et corymbis expressus cum irino unguento naribus infunditur. Pro quibus potuisset dicere, ut in præcedente loco, Τὰ φύλλα καὶ οἱ κόρυμβοι χυλωθέντα, χρήσιμα εἰς ῥινεγχυσίαν μετὰ ἰρίνου. Eod. libro c. 108. de hordeo, Χυλωθὲν δὲ τὸ ἄλευρον σὺν ὕδατι, Expressus e farina succus cum aqua, Cremor farinæ ex aqua, Ruell.: 98. Καλλίστη δέ ἐστιν ἡ λεπτοτάτη καὶ εὔθρυβὴς, κούφη τε ὥσπερ ἄμυλον, ταχέως τε χυλουμένη ὑπὸ ὑγροῦ, In humore statim eliquescens, ut Ruell. vertit; Humore se diluens et resolvens, ut alii. [" Matth. ad Gloss. Min. 33." Schæf. Mss. Theod. 4, 344.] Χύλωσις, ἡ, Succi expressio, etiam Ipse succus expressus, et cremor. Diosc. 2, 108. de hordeo, Τοῦ μέντοι γινομένου ἐξ αὐτῆς ἀλφίτου ἡ πτισσάνη τροφιμωτέρα, διὰ τὴν ἐν ἑψήσει χύλωσιν, Ob cremorem in decoctione redditum, Ruell. Sic Idem hæc Ejusd. c. 132. ejusd. libri, de lupinis, Μεθ' ὕδατος ὀμβρίου ἑψηθέντες ἄχρι χυλώσεως, interpr. Decocti cœlesti aqua donec in cremorem lentescant. Gaza Succationem vertit ap. Theophr. H. Pl. 7, 5, [1. C. Pl. 3, 9, 2.] Χύλωσις dicitur etiam Succi generatio, Ventriculi propria actio per quam cibus in chylum mutatur, Gorr. [Plut. Q. Symp. 7, 1. τῆς τροφῆς. * Χυλωτὸς, unde * Ἀχύλωτος, Theophr. Protosp. p. 816. Gal. 7. p. 306. διαχώρηματα ἀ. * Ἀποχυλόω, Alex. Trall. 2. p. 157 = 51. Ἐγχυλόω, unde * Ἐγχύλωσις, Aret. 135. nisi leg. * Ἐκχύλωσις. * " Ἐκχυλόω, Gal. de Simpl. Med. Fac. 7. T. 2. p. 88. Bas. Cf. Kuhnii Prolus. Acad.

Lips. 1821. editam I. de Inepta Cognitionis Græci Sermonis Simultate p. 8." Osann. Auct. Lexx. Gr. 59. * Συγχυλόω, Diosc. Par. 2, 137.]

Χυλίζω, F. ίσω, Succum elicio s. exprimo, In succum resolvo et liquo. Diosc. (ap. quem frequens est, ut et præcedens verbum) 2, 213. Χυλίζεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, Succus ex ea exprimitur ocularibus medicamentis utilis, Extractus succus oculorum medicamentis adjicitur: 221, de chelidonio majore, Χυλίζεται δὲ τὰ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς, ἀρχομένου θέρους, καὶ ξηραίνεται ἐν σκιᾷ, Ineunte æstate succus exprimitur foliis, radice, caule. Et alibi, de sparto, Καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ῥάβδων ἐν ὄξει βραχεισῶν, εἶτα κοπεισῶν, καὶ χυλισθεισῶν, ἰσχιαδικῶν καὶ συναγχικῶν ἐστὶ βοήθημα, ὅσον κύαθος εἷς πινόμενος νήστεσιν. Pro quibus Plin. Rami similiter cum fronde in aceto macerati pluribus diebus et tusi, succum dant ischiadicis utilem, cyathi unius potu. Utitur et alibi passim hoc vocabulo Diosc. et alii Medici. Χύλισμα, τὸ, ET Χυλισμὸς, ὁ, Succus expressus, et Succi expressio. Diosc. 3. init. Περὶ ῥιζῶν καὶ χυλισμάτων καὶ βοτανῶν καὶ σπερμάτων, De radicibus, de succis, de herbis, de seminibus. Theophr. H. Pl. 9, (8, 3.) Χύλισμα γίνεται, Fit liquamentum, Succus exprimitur. Rursum Diosc. 3. de aloë, Διττὸν δέ ἐστι τὸ εἶδος τοῦ χυλίσματος, Duo sunt succi genera, qui inde exprimitur. Posterius vero χυλισμὸς legitur ap. Theophr. l. c., itidemque a Gaza exp. Succus: licet potius de Ipsa succi expressione dicatur. [Χύλισμα, Schol. Nicandri 'Α. 158.] Ἀποχυλίζω, Succum extraho. Bud. ap. Diosc. interpr. Delingo, i. e. Linctu sumo in os. Pass. Ἀποχυλίζομαι, Succus mihi extrahitur s. elicitur. Diosc. 1, (116.) Ὑποτιθεμένη τῇ γλώττῃ καὶ ἀποχυλιζομένη. [Sylb. ad Aristot. Probl. 3, 18. * Ἀποχύλισμα, Geop. 15, 6, 1. Synes. de Febr. 102.] Ἐγχυλίζω, In succum redigo s. resolvo, etiam Succum exprimo et elicio. Theophr. C. Pl. 6, (11, 15.) Διὸ καὶ παρασκευάζουσιν αὐτὸ, τὰ μὲν, ἐγχυλίζοντες καὶ ξηραίνοντες, τὰ δ' ἐντέμνοντες, ὅπως ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ πήξει καθάπερ τὰς ῥητίνας. Ἐγχύλισμα, τὸ, Ejusmodi succus, [Diosc. 1, 133.] Ἐκχυλίζω, Succum exprimo s. elicio; Bud. e Gaza interpr. Eliquo, Exugo. Pass. ἐκχυλίζεσθαι dicitur aliquid cui succus exprimitur et elicitur. [Hippocr. 608. * Ὑποχυλίζω, Subliquefio, Obliquesco, affertur e Diosc.]

Χλούνης, per contr. sive per crasin actum E Χλοεύνης, testantur Gramm. et Lexicographi fere omnes, Hes., Suidas, Etym., Eust. nec non brevium in Hom. Scholl. Auctor: ut sit Qui in virenti gramine cubat, Cubilia sua habens in virentibus herbis, ὁ ἐν τῇ χλόῃ εὐναζόμενος, καὶ ἄνετος, ideoque ἄγριος. Epith. ap. Hom. est apri, ut Il. I. (535.) de apro Calydonio, Ὦρσεν ἐπὶ χλούνην σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα. Ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν, ἔθων Οἰνῆος ἀλωὴν, (Od. I. 191.) Θρέψεν ἐπὶ χλούνην σῦν ἄγριον· οὐδὲ ἐῴκει Θηρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι. Itidemque ap. Hesiod. 'Α. (168.) Ἐν δὲ συῶν ἀγέλαι χλούνων ἔσαν, ἐν δὲ λεόντες: quos enim ibi σῦς χλούνας appellat, paulo post κάπρους nominat. Verum eo nomine intelligunt non solum τὸν ἐν χλόῃ εὐναζόμενον, sed et τὸν ἀφριστὴν καὶ εὐμεγέθη, in primis autem τὸν ἐκτομίαν. Inter quos est Aristot. quoque; is enim H. A. 6, 28. illum posteriorem Homeri locum affert, ut probet τῶν ἀῤῥένων καὶ ἀγρίων συῶν τοὺς τομίας μείζους γίνεσθαι καὶ χαλεπωτέρους: subjungens etiam, Γίνονται δὲ τομίαι διὰ τὸ νέοις οὖσιν ἐμπίπτειν νόσημα κνησμῶν εἰς τοὺς ὄρχεις· εἶτα ξυόμενοι πρὸς τὰ δένδρα, ἐκθλίβουσι τοὺς ὄρχεις. Itidemque Plut. (9, 631.) ex eod. Aristot. tradit, Homerum χλούνην nominasse σῦν τὸν μονόρχιν: nam τῶν πλείστων προσκνωμένων τοῖς στελέχεσι θρύπτεσθαι τοὺς ὄρχεις. Sic vero et Ælian. in lib. de Providentia χλούνην nominasse τὸν ἀπόκοπον testatur Eust. 772. Æschylum quoque eod. modo usurpasse hoc vocab. dicens. His tamen non assentitur Aristoph. Grammaticus in lib. περὶ Ὀνομασίας Ἡλικιῶν, sic scribens, Καλοῦνται τῶν ὑῶν τινὲς μονιοί· τάχα δ' ἂν παραπλήσιος εἴη τούτοις καὶ ὁ χλούνης κατά τε χαλεπότητα καὶ ἀλκήν· οἱ δὲ ἐκτομίαν λέγοντες, τελείως ἀπήρτηνται τοῦ ὑποκειμένου. Cum quo aliquatenus facit Suidas quoque; nam et ipsi χλούνης est μονιὸς, Solivagus s. Solitarius, ideoque ferus: addenti has etiam expp. πλήκτης, κακοῦργος, χαλεπός. Meminit tamen idem Lexicographus et superioris, A χλούνην nominari dicens etiam τὸν ἀπόκοπον, subjungensque inter alia, Καὶ γύνανδρος ἀνὴρ, διὰ τῶν Ἐπικούρου λόγων τὴν ψυχὴν ἐκνευρισθεὶς καὶ θῆλυς γενόμενος, ὁ χλούνης τε καὶ γύννις. Itidemque in Γύννις, de Epicuro, Ἦν (τὴν ἡδονὴν) ἐκεῖνος ὑμνεῖ, ὁ χλούνης τε καὶ γύννις. Eidem rursum Suidæ, itidemque Hes. χλοῦναι sunt non solum οἱ ἐν τῇ χλόῃ εὐναζόμενοι, sed etiam λωποδύται. Quod porro attinet ad gen. plur. χλούνων, Gramm. fere omnes annotant eum non περισπᾶσθαι juxta regulam, sed παροξύνεσθαι, veluti a nomin. χλοῦνος contr. e χλόεννος: [Arcad. p. 134. "Χλούνης, Thom. M. 916. Χλούνης, * Χλοῦνις, Stanl. Eum. 188. Heyn. Hom. 5, 651. Matth. ad Gloss. Min. 29. Menagiana 3, 228. Toup. Opusc. 1, 474." Schæf. Mss. Aper, Opp. 'Α. 5, 25. Callim. H. in D. 150. Toup. ad Suid. v. Τηκεδόνι, Alexander Ætolus Athenæi p. 699. Nicander Fr. 2. Schn. Lex.]

Χλούνειος, Aprugnus, vel etiam Suillus, Porcinus; Suid. enim χλούνειον dici scribit τὸ χοίρειον: AT Χλούνιον sine diphthongo, Loci esse nomen proprium. Apud Hes. vero LEGITUR Χλουνάζεσθαι, κινύρεσθαι, Quiritari, Lamentari. ET Χλουνὸς, χρυσὸς, Aurum. Quorum illud, a χλούνης forsan dictum est, quod significet κινύρεσθαι in modum χλούνων dolentium; hoc vero potius e χλοῦς derivatum significante Pallorem: sequendo ea quæ dicentur de χλωρὸς pro Pallido.

Χλοίη etiam dicitur pro χλόη, Ionice inserto ι, (ut ποίη pro πόη.) ITEMQUE Χλοιάω pro χλοάω: NEC NON Χλοιοῦσθαι pro χλοοῦσθαι, ut ap. Hippocr. legimus χλοιοῦνται: quod idem est ac si dixisset χλωραίνονται, teste Gal. Lex. [* Ἐκχλοιόομαι, Hippocr. 219. a Gal. expositum * ἐκχλωραίνομαι: vide etiam nott. ad Erot. v. * Ἐγχλοιούμεναι. "Heringa Obs. 111, 214." Schæf. Mss.] Sic vero ET Χλοιώδης pro χλοώδης invenio ap. Eund., ut cum in Κωακαῖς Προγνώσεσι dicit χλοιώδεα οὖρα, Urinas quæ χλοίης colore sunt: i. e. Virides, vel etiam Pallide virentes.

Χλόος, i. q. χλόη, quatenus quidem Viriditatem s. Virorem signif. Ita tamen id ipsum pro Virore s. Viriditate accipitur, ut simul significet etiam Virorem s. Viriditatem pallidam s. vergentem in pallorem, qualis est herbarum flaccescentium et arescentium; ariditate enim viror ille plantarum in pallorem vertitur. Unde ab Hes. et aliis exp. ὠχρίασις, ὠχρότης. Apoll. Rh. 2, (1218.) χλόος εἷλε παρειὰς, Pallor corripuit genas s. ora. Nicander 'Α. (583.) ἄγει χλόος ἠΰτε θάψον: (592.) καὶ πύξοιο χλόον κατεχεύατο γυίοις: thapsi enim et buxi lignum est pallidum s. flavum. Ovid. oraque buxo Pallidiora gerens. Pro eod. χλόος DICITUR Χλοῦς, per contr., ut νοῦς pro νόος, et χοῦς pro χόος. Utitur autem eo Hippocr., ap. quem Gal. ipsum exp. χλωρότης. ["Jacobs. Anth. 6, 167. Heyn. Hom. 8, 98. Valck. Anim. ad Ammon. p. 15. ad Il. Υ. 421." Schæf. Mss. Apoll. Rh. 3, 297. 4, 1279. Conf. c. ἀχλὺς, Spitzner. de Versu Gr. Her. 67.]

Sequitur Χλωρὸς cum suis derivatis.

D Χλωρὸς, per crasin factum e χλοερὸς s. χλοηρὸς, idem cum ipsis significat: sc. Viridis s. Virens, Herbidus s. Herbaceus. Vel, Virens in modum germinum recens e planta pullulantium. Od. Π. (47.) τῷ δὲ συβώτης Χεῦεν ὑπὸ χλωρὰς ῥῶπας καὶ κῶας ὕπερθεν. Et ap. Plut. (8, 512.) quærit quidam πῶς ἐκ τε τῶν λευκῶν καὶ τῶν μελάνων κυάμων ὅμως χλωρὸν γίνεται τὸ ἔτνος. Itidem ap. Soph. (Aj. 1075.) ἀμφὶ χλωρὸν ψάμαθον exp. nonnulli Circum viridem arenam, ut Virg. dicit, Viridi in litore, et Viridissima gramine ripa: χλωρὰν accipientes pro χλοηφόρον, Herbidam s. Herbiferam, Virentem herbis. Alii tamen malunt interpretari Fulvam s. Pallidam: quidam et Recentem. Nam has signiff. habere vocab. χλωρὸς docebo. ‖ Χλωρὸς ergo interdum opp. τῷ ξηρῷ s. αὔῳ, ut ap. Lat. quoque Viridis sicco, veluti cum Cic. dicit, Ignem e lignis viridibus atque humidis fieri jussit. Nec enim viridia ligna dicuntur hoc loco ratione coloris, sed succi. [Ab Hes. exp. ὑγρὸς, et ἁπαλός.] Od. I. (320.) Κύκλωπος γὰρ ἔκειτο

μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ Χλωρὸν, ἐλαΐνεον, τὸ μὲν ἔκταμεν ὄφρα φορολίη Αὐανθὲν, Viride, quod exciderat ut arefactum gestaret. Sic Hesiod. Ἔργ. 2, (361.) Μήδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ. Cum vero caseus, caro aut simile quid χλωρὸν dicitur, signif. potius Recens, νεαρὸς, πρόσφατος: interdum etiam Tener ac mollis, ἁπαλὸς καὶ μαλακός. Athen. (53.) de amygdalis, Λυπεῖ δ' ἧττον τὰ χλωρὰ τῶν ξηρῶν, καὶ τὰ βεβρεγμένα τῶν ἀβρόχων, καὶ τὰ πεφρυγμένα τῶν ὠμῶν: (309.) Ἡ δὲ τῶν χλωρῶν κωβίων σὰρξ χαυνοτέρα ἐστὶ καὶ ἀλιπεστέρα, καὶ χυλὸν ἐλάττονα καὶ λεπτότερον ἐναφίησι. Itidem χλωρὸς τυρὸς dicitur ὁ νεοπαγὴς, ἁπαλός τε ἔτι καὶ μαλακὸς, Caseus recens, tenerque adhuc et mollis. [Aristoph. B. 567.] Sed et μέλι χλωρὸν, Il. Λ. (630.) interpr. πρόσφατον, Recens, (quod tamen et Pallidum reddi potest,) et χλωρὸν ἄνθος, ap. Diosc. 3, 90. Flos recens. Metaph. vero Gorgias ap. Aristot. Rhet. 3. Χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα: quam metaphoram hic dicit esse ἀσαφῆ, utpote sumtam πόῤῥωθεν. Apud Hes. Χλωρόν τε καὶ βλέποντα, pro Bene valentem, Vigentem viribus corporis, et veluti virentem adhuc, ut Menander quoque χλωρὸν vocavit τὸ ἀκμάζον, teste Suida. Lat. etiam metaphorice utuntur suo Viridis: veluti cum Virg. dicit Viridis juventa, Cruda viridisque senectus: Catull. Flore viridissimo puella: Ovid. Ævum viride: Sil. Animi virides ausis. At Seneca, Obiit viridis, pro Ætate adhuc viridi. Huc pertinet ap. Theocr. γόνυ χλωρόν: quod imitans Flaccus, dixit, Dumque virent genua. || Rursum χλωρὸς ratione coloris, dictum signif. Ita viridis ut in pallorem vergat, vel simpliciter etiam Pallidus, Referens colorem herbarum foliorumque flaccescentium et arescentium; arentes enim herbæ virorem illum pristinum paulatim amittunt et pallorem induunt: ut ap. Hippocr. Epid. 6. annotat Gal. γλώσσας ab eo χλωρὰς dici eo sensu, quo in quotidiano usu dicere solent sese vidisse χλωρούς τινας, sc. οἷς ἂν ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς: est enim χολῆς species quædam ὠχρὰ, quacum pene eadem est ἡ λεκιθώδης, Quæ luteum s. vitellum ovi refert colore suo. Itidemque Comm. 2 in Progn., ubi idem Hippocr. dicit χλωρὸν πτύελον, (diversum id faciens ἀπὸ τοῦ ξανθοῦ,) annotat rursum idem Gal. χλωρὸν dici solere ἐπί τε τοῦ ὠχροῦ καὶ τοῦ καλουμένου ἰώδους: i. e. non solum poni pro Viridi, qualis est color æruginis, et pro Prasino, quem πρασοειδῆ nuncupant, sed etiam pro Pallido. Sic vero et alibi sæpe annotat, χλωρὸν dici interdum i. q. ὠχρὸν, interdum τὸ οἷον ἰῶδες τῇ χρόᾳ, s. τὴν ἰώδη χρόαν ἔχον. Asiaticæ autem gentis proprium esse usum ait τοῦ χλωροῦ ἀντὶ τοῦ ὠχροῦ: cum enim vident ὠχροὺς τινὰς, dicit eos interrogare, quamobrem οὕτω γεγόνασι χλωροί· μηδὲν διαφέρειν ἡγουμένους χλωρὸν εἰπεῖν καὶ ὠχρόν. Atque adeo antiquum esse hunc usum scribit 1 Comm. in Progn. Alioqui communi usu solere dici pro Viridi, veluti cum κράμβαι et θριδακίναι vocantur χλωραί: quod χρῶμα esse μελάντερον ἐρυθροῦ, καὶ οἷον ἀρχήν τινα τοῦ μελαίνεσθαί τε καὶ πελιδνοῦσθαι, ψύξεως ἐργαζομένης αὐτὸ, καθάπερ καὶ τὸ μέλαν. Celsus quoque ita interpr., ut cum pro his e Progn. Ὑδαρὲς δὲ κάρτα ἢ λευκὸν ἢ χλωρὸν ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς ἢ ἀφρῶδες διαχωρέειν, πονηρὰ ταῦτα πάντα, sic habet 2, 4. Utique si quod descendit, est perliquidum aut albidum aut pallidum aut spumans, periculosum est. Et pro his ex iisd. Progn. Τὸ χρῶμα προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐὸν, καὶ πέλιον ἢ μολιβδῶδες, ipse 2, 6. Color cutis aut niger aut perpallidus. Solet igitur χλωρὸν vocare Hippocr. quod alii ὠχρὸν, (colorem vicinum τῷ ξανθῷ καὶ λεκιθώδει,) Lat. Pallidum s. Perpallidum: quod vero iidem Lat. Viride, ipse modo ἰῶδες appellat, modo πρασοειδές: quoniam sc. æruginis et prasi color viridis est. Simili modo Plin. χλωρὸν accepit ap. Diosc. Hæc enim ipsius verba, 3, 79. de smyrnio, Φλοιὸν ἔχουσα ἔξωθεν μὲν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ χλωρὸν ἢ ὑπόλευκον, ipse sic vertit 27, 13. Cortex ejus foris niger, intus pallidus. Sic accipiendum et ap. Hesiod., cum Ἀ. (231.) dicit ἐπὶ χλωροῦ ἀδάμαν-

A τος: cum idem Plin. scribat 37, 4. adamantis genera quædam pallere, ac inter alia Cyprium vergere in æreum colorem: cum tamen quidam colore translucido non multum differant a crystallo. Itidem vero Hom. μέλι et ἔλαιον vocat χλωρὸν, οἶνον autem et νέκταρ ἐρυθρὸν, teste Athen. (43.) Quin etiam δέος ab eo χλωρὸν nominatur, sed pro χλωροποιὸν, quoniam eo facies pallescit, ut Il. H. (479.) et Od. M. (243.) τοὺς δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει, P. (67.) μάλα γὰρ χλωρὸν δέος αἱρεῖ: [sic Pallida mors, Horat.] Pro quo χλωρὸν δέος Apoll. et Nicander χλόος dicunt. Sed possis hic istud χλωρὸν δέος interpretari etiam Decolorem metum, (pro Eo qui decolores efficit,) ut ap. Soph. Tr. (1064.) ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου Πέπωκεν ἤδη, Actius vertit, Jam decolorem sanguinem omnem exorbuit. [" Markl. Suppl. 599. Hel. 1205. Wakef. Trach. 1055. Anyte 19. Crinag. 37. Jacobs. Anth. 7, 229. 8, 232. 268. 9, 164. 360. Præf. ad Bion. et Mosch. p. xxx. Heyn. Hom. 5, 207. 392. Longus p. 5. Vill., Eichst. Quæst. 62. ad Mœr. 47.
B Matth. ad Gloss. Min. 29. Voss Myth. Br. 1. p. 148. Toup. Opusc. 1, 526. ad Hom. V. p. 64. Græv. Lectt. Hes. 606. ad Lucian. 1, 503. Musgr. Cycl. 67. Pallidum faciens, Wolf. ad Hesiod. p. 79. De lacrymis, Wakef. Trach. 847. Brunck. 849. ad Eur. Med. 906. Anyte 18. Jacobs. Anth. 7, 390. Τυρὸς, χλ., Kuster. Aristoph. 69. Mœr. 403. et n. ubi et de χλωρῇ συκῇ, Bergler. ad Alciphr. 110. Χλ. μέλι, τυρὸς, Heyn. Hom. 6, 228. Χλ. γόνυ, Brunck. Soph. 3, 485. Toup. Append. in Theocr. p. 26. Valck. ad Röver. p. xxiv. Αἷμα χλ., Eur. Hec. 125. Χλωρὸς σὰρξ, Wakef. S. Cr. 3, 157. cf. Athen. 1. p. 13." Schæf. Mss. Recens, de rore, Pind. (N. 8, 68.) De aqua, Eur. Fr. 94. Flavus, de auro, Artemid. 67. Τὰ χλ., Olera, Angl. Greens, Ælian. V. H. 877. Cf. Χλωραίνω. Χλ. τυρὸς, Phryn. Bekkeri 73. Οἴνου χλωραὶ σταγόνες, Eur. Cycl. 67. * Χλῶρος, τὸ, i. q. χλωρίασις, Erot. Cf. Ὠχρὸς, et Ὦχρος. * Χλωροειδὴς, Græv. Lectt. Hes. 606." Schæf. Mss.] Χλωρόκομος, Qui viridi coma est, Viridans comis: στέφανος, Eur.
C (Iph. A. 759.) Corona e viridibus arborum comis, Corona frondea; frondes enim arborum virent. [* Χλωροκόπος, unde * " Χλωροκοπέω, Herbas virides succido, Tenera ætate occido, Pseudo-Chrys. Serm. 26. T. 7. p. 319, 42." Seager. Mss. * Χλωρόμελας, Gal. 5, 483. Bas. * Ὑποχλωρόμελας, Hippocr. 1175. * Χλωροποιὸς, Schol. brev. Il. H. 479. Schol. Pind. N. 8, 68. Π. 4, 138. Eust. Od. A. p. 26, 8. " Heyn. Hom. 5, 392. Wolf. ad Hesiod. p. 79." Schæf. Mss. * Χλωρόπτιλος, Ælian. H. A. 16, 2.] Χλωροσαῦρα, Viridis lacerta, Virg.: Schol. Theocr. 2, (58.) exponens hæc verba, Σαύραν τοι τρίψασα, ait, σαῦραν ibi ab eo nominari τὴν κοινῶς λεγομένην χλωροσαῦραν: [Schol. ad 7, 22. Du Cange Glossar. p. 1753. * " Χλωροφάγος, Const. Manass. Amat. 4, 53." Boiss. Mss.] Χλωροφαγέω, Virentibus herbis vescor, Viridi gramine pascor. Scribit Bud. χλωροφαγεῖν in Hippiatr. dici de equis qui in campis herbosis pascuntur: quod fieri ad creandum novum sanguinem.

D " Ἀείχλωρος, Semper virens, etiam Perpetuo pal- " lore flavens. Nicander, ἀείχλωρος μολόθουρος, Sem- " per virens:" [imo verba sunt Euphorionis ap. Schol. ad Eund. Ἀ. 147. * Διάχλωρος, Philo de 7 Mirac. p. 7.] Ἔγχλωρος, Virorem in se habens, Virens, Viridis. Pro Prope viridis affertur e Nicandro. AT Ἔγχωρος, quod pro hoc ἔγχλωρος reperiri ajunt, mihi non potest non esse suspectum. [" Villois. ad Long. p. 54. Casaub. ad Athen. 60." Schæf. Mss.] Εὔχλωρος, Bene virens, Pulcre viridans, Virore decorus. Simpliciter tamen exp. Viridis, itidemque τὸ εὔχλωρον, Viriditas. [Theophr. H. Pl. 3, 5, 2. nisi leg. ἔγχλ. * Ἡμίχλωρος, Gl. Semiviridis.] Μελάγχλωρος, Colorem habens atrum pallore mixtum, Qui ita pallet ut simul aliquid nigredinis habeat admixtum, Pallidus simul nigerque, etiam Viridis simul nigerque. Sunt enim colores quidam nigri ita obscuri, ut in atros vergant. [Aret. 20, 6. 30, 37. 44, 30. 50, 17.] Habent hoc μελάγχλωρος pro μελάγχρους exempl. quædam ap. Hippocr. Epid. 6. (p. 1170.)

ut annotavit Gal. Comm. 1. [" Prava lectio ap. Plat. de Rep. 5, 19. al. melius μελιχρόους s. μελιχλώρους. * Μεγαλόχλωρος, Polemo Phys. 1, 3. sed male pro * μελάνωχροι s. μελίχλωρος." * Μελανόχλωρος, Procl. Paraphr. Ptol. 16. p. 204. * Ὀλόχλωρος, Diosc. 4, 127. * Πολύχλωρωι, Hippocr. Epid. 2. p. 689. Lind., Sect. 7. p. 88. Foës. sed leg. * πολύχλωρος.] Ὑπόχλωρος, Subviridis, Aliquantum viridis, Aliquatenus virens. Item, Suppalidus, Aliqua e parte pallens. [Gl. Luteus.] Hippocr. Progn. Ἔτι δὲ πονηρὸν καὶ σμικρόν τε ἐὸν καὶ γλίσχρον καὶ λευκὸν καὶ ὑπόχλωρον. Unde Cels. 2, 4. Præter hæc periculum ostendit id quod excernitur, si est exiguum, glutinosum, læve, album, idemque suppallidum. Sic Athen. (33.) Ἀφ' ἧς οἱ γινόμενοι οἶνοί εἰσι μὲν ἠρέμα ὑπόχλωροι, ἐμφαίνοντές τι ἐν αὐτοῖς λιπαρόν. [" Const. Manass. Chron. p. 119." Boiss. Mss.]

Ἀποχλωρίας, ὁ, Hes. οὗ ἀπὸ αἰσχύνης ἢ μανίας ἡ χρόα τῆς ὄψεως ἀλλάσσεται, Cui in facie color mutatur e pudore aut insania. Videtur autem intelligendum de mutatione in pallorem, quia χλωρὸς significat Pallidum: quanquam pudore potius erubescimus.

Χλωρότης, ἡ, Viriditas, Viror. Plut. Symp. 5. Μάλιστα τῶν καρπῶν ἡ χλωρότης καὶ τὸ τεθηλέναι τῷ μήλῳ παραμένει. || Palliditas, Pallor, ὠχρότης. Frequens ap. Hippocr. Itidem vero Plut. dicit de Orac. Pyth. (7, 554.) τοὺς ἀνακεραννύντας ἀργύρῳ χρυσὸν videri sibi νοσώδη χλωρότητα καὶ φθορὰν ἀκαλλῆ παρέχειν, Morbosum pallorem; pallent enim e morbis, ut etiam e fame. Unde Hesiod. Ἀ. (265.) Χλωρὴ, αὐσταλέη, λιμῷ καταπεπτηυῖα. Et in Ps. 67. (14.) Χλωρότης χρυσίου, Pallor auri. Sunt enim quædam ejus genera, quæ palleant, ignobiliora sc.; nam præstantiora rutila sunt et fulva.

Χλωρίτης, ὁ, Viridans, Virens, ut χλωρίτης λίθος: de quo hæc Plin. 37, 10. Chlorites herbacei coloris est. Sed fortasse scr. Χλοΐτης eo in l.

Χλωρίων, ωνος, ὁ, ET Χλωρεὺς, Avis nomen e colore. Aristot. H. A. 9, 22. Ὁ δὲ χλωρίων, χλωρὸς ὅλος· οὗτος τὸν χειμῶνα οὐχ ὁρᾶται, περὶ δὲ τὰς τροπὰς τὰς θερινὰς φανερὸς μάλιστα γίνεται. Unde Plin. 10, 29., Chlorion quoque, qui totus est luteus, hyeme non visus, circa solstitia procedit. Idem Chlorionem vocat, quem Aristot. χλωρέα, ut videbunt qui conferre volent quæ hic scripsit H. A. 9, 1. ille autem 10, 74. de avium inter se dissidiis. Atque ita, Plinio judice, ejusd. avis hæc nomina essent: cum tamen Aristot. utriusque mentionem faciens, eo loco distinguere alterum ab altero videatur: χλωρέας Gaza appellat Luteones, et χλωρίωνας, Vireones: quos ab Alex. Trall. χλωροὺς πυργίτας nominari ajunt: χλωρέως meminit Hes. quoque, dicens esse ὀρνίθιον χλωρόν. [" Χλωρίων, Villois. ad Long. 291." Schæf. Mss. Χλωρεὺς, Ælian. H. A. 5, 48. * Χλωρὶς, ίδος, ἡ, Avis, 4, 47. Aristot. H. A. 8, 3. " Munck. ad Anton. Lib. 65. Verh." Schæf. Mss. * Χλωρὰς, Gl. Glumea.]

Χλωρηΐς, ΐδος, itidem Virens, Viridans, Viridis. Nicander Θ. (88.) κάμπην Κηπείην δροσόεσσαν ἐπὶ χλωρηΐδα νώτῳ, Viridem in dorso; sunt enim erucæ tales. Itidem χλωρηῒς vocatur Luscinia, quoniam luteus orbis collum ejus circumdat: [" Verh. ad Anton. Lib. 71. LB." Schæf. Mss.] UNDE Χλωραύχην etiam nominata fuit a Simonide, ut testatur brevium Scholl. in Homerum Auctor: qui tamen et has nominis rationes affert, χλωρηΐδα dici etiam posse διὰ τὸ ἐν χλωροῖς διατρίβειν, vel διὰ τὸ ἅμα τοῖς χλωροῖς φαίνεσθαι: vere enim apparet, et in virentibus arborum frondibus sedens, dulce modulatur melos, ut Hom. quoque docet his verbis Od. T. (518.) Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο, Δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσι. [" Ruhnk. Ep. Cr. 82." Schæf. Mss. Simonides ap. Eust. Od. p. 710, 44. Etym. M. 813, 7. Schol. Od. l. c.] AT Χλῶρις, ιδος, ἡ, Nomen propr., Od. Λ. [280.]

Χλωρεῖον, τὸ, Suidæ εἶδος ζώου, procul dubio a colore.

Χλωραίνω, Viridem reddo, ut μελαίνω, Nigrum reddo, et λευκαίνω, Album reddo, et ἐρυθραίνω, Rubore perfundo. Unde χλωρανθεὶς, quod Suid. ap. Soph. extare ait pro χλωρὸς γενηθείς. [" Brunck. Soph. 3, 533." Schæf. Mss.] Inde et VERBALE Χλώρασμα derivari potest, et accipi pro χλωρότης, Viror s. Pallor, ut μέλασμα pro Nigrore s. Macula nigra. Legitur autem ap. Hippocr. Epid. 6. (p. 1169.) ubi ait, Φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρόν. Quæ verba Gal. Comm. 2. dicit esse ἀσαφῆ, quemadmodum in aliis quoque ῥήσεσιν, in quibus utitur voce χλωρὸς, non posse certo cognosci qualemnam colorem indicet: nec minus incertam esse eorum scripturam, qui χλόασμα ibi legunt. Videmus enim, inquit, etiam num in ipsius Hippocratis patria et tota nostra Asia χλωρὰ nominari et Olera et Arbores Plantasque, quæ quasi χλοερὰ sunt. Itemque χλωράζειν dicimus jumenta τὰ τὴν ἐαρινὴν βοτάνην ἐσθίοντα, Quæ vernas herbas comedunt, s. Quæ depascuntur herbas verno tempore virentes. Hominum etiam quosdam χλωροὺς vocant, non eos quidem qui habeant similem τῇ χλόῃ colorem, (viridem sc.,) sed potius qui ὠχρὸν, i. e. Pallidum. Incertum igitur est utrum τὴν ὕπωχρον χρόαν, i. e. Colorem suppallidum, Hippocr. nominet χλωράν τε καὶ χλοεράν, (id quod non paucis accidere videmus,) an τὴν χλόῃ παραπλησίαν, quod raro admodum fieri cernimus. Hæc fere ille: qui etiam addit, quosdam ἐξηγητὰς ταύτην τὴν ἀσάφειαν θελήσαντας φυγεῖν, scripsisse χρῶμα pro χλώρασμα. Nota autem illic et VERB. Χλωράζω pro eo quod in Hippiatr. est χλωροφαγῶ, Viridi pascor gramine, Virides depascor herbas. Idem in Lex. suo Hippocratico hoc ipsum χλώρασμα λαμπρὸν exp. χλωρότης λαμπρὸν * διαυγουμένη, καὶ ἐπὶ τὸ ὑδαρῶδες ῥέπουσα, Pallor splendore quodam lucido nitens, et in aqueam naturam vergens.

Χλωρίζω, Viridi sum colore, Viridantes herbas et virentia germina colore imitor, Vireo: ut χλωρίζουσα ἴασπις ap. Areth. in Apoc. Viridis iaspis, Viridem colorem præferens. Idem metaph. dicit Χλωρίζον κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου καὶ ἀμάραντον, Virens vigensque, ut ap. Horat. Genua virent pro Vigent et firma sunt. || Palleo, Pallidus sum, ut affertur e Levit. 14, (37.) Κοιλὰς χλωρίζουσα pro Vallis pallore deformis. [" Villois. ad Long. 290." Schæf. Mss. * Ὑποχλωρίζω, Orig. 3, 450.]

Χλωρίασις, ἡ, Viror, Viriditas, Pallor, Palliditas. Utitur eo vocab. Hes., in exponendo χλόος, adjungens ei synonymum ὠχρότης: [item in vv. Χλωρὸν δέος.] Dicitur autem ut ὠχρίασις: quod sicut ab ὠχριάω derivatur, ita huic verbali χλωρίασις fingere possemus VERBUM Χλωριάω pro Viridis sum, Vireo, Pallidus sum, Palleo. [" Non est quod hoc verb. fingamus. Utitur eo, præter Longum, Hippocrates. Vide Foësii Œcon. s. v." Schæf. ad Long. 137. Schol. Æsch. Pr. 134. * " Χλωράω s. * Χλωρέω, unde χλωρήσαντα, Julian. Cæs. 24. al. rectius χλοήσαντα." Schn. Lex.]

ΧΝΑΥΩ, Carpo, Vellico. Hes. enim χναύων exp. περικνίζων, περιτίλλων: itidemque Χναύει, λαμβάνει, κνίζει, et Χναύεται, περικνίζεται, λαμβάνει. Eust. 1063. χναύειν exp. λίχνως ἐσθίειν, Catillonum more vorare et deglutire: afferens e Comico quodam ap. Athen. (58.) πάντα ταῦτ' ἐχναύομεν. Item, Ὁμοῦ τε χναύειν μαινίσι σηπίδια. Alibi hoc ipsum χναύειν exp. καταπίνειν, derivari dicens e χνάω, ut χραύω e χράω. Locus autem ille posterior, quem ex Athen. affert, est ap. eum Eubuli Comici, (65.) At (370.) paulo aliter legitur: sic nimirum, Κοινῇ τε χναύειν τευθίσι σηπίδια, et Ephippo Comico tribuitur, non Eubulo: utrobique præmissum habens hunc versum, Τίλλειν τε φάττας καὶ κίχλας ὁμοῦ σπίνοις. [" Casaub. ad Athen. 117. Toup. Opusc. 1, 491. Musgr. Cycl. 357." Schæf. Mss.]

Χναῦμα, τὸ, Id ipsum quod aliquis χναύει, i. e. Quod carpitur, et catillonum gulosorumque more deglutitur, ut sunt edulia delicatiora. J. Poll. 6, c. 9. scribit χναύματα a Comicis vocari τὰ περικόμματα, alio nomine dicta τωγαλίσματα. Hesychio vero χναύματα sunt τὰ βρώματα, et τὰ τῶν κρεῶν ἀπάνθρα-

κίσματα: ut sint Particulæ a carnibus recisæ, quæ A super carbonibus tostæ devorantur. [" Toup. Opusc. 1, 491." Schæf. Mss. Fragmentum, Zenob. 5, 73.] Χναυμάτιον, τὸ, forma diminutiva, ut ap. Athen. ex Aristoph. (368.) Δαιταλεῦσιν, Καὶ δελφακίων ἁπαλῶν κωλαῖ Καὶ χναυμάτια πτερόεντα. Ubi πτερόεντα χναυμάτια esse videntur Aviculæ quæ χναύονται et gulose devorantur, utpote apparatæ delicatius.

[* Χναύστης, unde] Χναυστικὸς, Qui libenter χναύει, Qui χναύμασι delectatur, i. e. Catillo, Gulosus, Inhians cibis delicatioribus. Posidippus Comicus ap. Athen. (662.) τὴν γλῶσσαν εἰς ἀσχήμονας Ἐπιθυμίας ἐνιά τε τῶν ἡδυσμάτων, Κάθαλος, κάτοξους, χναυστικός. [* Χναυρὸς, Delicatus, Suavis, sc. cibus, Pherecrates Comicus ap. Athen. 269." Schw. Mss. Cf. Eund. 423. et J. Poll. 6, 59.]

[* Ἀποχναύω, Deglutio, Eur. Cycl. 356. " Musgr. ibid. Toup. Opusc. 1, 491." Schæf. Mss. * Παραχναύω, i. q. παραγένομαι, Ælian. H. A. 1, 47. τῶν πυρῶν.]

¶ Χνόος quoque (pro quo per contr. DICITUR B Χνοῦς, ut χλοῦς pro χλόος, et νοῦς pro νόος) ejusd. est originis cum præcedentibus, ut indicat Hes., cum χνόος exp. ξυσμὸς, i. e. Rasio: addens tamen et χνόος, ὁ χνοῦς τοῦ γενειᾷν ἀρξαμένου, i. e. Lanugo: ut hæc lanugo χνοῦς dicta sit, quoniam ξύεσθαι potest, s. primi pili qui in gena erumpentes radi possunt. Callim. H. in A. (37.) Καί κεν ἀεὶ καλὸς, καὶ ἀεὶ νέος· οὔποτε Φοίβου Θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς, Nunquam ne tantillum quidem lanuginis Phœbi malis lævibus s. glabris obortum est: ideoque nunquam rasæ sunt. At Aristoph. N. (978.) Τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς ὥσπερ μήλοισιν ἐπήνθει. Ubi nota eum usurpasse verbum ἐπανθεῖν: ut J. Poll. quoque l. 2. χνοῦν esse dicit τὴν πρώτην τριχῶν περὶ τὰς παρειὰς ἄνθην, Pilos qui primi in malis efflorescunt. Nota etiam dixisse μήλοις, ut ap. Virg. G. sunt tenera cana lanugine mala. || Molle etiam tomentum, quo culcitræ inferciuntur, χνοῦς nominatur, quod e tenera lana mollive villo sit: ut genarum lanugo tenerrima est et mollissima. Scribit enim C J. Poll. 10, c. 8. ἐπὶ τῶν τυλείων s. κνεφάλων dici posse χνοῦν, cum Aristoph. in Babyloniis dicat, Ἔχεις ἄχυρα καὶ χνοῦν. Ubi similem usum habere μνοῦν ait. Hesychio τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων etiam χνοῦς sunt. || At ἁλὸς χνοῦς dicitur ἡ ἀκαθαρσία, ut Eust. e veteribus tradit, i. e., inquit, ἡ ἐν ἄλλοις ἁλὸς ἄχνη, Maris spuma. Dicitur itaque hæc spuma χνοῦς, quoniam est veluti lanugo mari innatans. Od. Z. (224.) de Ulysse naufrago, Αὐτὰρ ὁ ἐκ ποταμοῦ χρόα νίζετο δῖος Ὀδυσσεὺς Ἅλμην, ἥ οἱ νῶτα καὶ εὐρέας ἄμπεχεν ὤμους· Ἐκ κεφαλῆς δ' ἔσμηχεν ἁλὸς χνόον ἀτρυγέτοιο. || Χνόος, Hes. etiam ψόφος, φθόγγος. [" Bast Lettre 51. Thom. M. 536. Jacobs. Anth. 8, 123. 203. 220. 9, 43. 10, 68. 11, 280. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 136. Aristoph. Fr. 223. Ruhnk. Præf. ad H. in Cer. p. x. Valck. Adoniaz. p. 409. Toup. ad Longin. 336. ad Callim. 1. p. 48. Spuma, Ruhnk. Ep. Cr. 150." Schæf. Mss. Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.: Dionys. H. de C. VV. 410. Schæf., Greg. Cor. 654. 662. Schæf.: Theophr. H. Pl. 2, 8, 4.: C. Pl. 6, D 10, 7. Ἡ ἐν τῷ χνοῒ πικρότης, ubi tamen Schneid. χροῒ dedit, v. Lobeck. Phryn. 454.]

[* Ἀρτίχνοος, Anthol. Epigr. 6, 564. Phrynichus Bekkeri p. 20. " Jacobs. Anth. 8, 203. Valck. Adoniaz. p. 409." Schæf. Mss. Barker. ad Etym. M. 1103. Philostr. Icon. 3, 6. ἴουλος, i. q. ἄρτι χνοάζων.] Ἄχνοος, SIVE Ἄχνους, Lanugine carens, Impubis, ὁ μὴ ἔχων χνοῦν; ὑπήνη, Epigr., Barba sine lanugine. Imberbe mentum, Impubes malæ, Malæ nulla tectæ lanugine: quales sunt Apollinis, cujus Θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς. [" Jacobs. Anth. 8, 389. ad Charit. 216. 218. Ruhnk. Ep. Cr. 238." Schæf. Mss.] "Ἔγχνοος, s. Ἔγχνους, Lanuginem " in se habens, In quo inest lanugo, Lanuginosus," [Nicander Θ. 762. " Villois. ad Long. 54. Casaub. ad Athen. 60." Schæf. Mss.] Ἐπίχνοος, SIVE Ἐπίχνους, Lanugine tectus, Super quo lanugo est s. conspicitur, Lanuginosus. Apud Hes. perispωmenωs legitur Ἐπιχνοῦν, ἐπεσκοτισμένον, i. e. Obtenebratum, Tenebris desuper opertum. [Hippocr. 80. Ἀμματα ἐπίχνουν ἔχοντα.] " Ἰσόχνοος, Æque lanuginosus, Epigr." [" Jacobs. Anth. 9, 43. Wakef. Trach. 69." Schæf. Mss. * Νεόχνοος, i. q. ἄρτι γενειάσκων, Greg. Naz. Epigr. 165. * " Πολύχνοος, Multa lanugine tectus, Athen. 66. φύλλα." Schw. Mss. * Πρωτόχνοος, Lucian. 5. p. 318.]

Χνοώδης, Lanuginosus. Diosc. de Apollinaris herbæ tertio genere, Λιπαρὸς καὶ ἁπαλὸς καὶ χνοώδης, καὶ τὸ σπέρμα λευκὸν ἔχων. Unde Plin. Apollinaris quartum genus molle, lanuginosum, pinguius ceteris, candidi seminis. Itidem Theophr. H. Pl. 1, 21. Τῶν ἀνθῶν τὰ μέν ἐστι χνοώδη, τὰ δὲ, φυλλώδη: χνοώδη autem ἄνθη esse dicit veluti vitis, mori, hederæ. Apud Diosc. vero 4, 150. de elleboro Galatico et Cappadocico, ubi vulg. Edd. habent λευκότερος καὶ χνοώδης, Marcell. et alii interpr. Pulvere quodam obsitus, Pulverulentus: unde patet eos legisse χοώδης. Itidemque paulo ante pro χνοῦν ἀφιεὶς ἐν τῷ θραύεσθαι reponunt χοῦν iidem, sic interpretantes ea verba, Frangendo pulverem emittit. [" Bast. Lettre 51(=Ep. Cr. 76.) Toup. Opusc. 1, 70. Heringa Obs. 50. Apoll. Dysc. 81. sic enim lego pro χρ." Schæf. Mss. Clem. Alex. 216. Athen. 82. Conf. c. χροώδης, ad Greg. Cor. 726. * Χνοωδῶς, Gal. 2, 3, 36. Ald.]

[* Χνόϊος, Lanuginosus, Anacr. 29, 19. παρειήν. " Fischer. p. 116. * Χνοάεις, Wakef. Herc. F. 396. Georg. p. 132. * Χνιαρὸς, Toup. Opusc. 1, 269. (Cf. Μνιαρός.)" Schæf. Mss.]

Χνοάω, SIVE Χνοάζω, Lanugine obsitus sum. Dicitur interdum de ipsis genis aut pubescente adolescente, ut Lucian. (3, 76.) Ἀγένειον ἀκριβῶς, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον χνοῶντα τὰς παρειάς. At e Soph. (Œd. T. 72.) χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα, pro ἀνθῶν. Interdum de ipsis pilis lanuginosis, ut ap. Apoll. Rh. 2, (43.) Τοῖος ἔην Διὸς υἱὸς ἔτι χνοάοντας ἰούλους Ἀντέλλων, Schol. τοὺς ἰούλους ὡς χνοῦν ἀναφύοντας ἔχων: accipiens ἰούλων nomine τὰς ἐξανθήσεις τῶν γενείων, qui ἴουλοι i. sunt q. χνοῦς. [" Jacobs. Anth. 1, 1. p. 48. 8, 203. 9, 163, 10, 68. 12, 166. Brunck. Apoll. Rh. p. 83. 107. (2, 779. 3, 225.) Kuster. Aristoph. 121. Valck. Adoniaz. p. 409. ad Charit. 216. Wakef. S. Cr. 3, 59. ad Callim. 1. p. 48." Schæf. Mss. Tryphiod. 341.]

Ἐπιχνοάω, Sum ἐπίχνους. Apoll. Rh. addito dat. instrumentali ἐθείραις, 1, (671.) dixit, Τῇ καὶ παρθενικαὶ πίσυρες σχεδὸν ἑδριόωντο Ἀδμῆτες, λευκῇσιν ἐπιχνοάουσαι ἐθείραις. Ubi Schol. exp. ὡς χνοῦν ἔχουσαι τὰς λευκὰς φυομένας τρίχας. [* " Ἐπιχνοάζω, Valck. Adoniaz. p. 409. (Schol. ad v. 130.)" Schæf. Mss.]

Ἀναχνοαίνω autem TANQUAM A χνοαίνω: unde ap. Aristoph. Ἀ. (791.) de porculo, Αἱ δ' ἂν παχυνθῇ κἀναχνοανθῇ γ' ἐν τριχὶ, Κάλλιστός ἐστι χοῖρος Ἀφροδίτῃ θύειν, pro δασυνθῇ: quoniam χνοῦς dicitur ἡ πρώτη θρὶξ καὶ λεπτὴ, i. e. ἐὰν ἀκμάσῃ καὶ ἡβήσῃ, Schol. Est igitur hic ἀναχνοαίνεσθαι i. q. χνοᾶν s. χνοάοντας ἰούλους ἀντέλλειν, ut Apoll. Rh. loquitur.

Χνόη, ἡ, i. q. χνόος s. χνοῦς, quatenus quidem signif. ψόφος, φθόγγος: (cui signif. postremus locus datus fuit.) Scribit enim Hes. χνόην dici τὸν τῶν ποδῶν ψόφον, Strepitum pedum. Alioqui χνόαι Eid. sunt αἱ χοινικίδες, αἱ τοῦ ἄξονος σύριγγες, Modioli, Axis fistulæ, s. Fistulæ quibus immittitur axis, ut Suid. quoque et Schol. Soph. χνόας exp. τὰς τοῦ ἄξονος σύριγγας, El. (719.) p. 113. ubi de equestri certamine sermo est, Φειδοντό κέντρων οὐδὲν, ὡς ὑπερβάλοι Χνόας τις αὐτῶν καὶ φρυάγμαθ' ἱππικά. Sed addit Suidas, σύριγγα dici non solum αὐτὴν τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ, sed etiam τὸ εἰς τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ ἐμβαλλόμενον μέρος τοῦ ἄξονος, Axis eam partem quæ modiolo s. foramini rotæ inseritur: ut χνόαι dicantur etiam τὰ * ἀκραξόνια, περὶ ἃ αἱ χοινικίδες, quæ et * παραξονίτιδες nominantur: quo modo accipiunt ap. Æsch. S. c. Th. (157.) p. 75. Ἔλακον ἀξόνων βριθομένων χνόαι: quanquam et ibi χνόαι ac σύριγγες synonyma esse queunt, cum aliquanto post, (210.) p. 78. idem Tragicus dicat, ἔδεισ' ἀκούσασα τὸν ἁρματόκτυπον ὄτοβον, ὅτι τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι:

cum enim αἱ σύριγγες τοῦ τροχοῦ περὶ τὸν ἄξονα ἑλίσσονται, κλάγγουσι καὶ ἁρματόκτυπος ὄτοβος ἀκούεται. Ita tamen ut præcedens quoque expositio vera esse possit: dicente Homero, καὶ ἔβραχε φήγινος ἄξων. Metaphorice idem Tragicus, (ibid. 377.) Σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδῶν, vocans χνόας ποδῶν τὰ ἄκρα τῶν ποδῶν, vel παραβόλως τὸ συνεχὲς κίνημα τῶν ποδῶν, Schol. qui et ibi subjungit, χνόην vocari τοῦ ἄξονος τὸ ἄκρον τὸ ἐντιθέμενον τῇ χοινικίδι, Extremam axis partem, quæ modiolo inseritur. [" Heyn. Hom. 5, 131." Schæf. Mss. Eur. Rhes. 118. ἀντύγων χνόας.] Pro eod. Poëtæ DICUNT Χνοίη, Ionico more inserto ι, ut testatur idem Schol. Æsch.

" Κνόη, SIVE Κνοῦς, dicitur ὁ ἐκ τοῦ ἄξονος ἦχος, " Sonitus s. Strepitus quem rotarum axes edunt, " quem nonnulli Poëtarum Latinorum appellant Ge- " mitum: item ὁ τῶν ποδῶν ψόφος, Pedum strepitus " s. plausus. Nonnulli vero κνοῦν quidem esse volunt " τὸν ἦχον, Sonum s. Sonitum: κνόην autem μέρος " τοῦ ἄξονος, τὴν χοινικίδα, Modiolum rotæ. Hæc Hes." [Phot. Κνοῦς· τὸ πρὸς τῷ ἄκρῳ ἄξονι τοῦ τροχοῦ.]

ΧΟΙΝΙΞ, ικος, ἡ, Mensura quæ continet sextarios duos, s. cotylas quatuor, ut Marcell. Emp. tradit, et Paul. Ægin., qui etiam dicit esse octavam partem modii Italici s. Ægyptii. At Fannius multo majorem facit χοίνικα, tribuens ei quatuor sextarios; sic enim ille in poëmatio de mensuris, At cotylas, (quas, si placeat, dixisse licebit Heminas,) recipit geminas sextarius unus: Qui quater assumtus fit Graio nomine chœnix. Contra multo minorem faciunt quidam: a quibus esse dicitur mensura aridorum Attica, continens cotylas tres s. sextarium unum et dimidium, s. duas libras mensurales et quadrantem. Ita ut in varietate ista tutius sit Græcum retinere vocab. Athen. 5. Χοίνικα κριθῶν εἰς τέσσαρας ἡμέρας διεμέτρει τοῖς ἀνοήτοις Ἀθηναίοις. Apud Herod. 3. et 7. χοῖνιξ frumenti tantum est quantum homini uno die satis sit: unde Alexarchus Uranopolis conditor ap. Athen. 3. (p. 98.) τὴν χοίνικα appellat ἡμεροτροφίδα: et Hesychio χοίνικες sunt αἱ ἀπὸ μέρους τροφαί. Item Pythagorici ἐκώλυον ἐπὶ χοίνικος καθῆσθαι, eo præcepto jubentes μὴ σκοπεῖν τὰ ἐφ' ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι, ut docet Athen. 10. Itidemque Plut. Symp. 7, 4. Μετὰ τῆς Πυθαγορικῆς χοίνικος, ἐφ' ἧς ἀπηγόρευκε καθῆσθαι, διδάσκων ἡμᾶς ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ὑπολιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν: ut reprehendantur ii, qui τὴν ἐφ' ἡμέραν χοίνικα λαβόντες, de cetero nihil sunt soliciti. Nota autem hujus mensuræ ap. Græcos fuit diphthongus οι superposita literæ χ, hoc modo χ͂, ut docet Paul. Ægin. Alii vero dicunt fuisse χ cum ν superimposito. || Χοίνικες vocabantur etiam Pedicæ quædam, quæ dicuntur fuisse ligna crassa et rotunda, in quæ crura immittebantur. Non ii male, cum ap. Demosth. (270.) legamus, de Tromete patre Æschinis, Ἐδούλευε παρ' Ἐλπίᾳ τῷ πρὸς τὸ Θησεῖον διδάσκοντι γράμματα, χοίνικας παχείας ἔχων καὶ ξύλον. Et ap. Aristoph. Πλ. (275.) αἱ κνῆμαι δέ σου βοῶσιν Ἰοὺ ἰού, τὰς χοίνικας καὶ τὰς πέδας ποθοῦσαι. Ubi speciei subjunxit genus ad vitandam amphibologiam; sunt enim χοίνικες, πέδαι τινές, eæque βαθεῖαι καὶ περιφερεῖς, ut ex Hes. et Schol. Aristoph. discimus, qui etiam addit, χοίνικα nominari πᾶν περιφερές. Itaque intelligimus χοίνικας nominatas fuisse ejusmodi πέδας quod chœnicis modo essent et περιφερεῖς et βαθεῖαι et παχεῖαι. Apud Suid. vero χοίνικες, οἷς τὰς περιόδους μετροῦσιν Αἰγύπτιοι, masc. genere, et ambiguum qua signif. [" Ad Diod. S. 1, 557. 2, 355. Brunck. Aristoph. 2, 93. Kuster. 127. Heyn. Hom. 6, 149. Xen. K. Ἀ. 1, 5, 6. et Schn., Toup. Opusc. 1, 236. ad Herod. 91. 593. Wessel. Diss. 190. Matth. ad Gloss. Min. 31. Clark. ad Il. B. 267. Toup. ad Longin. 393. cf. Plut. Mor. 1, 44. Bergler. Alciphr. 331. ad Lucian. 1, 472. Vinculum, Toup. Opusc. 2, 241. ad Herod. 32. Toup. Emendd. 3, 120. An subaudiatur? Valck. Adoniaz. p. 388." Schæf. Mss. Et Mensuram notat et Id quod ea metimus, Suid. v. Μάστακα. Od. T. 28. οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, ὅς κεν ἐμῆς γε Χοίνικος ἅπτηται,

A Schol. τροφὰς λαμβάνει· τό τε μετροῦν καὶ τὸ μετρούμενον, χοῖνιξ: cf. Thuc. 4, 16. Perizon. ad Ælian. V. H. 1, 26. Vinculum, Valck. Schol. in N. T. 1, 537.: Jambl. Protr. 347.]

Χοινικομέτρης, ὁ, Qui chœnice metitur s. demetitur et distribuit. Athen. (272.) ex Epitimæo refert, Corinthiorum urbem usqueadeo εὐδαιμονῆσαι ὡς κτήσασθαι δούλων μυριάδας ἑξ καὶ τεσσαράκοντα: eamque ob rem Pythiam ipsos vocasse χοινικομέτρας: procul dubio quoniam iis quotidie suam χοίνικα ἐμέτρουν: erat enim ἡ χοίνιξ ἡ μεροτροφὶς, ut supra docui. Vide et Σιτομέτριον.

Διχοίνικος, ὁ, ἡ, Duas capiens s. continens χοίνικα, Duarum chœnicum capax, ut διχοίνικον μέτρον: pro quo, omisso subst., dicitur simpliciter etiam διχοίνικον, Mensura duas continens chœnices. Aristoph. N. (640.) Ὑπ' ἀλφιταμοιβοῦ παρεκόπην διχοινίκῳ, Duabus chœnicibus defraudatus sum, ἐπλάνησέ με τῇ μέτρων ποσότητι δύο χοίνικας, Schol.

Ἡμιχοίνικος, Dimidiam chœnicem capiens. Item B ἡμιχοίνικον, sc. μέτρον, Mensura dimidiam continens chœnicem. Modii semissem dicitur vertisse Marcell. ap. Diosc. 5. Verum et ἡμιχοίνιξ dici potest pro ἡμιχοίνικον, UT Τριημιχοίνιξ ET Πενθημιχοίνιξ: quæ ap. Theophr. leguntur H. Pl. 8, 4. Οἱ μὲν ἀθληταὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τριημιχοίνικα μόλις ἀναλίσκουσιν· Ἀθήναζε δὲ ὅταν ἔλθωσι, πενθημιχοίνικα ῥᾳδίως. Unde colligit Bœotium triticum esse gravius. Est autem τριημιχοίνιξ, Chœnix cum dimidia: et πενθημιχοίνιξ, Duæ chœnices cum dimidia; tres enim semichœnices conficiunt unam cum dimidia: et quinque, duas cum dimidia. [Ἡμιχοίνιξ, Hippocr. 497, 12. 580, 27. * Ἡμιχοινίκιον, 572, 5. 580, 26.]

Ὁμοχοίνιξ, Qui eadem chœnice victitat, ut ὁμοχοίνικες dicuntur milites vel servi Qui eand. participant chœnicem, et eod. demenso victitant; (solebat enim cuivis χοίνιξ quotidie dari: unde et ἡμεροτροφὶς nominata fuit:) s. Qui dimensum, quod acceperunt, conferunt, et communes ex eo sumtus faciunt, ὁμόσιτοι. Plut. Symp. 2, 10. Οὐ μόνον ὁμοροφίους, ἀλλὰ C καὶ ὁμοχοίνικας καὶ ὁμοσίτους, τῷ πᾶσαν σέβεσθαι κοινωνίαν: ubi etiam magis probat nostri sæculi consuetudinem, qua ἐκ κοινοῦ δειπνοῦμεν, quam veterem qua πρὸς μερίδας.

Τετραχοίνικος, Quatuor continens s. capiens χοίνικας. Item τετραχοίνικον, sc. μέτρον, Mensura quatuor chœnicum capax, Diosc. 1, 39. ubi Hermolaus interpr. Octo sextarios, Ruell. Modium, Marcell. Semodium.

Τριχοίνικος, Trium chœnicum capax. Aristoph. pro Trium chœnicum pretio dignus; ap. eum enim τριχοινίκων ἐπῶν exp. Schol. τριῶν χοινίκων ἀξίων στίχων, ideoque εὐτελῶν: Σφ. (480.) Οὐδὲ μήν γ' οὐδ' ἐν σελίνῳ πού 'στιν οὐδ' ἐν πηγάνῳ· Τοῦτο γὰρ παρεμβαλοῦμεν τῶν τριχοινίκων ἐπῶν. [" Apud Athen. 151. memoratur τριχοίνικος ἄρτος." Schw. Mss.]

Χοινίκιον, τὸ, SIVE Χοινικὶς, ίδος, ἡ, Modiolus. In qua signif. primum dicitur de Modiolo rotæ vel alterius instrumenti, i. e. Foramine longo et rotundo cui axis immittitur: ut cum Gal. Comm. 2. εἰς τὸ περὶ Ἀγμῶν scribit, τὴν καλουμένην χοινικίδα τοῦ τροχοῦ, πλήμνην ὑπὸ τῶν Ἰώνων λέγεσθαι: itidemque D Hes. χνόας nominari τὰς χοινικίδας et τὰς τοῦ ἄξονος σύριγγας, Modiolos, Fistulasque quibus axis inditur. Itidem quos Vitr. 10, 17. Modiolos in balista vocat, Turn. χοινικίδας Græce vocari ait Advers. 2.: ubi citatis quibusdam ipsius verbis, subjungit, Modioli sunt qui a Græcis appellantur χοινικίδες: suntque formæ rotundæ ac turbinatæ, induntur que foramini: idque perspici potest e sequenti capite Vitruvii, in quo ita scribitur, Tum vero modioli ærei in ea capitula includuntur, et in eos cuneoli ferrei, quos ἐπισχίδας Græci vocant, collocantur. Dicitur et de Chirurgorum quodam instrumento. Cels. 8, 3. Exciditur vero os duobus modis. Si parvulum est quod læsum est, modiolo, quem χοινίκιον Græci vocant; si spatiosum, terebris. Et mox, Modiolus ferramentum concavum teres est, imis oris ferratum, per quod medium clavus, ipse quoque interiore orbe cinctus, demittitur. Paul. Ægin. 6, 90. de fracturis in capite, Ἡ δὲ διὰ τῶν τρυπάνων τε καὶ χοινικίδων χει-

ρουργία τοῖς νεωτέροις ὡς μοχθηρὰ διαβέβληται. [" Χοινικὶς, Kuster. Aristoph. 6. Heyn. Hom. 5, 130. 131. 8, 427. Valck. Hipp. p. 297. Anim. ad Ammon. 197. Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 330. Pro χοῖνιξ, Lucian. 3, 266." Schæf. Mss. Compes, Appian. 2, 571. Strabo 12. p. 821. Schol. Callim. L. P. 14.]

Verum ET *Χοινίκη* dicitur pro *χοινικίς*. Apud Hes. enim legimus, *Χοινίκη, τοῦ τροχοῦ, ἐν ᾧ στρέφεται ὁ ἄξων*, Modiolus in quo axis volvitur. In curru tamen ipse potius modiolus cum rota vertitur circumagiturque, axis autem permanet immobilis.

[* *Χοινικιαῖος*, Inscr. ap. Chandler. Marm. Oxon. II. xxi. *πόπανον*: cf. Athen. 14. p. 351. Schw. *Κοτυλίσκος, πλακοῦς ὁ ἐκ τρίτου μέρους τῆς χοίνικος γινόμενος*. Vide Schn. Lex. Suppl. v. *Πόπανον*.]

ΧΟΙΡΟΣ, *ὁ*, (*ἡ*,) Porcus, Sus, *ὗς* s. *σῦς*. Plut. (8, 764.) *Ἐκτεμεῖν καὶ τοὺς χοίρους*. Plato de LL. 2. *Θυσαμένους οὐ χοῖρον, ἀλλά τι μέγα καὶ ἄπορον θῦμα*, Non porcum, sed magnam aliquam et ægre parabilem hostiam. Aristoph. Πλ. (307.) *Ὑμεῖς δὲ γρυλλίζοντες ὑπὸ φιληδίας Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι*. Ubi nota de porcis juvencis dici, qui matrem adhuc sequuntur, ut Aristoph. Grammaticus *ἐν τῷ περὶ Ἡλικιῶν* scribit *τῶν συῶν τὰ μὲν ἤδη συμπεπηγότα*, vocari *δέλφακας*: *χοίρους* autem, *τὰ ἁπαλὰ καὶ ἔνικμα*: ideoque *τὰ τέλεια* convivis apposita fuisse, ut ap. Hom., *τά τε δμώεσσι πάρεστι Χοίρε', ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσι*. De ejusd. animantis ætate ita Cratinus, *ἤδη δέλφακες, χοῖροι δὲ τοῖσιν ἄλλοις*. Fem. etiam genere usurpatum reperitur, idque Ionico more, ut testatur Athen. (375.) afferens ex Hipponacte, *σπλάγχνοισιν ἀγρίας χοίρου*. Ibid. e Ptolemæo, *χοῖρον υἱὸν ἔχοντα*. Porro de porco aut porca juvenca dici Aristoph. rursum indicat 'A. (781.) ubi quidam interroganti, *Αὕτα 'στὶ χοῖρος*; respondet, *νῦν γε χοῖρος φαίνεται, Ἀτὰρ ἐκτραφεῖς γε, κύσθος ἔσται πέντ' ἐτῶν*: et mox dicenti, *κέρκον* non habere, respondet, *Νέα γάρ ἐστιν, ἀλλὰ δελφακουμένα, Ἕξει μεγάλαν τε καὶ παχεῖαν κἠρυθράν*. Ubi nota prius vocari *χοῖρον*, Ejusmodi porculum, postea Adultum nominari *δέλφακα*. Sed ludit ibi in ambiguo Aristoph., *χοίρου* vocabulo innuens etiam *τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον*. Ideoque ibid. quidam, sublatis puellæ vestibus, et monstrato pudendo, dicit, *Ἦ οὐ χοῖρος ἔσθ' ἅδ'*; Et mox id ipsum *τὸ αἰδοῖον* esse ait *χοῖρον Ἑλλάνων νόμῳ*, i. e. *χοῖρον* a Græcis nuncupari. Quamobrem alter subjungit, *Ἀλλ' ἔστιν ἀνθρώπου γε*, Ita, est *χοῖρος*, sed est *χοῖρος* hominis. Cujus signif. Varro quoque meminit, sic scribens R. R. 2, 4. Nam et nostræ mulieres, maxime nutrices, naturam qua feminæ sunt, in virginibus appellant porcum, et Græce *χοῖρον*: significantes esse dignum insigni nuptiarum; in conjunctione enim nuptiali porcus immolatur. Idem aliquanto post ait Porcus Græcum esse nomen antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocent *χοῖρον*. ‖ *Χοῖρος* est etiam Nomen Nilotici piscis, Athen. [312. " Brunck. Soph. 3, 411. Aristoph. 1, 98. Thom. M. 916. Wakef. Eum. 283. Stanl. ib. et 453. Pudendum muliebre, Jacobs. Anth. 8, 8. 11, 328. Brunck. Aristoph. 1, 70. 3, 89. 175. Kuster. 89. 219. Toup. Opusc. 1, 569. De genere, Brunck. Aristoph. 3, 92." Schæf. Mss. Od. Ξ. 73.]

Χοιροβοσκὸς, ὁ, Qui porcos pascit, Porcorum pastor, Subulcus, Porculator, *συφορβὸς, συβώτης*, [Gl. Porcarius.] Est et Grammatici cujusdam cognomentum. [" Toup. Opusc. 2, 66." Schæf. Mss. Schol. Il. Φ. 282. * *Χοιροβοσκέω*, Theod. Prodr. f. 54.] *Χοιρογρύλλιος, ὁ*, dicitur *ὁ ἀκανθόχοιρος* s. *ὕστριξ*, i. e. *ἐχῖνος χερσαῖος*, Echinus terrestris, Suid. [Gl. *ἐχῖνος χερσαῖος*, Erinaceus.] Legitur hoc vocab. Levit. 11, (5.) ubi usus ejus vetatur: legitur et ap. Schol. Aristoph. (Εἰρ. 527.) sed unico λ. [Interprr. ad Hes., Suid. v. *Γύλιος*, Hieronymus in Ep. ad Suniam: Sciendum est, animal esse non majus hericio, habens similitudinem muris et ursi, unde et in Palæstina *ἀρκτόμυς* dicitur: Mus jaculus Linnæi. Cf. *Γύλιος, Γρύλλος*, et Schn. eid. Lex., qui * *Χοιρόγρυλλος* scribit.] *Χοιρόθλιψ*, Qui *χοῖρον* libidinose contrectat et manu premit, Muliebris pudendi (id enim *χοῖρος* etiam nominatur) contrectator, i. e. Lascivus, Libidinosus. Aristoph. Σφ. (1364.) *Ὦ οὗτος, τυφεδανὲ καὶ χοιρόθλιψ, Ποθεῖν ἐρᾶν τ' ἔοικας ὡραίας σοροῦ*. Ubi Schol. quoque *χοιρόθλιβα* nominari ait *τὸν τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον ἀποθλίβοντα*. Id etiam *κλητορίζειν* dicitur s. *κλητοριάζειν*. [" Toup. Opusc. 1, 428." Schæf. Mss. * " *Χοιροκέφαλος*, Jo. Malal. 1, 152." Elberling. Mss.] *Χοιροκομεῖον, τὸ*, Textile e vimine plexum in quo porcelli saginantur. Suidas esse dicit *πλεκτὸν ἀγγεῖον ἐν ᾧ τοὺς νέους ἔτρεφον χοίρους περιδήσαντες*: vel *τὸν πάτταλον ἐν ᾧ δεσμεύοντες τοὺς χοίρους ἔτρεφον*. Itidem Schol. Aristoph. esse dicit *ἀγγεῖόν τι* * *κανωτὸν ὅπου οἱ χοῖροι τρέφονται*, Vas forma canistri, in quo porcelli aluntur. Aristoph. Σφ. (844.) *Τουτὶ τί ἐστι; χοιροκομεῖον ἑστίας*. Ab eod. Comico (Λ. 1073.) legati Spartani dicuntur incedere *ὥσπερ χοιροκομεῖον περὶ τοῖς μηροῖσιν ἔχοντες*, quoniam veniebant *ἐγκεκολπωμένα τὰ ἱμάτια ἔχοντες*. Suid. infra *χοιροτροφεῖον* pro eod. [Vide Brunck., et Schn. Lex. " Toup. Opusc. 1, 569." Schæf. Mss. * *Χοιροκτόνος*, Æsch. Eum. 283. " Wakef. et Stanl. ibid. Abresch. Æsch. 2, 41. Porson. Or. 909. Pierson. ad Mœr. 13." Schæf. Mss. * *Χοιρομάνδριον*, Etym. M. 736.] *Χοιροπίθηκος*, Simia porcaria, Gazæ ap. Aristot. H. A. 2. *Χοιροπώλης, ὁ*, Porcorum venditor, Qui porculos venditat. Aristoph. 'A. (818.) *Ἄνθρωπε, ποδαπός*; Heus tu, cujas es? Respondet alter, *χοιροπώλας Μεγαρικός*. [" Idem Fr. 275." Schæf. Mss.] *Χοιροπωλέω*, Porcum vendo. Dicitur etiam femina *χοιροπωλεῖν*, cum suum vendit porcum et quæstui habet, cuivis eum prostituens. E quo Prov. *Ἀκροκορινθίᾳ ἔοικας χοιροπωλήσειν*, pro *ἔοικας μισθαρνήσειν ἐν Κορίνθῳ*: multæ enim illic meretrices erant. Atque adeo Corinthiis peculiaris esse videtur usus iste vocabuli *χοῖρος* pro Pudendo muliebri. Suid. [v. *Χοῖρος*, Plutarchi Proverbia n. 92. Schol. Aristoph. Θ. 296. * *Χοιρόσακος*, i. e. *χοίρου αἰδοῖον*, Hes.] *Χοιροσπέλεθος*, Succerda, Stercus porcinum. Ita cognominatur Anchusæ species quædam, ut patet e Paulo Ægin. 7, 17. sic scribente in *βοτανικῷ* quodam emplastro, *Λαπάθου, ῥυπελαίου, ἀγχούσης τῆς χοιροσπελέθου, (ἐστὶ δὲ ἡ ὀνόκλεια,)* * *ἑπτανεύρου, ἀρνογλώσσου, ἀνὰ* ſο *γ'*. Hujus autem onocleæ anchusæ meminit Plin. 22, 20. 21. et ante eum Diosc. 4, 23. neuter tamen facta hujus vocab. *χοιροσπέλεθος* mentione. *Χοιροσφάγος, ὁ*, Porcorum jugulator, Qui porcos jugulat et mactat. Hesychio *θύτης*: qui ea expositione videtur innuere, *χοιροσφάγον* nominari proprie Eum qui in sacrificiis porcos mactat. [* *Χοιροσφαγεῖον*, Gl. Confectorium. * " *Χοιροσφάκτης*, Bondam Var. Lect. 217." Schæf. Mss.] *Χοιροτροφεῖον, τὸ*, Locus in quo porculi aluntur s. nutriuntur saginanturque, *χοιροκομεῖον* supra. J. Poll. 7. *Συφεὸς, ὑφεὸς, σύφος, χοιροκομεῖον· χοιροτροφεῖον δὲ ὅ, τε σύφος καὶ πλέγμα τι ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται*: 10, 36. ubi agit *περὶ οἰκιδίων ἐν οἷς τρέφεται τὰ ζῶα, Χοιροτροφεῖον δὲ, ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται*. Ubi etiam addit, vocabulo hoc uti Eupolidem et Phryn., idemque et *χοιροκομεῖον* appellari ab Aristoph. Λ. Itaque *χοιροτροφεῖον* ac *χοιροκομεῖον* dicitur modo Hara s. Stabulum in quo curantur nutriunturque porci, modo Domuncula e vimine plexa in qua itidem saginantur porci s. porculi. [Schol. Il. Λ. 678. Hesychio est etiam *περίζωμα γυναικεῖον*: " leg. * *Χοιροστρόφιον*, Zona pudendi muliebris." Perger. Vide Schn. Lex. * *Χοιροφορβεῖον*, Suid. 3, 388. * *Χοιροφόρος*, unde * " *Χοιροφορέω*, ad Lucian. 1, 466." Schæf. Mss. Phot. v. *Περιστίαρχος*. * *Χοιροφόρημα*, Hes. *χοιρίδιον*. * *Χοιροψάλης*, i. q. *χοιρόθλιψ*, Epith. Bacchi, Clem. Alex. Protr. 25. p. 33. Potter., Schol. Æsch. Pers. 1067. * *Χοιρέλαφος*, Cosmas Indopl. 11, c. 7.]

[* *Ἡμίχοιρον*, Gl. Tegus.]

Καλλίχοιρος, ἡ, Pulcros porculos pariens. Aristot. H. A. 6, 18. *Εἰσὶ δὲ τῶν ὑῶν αἱ μὲν εὐθὺς καλλίχοιροι μόνον, αἱ δ' ἐπαυξόμεναι τὰ τέκνα καὶ τὰς δέλφακας χρηστὰς γεννῶσι*. Ubi synonymως nota poni *καλλιχοίρους ὗας* et *τὰς χρηστὰ τέκνα γεννώσας*, Quæ egregiam procreant sobolem. Gaza vertit Fœcundæ prolis laudabiles.

Μετάχοιρος, SIVE *Μετάχοιρον*, Porcellus qui in

utero matris læsus post statum solemneque tempus partu editur. Aristot. de Gen. Anim. 2. fin. Ἔστι δ' ὁ γίννος ὥσπερ τὰ μετάχοιρα ἐν τοῖς χοίροις· καὶ ἐκεῖ τὸ πηρωθὲν ἐν τῇ ὑστέρᾳ, καλεῖται μετάχοιρον· γίνεται δὲ τοιοῦτος ὡς ἂν τύχῃ τῶν χοίρων. Et rursum cum dixisset eod. modo pygmæos fieri, Καὶ γὰρ οὗτοι πηροῦνται τὰ μέρη καὶ τὸ μέγεθος ἐν τῇ κυήσει, καί εἰσι ὥσπερ μετάχοιρα καὶ γίννοι. Idem Aristot. H. A. 6, 18. de suibus loquens, Ἐν δὲ τῇ κυήσει ὃ ἂν βλαφθῇ τῶν τέκνων, καὶ τῷ μεγέθει πηρωθῇ, καλεῖται μετάχοιρον· τοῦτο δὲ γίνεται ὅπου ἂν τύχῃ τῆς ὑστέρας. Vocat igitur μετάχοιρον Quod in utero post conceptum fuerit oblæsum, ita ut mutilum partu edatur: quod in equino genere et mulino γίννος nominatur, i. e. Mannus s. Mannulus: in humano νάνος, πυγμαῖος, Nanus, Pygmæus, Pumilio. J. Poll. vero ita vocari ait Porcellos serius natos s. serotino editos partu, (fortasse vero et Serotinos dicere possis, ut dicuntur Serotina poma, et Serotini pulli,) Editos partu solito tardiore. Sic enim ille 1, (251.) c. 12. Χοῖροι, σύες τέλειοι, ὕες ἀγάλακτοι καὶ γαλαθηνοί· καὶ τὰ ὀψίγονα, μετάχοιροι: 6, 9. Τὰ δὲ ὀψίγονα τῶν ὑῶν, μετάχοιρα. Itidemque l. 7. Καὶ τὰ ὀψίγονα τῶν ὑῶν καὶ μικρὰ, μετάχοιρα. Ubi recte addidit μικρά: ut hæc plena μεταχοίρων sit definitio, μετάχοιρα nominari Fœtum porcæ s. scrofæ qui in utero post conceptum oblæsus mutilatusque editur, nec non serius, ac minor quam pro more. [Schn. ad Varron. R. R. 432.]

[* Πολυχοιρία, Porcorum copia, Polyb. 12, 4, 8. : Schw. autem πολυχειρία restituit.]

Ὑποχοιρὶς, ίδος, ἡ, Oleris species quædam est ap. Theophr. H. Pl. 7, (7, 1. 7, 11, 4.) cujus Plin. quoque meminit, 21, 15. his verbis, Reliqua vulgarium in cibis apud eos herbarum nomina, Chondrilla, Hypochœris et Caucalis. Porcelliam Gaza vocare maluit ficto vocabulo novo, more suo, quam cum Plinio Græcum retinere.

[* "Χοιρώδης, Porcinus, Spurcus, Immundus, Turpiter voluptatibus deditus, Chrys. in Jo. Hom. 2, 557." Seager. Mss. "Herodian. Epim. 153. Const. Manass. Chron. p. 125. e var. lect. Saracenica Sylb. p. 34. 70. Etym. M. 311." Boiss. Mss. Method. 338. βίος, Chrys. in Gen. 159. * Χοιρωδία, Schol. Aristoph. Ἱππ. 982.]

Χοίρειος, Porcinus, ut ὕειος et σύειος, Suillus: ἐγκέφαλοι, Athen. (65.) Sic χοιρείων εἴργειν κρεῶν, Porcina s. Suilla carne prohibere, Gal. ad Gl. 1. ["Thom. M. 865. Bernard. Rel. 34." Schæf. Mss. Symm. Theod. Esaiæ 66, 17.] Notandum porro est, citra diphthongum etiam reperiri scriptum MODO Χοίριος, MODO Χοίρεος. Ac demto quidem ε, e Diosc. 5. affertur χοίριος κοιλία, Venter suillus, (ubi etiam nota esse fem.,) itidemque e Gal. ad Gl. 2. κύστις χοιρία, Vesica porcina. Demto autem ι, ap. Hom. legimus χοίρεα, s. κρέα, Porcinæ s. Suillæ carnes. Od. Ξ. (81.) Ἔσθιε νῦν, ὦ ξεῖνε, τά τε δμώεσσι πάρεστι Χοίρε', ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσι, Comede porcinas, vel potius Comede e porculis juvencis; vocat enim hic χοίρους Porculos recenti editos partu, et adhuc ἁπαλοὺς καὶ ἐνίκμους: σιάλους σύας autem, Adultos porcos s. sues, τὰ ἤδη συμπεπηγότα καὶ τέλεια, quæ δέλφακες etiam nominantur, ut in Χοῖρος supra annotavi ex Aristoph. Gramm. At nostra ætate porculi lactentes et teneri adhuc, non famulis servari solent, sed in delicatis habentur dapibus, adultorum autem vetulorumque suum carnes præ illis negliguntur. Unde Gal. quoque bonos hosce viros irridens scribit, Οἱ δὴ μνηστῆρες οὐκ οἶδ' ὅπως τοὺς σιάλους ἤσθιον: ita enim vocatos fuisse porcos qui essent ὑπὲρ τοὺς τελείους. Quibus subjungit, ἀναισθητοτάτους πάντων eos fuisse εἰς διάγνωσιν εὐπέπτων τε ἅμα καὶ ἡδέων ἐδεσμάτων.

[* Χοιρικὸς, Tzetz. Educ. Fil. 263. κόπρος." Elberling. Mss. * Χοίρινος, Gl. Porcarius, quo adj. utitur Plin. 11, 37.]

Χοιρίνη, ἡ, sc. δορὰ, Porcina pellis, Spolium suis s. porci, i. q. φορίνη. Item χοιρίνη dicitur Seta porcina, ἡ θρὶξ τοῦ χοίρου, ut Suid. accipit in Aristoph. Σφ. (349.) Οὕτω κιττῶ διὰ τῶν σανίδων μετὰ χοιρίνης περιελθεῖν: ut sit, Usque adeo cupio per tabulas

A seta porcina penetrare. Penetrare autem illum velle, ostendunt hæc sequentia, Ἔστιν ὀπὴ δῆθ' ἥντιν' ἂν ἔνδοθεν οἷός τ' ἦς διορύξαι, Εἶτ' ἐκδῦναι. Et hæc, Πάντα πέφρακται, κοὐκ ἔστιν ὀπῆς οὐδ' εἰ σέρφῳ διαδῦναι. Obiter igitur item hic nota usum VERBI Περιέρχομαι. || Χοιρίναι dicuntur item Conchæ marinæ, quibus olim in suffragiis ferendis utebantur. J. Poll. 8, c. 1. de judicialibus quibusdam vasis et instrumentis, Κημὸς, καδίσκος, ἐχῖνος, ψῆφος, χοιρίναι, κλεψύδρα. Et mox, Πάλαι γὰρ χοιρίναις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο, αἵπερ ἦσαν κόγχαι θαλάττιαι. Itidem Aristoph. Schol. ex Epaphroditi Lex. tradit χοιρίνας fuisse κόγχας τινὰς, sc. θαλασσίας, iisque judices usos fuisse ἀντὶ καὶ πρὸ τῶν ψήφων. Id quod ex ipso etiam Aristoph. patet, Σφ. (333.) Ἢ δῆτα λίθον με ποίησον, ἐφ' οὗ τὰς χοιρίνας ἀριθμοῦσι, Super quo conchas marinas numerant, quibus judices in ferenda sententia utuntur. Idem per jocum Ἱππ. (1332.) dixit, Ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν τεττιγοφόρος, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός· Οὐ χοιρίνων ὄζων, ἀλλὰ σπονδῶν: Non conchas marinas et judiciales redolens calculos. Suidas quoque

B dicit fuisse κόγχας θαλασσίους, αἷς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρῶντο Ἀθήνησι: Hes. τὰς θαλασσίας ψήφους. [Casaub. ad Athen. 3, 30. Porcellanas vertit.] || Χοιρίναι ap. Athen. (647.) in Placentarum genere, itidemque ap. Eust. 1753. ["Ad Lucian. 2, 31. Brunck. Aristoph. 2, 214." Schæf. Mss.]

Χοιρίον, SIVE Χοιρίδιον, τὸ, Porculus s. Porcellus, Porcus parvulus, ut Cato loquitur. Aristoph. Ἀ. (747.) γρυλλίξεῖτε καὶ κοΐξετε, Χήσεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν: mox, ἢ λῆς πρίασθαι χοιρία; Visne emere porculos? aliquanto post, Ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν τῶν ἰσχάδων Τοῖς χοιριδίοις, Ferat aliquis foras porculis e caricis. Solebant enim caricis pasci porculi ut caro eorum esset delicatior: unde et ficata porculorum jecora nominantur. Ubi etiam nota fictitium VERB. Κοΐζειν: κοΐζειν enim porculi dicuntur cum λέγουσι suum κοΐ κοΐ, ut ex illo l. patet. Verum et ex ambiguo ibi ludit, χοιρίον s. χοιρίδιον nomine innuens τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ut ap. Eund.

C Σφ. (1353.) senex quidam meretrici ait Ἐγώ σ', ἐπειδὰν οὑμὸς υἱὸς ἀποθάνῃ, Λυσάμενος, ἕξω παλλακὴν, ὦ χοιρίον, Liberatam te e lupanari habebo pellicem, o porcule; (nam et porcus dicitur natura qua feminæ sunt, teste Varrone.) Unde idem senex ibid. nominatur χοιροθλίψ, utpote qui libidinosius contrectet et manu premat τὸ τῆς πόρνης χοιρίον s. χοιρίδιον. ["Brunck. Aristoph. 3, 90. ad Charit. 239. Χοιρίδιον, ibid. Thom. M. 480. 588. Jacobs. Anth. 9, 255. Brunck. l. c. "Ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χ., Lucillius 84. et Jacobs." Schæf. Mss.] "Χυρρίδια, i. q. χοιρίδια, Porcelli, ap. Hes." [* Χύρριον, Eid. στρεπτὸν, ὃ δεσμεύουσι τοὺς χοίρους. * Χοιρίσκος, Lucian. Mer. Dial. 7.]

[* "Χοιρεὼν, Suile, Tzetz. Ch. 11, 431. 433." Elberling. Mss.]

Χοιρεᾶται, οἱ, q. d. Porcales, Porcarii, Porculatores, dicti fuere a Clisthene Sicyonis tyranno, tribules quidam urbis Sicyoniorum, per derisionem mutato pristino nomine. Qua de re et supra, T. 3,

D 1153. [v. Ὑᾶται.]

Χοιρὰς, άδος, ἡ, Porcula, Scrofula. Peculiari nomine χοιράδες dicuntur πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐξοχαὶ, ἢ ὄχθη πετρῶν, Suid. Aliis, Saxa sub mari nigra, aliquantulum eminentia, ut porco nanti similia videantur: [Dorsum immane mari summo, Virg. Æn. 1, 110.] Sic Eur. quoque Schol. χοιράδα nominari scribit πᾶσαν πέτραν ἐξέχουσαν καὶ περικλυζομένην θαλάσσῃ, σπήλαιον ἔχουσαν, Quamlibet rupem e mari eminentem, quæque undis marinis circumluitur, et cavum antrum habet: id quod ipse Tragicus innuit, sub fin. Androm. Ἐλθὼν παλαιᾶς χοιράδος κοῖλον μυχὸν Σηπιάδος, ἵζευ. Idem alibi Δήλιοι χοιράδες dicit, Delii scopuli. Theocr. petras symplegadas etiam χοιράδας appellat, 13, (24.) de Argo navi, Ἅτις κυανεᾶν οὐχ ἥψατο συνδρομάδων ναῦς, Ἀλλὰ διεξάϊξε, βαθὺν δ' εἰσέδραμε Φᾶσιν, Αἰετὸς ὡς μέγα λαῖτμα· ἀφ' οὗ τότε χοιράδες ἔσταν: e quo tempore factum est ut petræ illæ, quæ navi prætereunte concurrere solebant et collidi, postea steterint et immotæ man-

serint. In Epigr. legimus etiam *χοιράδας ἐς πέτρας*, addito subst. quod in præcedentibus omissum est. [Pind. Π. 10, 81. Χοιράδος πέτρας ἄλκαρ.] || Χοιρὰς dicitur etiam Struma. Χοιρὰς, inquit Gorr., Struma: est tumor durus glandularum, quæ in cervice, alis et inguinibus sunt: ortus non e calida quidem materia, neque ad suppurationem tendente, sed pituitosiore et frigidiore: qui subinde affluens strumam non modo duram, sed miræ etiam magnitudinis, aliquando excitat. Quanquam accidit interdum (licet raro) ut non ex humore pituitoso, sed ex ipsa carne struma consistat: et tunc non aliud est quam caro superflua, materiæ accessione augescens. Omnis autem struma includitur membrana, quemadmodum steatoma, atheroma, meliceris: et nascitur plerumque in priore cervicis parte, aut in altera, aut utrimque, una aut duæ aut plures. Ceterum differunt inter se magnitudine, natura, loco, ortu, multitudine, et vasorum complicatione. Magnitudine, quod aliæ parvæ, aliæ magnæ, aliæ mediocres. Natura, quod aliæ mansuetæ, aliæ malignæ sunt. Mansuetæ quidem, citra inflammationem, citra dolorem, moderatam duritiem habent, et tumorem circumscriptum, rotundum et æqualem. Malignæ vero inflammationes habent et dolores pulsantes et tumorem inæqualem, in quo vasa prominent, et contactu medicamentisque efferantur. Loco, quod aliæ anteriori, aliæ ab altera, quædam ab utraque parte colli oriantur: quodque aliæ sub cute sint, aliæ magnis vasis penitus insideant. Ortu, quod aliæ sublimes et quasi pendulæ sint, facile huc et illuc mobiles, aliæ insertæ fixæque. Multitudine, quod una aut plures generantur. Vasorum complicatione, quod aliæ venas et arterias implicatas habeant, aliæ omnino non habeant. Dicitur autem *χοιρὰς* vel *ἀπὸ τῶν χοιράδων πετρῶν*, vel a porcis, in quorum gutture frequentes ejusmodi tumores reperiuntur. Alii vero a multiplici partu porcorum nomen desumtum putant. Hæc ille. Vide et Cels. 5, 28. ["Wakef. Eum. 9. Abresch. Æsch. 2, 2. Thom. M. 805. ad Eur. Tro. 89. Jacobs. Anth. 8, 206. 272. 11, 328. Lollius Bass. 5. Rupes, Paus. 1, 288. Theogn. 590. ad Anton. Lib. 226. Verh., Ruhnk. Ep. Cr. 89. 151. Bergler. ad Alciphr. 60. Toup. Opusc. 1, 375. Lennep. ad Phal. 50. Struma, Jacobs. Anth. 9, 350." Schæf. Mss. Arnaldi Animadvv. 249. * Χοιραδόλεθρον, Diosc. 4, 138.] Χοιραδώδης, [contr. e * Χοιραδοειδὴς,] Strumosus. Plut. (8, 640.) *Ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασι τὰ χοιραδώδη καὶ ἀδενώδη φύματα θερμότητές τινες καὶ ὑγρότητες αἱματώδεις ἐνδημιουργοῦσι.* [* Χοιραδικὸς, Herodian. Epim. 153.]

Χοίριλλος autem, SIVE *Χοιρίλος*, Nomen propr. ap. Athen. (345.) et Suid. ap. quem ET *Χοιρίλη, ἡ Ἑκάβη*: forsan quod multiplici prole scrofam æquarit; fœcundissimum enim id animal est, fœcunditatis numero ad vicenos pertingente: bisque anno parit, ut Plin. docet. [* *Χοίρακος*, Nom. propr., Athen. 4. p. 173.: indicante Barkero in Ep. Cr. ad Boiss. 275.]

[* *Χοιριάζω*, unde * *Ἀποχοιριάζω*, Bekk. Anecd. 424. *Ἀπεχοιρίασεν· ἀπεσκίρτησεν· οἱ δὲ ἀπέπληξεν ἀπὸ τῶν χοιράδων*: 439. *Ἀποχοιριάσαι· ἀποσκιρτῆσαι καὶ ἀπολακτίσαι. Καὶ ἀποχοιριάζειν· ἀποσοβεῖν, ἐξελαύνειν τὸν χοῖρον· ἔνιοι δὲ διὰ τοῦ κ ἀποσκυῤῥιάζειν.* Vide notata ad Hes. vv. *Ἀπεχειρίαζεν*, *Ἀποκυριάζειν*, Schn. Lex. v. *Σκιρτάω*.] " *Χυρβιάζω*, i. q. " *σκιρτῶ*, Hes." [v. nott. ad Eund. ll. cc.]

ΧΟΛΗ, ἡ, Bilis, Fel. Est omnis humor in nobis calidus, siccus. Isque duplex: unus, naturalis, qui *χολὴ* simpliciter dicitur: alter, qui a naturæ mediocritate recedit. Naturalis ille dicitur qui sanguini mistus, utilis est alendo corpori, colore flavus aut suppallidus, sapore amarus, consistentia tenuis, et flori vini similis, viribus calidus et siccus. At quæ a naturæ modo bilis recessit, jam non simpliciter bilis dicitur, sed addito nomine vitium designante. Multiplex enim est, quod magna sit excessus caloris et aliarum qualitatum latitudo. Sunt autem hujus istæ fere omnes differentiæ, quarum Medici meminerunt, a colore aut consistentia nominatæ. Ἐρυθρὰ, Rubra: quæ vel sanguinis serum est acre et mordax, vel ad tenuem sanguinem consistentia proxime accedit: sed quoniam non concrescit ut sanguis, extra vasa effusa, idcirco bilis vocatur. *Ἰσατώδης*, Glastea, s. Glastum colore cæsio referens, qui quidem magis est colore brassicæ fuscus. Acerrima autem ea est, calidissima et mordacissima, jam atræ bili consistentia, colore et viribus proxima: extremamque inter omnia bilis genera malignitatem obtinet. *Ἰώδης*, Æruginosa s. Æruginis colore, quæ viridis est: valde acris, calida et mordax est, et proxima isatodει, sed nondum tam maligna. *Κυανῆ*, s. *κυανίζουσα*, Cœrulea: quæ cum isatode videtur esse eadem; est enim isatidis color hujusmodi. *Λεκιθώδης*, Vitellina, h. e. Ovorum crudorum vitello colore et consistentia similis: crassa autem ea est et summe flava, media fere inter naturalem bilem et eam quæ ad summam malignitatem pervenit. *Μέλαινα*, Nigra s. Atra: quæ bilis genus jam excessit, et in alia humoris specie continetur. [Aret. 17, 52. 29, 20.] Ac *χολὴ μέλαινα* dicitur quidem communi signif. Omnis humor crassus et niger, s. sanguinis limus fuerit, sive sanguis ustus, sive bili supra modum torrida, sive alio quovis modo genitus: verum proprie sic appellatur Humor præter naturam ex ustione redditus mordax, acidus, acerbus, splendidus, exedens, malignus: qui effusus in terram, ebullit, eamque fermenti et aceti modo attollit, et ulcera insanabilia excitat: tamque insuavis est ut eam nec musca, nec mus, nec aliud quodvis animal degustare velit. Hæc autem *ἀκριβὴς μέλαινα χολὴ* manifesto distincta est *ἀπὸ τοῦ μελαγχολικοῦ* s. *μέλανος χυμοῦ*: hic enim inter elementa corporis censetur cum sanguine confusus ad generationem nutritionemque animalis, nihil habens acidi, nihil acris, nihil erodentis, sed veluti sanguinis limus, fæci vinorum crassorum proportione respondet. Eum lien ad se attrahit, jecur et sanguinem expurgans, eoque ad sui nutritionem alterato utitur, ejusque reliquias ad ventriculum expellit, una cum aliis excrementis vacuandas. Veruntamen si diutius in corpore retineatur, (per alvum enim aut vomitum excerni solet,) nec vacuetur per meatum aliquem visibilem aut occultum, jecur gravat et debilitat, transmutaturque et putrescit, et a febre inflammante uritur: fitque bilis illa atra exquisita, de qua modo diximus. *Ξανθὴ*, Flava: proxime ad naturalem bilem accedens, quam mediam esse oportet inter pallidam et flavam. [Aret. 17, 46.] *Ὀρφνώδης*, Obscura: quod bilis epitheton habetur ap. Gal. Comm. 4. in l. 6. Epid. videturque significare *τὴν κυανῆν καὶ τὴν ἰσατώδη*. *Πρασοειδὴς* s. *πρασώδης*, Porracea: viridis ea est ut *ἡ ἰώδης*: sed illa a vehementiore calore acrior, mordacior, crassior: *πρασώδης* vero, multo minus acris, mordax crassaque est. *Πυῤῥὰ*, Rufa: quæ cum fiat a calore minus intenso quam flava, rufus autem color inter pallidum et flavum medius sit, fit ut propter colorum vicinitatem sæpe nomina ipsa confundantur, ut scribit Gal. de Cris. 1, 12. *Ὑγρὰ*, Liquida, h. e. Multo sero aut Alio humore perfusa. *Ὑδατώδης*, Aquosa: eadem cum *τῇ ὑγρᾷ*. *Ὑπέρυθρος*, Subrubra: quæ cum sanguinis sero aut tenuiore sanguine mistam habet substantiam alterius a sanguine coloris. *Φαιὰ*, Fusca: eadem quæ et *ὀρφνώδης* et *κυανέη* dicitur. *Χλωρὰ*, Viridis vel Pallida; utrumque enim significat *τὸ χλωρὸν*, ut supra e Gal. docuimus. Sed quæ proprie viridis est, bile pallida et crocea tingitur. *Ὠχρὰ*, Pallida: omnium moderatissima et minimum calida, amara mordaxque: humidior minusque flava, ut quæ permistum habeat pituitosum humorem tenuem, vel aquosum aliquod excrementum. Hæc nomine bilis, cum absolute et sine alia adjectione dicitur, frequentius quam flava intelligitur, quoniam minorem caloris excessum, qui omnis contra naturam est, significat. Gorr. Porro notandum est, hoc vocab. non semper promiscue significare Bilem vel Fel, sed alicubi quidem denotare Bilem, alicubi Fel. Bilem, ut ap. Plut. (9, 653.) *Ὥσπερ οἱ Σοφοκλέους ἰατροὶ Πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ*, Amaram bilem eluunt pharmaco amaro. Fel, ut ap. Eund. (8, 186.) *Ὑαίνης χολὴ καὶ φώκης πυτία*,

θηρίων τἄλλα μιαρῶν, ἔχουσί τι πρὸς τὰς νόσους χρήσιμον. Et alibi, Χολαῖς καὶ πυτίαις ἰατρευόμενοι, Animantium fellibus et coagulis. Interdum tamen utrumque simul hoc vocabulo significatur, veluti cum ap. eund. Plut. et Athen. nec non ap. Medicos aliquis dicitur χολὴν ἐμεῖν, Bilem vomere s. Fel. Et rursum cum Comicus quidam ap. Athen. init. 6. dicit, Ταῦτ' οὐχὶ πικρότερ' ἐστὶν αὐτῆς τῆς χολῆς; An non hæc ipsa bile et ipso felle amariora sunt? insignis enim fellis bilisque est amaror, ut e supra dictis patet. Dicitur χολὴ etiam ἐπὶ τῆς ὀργῆς, [Aret. 29, 35.] ut Lat. quoque vocab. Bilis. Ita enim Plautus, Fames et mora bilem in nasum conciunt. Pers. Acri bile tumet. Idem, Commota fervere bile. Et rursum, calido sub pectore mascula bilis Intumuit. Horat. Tumet bile jecur. Rursum Plaut. Atra bili percita est. Athen. 3. Οὐκ ᾤου με χολὴν ἔχειν. Apud Eund. 11. e Comico quodam, Κινεῖται γὰρ εὐθύς μοι χολὴ Ἐξ οὗπερ ἔπιον ἐκ τοιαύτης (μικρᾶς κύλικος) φάρμακον, Statim enim mihi bilis in nasum concitur. Itidem ap. Aristoph. B. init. Bacchus famulo suo cavendum monet ne dicat se πιέζεσθαι, subjungens, πάνυ γὰρ ἔστ' ἤδη χολή, Admodum enim acri bile mihi jecur jam tumet. Et Comicus quidam ap. Athen. 10. Πικράν γε καὶ μεστὴν γυναικείας χολῆς. Ἡ τῶν γὰρ ἀνδρῶν ἐστὶ πρὸς κείνην μέλι: sunt enim mulieres ὀργιλώτεραι et ὀξυθυμότεραι quam viri. Sed et Lucian. (3, 154.) Ἐνδακόντα τὸ χεῖλος ὑποτρέφειν τὴν χολήν: (1, 112.) Ἐπιδεῖξαιό τινα χολὴν ἀνδρώδους καὶ νεανικοῦ Διός. Alicubi tamen non tam Iram quam Fastidium et nauseam signif. Plut. Symp. 7, 7. Ταῦθ' οἱ μὲν αὐστηροὶ καὶ χαρίεντες ἠγάπησαν ὑπερφυῶς, οἱ δὲ ἄνανδροι καὶ διατεθρυμμένοι τὰ ὦτα δι' ἀμουσίαν καὶ ἀπειροκαλίαν, οὕς φησιν Ἀριστόξενος χολὴν ἐμεῖν, ὅταν ἐναρμονίου ἀκούσωσιν, ἐξέβαλλον: significans, eos præ harmoniæ fastidio tantum non bilem et fel evomere. || Χολὴ dicitur etiam τὸ χοληδόχον ἀγγεῖον, ὁμωνύμως τῷ αὐτοῦ ὑγρῷ, teste J. Poll. 2. i. e. Vesica et Vasculum quo fel s. bilis continetur. || Rursum χολὴ pro Ipso humore positum, dicitur de sepiæ atramento; id enim cum effundit, atram evomere bilem s. atrum fele vomere videtur. Nicand. 'A. (472.) Ἣ ἅτε σηπιάδος φυξήλιδος, ἥτε μελαίνει Οἶδμα χολῇ, δολόεντα μάθουσ' ἀγρώστορος ὁρμήν, Schol. τῷ μέλανι: [Θ. 561. et Schol. "Thom. M. 916. Dawes. M. Cr. 462. Wakef. Trach. 1035. S. Cr. 4, 9. Jacobs. Anth. 8, 239. Brunck. Aristoph. 1, 149. (B. 4.) T. H. ad Plutum p. 297. Aristoph. Eip. 66. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 43. ad Mœr. 406. Koppiers. Obs. 23. Valck. Phœn. p. 426. Subaud., Bernard. ad Theoph. 1. p. 99. Χόλος, Χολή, Reiz. de Acc. 116." Schæf. Mss. * Αὐτοχολή, Ipsa bilis, vide Αὐτοπικρία.]

Χοληδόχος, Fel s. Bilem recipiens: κύστις, Gal. Vesica quæ bilem ex jecinore manantem recipit, Folliculus fellis, ex inferiore jecinoris parte cava dependens. ["Cf. Musgr. El. 828." Schæf. Mss. "Theod. 1, 109." Wakef. Mss. "De nomine χοληδόχος, Gal. de U. P. 4, 13. p. 381. de Adm. Anat. 6, 2. T. 4. p. 102., 9. p. 143. de Sem. 1, 16. p. 208. Nemes. de Nat. Hom. 23. p. 239. Actuar. ap. Bernard. ad Demetr. Pepag. p. 60. Nonn. Epit. c. 189. p. 108. expressum habemus Galeni testimonium, etiam * χολοδόχος in usu fuisse: Καλοῦσι δ' αὐτοὺς (τοὺς χολώδεις πόρους) οὐχ οὕτω μόνον, ἀλλὰ καὶ χοληδόχους, ἤτοι διὰ τοῦ ο γράμματος ἢ διὰ τοῦ η τὴν δευτέραν συλλαβὴν προφερόμενοι, de Adm. Anat. 6, 12. T. 4. p. 143." Lobeck. Phryn. 635.]

Χολημεσία, ἡ, Fellis s. Bilis vomitio; Fastidium, Nausea: antecedente posito pro consequente. Plut. Symp. 6, 7. de vino percolato, Ὥσπερ χολημεσίαν καὶ τὸ βαρὺ καὶ μεθυστικὸν ἀφεὶς καὶ νοσῶδες, ἐλαφρὸς καὶ ἄνευ ὀργῆς ἀναμίγνυται ἡμῖν. Legitur et ap. J. Poll. 2, [214. * "Χολεμεσία, Theod. Prodr. Epist. 50. in Notit. Mss. 6, 547." Boiss. Mss. Lobeck. Phryn. 706. * Χολημετέω, Herodotus Oribasii p. 80. Matth. * Χολεμετέω, Philum. ap. Aët.]

Χοληγὸς, Bilem educens, s. evacuans et purgans, expellens. Hippocr. Γυναικ. 1. Ταύτην φάρμακον πίσαι χοληγόν. ITEM Χοληγαγὸς eadem signif. ap. Eund. de LL. in Hom. Χοληγαγὰ δὲ φάρμακα μὴ πί-

A πισκε, ὡς μὴ ταράσσῃ μᾶλλον τὸ σῶμα τοῦτον, Bilem ducentia medicamenta ne propines. NEC NON Χοληγαγικὸς pro eod. paulo ante, (10.) Καὶ ἢν μὴ παύηται, φάρμακον πίσαι χοληγαγικόν. Sed Ionica hæc videntur esse, si mendo carent; communi enim linguæ magis convenire χολαγωγός.

Χολόβαφος, [s. * χολοβαφής,] Felle s. Bile tinctus. ET Χολοβαφίνη, Felle s. Bile imbuta; ideoque Flavo s. Aureo colore imbuta: talis enim fellis et bilis naturalis color est. J. Poll. 2. scribit Atticis χολόβαφον et χολοβαφίνην, ἐπὶ τῶν πλασμάτων dici τὴν χρυσοειδῆ, Quæ auri speciem gerit. Arquatos etiam s. ictero et aurugine laborantes, χολοβάφους nominari ajunt; videtur enim eorum facies perfusa esse flava bile et felle: unde ἰκτερόεις χλόος, Pallor qualis est in facie ictericorum. Nicand. 'A. (475.) τῶν ἐπὶ χλόος ἔδραμε γυίοις Ἰκτερόεις. [Hesych. Χολόβαφα· τὰ χρυσῷ ἐμφερῶς βεβαμμένα: Aret. 16, 46. 20, 14. 30, 44. * Χολήβαφος, 41, 50. ubi vulgo χλοήβαφος χροιῇ. Χολοβάφινος, Aristot. Elench. Soph. 1, 1. J. Poll. 7, 163. B "Const. Manass. Chron. p. 97." Boiss. Aret. 127, 51. sic enim leg. videtur pro vulgato * χολοβάψια. * Χολάφινος, perperam pro χολοβάφινος, Bekk. Anecd. 72. * Χολοβαφηνὸς, s. * χολοβαφεινὸς, Schol. Nicandri Θ. 438. * Χολοειδὴς, Nicander Θ. 435. Aret. 45, 35. αἷμα. * Χολοζυγὴς, Brunck. Aristoph. 1, 31.] Χολοποιὸς, Bilem conciens s. commovens, Bilem movens s. excitans. Hippocr. de Hum. circa fin. Τὸ θέρος χολοποιόν, ἦρ ἔναιμον. Gal. εἰς τὸ περὶ Διαίτης Ὀξέων Νοσημάτων, Comm. 2. Συμφέρει γὰρ αὐτοῦ ὑδαρέστερον ἐπὶ τῶν τοιούτων φύσεων δίδοσθαι τὸ μελίκρατον, ὅπως μήτε διψῶδες εἴη μήτε χολοποιὸν, Ut ne sitim faciat, vel bilem moveat. Χολοποιὸν dicitur etiam τὸ ἀβρότονον, Diosc. ["Notha 453." Boiss. Mss.]

Χολοίβαφος, i. q. χολόβαφος, Poëtice metri causa inserto ι. Nicander Θ. (444.) νέρθε δὲ πώγων Ἔπλεθ' ὑπ' ἀνθερεῶνα χολοίβαφος, i. e. χολῆς χρώματι βεβαμμένος, χολώδης, χλωρὸς, χρυσίζων. Χολοιβόρος, Bilis in modum exedens et erodens. Nicand. Θ. (593.) Φύρσας δὲ πληγῇσι χολοιβόρον ἰὸν ἐρύξεις, Abiges e C parte icta venenum erodens in modum bilis s. fellis, τὸν ὁμοίως τῇ χολῇ καταρτρώγοντα: bilis enim s. fel venenatorum serpentum in partem corporis injectum, eam erodit et putrefacit, prætereaque inflammat. [Lobeck. Phryn. 648.]

Χολαγωγὸς, ὁ, ἡ, i. q. χοληγὸς supra, i. e. Bilem ducens s. educens et evacuans. Gal. in Hippocr. Aphor. Comm. 4. init. Πλεονάζει γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ἡ ξανθὴ χολή, καὶ διὰ τοῦτο ἐξάγειν αὐτὴν ἐπιχειρήσομεν ἐκείνοις τοῖς φαρμάκοις, ὅσα δι' αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν ὀνομάζουσι χολαγωγά. [Alex. Trall. 1. p. 33. * "Χόλαργος, Nom. propr., Brunck. Aristoph. 3, 95. * Χολαργεὺς, Bergler. ad Alciphr. 34." Schæf. Mss.]

Ἀκρόχολος, ὁ, ἡ, In quo ἡ χολὴ ἄκρα est, Extreme biliosus, Cui subito bilis in nasum concitur, Cui subito bilis movetur s. commovetur, i. e. Qui subito ad iram concitatur, repente irascitur. Sic enim intellexisse puto Aristot. Eth. 4, 5. ubi postquam dixit, Ὑπερβολὴ δ' εἰσὶν οἱ ἀκρόχολοι ὀξεῖς καὶ πρὸς πᾶν ὀργίλοι καὶ ἐπὶ παντὶ, subjungit, ὅθεν καὶ τοὔνομα. For- D tasse igitur sic acceperit ἄκρος hoc in nomine ut supra in ἀκροσφαλὴς accepi: ac tale quid videntur sensisse et ii qui ἀκρόχολον exposuerunt τὸν προχείρως ὀργιζόμενον. Sunt qui ὀργίλος exponant. Sed male; nam eo loco ab Aristot. ὀργίλοι et ἀκρόχολοι distinguuntur, ut a Plut. item ὀργιλότης et ἀκροχολία. || A Suida ἀκρόχολος exp. ὁ πρὸς ὀλίγον ὀργιζόμενος, Qui ad breve tempus irascitur. Sed si aliud non addas, iidem fuerint ἀκρόχολοι qui et ὀργίλοι. ["Brunck. Aristoph. 3, 16. Wessel. Diss. Herod. 185." Schæf. Mss. Plato de Rep. 3. p. 411. Schol. Aristoph. A. 689. Lobeck. Phryn. 664.] Unde nomen SUBST. Ἀκροχολία, ἡ, Promtitudo quædam ad iram, et proclivitas. Plut. (7, 782.) Ἡ μὲν οὖν συνέχεια τῆς ὀργῆς καὶ τὸ προσκρούειν πολλάκις, ἕξιν ἐμποιεῖ πονηρὰν τῇ ψυχῇ, ἣν ὀργιλότητα καλοῦσιν, εἰς ἀκροχολίαν καὶ πικρίαν καὶ δυσκολίαν τελευτῶσαν: [6, 195. 9, 231.] Ἀκροχολέω, Subito irascor, Repente ad iram excitor. Plato de LL. 5. (p. 731.) Καὶ ἀνείργοντα τὸν θυμὸν πραΰνειν, καὶ μὴ ἀκροχολοῦντα, γυναικείως πικραινόμενον διατελεῖν. [Æsop. Fab. 62. p. 313.] Le-

gitur ET Ἀκράχολος pro ἀκρόχολος, ap. Aristoph. Ἱππ. (41.) Ἄγροικος ὀργὴν, κυαμοτρὼξ, ἀκράχολος: nam hic ἀκρόχολος versus non admitteret. Exp. autem hoc loco Schol. ἀκράχολος, ὁ εἰς ὀργὴν πρόχειρος. Eust. (1243, 21.) hanc mutationem literæ ο in α Atticam esse ait. [Theocr. 24, 60. "Brunck. ad Aristoph. l. c. Fr. 289. Lobeck. Aj. p. 284. Ruhnk. ad Timæi Lex. p. 8. Porson. ad Hec. 1255." Schæf. Mss. Lobeck. l. 7. Anecd. Bekkeri 1. p. 77. Vide Ἀκρολόγος. * Ἀκραχόλως, Eust. 1415.] || Habetur ET ἀκραχολία ap. Hes. pro ἀκροχολία, et exp. ἡ πρόχειρος ὀργὴ, "Ira repentina et levi de causa, s. Pronitas in iram: sonat tamen potius ἡ ἄκρα ὀργὴ aut ὀργιλότης." [* Ἀκρήχολος, var. lect. ap. Aristoph. l. c. * Ἀκρηχολία, Hippocr. de Morb. Vulg. 7. p. 1212=559.]

Ἄχολος, Bile carens s. Felle, In quo nihil bilis s. fellis est. Oppositum ap. Hippocr. τῷ χολώδει, Prorrhet. 1. Cum vero pharmacum aliquod nominatur ἄχολον, signif. non tam Bilem non movens, quam Bilem tollens et abigens, s. pellens, Bile et animi molestia liberans: Od. Δ. (221.) de Helena, Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον, Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, i. e. τὸ τὴν χολὴν παῦον. ["Wakef. S. Cr. 5, 129. Epigr. adesp. 336." Schæf. Mss. * Ἀχολέω, unde] Ἀχολία, ἡ, Bile carere, Biliosum non esse, Stomachus bile liber, Mens non biliosa, Nulla bilis, ἀοργησία. Plut. (8, 401.) de filia, Αὐτὴ δὲ καὶ φύσει θαυμαστὴν ἔσχεν ἀχολίαν καὶ πραότητα· καὶ τὸ ἀντιφιλοῦν καὶ χαριζόμενον αὐτῆς, ἡδονὴν ἅμα καὶ κατανόησιν τοῦ φιλανθρώπου παρεῖχε. Ubi perperam in superioribus Edd. legebatur ἀσχολίαν. Ἀψίχολος, Qui cito irascitur, sed facile iram deponit, ut ἀψίκορος, Quem cito satietas capit et fastidium rei alicujus, i. e. Pronus in iram, Iracundus. In VV. LL. exp. non solum Nimis iracundus, sed etiam Plaga retis, Fornix: nullo nec exemplo allato, nec Auctore nominato.

[* "Βαθύχολος, Const. Manass. Chron. p. 116." Boiss. Mss.] "Δίχολος ἔκφυσις, e Diosc. 3, 158. affertur pro Bifidus exortus, Biforcipes s. Divaricati cauliculi. Sed mendosa ea scriptura est, et reponendum δίχηλος, ut quædam Edd. habent." [Ælian. H. A. 11, 29. Hesych. Δίχολοι· διάφοροι. Δίχολοι γνῶμαι· παρὰ τὸ δίχα· ἢ δίτροποι, κατὰ μετάληψιν· Χόλος γὰρ, ἡ ὀργὴ, καὶ τρόπος: cf. Zenob. Cent. 3, 25. Mich. Apost. 7, 81. Diogenian. 4, 31. * "Ἔγκολος, ad Lucian. 1, 191." Schæf. Mss.] "Ἐπίχολος, "Iracundus," ["Cattier. Gazoph. 77." Schæf. Mss. Hippocr. 1149. Philostr. 828. Τὸ ἐπίχ. ἀνειμένος, Plut. Ὀργαῖς ἐπίχολοι. Ἐπιχολωτάτη, Quæ bilem maxime auget, Herod. 4, 58. ποίη, v. nott. et cf. Ælian. H. A. 16, 26.] "Ζάχολος, Iracundus; ζάκοτος, etiam Valde iratus," [Anthol. 1. p. 82. * Ζαμενήχολος, Opp. K. 3, 448. * Κατάχολος, Hippocr. 1208.] Κρυψίχολος, Qui bilem s. iram celat s. dissimulat, iram premit, ut ap. Hom. Achilles χόλον φυλάσσει, et χόλον θυμαλγέα πέσσει, veruntamen non κρύφα. [Eust. Il. A. p. 40, 40=54, 8. * Μελάγχολος, Soph. Tr. 573. ἰός. * Μελαγχολώδης, Alex. Trall. 1. p. 5=13. Aret. 47, 18.]

Μελαγχολία, ἡ, Furor s. Desipiscentia ex atræ bilis redundantia. Lat. etiam Melancholia, et Gall. Mélancholie, sed paulo latius Græcæ vocis signif. extendendo. Μελαγχολία, inquit Gorr., est Desipientia sine febre, timorem et mœstitiam sine causa inducens. Species est τῆς παραφροσύνης: habet enim depravatam facultatis imaginatricis et ratiocinatricis motionem, multa vana animo volvens quæ metuat, magnumque inde mœrorem concipiens. Sunt enim timor et mœstitia duo perpetua communiaque omnium melancholia laborantium symptomata, ut habetur ap. Hippocr. Aphor. 23. l. 6. In causa est humor melancholicus, qui, veluti externæ tenebræ omnibus pavorem inducunt, nisi vel audaces admodum vel Philosophiæ præceptis instructi confirmatique fuerint, ita colore suo atro et tenebris simili timorem parit et mœstitiam, multaque ejusmodi falsa animo repræsentat, quæ tamen vera ob facultatis ratiocinatricis depravationem reputantur. A quibus

A si quis volet melancholicos distinguere, infinitas prope reperiet eorum differentias. Tot enim erunt quot etiam cogitationum et spectrorum animo obversantium. Itaque non ex his, sed potius e sedibus in quibus humor ille melancholicus et gignitur et redundat, Medici melancholiæ species distinxerunt, quod sic ad curationem maxime pertineret. Quod quia tribus ll. contingit, ideo tres in universum melancholiæ differentiæ existunt. Siquidem ille gignitur et abundat vel in cerebro solo, vel in solis hypochondriis, vel in universo corpore. Qui in cerebro per se gignitur, et non aliunde in ipsum influit, melancholiæ eam speciem creat, quæ primario et per se facta dicitur, alterato sc. cerebri temperamento, et inde nato melancholico humore corpus ejus replente. Quæ ex hypochondriis humore eo scatentibus oritur, hypochondriaca et flatuosa appellatur, quod ex iis, sed maxime sinistro, humor atque vapor cerebrum petant, quodque flatus plurimi in ventriculo, intestinis, abdomine, totoque etiam corpore, B moveantur. Ea omnium mitissima esse solet, secundum eam quæ totius corporis vitio provenit. Pessima vero et fere incurabilis, quæ e privato cerebri affectu oritur. Cum autem duæ sint potissimum humoris melancholici differentiæ, unus, frigidus et siccus, vinorum fæci respondens, alter, calidior, acrior et ustione redditus ferocior, qui μέλαινα χολὴ proprie appellatur, ille morbum istum, de quo agimus, parit, ideoque febrem non habet: qui vero ab illo fit, non simpliciter melancholia, sed μελαγχολικὴ ἔκστασις, h. e. σφοδρὰ καὶ θηριώδης, nuncupatur, febremque habet adjunctam tanquam phrenitidis et inflammationis cujusdam particeps. Cic. μελαγχολίαν Furorem interpr., distinguens ab insania, quæ μανία est, cum scribit Tusc. 3, (5.) Græci autem μανίαν unde appellent, non facile dixerim: eam tamen ipsam distinguimus nos melius quam illi; hanc enim insaniam, quæ juncta stultitiæ, patet latius, a furore disjungimus: Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos Furorem, με- C λαγχολίαν illi vocant: quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore vel timore vel dolore, moveatur. Hæc de nomine: exemplum nunc unicum duntaxat subjiciam, quod passim, ap. Medicos præsertim, occurrat hujus vocabuli mentio, ap. Latinos etiam. Lucian. (1, 555.) Τουτὶ τὸ κακὸν οὐ πόῤῥω μελαγχολίας ἐστίν.

Μελαγχολικὸς, Melancholicus: πάθος, Affectus melancholicus, i. e. Affectus qui a melancholia s. melancholico et crasso humore oritur, ut sunt καρκίνοι, ἐλέφαντες, λέπραι, ψῶραι, μέλανες ἀλφοὶ, teste Gal. Com. 7. in Aphor. Hippocr. Ubi ex eod. Hippocr. affert, Ἢν φόβος ἢ δυσθυμίη πολὺν χρόνον ἔχουσα διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον: timor enim et mœror inveterati, melancholici morbi causa sunt. Apud Eund. alibi sæpe μελαγχολικὸν αἷμα et μελαγχολικὸς καὶ παχὺς χυμός. Ac inter alia in Aphor. Comm. 7. ait, Τὴν οἷον τρύγα τοῦ αἵματος ἀκριβολογούμενοι μὲν, οὐδέπω μέλαιναν χολὴν ὀνομάζομεν, ἀλλὰ μελαγχολικὸν χυμόν· καταχρώμενοι δὲ τοῖς ὀνό- D μασι, καὶ μέλαιναν ἔστιν ὅτε καλοῦμεν, ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἔσεσθαι μέλλει μέλαινα, φθασάντων κενῶσαι. Itidemque Comm. 4 in eosd. Aphor. Ὁ παχὺς ἐν αὐταῖς χυμὸς, καὶ μᾶλλον ἔτι ἡ οἷον τρὺξ τοῦ αἵματος, ὃν ὀνομάζειν εἰθίσμεθα μελαγχολικὸν χυμόν. Et Gorr. Μελαγχολικὸς, inquit, χυμὸς, Ater et melancholicus succus: humor omnis frigidus et siccus. Est autem is naturalis et benignus, crassus, fæculentus et niger, sanguinique mistus ad corporis nutritionem: siquidem habetur inter quatuor humores, e quibus tanquam elementis constamus et nutrimur. Idem vinorum crassorum fæci similis est, et a liene attrahitur, secerniturque a sanguine. Quod namque in sanguine crassum nigrumque, velut fæx in dolio, subsidet, sic appellatur. Est autem mitis et placidus succus, nec habet aliquid acidi, acris aut erodentis, neque in terram effusus ebullit, neque eam fermenti et aceti modo attollit, neque teter est odore, neque erodit, neque ustus est, neque in perniciem semper excernitur, quemadmodum ἡ μέλαινα χολὴ,

i. e. Atra bilis, exquisita, quæ omnia hæc maleficia A præstat. In hoc enim ὁ μελαγχολικὸς χυμὸς differt ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς, quod hæc præter naturam sit, et usta ab immodico calore, et valde maligna: ille vero, limus sit sanguinis, ad corporis nutritionem comparatus. Substantia ejus, quemadmodum et aliorum trium humorum, in alimentis quidem continetur, producitur vero a temperatura sive totius corporis sive hepatis, frigida, sicca, qualis est æstate declinante et autumno, et ex alimentis similiter frigidis et siccis, aliisque omnibus sumendis, admovendis, faciendis, educendis, frigidum, siccum, crassumque succum gignentibus. Nam et ipse temperamento suo hujusmodi est. Veruntamen si diutius in corpore retinetur, adeo ut incalescat et putrescat, facile in atram bilem exquisitam (quam μέλαιναν χολὴν vocari diximus) degenerat, et simile quiddam fæci vini usti patitur: quæ cum ante ustionem frigida et sicca sit, post ustionem tam calida redditur ut carnem urat, liquet et corrumpat. Hæc ille. Sunt porro et μελαγχολικαὶ φύσεις et μελαγχολικοὶ homi- B nes, (ut Gallice quoque dicitur Un homme mélancholique,) In quibus dominatur ὁ μελαγχολικὸς χυμὸς, et qui facile in melancholiam incidunt vel ei obnoxii sunt, Latinis itidem Melancholici. Gal. εἰς τὸ περὶ Διαίτης ὀξέων Παθῶν Comm. 3. de aceto. Ἐναντιώτατον ὑπάρχον ταῖς μελαγχολικαῖς φύσεσι, Plut. de Def. Orac. Ἡ τῶν μελαγχολικῶν τοῦ σώματος κρᾶσις πολυόνειρος καὶ πολυφάνταστος: sunt enim melancholici insomniosi, multæque eis visorum imagines obversantur: de Discern. Amico et Adul. Ἂν ἐκεῖνος ᾖ δύσκολος, αὐτὸν εἶναι μελαγχολικόν φησι: rursum, de S. N. V. (8, 223.) Ἐπιληπτικῶν παισὶ καὶ μελαγχολικῶν καὶ ποδαγρικῶν, γυμνάσια καὶ διαίτας καὶ φάρμακα προσάγοντες, οὐ νοσοῦσιν, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ μὴ νοσῆσαι. Rursum ut sunt μελαγχολικὰ πάθη, ita μελαγχολικαὶ ἐκστάσεις, quæ a melancholico humore proficiscuntur, vel melancholiam comitantur. Plut. adv. Colot. Ὥστε παρορᾶν καὶ παρακούειν ἐν πάθεσιν ἐκστατικοῖς καὶ μελαγχολικοῖς ὄντα. Galen. Comm. 1 in Prorrhet. exponens hæc verba Hippocr. Τοῖσι C ἐξισταμένοισι μελαγχολικῶς, οἷσι τρόμοι ἐπιγίνονται, κακόηθες, Μελαγχολικὴν, inquit, ἔκστασιν ἀκουστέον τὴν σφοδρὰν καὶ θηριώδη· γίνεται δ' αὕτη διαβρεχούσης τὸν ἐγκέφαλον ξανθῆς χολῆς ὀπτηθείσης. Ubi etiam nota hoc ADV. Μελαγχολικῶς, Melancholice, s. Melancholicorum more; estque ibi μελαγχολικῶς ἐξίστασθαι, cum alicui atra bile s. melancholico humore mens movetur: q. d. μελαγχολικὴν ἔκστασιν pati. [" Μελαγχολικὸς, Wakef. S. Cr. 2, 18." Schæf. Mss. Μελαγχολικῶς, Hippocr. 68. 130.]

Est porro et VERB. Μελαγχολάω, i. q. Melancholia laboro s. μελαγχολικῶς ἐξίσταμαι, Præ atra bili mente motus sum, Furo; (Furor enim interdum e nimia melancholici humoris s. atræ bilis redundantia exoritur;) Vel etiam, Ex atra bile furo, E nigræ bilis redundantia insanio. Aristoph. Πλ. (366.) Μελαγχολᾷς, ἄνθρωπε. Lucian. Lexiph. (16.) Ἠλέουν σε τῆς κακοδαιμονίας, ὁρῶν εἰς λαβύρινθον ἄφυκτον ἐμπεπτωκότα, καὶ νοσοῦντα νόσον τὴν μεγίστην, μᾶλλον δὲ μελαγχολῶντα. Idem in Tim. (8.) Ἀπολιπὼν ὑπ' D αἰσχύνης τὸ ἄστυ, μισθοῦ γεωργεῖ, μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς, Melancholico furore correptus ob hæc mala. Nam videns eos, qui ipsius beneficio divites facti erant, tam ingratos esse, ut ne aspectu quidem dignarentur, sumto ligone et diphthera terram colere instituit, insania quadam e mœrore illo correptus. Itidem ap. Athen. (289.) de Philippo, Πρὸς ὃν (sc. Menecratem) μελαγχολῶντα ἐπέστειλεν, Φίλιππος Μενεκράτει ὑγιαίνειν, Ad quem insanientem s. furentem. Vocabat enim sese Jovem, et jactabat sese, veluti Jovem, ægrotantibus pristinam restituere valetudinem; quamobrem ei cæca arrogantia furenti rescribens Philippus, sanam mentem optabat. Id enim ibi significat ὑγιαίνειν. [" Koppiers. Obs. 23. ad Lucian. 1, 354. Wakef. S. Cr. 2, 19." Schæf. Mss. Aret. 29, 49. 52. 30, 14.]

Ὀξύχολος, Cui bilis subito in nasum concitur, Qui subito et acriter irascitur, Pronus et celer ad iram, Iracundus, ut ὀξύθυμος. [Clem. Alex. 841. Schol. Aristoph. Σφ. 225. " Epigr. adesp. 404. Brunck. Antig. 955. * Ὀξυχόλως, ibid." Schæf. Mss. * Ὀξυχολέω, Tzetz. ad Hesiod. Ἔργ. 135. p. 45. Heer.] Ὀξυχολία, ἡ, dicitur Ejusmodi animi affectio, qua sc. alicui præcordia subita et vehementi inflammantur bile, Ira repentina et acris, Iracundia. [* Περίχολος, Photio ὑπέρχολος, Hippocr. 71. 217.]

Πικρόχολος, In quo redundat amara bilis, In quo flava redundat bilis, quæ amarior esse solet, ut testatur Gal. Is enim εἰς τὸ περὶ Διαίτης ὀξέων Νοσημάτων Comm. 3. scribit solere Medicos χολὴν simpliciter nominare τὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν, Pallidam et flavam: atram autem non itidem simpliciter appellare χολὴν, sed hanc quidem vocare ὀξεῖαν, πικρὰν vero τὴν ξανθήν: eamque ob rem Hippocr. πικροχόλους nuncupare τοὺς πλεονάζουσαν ἔχοντας τὴν τοιαύτην ὀργήν. Itidem aliquanto post, exponens hæc illius verba, Αἱ ἀπὸ ὄξεος ὀξύτητες πικροχόλοισι μᾶλλον ἢ μελαγχολικοῖς συμφέρουσι, subjungit, Πικροχόλους φύσεις ὀνομάζει τὰς τὸν πικρὸν γεννώσας χυμὸν, ὅσπερ ἐστὶν ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς. Quocum Hippocr. loco convenit hic Ejusd. in l. de Fract. Καὶ ἣν μὲν πικρόχολος φύσει ᾖ, ὀξύγλυκυ εὐῶδες ὀλίγον ἐπὶ ὕδωρ ἐπιστάζοντα, τουτέῳ διαιτᾶν. Rursum Gal. loco paulo ante citato, Comm. 3. in lib. de Victu in Morb. acut. Οὐκ ἐπιτήδειόν γε μὴν τὸν γλυκὺν οἶνον οὐδὲ τοῖς πικροχόλοις εἶναί φησι, τουτέστι τοῖς τὴν πικρὰν χολὴν ἀθροίζουσι. Apud eund. Hippocr. quidam sunt πικρόχολοι τὰ ἄνω, quidam τὰ κάτω. Id autem qua signif. dixerit, idem Gal. exponit Comm. 2. in eund. libr. περὶ Διαίτης ὀξέων Παθῶν, his verbis, Τῆς ξανθῆς χολῆς, ἣν δὴ καὶ ὠχρὰν καὶ πικρὰν ὀνομάζουσιν, ἐπιπολαζούσης μὲν τῇ ἄνω γαστρὶ, πικροχόλους εἰκότως ἐροῦμεν εἶναι τὰ ἄνω τοὺς τοιούτους· ὑπιούσης δὲ δι' ἕδρας, πικροχόλους τὰ κάτω. || In Epigr. metaph. de Archilocho, πικροχόλου στόματος, Amaram effundentis bilem, Effundentis verba profecta ex amara bili. [" Jacobs. Anth. 10, 392. T. H. ad Plutum p. 297." Schæf. Mss. Alex. Trall. 1. p. 8. Valck. Schol. in N. T. 1, 439.] " Ἀπικρόχολος, Qui biliosus non " est, Expers amari fellis s. Flavæ bilis, quæ omnium " amarissima est: Hes. ἀπικρόχολον, τὸ οὐκ ἔχον " ξανθὴν χολήν."

" Ὑπέρχολος, Supra modum iratus; Suidas ex " Antiphonte affert ὑπέρχολος γενόμενος pro ὑπεραγανακτήσας:" [Photius autem ex Antiphane. Philostr. 828.] " Ὑπόχολος, videtur dici Qui subiratus " est: ut contra ὑπέρχολος antea Supra modum " iratus. Ex J. Poll. tamen affertur pro μελαγχολῶν." [" Valck. Diatr. p. 34." Schæf. Mss. Alex. Trall. 5. p. 76.]

Ἐκχολόω, In bilem verto, In biliosam naturam commuto. Et pass. ἐκχολοῦσθαι, In bilem converti, In biliosam naturam abire. Gal. εἰς τὸ περὶ Διαίτης ὀξέων Παθῶν, Comm. 3. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ μέλι πάντων αὐτῶν ἐκχολοῦται μάλιστα, διότι γλυκύτατον· εἶθ' ἑξῆς οἱ γλυκεῖς οἶνοι. Ubi dixerat εἰς γένεσιν τῆς ξανθῆς χολῆς ἐπιτηδείους εἶναι πάντας τοὺς γλυκεῖς χυμούς: ideoque τοῖς πικροχόλοις non offerendos, quoniam γεννῶσι τὴν τοιαύτην χολήν. Sic Idem de Aliment. Fac. 5. itidem de melle, Ῥᾳδίως ἐκχολοῦται κατὰ τὰ θερμὰ σώματα, In calidis corporibus facile mutatur in bilem. Et Paul. Ægin. 7. Τὸ δ' ἐδώδιμον αὐτοῦ, ἐλαιῶδες ὂν, ῥᾳδίως ἐκχολοῦται. [* Ἐκχόλωσις, Alex. Trall. 1. p. 31.]

Χολώδης, [contr. e * Χολοειδὴς,] Biliosus, Felleus: χυμοὶ, Biliosi humores, Paul. Ægin. 6. de absinthio, itidemque ap. Gal., discernentem ab eo τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν et τὸ αἷμα. Sic χολώδης φύσις, Biliosa natura, ap. eund. Gal. ad Gl. 1. Ἔστω δὲ καὶ ἡ φύσις τοῦ κάμνοντος θερμοτέρα τε καὶ χολωδεστέρα. Atque ut sunt φύσεις χολώδεις, ita et homines. Hippocr. in lib. de Vuln. in Cap. Τοῖσι δὲ χολώδεσι ὀφθαλμίαι ξηραὶ διὰ τὴν θερμότητα καὶ ξηρότητα τῆς σαρκὸς, Qui biliosi sunt natura, s. sunt naturæ biliosæ, iis oriuntur siccæ lippitudines ob carnis calorem et siccitatem. Qui enim biliosi sunt, sunt etiam calidæ siccæque naturæ. Unde Gal. Comm. 3. in lib. de Victu in Morb. acut. Μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτον διαχώρημά φησιν ὑπὸ τοῦ μελικράτου γίνεσθαι τοῖς φύσει μὲν χολώδεσι, τουτέστι

τοῖς θερμοῖς ἀμέτρως. Ubi etiam sunt χολώδη διαχωρήματα, Excrementa biliosa, i. e. Excrementa permixta bile, s. Quæ biliosi et fellei coloris sunt. Cum enim dixisset τοῖς πικροχόλοις μελίκρατον utile non esse, subjungit, Ἐκχολοῦται γὰρ ἐν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ φθάσῃ διεξελθεῖν ἢ κατ' ἔντερον ἢ κύστιν· ὡς εἴ γε διεξέλθῃ, πρὸς τῷ μὴ βλάψαι μηδὲν, ὀνίνησι μέγιστα· *συνυπάγει γὰρ αὐτῷ χολώδη περιττώματα: quia enim est χολοποιὸν, atque adeo ἐκχολοῦται, necesse est excrementa etiam ejus esse χολώδη. Sic Hippocr. de Epilepsia, Καὶ μὴ διακρίνειν μήτε χολώδεα μήτε φλεγματώδεα. Et ap. Diosc. χολώδεις ἱδρῶτες, Sudores biliosi, vel etiam fellei: ut ap. Plin. legimus. Est vero et color χολώδης, Qui felleus est: is est qui felli s. bili similis est: pallidus sc. aut flavus. Itidemque aliquid coloris illius respectu χολῶδες nominatur: veluti cum Gal. ap. Hippocr. tradit homines χλωροὺς nominari οἷς ἂν ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς. Sic idem Gal. ap. Eund. Χολώδη διεχώρησεν ἄκρατα, exp. ξανθὰ κατὰ τὴν χρόαν ἢ πυρρὰ, Flava colore, aut Fulva. Ubi etiam subjungit, Medicos solere dicere aliquem χολώδη διαχωρῆσαι sine adjectione, ἐπὶ τῇ χολῇ ξανθῇ, τοιαύτῃ λέξει χρωμένους. Idem rursum Hippocr. Epid. 6. dicit γλώσσας χλωρὰς χολώδεις, Linguas felleo colore pallentes, quarum color vergit in felleum s. pallidum colorem. In melle quoque χολῶδες dicitur quod est naturæ s. qualitatis biliosæ, et χολοποιόν. Hippocr. de Victu in Morb. acutis, loquens de oxymelite, Τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας ταύτῃ κωλύει· τὸ γὰρ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάζεται: mel enim χολοποιὸν est, et in πικροχόλοις præsertim ἐκχολοῦται. || Χολῶδες, Biliosum, Luc. (1, 548.) Ἀπειλητικόν τι καὶ χολῶδες ὑποβλέπει. Bilioso quodam est aspectu, Biliosam quandam naturam aspectu præ se fert. [Aret. 17, 40. "Heringa Obs. 45." Schæf. Mss. Philostr. 829. Τῆς ῥινὸς οὐδὲν χολῶδες.] "Ἡμιχολώδης, Semibiliosus, Hippocr. Epid. 7." [Schneidero susp.]

Χολικὸς, i. q. χολώδης, Biliosus. Atque ut homo quispiam χολώδης dicitur, ita etiam χολικὸς, Qui naturæ est biliosæ, In quo flava bilis ceteros humores, e quibus corpus constat, exuperat. Plut. (6, 384.) Οἶνον διηθεὶς πυρέττοντι, καὶ χολικῷ μέλι προσφέρεις, Et homini qui natura biliosus est, mel comedendum offers. Id enim sua natura est χολοποιὸν, et ἐκχολοῦται, præsertim in πικροχόλοις, ut videre est e ll. Galeni et Hippocr. in Ἐκχολόω et Χολώδης citatis.

Χολόεις, ὁ, Biliosus, Felleus. Nicand. Θ. (253.) de icto a vipera, Πολλάκι δ' αὖ χολόεντας ἀπήρυγε νηδύος ὄγκους, Ὠχραίνων δέμας ἀμφὶς, E ventre eructavit s. evomuit grumos bilis s. fellis, i. e. bilem s. fel: ut Schol. quoque ait eum periphrastice χολόεντας ὄγκους nominasse τὴν χολὴν s. τὰ χολώδη: [ibid. 302. Ἀ. 12. 17. 593. Opp. K. 1, 380.]

Χολήϊος, i. q. χοληγός: ut enim Erot. ap. Hippocr. χολήϊον exp. χολῆς ἀγωγὸν, ita Gal. ap. Eund. χολήϊον itidem χολῆς ἀγωγόν. ["Matth. ad Gloss. Min. p. 30." Schæf. Mss.]

Χολαῖος, itidem videtur significare Biliosus s. Felleus. Suid. χολαῖον dici scribit τὸ ἧπαρ, fortassis quoniam ex ejus inferiore parte cava dependet ἡ χοληδόκος κύστις, Vesicula illa quæ fellis est receptaculum.

Χολέρα, ἡ, Morbus in quo bilis vel excernitur vel evomitur. Est perturbatio, inquit Gorr., ventris immodica bilem per vomitus et dejectiones excernentis e continua ciborum cruditate: morbus peracutus, ut qui quarto ad summum die finiatur. Sunt autem ejus symptomata, præter vomitus et dejectiones bilis frequentissimas, defectus animi, sudores exigui, sitis, pulsus vermiculantes, musculorumque manuum ac pedum, maxime vero surarum, contractio et tensio. Idem morbus quibusdam accidit certis intervallis, omnemque corporis redundantiam educit, una cum vitiosis humoribus magnam quoque bonorum partem evacuans: tantus est impetus tantaque vis erumpentis humoris biliosi. Sunt porro qui negent hanc χολέραν dictam ἀπὸ τῆς χολῆς, sed ἀπὸ τῶν χολάδων, præsertim cum aliquando in hoc morbo

A nihil bilis excernatur. Quam suam opinionem Alexandri Trall. l. 7, (14. p. 369.) auctoritate tueri nituntur, qui cum χολέραν esse dixisset ἄμετρον ἐκτάραξιν διὰ γαστρὸς καὶ ἐμέτων γινομένην ἐπ' ἀνατροπῇ καὶ κακώσει τοῦ στομάχου, subjungit hæc de etymo et ratione nominis, Μὴ ὑπολάβῃ δέ τις χολέραν καλεῖσθαι τὸ πάθος ὅτι ὑπὸ χολῆς εἴωθε γίνεσθαι πάντως, ἀλλ' ἐπειδὰν διὰ τῶν ἐντέρων ἐθεώρουν ἐκκρινομένην τὴν διὰ γαστρὸς προσφερομένην ὕλην: quæ sc. ἔντερα, i. e. Intestina, appellantur a veteribus Græcis χολάδες. Ego cum Gorræo potius sentio, nec cum eo solum, verum etiam cum Celso, qui παρὰ τὴν χολὴν denominatam τὴν χολέραν innuit his verbis, 4, 11. Primoque facienda mentio est choleræ, quia commune stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul et dejectio et vomitus est, præterque hæc inflatio: intestina torquentur: bilis supra infraque erumpit, primum aquæ similis, deinde ut in ea recens caro lota esse videatur, interdum alba, nonnunquam nigra

B vel varia: ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Græci nominarunt. Hes. quoque huc facere videtur cum χολέραν esse dicit ἔκκρισιν [al. ἔκρισιν] κάτωθεν διὰ γαστρὸς, καὶ ἄνωθεν διὰ στόματος ἔμετον, procul dubio subaudiens gen. χολῆς. Porro duplicem facit χολέραν Hippocr. de Victu Acut. Morb. nimirum ξηρὰν et ὑγράν: de quibus hæc ibi Gal. Comm. Ὡς γὰρ ὑγρὰ χολέρα γίνεται δριμέων χυμῶν ἐκ τῆς διαφθορᾶς τῶν ἐδηδεσμένων γεννηθέντων, οὕτως ἡ ξηρὰ πνεύματος φυσώδους δριμέος. [Aret. 17, 32. 103, 45. Hesych. Χολέρα· σωλὴν, δι' οὗ τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῶν κεράμων φέρεται ἐξακοντιζόμενον: "leg. * Χολέδρα. Ita in Mesolabio Eratosthenis, (ap. Eutocium ad Archimed. p. 21.)" Scaliger. "Vide Horapoll. (Hierogl. 1, 21.) Sed vera lectio χολέρα. Vide Apollodori Poliorcetica p. 52." Is. Voss. "Vide Pauw. ad Horapoll. p. 312." Alberti. "Vide etiam Keuchenius ad Frontin. Poleni p. 253. Philonis Belopœic. p. 98. Καὶ χολέδρας ἄνωθεν κατασκευάσας, Interpr. Tubus." Schn. Lex.] Χολερώδης, ET Χολερικὸς, ut ἀλγεῖν

C χολερώδη τρόπον dicitur Qui sentit dolores similes eorum doloribus qui cholera vexantur. Hippocr. Coac. Progn. (205.) Αἱ *προαλγήσασαι τρόπον χολερώδεα πρὸ τῶν τόκων, τίκτουσι μὲν ῥηϊδίως, πυρέξασαι δὲ, κακοήθεες. Item et χολερικὰ πάθη dicuntur Affectus s. Morbi quales sunt cholera laborantium: Epid. 5. Βίαντι τῷ πύκτῃ, φύσει πολυβόρῳ ἐόντι, ξυνέβη ἐμπεσεῖν εἰς πάθεα χολερικὰ ἐκ κρεηφαγίης. Item χολερικοὶ dicuntur Qui sunt obnoxii choleræ s. τοῖς χολερικοῖς πάθεσι, quos Lat. etiam Cholericos vocant. Diosc. 4, 4. de polygono, Ἁρμόζει δὲ αἱμοπτοϊκοῖς, καὶ τοῖς κατὰ κοιλίαν ῥεύμασι, χολερικοῖς τε καὶ στραγγουριῶσι. [* Χολερικῶς, Diog. L. 6, 381.] Χολεριάω, Laboro cholera. Gal. τῶν κατὰ Τόπους 7, 5. Δίδου σὺν ὕδατι θερμῷ κυάθοις δυσὶν, χολεριῶσι σὺν ὕδατι ψυχρῷ. Itidem Diosc. 1, 161. de malis cotoneis, Χρήσιμα κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς καὶ ἐμπυϊκοῖς καὶ χολεριῶσι, μάλιστα ὠμὰ, Cholera laborantibus, Cholericis; iidem enim χολεριῶντες dicuntur qui χολερικοί. [Plut.]

Χολὰς, άδος, ἡ, i. q. ἔντερον, (ut testatur etiam Alex.

D Trall. in Χολέρα,) i. e. Intestinum: nomine ei imposito παρὰ τὸ δέχεσθαι τὸ χολῶδες τοῦ ἥπατος. Il. Δ. (526.) οὖτα δὲ δουρὶ παρ' ὀμφαλὸν, ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι Χύντο χαμαὶ χολάδες. Itidemque Φ. (181.) Γαστέρα γάρ μιν τύψε παρ' ὀμφαλὸν, ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι Χύντο χαμαὶ χολάδες. Menander ap. Athen. (549.) de Dionysio Heracleota, μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται Εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὰς χολάδας κεῖσθαι παχύν. Aristoteli H. A. 1, 13. χολὰς est τὸ κενὸν ὑποχονδρίου καὶ λαγόνος, Cavum hypochondriorum et ilium. Gaza Cholaginem interpr. Hes. χολάδας appellari τὰ ἔντερα scribit ἀπὸ τοῦ κεχαλᾶσθαι, alii etiam quasi κοιλάδας nominatas volunt. Eid. Hes. χολὰς est etiam ἑορτὴ Διονύσου, Festum in honorem Bacchi. ["Phryn. Ecl. 137(=310. Lob.) Huschk. Anal. 66. Heyn. Hom. 4, 651. ad Mœr. 404. Ammon. 148." Schæf. Mss. Aret. 103, 45. * Χολλάδες, cum duplici λ, ap. Phrynichum Bekkeri p. 72. exp. αἱ τῆς γαστρὸς διὰ παχύτητα ἐπιπτύξεις.]

Χόλιξ, ικος, ἡ, i. q. χολάς: nam et χόλικας dici τὰ ἔντερα testatur Schol. Aristoph., sed addens παχέα, Intestina crassa. Idemque ex Artemid. refert χόλικας dici τὰς ἐπὶ τῆς κοιλίας λεγομένας χολάδας: ex Euphronio autem, Οὐ τὰ ἔντερα καθ' αὑτὰ, ἀλλὰ πᾶν σὺν τῷ λίπει καὶ τοῖς ὑμέσιν. Idem rursum cum χόλικας esse dixisset τὰ παχέα ἔντερα, addit χόλικα et ἤνυστρον poni ἐκ παραλλήλου in h. l. Ἱππ. (1179.) Καὶ χόλικος ἠνύστρου τε καὶ γαστρὸς τόμον, vocarique χόλικα et ἤνυστρον τὰ ἐγκατώδη κρέα, Intestinas carnes, ubi tamen ἤνυστρον esse dicit etiam τὴν κάτω κοιλίαν, Inferiorem alvum: ut et Ammon., qui inter χολάδας et χόλικας discrimen facit: nam χολάδας nominari scribit τὰ ἔντερα, χόλικας autem τὰς τῶν βοῶν κοιλίας, Boum ventres: afferens ex Aristoph. ἢ βοϊδαρίων τις ἀπέκτεινε ζεῦγος, χολίκων ἐπιθυμῶν. Sed non video quid obstet quominus hæc duo vocabula synonymως accipi queant: nisi forte χολίκων nomine intelligantur πάντα τὰ ἔγκατα, Omnia intestina et interanea, ut sunt non solum αἱ χορδαὶ, sed etiam αἱ κοιλίαι, nec non pulmo, jecur, lien, cor, et alia. Rursum Schol. Aristoph. Εἰρ. (717.) Ὅσον ῥοφήσεις ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν, Ὅσας δὲ κατέδει χόλικας ἑφθὰς καὶ κρέα, isto χολίκων nomine accipit itidem ut supra τὰ τῶν βοῶν παχέα ἔντερα, Boum crassa intestina: quæ etiam dicit non solita fuisse sacrificari ut reliquum corpus. Idem ibid. scribit χόλικα quosdam esse dicere εἶδος ἰχθύος: ut et Suidas. [" Phryn. Ecl. 136(=310. Lob.) Aristoph. Fr. 224. 281. ad Mœr. 404. Ammon. 148. Act. Traj. 1. p. 257." Schæf. Mss. Pherecrates Athenæi p. 269. Conf. c. κόλιξ, ad Greg. Cor. 550. Phrynichus Bekkeri p. 72. Χόλικες οἱ πολλοὶ ἀρρενικῶς· οἱ δ' ἀρχαῖοι θηλυκῶς. * "Χολίκιον, Thom. M. 865." Schæf. Mss. Theophr. Char. 9.]

Χολάω, Bile mihi accenditur jecur, Bile mihi jecur tumescit s. turgescit, i. e. Ira inflammor, Irascor. Lucian. (3, 158.) Ἄνθρωπος δὲ καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ χολᾷν [χολὴν] εἶχε· καὶ ἠγάπα τινὰς καὶ ἐμίσει: de Aristide. Paulo ante dixerat, Ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος συνέστη ἐπὶ τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ συμπαρώξυνε τὸν δῆμον. Cum dat. etiam junctum reperitur, ut synonymum ὀργίζεσθαι. Jo. 7, (23.) Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; Mihi irascimini? Mihi indignamini et succensetis? Adversum me vobis jecur bili exardescit? Porro annotat Schol. Aristoph. (Πλ. 12.) χολᾷν in communi lingua esse τὸ θυμοῦσθαι, Atticis autem τὸ μαίνεσθαι, Insanire, Furere, ut i. sit q. μελαγχολᾷν. Quo modo accipi potest in h. l. Stratonis ap. Athen. (382.) ubi cuidam roganti Πόσους κέκληκας μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; λέγε, respondet alter, Ἐγὼ κέκληκα μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; χολᾷς: ut furere s. insanire eum dicat, qui interroget quot meropes ad cœnam invitarit: intelligens aves, cum alter μερόπων nomine homines acciperet. Eadem interpr. convenire potest huic ap. Suid. l., quem sine Auctoris nomine, sine expositione etiam affert, Σὺ δ' εἰς τοσοῦτον τῶν μανιῶν ἐλήλυθας, Ὥστ' ἀνδράσι πείθῃ χολῶσι. Nisi forte pro Iratis accipiendum potius sit hoc χολῶσι. At pro χολάοντα, quod ap. Hes. legitur, exponiturque ἀνθοῦντα, reponendum χλοάοντα. [" Thom. M. 916. Wakef. Trach. 1035. Koppiers. Obs. 23. Furo, Insanio, ad Mœr. 406." Schæf. Mss. * Ἐκχολάω, In bilem verto, Admodum iratum reddo, 3 Macc. 3, 1. Geop. 14, 19, 3. Ἐκχολῆσαι καὶ καθᾶραι τὰ ὄρνεα, Bile purgare: al. autem * ἐκχολίσαι, de quo dubitari potest, cum χολίζω nusquam reperiatur.] Ὑπερχολάω, Valde biliosus sum, Vehementer irascor, [Phryn. Bekkeri 68. Philostr. 828. Gal. Gloss. Hippocr. Ὑπερχολήσει· πολλῆς πληρώσει χολῆς.]

[* Χολαίνω, e χολάω, ut ὁρμαίνω ex ὁρμάω, Æsop. Fab. 369. "Tzetz. Ch. 2, 570." Boiss. Mss.]

[* Χολίον, dimin. a χολή, M. Anton. 6, 57. Ἢ δοκεῖ σοι ἔλασσον ἰσχύειν τὸ διεψευσμένον ἢ τὸ χολίον τῷ ἰκτεριῶντι, καὶ ὁ ἰὸς τῷ λυσσοδήκτῳ;]

Χόλος, ὁ, i. q. χολή significante Bilem qua jecur alicui intumescere s. turgescere dicitur, aut accendi, inflammari, ardere, uri: unde a Poëtis ponitur pro Ira. Il. Σ. (108.) Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο, Καὶ χόλος, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι. Porro idem Hom. cum diversis verbis nomen hoc copulans, diversas phrases et loquendi formas efficit. Dicitur enim ap. eum aliquem χόλος ἱκέσθαι, δῦσαι, λαβεῖν, ἑλεῖν s. αἱρεῖν, qui sc. irascitur; ira enim et indignatione subeunte animum alicujus et corripiente occupanteque, irasci necesse est. Il. I. (521.) ὅτε κέν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι, P. (399.) οὐδ' εἰ μάλα μιν χόλος ἵκοι, X. (94.) de dracone, Βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ', ἔδυ δέ τε μιν χόλος αἰνὸς, Σμερδαλέον δὲ δέδορκεν, T. (16.) Ὡς εἶδ' ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος, A. (387.) Ἀτρείωνα δ' ἔπειτα χόλος λάβεν, Π. (30.) Μὴ ἐμέ γοῦν οὗτός γε λάβοι χόλος, ὃν σὺ φυλάσσεις, Δ. (23.) Θ. (460.) Od. Θ. (304.) χόλος δέ μιν ἄγριος ᾕρει, Il. Σ. (322.) μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ. Ead. signif. Ξ. (207.) ἐπεὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ, Quoniam ira incidit in animum, i. e. Quoniam ira eum invasit, et excanduit: Π. (206.) ἐπεί ῥα τοι ᾧδε κακὸς χόλος ἔμπεσε θυμῷ. Item χόλῳ οἰδάνεσθαι κραδίη alicui dicitur, i. e. Bile intumescere s. turgescere cor, cum sc. inflammatur et excandescit ira: Il. I. (642.) Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων Μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, Cic. Corque meum penitus turgescit tristibus iris. Dicitur idem χόλον θυμῷ ἐντίθεσθαι, cum animo iras sumit et excandescit: nec non τελέσαι, pro πληρῶσαι: Il. Z. (326.) Δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ, Od. Ω. (247.) Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δὲ μὴ χόλον ἔνθεο θυμῷ, Tu autem ne iras animo sumas et succenseas, Il. Δ. (178.) Αἴθ' οὕτως ἐπὶ πᾶσι χόλον τελέσει Ἀγαμέμνων. Eid. στῆθος χόλον χάζει, nec non πέσσει s. καταπέσσει. Il. Δ. (24.) Ἥρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, Non capiebat s. continere poterat iram; de ea enim dicitur Σκυζομένη Διῒ πατρὶ, χόλος δέ μιν ἄγριος ᾕρει, (513.) de Achille, ἐπὶ νηυσὶ χόλον θυμαλγέα πέσσει, I. (561.) de eod., χόλον θυμαλγέα πέσσων, Ἐξ ἀρέων μητρὸς κεχολωμένος, A. (81.) Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ. Idem dicitur ἐξακέεσθαι χόλον, παύειν s. καταπαύειν, ἐᾶν, μεθιέναι, Δ. (36.) εἰ Ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας, Ἄλλους τε Τρῶας, τότε κεν χόλον ἐξακέσαιο, Tunc medereris iræ tuæ, Γ. (145.) Ὡς τὸν Ἀθηναίης δεινὸν χόλον ἐξακέσαιτο, Medicaretur et leniret iram Minervæ. (Unde ἀνήκεστος χόλος, Immedicabilis ira, quæ nullis medelis leniri potest, O. (217.) Ἴστω νῦν ὅτι νῶϊν ἀνήκεστος χόλος ἔσται.) Il. I. (260.) ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν Παύε', ἔα δὲ χόλον θυμαλγέα, Sine iram, s. Pone et dimitte iram, A. (192.) Ἠὲ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμὸν, Od. Δ. (583.) Αὐτὰρ ἐπεὶ κατέπαυσα θεῶν χόλον αἰὲν ἐόντων, Il. A. (283.) Ἀτρείδη, σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος, αὐτὰρ ἔγωγε Λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον, Od. A. (78.) Ποσειδάων δὲ μεθήσει Ὃν χόλον. Nec non σβεννύναι χόλον dicit Idem, eod. sensu quo παύειν et μεθιέναι, Il. I. (675.) Κεῖνος δ' οὐκ ἐθέλει σβέσσαι μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον Πιμπλάνεται μένεος. Sed et παύεσθαι ac μεταλήγειν χόλου dicitur ead. signif., itemque ἐκ χόλου μεταστρέφειν ἦτορ, ut ap. Hesiod. Θ. (533.) Καίπερ χωόμενος παύθη χόλου ὃν πρὶν ἔχεσκεν. Et Il. I. (157.) Ταῦτά κέ οἱ τελέσαιμι μεταλλήξαντι χόλοιο, K. (107.) εἴ κεν Ἀχιλλεὺς Ἐκ χόλου ἀργαλέοιο μεταστρέψῃ φίλον ἦτορ. Apud Eund. sine verbo B. (241.) Ἀλλὰ μάλ' οὐκ Ἀχιλῆϊ φρεσὶ χόλος, ἀλλὰ μεθήμων, Achilles non irato est animo, sed iram remisit s. deposuit. Præterea χόλος alicui τεύχεται, Conciliatur, Il. O. (122.) Ἔνθα κέ τις μείζων καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος Πὰρ Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη. Ubi etiam nota μῆνις cum hoc χόλος copulatum, et posteriore loco positum veluti gravius; Inveteratam enim iram significat. Cum gen. etiam dicitur Τρώων χόλῳ, Ira et indignatione adversum Trojanos concepta, Il. Z. (335.) Οὔτοι ἐγὼ Τρώων τόσσον χόλῳ οὐδὲ νεμέσσει Ἥμην ἐν θαλάμῳ. || Χόλος signif. i. etiam q. χολή, Fel, Bilis. Affertur enim ex Epigr. χόλῳ ἐχιδναίῳ pro Felle vipereo, ut et Schol. Homeri χόλῳ accipit pro χολῇ, Il. Π. (203.) Σχέτλιε Πηλέος υἱὲ, χόλῳ ἄρα σ' ἔτρεφε μήτηρ. [" Ad Charit. 711. Wakef. Trach. 1035. Heyn. Hom. 4, 649. 7,

142. 177. 609. Jacobs. Exerc. 2, 154. Brunck. Phil. 328. Med. 290. Koppiers. Obs. 23. Wassenb. ad Hom. 28. Cum gen., Heyn. Hom. 7, 31. Cum dat. 4, 87. X. καὶ μῆνις, 7, 28. X. ἔχειν τινὶ, Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 328. ad Herod. 631. 'Ενέχειν χόλον, 493. 631." Schæf. Mss. Greg. Cor. 426.]

Χόλιος, pro Iratus, affertur ex Epigr. [Anal. 2, 409. Χολιὸς, Gl. Iratus, Infestus.]

Χολόω, Bile inflammo s. accendo, Ad iram concito, Irrito, εἰς ὀργὴν ἐμβάλλω, s. ὀργίζω. Il. A. (78.) Ἦ γὰρ ὀΐομαι ἄνδρα χολωσέμεν, Od. Θ. (205.) ἐπεί μ' ἐχολώσατε λίην. At Hesiod. Θ. (568.) ἐχόλωσε δέ μιν φίλον ἦτορ, Ad iram concitavit, Iratum reddidit. Passiva vox et media longe usitatiores sunt, et non tam passivam quam neutralem habent signif., χολοῦμαι sc. significante non tam Animus mihi bile accenditur et inflammatur, et Ad iram concitor, quam Irascor, Indignor. Il. Π. (585.) κεχόλωσο δὲ κῆρ ἑτάροιο, Od. I. (480.) χολώσατο κηρόθι μᾶλλον. Hesiod. Ἔργ. (1, 137.) Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος. Il. Π. (61.) οὐδ' ἄρα περ ἦν Ἀσπερχὲς κεχολῶσθαι ἐνὶ φρεσὶ, Ω. (113.) Σκύζεσθαί οἱ εἰπὲ θεοὺς, ἐμὲ δ' ἔξοχα πάντων Ἀθανάτων κεχολῶσθαι, Iratum esse, Od. T. (324.) μάλα περ κεχολωμένος αἰνῶς, Il. B. (195.) Μή τι χολωσάμενος ῥέξῃ κακὸν υἷας Ἀχαιῶν, Iratus, Indignatus, Stomachatus, Ψ. (88.) ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθεὶς. Interdum cum gen., subaudito ἕνεκα: (Od. A. 69.) ἀσκελὲς αἰὲν Κύκλωπος κεχόλωται, Il. Σ. (337.) σέθεν κταμένοιο χολωθεὶς, N. (660.) Τοῦ δὲ Πάρις μάλα θυμὸν ἀποκταμένοιο χολώθη: aliquanto ante, Καὶ τότε δὴ περὶ κῆρι Ποσειδάων ἐχολώθη Υἱωνοῖο πεσόντος ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι. Possis tamen et absolute accipere nomen cum partic. in his tribus posterioribus Il. Item cum dat., ut χολάω quoque, et synonymum his ὀργίζομαι, Il. A. (9.) βασιλῆϊ χολωθεὶς, Θ. (407.) Ἥρῃ δ' οὐ τόσσον νεμεσίζομαι οὐδὲ χολοῦμαι, E. (421.) Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥά τί μοι κεχολώσεαι ὅ,ττι κεν εἴπω, P. (710.) οὐδέ μιν οἴω Νῦν ἰέναι μάλα περ κεχολωμένον Ἕκτορι δίῳ. Plut. quoque eod. modo (Marcello 21.) Κεχολωμένοι θεοὶ Ταραντίνοις, Infensi Tarentinis: ποιητικώτερον usurpato hoc vocabulo, prosæ alioquin inusitato. " Κεχολώατο, Ionice pro κεχόλωντο." [" Musgr. Tro. 730. Wakef. Trach. 1035. Ruhnk. Ep. Cr. 246. Gesner. Ind. Orph. v. Ἐχ., Wassenb. ad Hom. 28. 80. ad Il. Ξ. 310. Cum gen., Heyn. Hom. 6, 406. 7, 234. Wakef. Alc. 5. X. et κοτεῖν, Heyn. Hom. 6, 590. Κεχολώσομαι, 8, 465." Schæf. Mss. Χολοῦμαι, Dio Chrys. 1, 169.: τινά τινος, Quint. Sm. 2, 446. * Χολώω, Nonn. D. 4, 169. 5, 447. " Epigr. adesp. 306." Schæf. Mss.] Χολωτὸς, Iratus, etiam Iracundus, χολώδης. Il. O. (210.) Ὁππόταν ἰσόμορον καὶ ὁμῇ πεπρωμένον αἴσῃ Νεικείειν ἐθέλῃσι χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν. Od. X. (26.) Νείκειον δ' Ὀδυσῆα χολωτοῖσιν ἐπέεσσι. [" Heyn. Hom. 7, 43. Lucian. 2, 345." Schæf. Mss.] " Αὐτοχόλωτος, ex Epigr. affertur pro Iracundus: videtur tamen sonare potius Qui sua sponte bilem concipit, vel Sibi ipsi iratus." [" Jacobs. Anth. 10, 235." Schæf. Mss. Anal. 2, 421.] " Διχόλωτος ἀνάγκη, ex Epigr. pro Necessitas duplicis iræ," [Anal. 2, 408. " Jacobs. Anth. 10, 204." Schæf. Mss. * " Τριχόλωτος, Anal. ἀνάγκη." Schn. Lex. * Θεοχόλωτος, Arrian. Ep. 206. * " Θεοχολωσία, Lydus de Ostentis p. 76." Boiss. Mss.]

Ἀμφιχολόομαι, Irascor circum vel propter. Annotatur in VV. LL. genitivo jungi a Greg. Naz. [Quint. Sm. 5, 575. * Ὑποχολόω, 2, 193.]

Porro e χολόω, exemto λ, et duobus ο in ω contractis, videtur factum esse VERBUM Χώω: prorsus enim i. q. χολόω signif., i. e. Bili inflammo, Ad iram concito. Verum rarior usus est hujus activi χώω, cum contra ejus passiva et media vox usitatissimæ sint: unde ap. Hes. EST Χώσασθαι, χολώσασθαι, ὀργίσασθαι, λυπηθῆναι. Porro id ipsum interdum absolute ponitur: Il. Φ. (519.) Οἱ μὲν χωόμενοι, οἱ δὲ μέγα κυδιόωντες: Hesiod. Θ. (533.) Καίπερ χωόμενος ταύθ᾽ χόλον ὃν πρὶν ἔχεσκε. Interdum cum κατὰ θυμὸν, vel omisso κατὰ, cum θυμόν: Il. Π. (616.) Αἰνείας δ' ἄρα θυμὸν ἐχώσατο, A. (429.) τὸν δ' ἔλιπ' αὐτοῦ Χωόμενον κατὰ θυμὸν ἐϋζώνοιο γυναικός. Rursum Il. (44.) Χωόμενος κῆρ: ut et ap. Hesiod. χώσατο δὲ φρένας, Animo exarsit, excanduit. Interdum cum περὶ habente suum gen., vel eo omisso, cum solo gen. Hesiod. Ἀ. (12.) Χωσάμενος περὶ βουσί. Il. N. (165.) χώσατο δ' αἰνῶς Ἀμφότερον νίκης τε καὶ ἔγχεος ὃ ξυνέαξε, B. (689.) Κούρης χωόμενος Βρισηΐδος, ut et in l. paulo ante c. Χωόμενον κατὰ θυμὸν ἐϋζώνοιο γυναικὸς, Iratum propter mulierem bene cinctam. Nonnunquam cum dat., ut χολόομαι etiam: Od. E. (215.) Πότνια θεὰ, μή μοι τόδε χώεο, Ψ. (213.) Αὐτὰρ μή νῦν μοι τόδε χώεο, μηδὲ νεμέσσα. Ubi etiam nota additum τόδε pro διὰ τόδε. || Χώεται Hes. exp. non solum θυμοῦται, χολοῦται, sed etiam μέμφεται, ὀνειδίζεται. [" Musgr. Herc. F. 1052. Heyn. Hom. 6, 401. 603. Cum gen., 4, 372. 6, 401. 7, 235." Schæf. Mss. Κεχωμένος, Quint. Sm. 2, 399.] " Περιχώσατο, " ap. Hom. (Il. I. 449.) per sync. pro περιεχολώσατο, " h. e. περιωργίσθη, Admodum succensuit s. iratus " est:" [Heynio magis placuit, ὅς μοι παλλακίδος πέρι χώσατο. Quint. Sm. 1, 741.]

ΧΟΝΔΡΟΣ, ὁ, communi signif. dicitur Granum, et quod seorsim ex aliquo concrevit, ut salis frustum aut grumus, [Aristoph. Ἀ. 521.] et thuris mica s. granum, quod et χόνδρος λιβάνου a Græcis appellatur, Gorr. Sic ap. Hes. Χόνδροι ἁλῶν, παχεῖς ἅλες, ut i. sit q. θρόμβος. Aët. 9, 39. Ἁλῶν χόνδρον ἐν τῷ στόματι κατεχέτωσαν, Grumum salis: 37. Λιβάνου χόνδρος κυαμιαῖος, Thuris granum fabæ magnitudine. Theophr. H. Pl. 9, 4, (10.) χόνδρος σμύρνης, quod Herm. interpr. Gleba myrrhæ: [C. Pl. 4, 16, 2. not.] || Χόνδρος, inquit idem Gorr., quod a Latinis Alica dictus sit, nemo doctorum ignoravit: tam consentiunt omnia inter se quæ Græci περὶ χόνδρου, Latini de alica prodiderunt. Hoc unum de utroque dubitatur, an certa quædam frugum species sit, quam his nominibus veteres designarint. Gal. Tritici speciem esse τὸν χόνδρον, videtur innuere libro 1 de Fac. Alim. his verbis, Τοῦ γένους τῶν πυρῶν ἐστὶν ὁ χόνδρος. Plin. 18, 11. alicam palmam frugum appellat. At ejusd. libri c. 7. alicam inter fruges non obscure enumerat, eamque similem facit milio, panico, lenti, ciceri: frugum hæc genera, verna, quod vere serantur, appellans: et paulo post scribens, tunicas frumento plures esse, hordeum maxime nudum et alicam, sed præcipue avenam. Quibus testimoniis plerique convicti, χόνδρον s. Alicam, tritici genus esse certæque frugis nomen, arbitrantur. Verum quænam ea sit, interrogati, non possunt respondere; quod nec Theophr. [H. Pl. 4, 4, 9. 10.], nec Diocles, nec Diosc. vel nominis solius mentionem fecerint: nec Plin. et Gal., quid sit, dixisse videantur. Est enim rarissimum τοῦ χόνδρου nomen ap. Medicos, ut Gal. memoriæ prodidit. Alii vero in media quodammodo sententia sunt, dicentes τὸν χόνδρον et alicam fruges quidem esse et pro frugibus accipi, dicique ap. Auctt. non proprio quidem nomine, sed mutuato ab ea re in quam protinus transire debent: itaque alicam pro zea dici, e qua alicam fieri notum est. Quibus non obest quod Gal. ait χόνδρον Genus esse tritici, non zeæ: quoniam zea pista sataque dicitur tertio fere anno in frumentum degenerare: e quo, præsertim in Africa, alicam fieri, Plinius auctor est. Ceterum περὶ τῆς τοῦ χόνδρου κατασκευῆς, i. e. de alicæ confectione, nemo ambigit, in modum bromi, tragi, aut ptisanæ præparari, inventumque id esse non pridem excogitatum, ut Plin. refert. Fieri τὸν χόνδρον e zea quam δίκοκκον appellant, Diosc. scripsit. Est autem zea tritici species; Speltam Itali, Galli Espeltram vocant; e qua confectum χόνδρον non zeas nomine, sed potius τοῦ πυροῦ, i. e. tritici, veteres designarunt, veluti Diocles et Philotimus, qui eum πτισσάνην πυρίνην, i. e. ptisanam triticeam, appellavere. [Hippocr. 527. Χόνδρον ἢ πτισσάνην πυρίνην.] At ejus parandi modum nemo Græcorum, quod sciam, prodidit præter unum Constantinum Cæsarem: qui tamen Latinus a Latinis eam videtur accepisse. Is l. 3 de Agricul-

tura his verbis eam aperit, Zea decorticata in ferventem aquam immittitur, atque exprimitur: deinde gypsum candidum contusum et arctiore cribro transmissum, arenæque candidissimæ et tenuissimæ quarta pars cum portione gypsi paulatim admiscetur, zea denuo probe repurgata. Id autem agendum sub canicula, ne acescat. Ubi tota repurgata fuerit, angustiore cribro cernatur. Idem Plin. quoque docet de alica, et præterea eam adulterinam fieri maxime e zea quæ in Africa degeneret, vel e granis etiam tritici quæ candidissima atque grandissima deliguntur, et semicocta in ollis, postea arefiunt sole ad initium, rursusque leniter aspersa molis franguntur. Additque aliud mirum dictu, alicæ admisceri cretam, quæ transit in corpus, coloremque et teneritatem affert: negareque Campanos, apud quos præstantissima conficitur, aliquam confici sine eo metallo posse. Attamen Constantinus, (uti supra retulimus,) non cretam, sed gypsum injicit, quod etiam in alica adulterina inspergi postea declarat: de quo tamen mirandum, Græcos Medicos, alimentorum facultatem studiose perscrutantes, tacuisse. Nam ut forte creta ad detersionem glutinosi lentique humoris, quem *χόνδρος* habet, contulerit, at gypsum vehementer nocere videbitur, quod obstruat et emplasticum sit, et ventriculo ejusque ori valde adversum. Propterea dubito plurimum num simplicior fuerit Græcorum *χόνδρος* Romanorum alica, eoque invicem discreparint quod hæc gypso constaret, ille nihil gypsi haberet. Siquidem nonnihil discriminis inter hæc fuisse, Paul. Ægin. declarat, non ita tamen ut genere et materia doceat discrepare. Neque enim dixisset alicam chondro in aliis persimilem esse, si diversa materia constare credidisset, sicut bromum, tragum et ptisanam. Dicit tantum ab alica alvum magis astringi. Quod si *χόνδρος* metalla ejusmodi in consortium admisisset, vix possem credere tam celebrem apud omnes futurum fuisse, ut alimentum nullum esset in arte medica tam multis abundante et luxuriante remediis, quod in febribus tertianis et continuis, in calidis et siccis naturis, atque etiam stomachicis, frequentius exhiberetur. Nec tamen discrimen hoc tanti faciendum fuit, ut *χόνδρος* alio nomine quam Alicæ ap. Lat. diceretur: quod alia prope infinita sint, quibus diversissimæ parandi rationes, manente semper primaria præcipuaque materia, nomina non immutavere. Itaque *χόνδρος* s. Alica, non aliud est quam Zea, eo modo, quem declaravi, concinnata. Cujus tamen differentias tres Plinius, et post eum Constantinus Cæsar annotavit; primam quidem, quæ Minima ab eo vocatur et Cribraria; alteram vero, quæ Secundaria; tertiam, quæ grandissima est, et Exceptitia atque *ἀφαίρημα* appellatur. Omnes autem ejusmodi farinæ aqua aspersæ postea exiccabantur, et in grumos granaque concrescebant, quæ ad usum reponebantur, a quibus *τοῦ χόνδρου* nomen inditum fuisse arbitror; *χόνδρος* enim Granum significat, et quod e continuo aliquo seorsum concreverit, ut salis frusta et thuris micæ s. grana, quæ *χόνδρος λιβάνου* a Medicis nominantur, et de qua nunc agimus alica, quam et Granum ob eam causam Plin. videtur appellasse. Scribit enim 18, 11. de Alica disserens, E zea pulcrius quam e tritico fit granum, quamvis id alicæ vitium sit. Quod quidem non potest aliter quam de chondro intelligi; vitans enim verbum Græcum, Granum Latinam vocem usurpavit. Ac quamvis, quidquid in granum coaluit, *χόνδρος* vocari possit, velut *τράγος* et *βρόμος*, e zea tamen granum id sibi peculiariter nomen vindicavit, sicut hordei apparatus *τῆς πτισσάνης* nomenclaturam, quamvis *τὸ πτίσσειν* multis frugibus commune sit, quæ perinde atque hordeum, tundi et deglubi solebant. Ceterum duobus modis veteres *τῷ χόνδρῳ* utebantur, interdum integro, interdum loto: illud, *χόνδρον* simpliciter, vel *χόνδρου πτισσάνην*, i. e. Chondrum ptissanæ modo comparatum, vel, ut Diocles et Philotimus, *πτισσάνην πυρίνην*, hoc vero *χόνδρον πλυτὸν*, appellabant, i. e. Alicam elotam, ipsum nimirum succum alicæ cum aqua mistum. Paulo post, Porro quod ap. Aëtium ali-

A quando legitur conjunctim *χόνδρος ἅλικος*, non aliud quam *χόνδρον* simpliciter significat. Ideo autem videtur utrumque nomen conjunxisse, ne quis de re ipsa ambigeret: vel quod ita forte Græcorum vulgo suis temporibus diceretur: siquidem tum is, tum Paulus multa nomina scriptis suis inseruerunt veteribus prorsus inusitata, commoditati potius quam vocabulorum proprietati et elegantiæ inservientes. Hæc ille inter alia. Vide et quæ ap. Athen. sub fin. l. 3. de hoc *χόνδρῳ* disseruntur, ubi inter alia dicitur *χόνδρος* et *μύστρον* idem esse, idque e Nicandri quodam loco probatur. Ibid. cum attulisset h. Antiph. l. *Ἐν ταῖς τρισὶ μὲν* (sc. *σπυρίσι*,) *χόνδρος ἀγαθὸς Μεγαρικὸς*, dicitur Aristoph. *χόνδρον* vocasse *τὸ ῥόφημα*, in h. *Δαιταλέων* l. *Ἢ χόνδρον ἑψῶν, εἶτα μυῖαν ἐμβαλὼν, Ἐδίδου ῥοφεῖν ἄν.* Apud Eund. 12. *χόνδρον αὐτῷ Δεύσετε γάλακτι χηνός.* Hesychio *χόνδρος* * *τραγανὸς* est *ὁ ἄλιξ*, Alica: qui *χόνδρον* exposuerat etiam *σεμίδαλιν μεμιγμένην ὡς πλακοῦντα*. Idem vero et metaphoricum usum huic vocab. tribuit, cum hoc B *χόνδρος* exp. *παχὺς, μωρός*. Ita ut suspicari quis possit *χόνδρον* [s. * *χονδρὸν*] nominari Eum qui crassus sit veluti chondrus. [Ab Etym. *ἁδρὸς* exp. *χονδρὸς*, hoc l. allato: *Ἡδόμεθα γὰρ τοῖς μεγάλοις καὶ χονδροῖς.* Cf. *Κοναρόν*.] || Cartilago, Pars corporis omnium, post os, maxime terrea et solida, sensus expers. Est igitur cartilago post os siccissima et durissima: siquidem osse minus sicca duraque est. Quamvis autem diversa sit ab osse cartilago, sæpe tamen ætatis spatio cartilago in os degenerat: imo vero nulla fere sunt ossa quæ ante cartilagines non fuerint. Ossa namque omnia et dentes genis adhuc conclusi, infantibus cartilago sunt, quæ tandem in ossa duratur, uti cartilagines quæ inter sterni ossa continentur: *ξιφοειδὲς*, quod Galeno propterea nunc Os nunc Cartilago dicitur: costarum fines, coccygis extremum: acromium, quod ob id Hippocrati Os, Galeno Cartilago nominatur, et quod in cordis basi media situm est, unde arteria magna et vena arteriosa emergit; id enim minoribus animalibus mollius, grandioribus du- C rius, maximis vel os plane est vel ossea cartilago. Ob id videtur recte scripsisse Aristot. H. A. 1, 1. cartilaginis et ossis eandem materiam esse, sola siccitate differentem. Hæc Gorr., ap. quem vide et alia de differentia cartilaginum, de duplici eorum genere et usu. Nicand. Ἀ. (123.) * *περιψαύουσι δ' ἀνίαι Θώρηκος· τόθι χόνδρος ὑπὲρ κύτος ἕζετο γαστρός.* J. Poll. 2. *χόνδρον* vocat *τὸ μέσον τῆς ῥινὸς*, Septum cartilagineum, quod nasum medium dividit. Idem *χόνδρον* nominari ait *τὸν βρόγχον* s. *γαργαρεῶνα*, quoniam sc. cartilagineus est. [" Aristoph. Fr. 237. 260. Phryn. Ecl. 137. Jacobs. Anth. 7, 113. ad Diod. S. 1, 183. 186. 190. Toup. Opusc. 1, 555. Bergler. Alciphr. 350. 399." Schæf. Mss. Arrian. 108. Ælian. H. A. 313. " Aristoph. Σφ. 737." Seager. Mss. * *Χόνδρα*, Aristot. Part. Anim. 2, 8. Schneidero susp.; qui in Lex. h. v. fusius tractavit. * *Χόνδρον*, Philes de Eleph. 8, 96. p. 264. Wernsd.]

[* *Χονδρὸς, ά, ὸν*, Grumo s. Alicæ similis, Aristot. Meteor. 2, 3. *Ἅλες οὐ χονδροὶ, ἀλλὰ χαυνοὶ καὶ λε-* D *πτοὶ, ὥσπερ χιών*: Probl. 21, 9. *Ἀραιὸν καὶ χονδρὸν*, sc. *ἄλφιτον*. Ælian. H. A. 6, 5. Hippocr. 668. Arcad. 73.]

Χονδροκοπεῖον, τὸ, Ubi *κόπτεται ὁ χόνδρος*, Mola s. Pistrini genus, in quo alica tunditur s. frangitur. J. Poll. 3, (78.) *μύλωνας, χονδροκοπεῖα, ἀλφιτεῖα*, numerat inter ea *ἵνα κολάζονται οἱ δοῦλοι*: conjiciebantur enim olim in pistrina. Apud Hes. vero proparoxytonωs legitur, *Χονδροκόπια, μύλων ὅπου ὁ χόνδρος κόπτεται.* [J. Poll. 7, 19. " Phryn. Ecl. 138. * *Χονδροκόνειον*, 136." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 310. * *Χονδροπτισσάνη*, vide *Πτισσάνη*. * *Χονδροσύνθετος*, Phile de Eleph. 70.] *Χονδρότυπος*, E cartilagine formatus, Cartilaginis figuram gerens, Cartilagineus. Ex Aristot. H. A. 9, (22.) *χονδρότυπος κεφαλὴ* pro Caput cartilagineum. [* " *Χονδροφυὴς*, Cartilagineus, Cartilaginosus: pro quo alias *χονδρώδης*, ap. Athen. 135. e Matrone Parodo." Schw. Mss.]

Χονδράκανθος, Spinam habens e cartilagine, Pro

spina cartilaginem habens. Gal. enim *χονδράκανθα* vocare dicitur Quæ pro spina cartilaginem habent, Cartilaginea.

[* *Ἄχονδρος*, Aristot. 1, 465.] *Ἔγχονδρος*, Cartilaginem in se habens, Cartilagineus, Grumos in se habens, In grumos concretus, Grumosus: *λίβανος*, Diosc. 1, (83.) Marcell. interpr. Thus grumosum: merito dissentiens ab Hermol., qui Cartilagineum vertit.

Ὑποχόνδριος, Qui sub cartilagine est. *Ὑποχόνδριον*, inquit Gorr., Medici vocant Totam illam corporis humani regionem, quæ a mucronata cartilagine utrimque ad ilia usque protenditur. Nominis ratio est quod *ὑπὸ τὸν χόνδρον*, h. e. Sub cartilagine, jacet, postque eam sit. Nec vero musculi tantum, sed et interna subjectaque illis viscera eo pariter nomine appellantur, quod sub notharum costarum cartilaginibus condita sint. Itaque *ἐπιγάστριον* ab hypochondrio non distinguitur. Gal. Comm. 1. in Epid. 3. ubi Hippocr. Hypochondrium simpliciter nominat, Dextrum interpr., propter excellentiam qua præstat alteri. Duplex enim esse hypochondrion, testatur Idem ad Gl. 1. alterum dextrum, alterum sinistrum, juxta jecur et lienem. J. Poll. 2. *Καὶ μὲν δὴ τῷ μὲν ὑποκαρδίῳ χόνδρος ὑπόκειται· τῷ δὲ χόνδρῳ, ὑποχόνδριον.* Apud Diosc. 1. *ὑποχονδρίων φλεγμονὴ* Hermolaus, Ruell. et Marc. verterunt Præcordiorum inflammatio, cum Charisio: licet præcordia sint potius *φρένες* et *τὸ διάφραγμα*. [* *Ὑποχονδριακὸς*, Alex. Trall. 7. p. 113.]

[* *Χονδρίζω*, unde] *Ἐγχονδρίζειν* duobus modis interpr.: sc. vel *χόνδρον ἐπιπάττειν* s. *καταπλάσσειν*, Chondro s. Alica perspergere, aut Ipsam cataplasmatis modo imponere: vel, *τὸν χόνδρον ἐναρμόζειν*, Cartilaginem coaptare. Quam postremam interpr. dant huic loco Archigenis ap. Gal. *τῶν κατὰ Τόπους* 3, (1.) *Ἐγχονδρίσας ἐπιμελῶς ἀγκτηρίασον*, Cartilagine probe coaptata fibulas imponito. [* *Ἐκχονδρίζω*, Gal. 2, 397. *Τὰ ἐν τοῖς ὠσὶν κολοβώματα ἐκχονδρίζειν δεῖ.*]

Συγχόνδρωσις, ἡ, Cum ossa confervescunt, i. e. coalescunt, cartilaginis interventu, Gal. de Oss.

Χονδρώδης, ὁ, ἡ, [contr. e * *Χονδροειδὴς*,] Speciem *χόνδρου* gerens, Grumosus. Athen. 3. *Ἀσήστου πυροῦ γιγνόμενον καὶ χονδρώδους.* Item Cartilagineus s. Cartilaginosus: Aristot. H. A. 1. *χονδρῶδες γὰρ ἔχει*, Cartilagineum enim habet, et proinde duriusculum. Apud Eund. *τὰ χονδρώδη*, Partes s. Appendices cartilaginosæ. Hippocr. de Fract. *Ὁτὲ μὲν τὸ χονδρῶδες αὐτοῦ, ἀφ' οὗ πέφυκεν ὁ τένων ὄπισθεν τοῦ βραχίονος.* Apud Athen. 7. sunt etiam piscium genera quædam *χονδρώδη*, quæ et *σελαχώδη*, Latinis Cartilaginea, teste Plin. 9, 24. Tales autem esse dicit *πολύποδας, γαλεοὺς, κύνας.* Idem eod. l. ait, *Οὔτε δὲ στέαρ οὔτε πιμελὴν ἔχειν τοὺς ἰχθῦς τούτους, διὰ τὸ χονδρώδεις εἶναι.* [Hippocr. 585. Aristot. de Part. Anim. 2, 9. Aret. 39.] *Χονδρίτης*, ὁ, ut *ἄρτος*, Panis e chondro s. alica. Apud Athen. 12. (p. 109.) Tryphon hæc *ἄρτων γένη ἐκτίθεται, ζυμίτην, ἄζυμον, σεμιδαλίτην, χονδρίτην, συγκομιστόν*: fierique *τὸν χονδρίτην* ait *ἐκ τῶν ζειῶν*: nam *ἐκ τῆς κριθῆς χόνδρον μὴ γίνεσθαι.* [" Jacobs. Anth. 7, 113." Schæf. Mss. LXX. Gen. 40, 16.] Est ibid. (112.) ET *Χόνδριβος ἄρτος*, de quo hæc Archestr. *Κόλλιξ Θεσσαλικός σοι ὑπαρχέτω, ὃν καλέουσι Κεῖνοι κριμματίαν, οἱ δ' ἄλλοι χόνδριβον ἄρτον*: [Schneidero leg. videtur. * *Χόνδρινος* s. * *Χόνδριλος*: " Jacobs. Anth. 7, 44." Schæf. Mss.] Apud Hes. et FEM. *Χονδρῖτις*, quod exp. *παχεῖα σεμίδαλις*, Crassa simila: *σεμίδαλιν* tamen et *χόνδρον* differre, Trypho innuit, cum *ἄρτον σεμιδαλίτην* diversum facit a *χονδρίτῃ*.

Χονδριάω, Sum *χονδρώδης* s. *θρομβώδης*: ut *χονδριῶντες μαστοὶ*, Diosc. 2, (127.) de lente, Mammæ quæ ita turgescunt ut in eis *χόνδροι* esse videantur, i. e. Grumi lactis concreti. Marc. in eum locum, Duo mammarum, inquit, in feminis vitia Diosc. conjungit: alterum, cum in grumos lac densatur, quod *χονδριῶντας μαστοὺς* vocant; alterum, quo majore impetu lactis a natura in eam partem facto tument, inflammanturque, nec possunt copiam ejus mulieres mammæ ferre: quod *σπαργῶντας* appellant. Verba Diosc. sunt, *Πρὸς δὲ χονδριῶντας μαστοὺς καὶ σπαργανώσεις ἑψόμενος ἐν θαλάττῃ ἁρμόζει καταπλασθείς.* Pro quo *σπαργανώσεις* ipse reponit *σπαργῶντας*.

Χονδρεύω, Facio *χόνδρον*: Hes. *χονδρεύει, σεμίδαλιν ποιεῖ*, Similam facit.

Χονδρίλη, ἡ, eid. Hes. est *ἄγριόν τι λάχανον*, Agreste quoddam olus, caulem, folia et flores cichorio similia habens: unde ipsum et Sylvestris intybi speciem esse dixerunt nonnulli, *σέριδα* quoque et *κιχώριον* nominantes, teste Diosc. 2, 161. Plin. 22, 22. Chondrillon s. Chondrille, folia habet intybi, circumrosis similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro. Ubi nota duplici λ scribi, et neutro genere legi etiam *Χόνδριλλον*. Apud Diosc. quoque duplici λ scribitur, sed per κ ab initio, NIMIRUM *Κονδρίλλη*, ut ap. Plin. quoque rursum Condrylla, 21, 15. et 17. Sed magis primam scripturam probo, quæ non solum ap. Hes. extat, verum etiam ap. Gal. et Paul. Ægin. [Vide Schn. Lex. et Ind. Theophr. v. * *Χόνδρυλλα*.]

Χονδρίον autem eid. Hes. est *πίναξ, κέραμος*, Discus, Cacabus; vel etiam, ut alii interpr., Patina, Vas testaceum. [I. q. *χονδροκοπεῖον*, J. Poll. * *Χονδρεῖον*, Lobeck. Phryn. 310.]

ΧΟΡΔΗ, ἡ, Intestinum, i. q. *χολὰς* s. *χόλιξ*: quanquam iis nominibus intelligi putantur potius Crassiora intestina. Apud Athen. in fine l. 7. *Θύννου τέμαχος, κρέα δελφακίων, χορδαί τ' ἐρίφων, ἧπάρ τε κάπρου, κριοῦ τ' ὄρχεις, χόλικές τε βοός.* [" *Χορδὴ* s. *Χορδαὶ* præsertim dicuntur Intestina (ovium, vitulorum, hœdorum,) in cibum parata, Lat. Lactes. Vide ad Athen. 1. p. 4. Animadv. T. 1. p. 48. Schw. Eadem notione * *Χορδάριον, τὸ*, usurpavit Alexis ap. Athen. 95." Schw. Mss.] ‖ Frequentius *χορδὴ* nominatur ipsa Chorda s. Fides ex intestino contorto et arefacto, quæ testudini lyræve aut alii instrumento musico intenta sonos melodicos edit pulsu. (Od. Φ. 406.) *Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ φόρμιγγος ἐπιστάμενος καὶ ἀοιδῆς, Ῥηϊδίως ἐτάνυσσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδὴν, Ἅψας ἀμφοτέρωθεν, ἐΰστρεφὲς ἔντερον οἰός.* Ubi clare innuit quid sit *χορδὴ μουσικὴ*, sc. *ἐΰστρεφὲς ἔντερον οἰός*: nam ex ovium in primis intestinis contortis fiunt ejusmodi fides. Plato de Rep. 1. *Δοκεῖ ἂν οὖν τίς σοι μουσικὸς ἀνὴρ, ἁρμοττόμενος λύραν, ἐθέλειν μουσικοῦ ἀνδρὸς ἐν τῇ ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει τῶν χορδῶν πλεονεκτεῖν, ἢ ἀξιοῦν πλέον ἔχειν;* Quidam [Anacreon] ap. Athen. (634.) *Ψάλλω δ' εἴκοσι Χορδαῖσι, μάγαδιν ἔχων.* Metaph. ap. Plut. (6, 157.) e Poëta quopiam, *Κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν.* Unde ap. Erasm. in Prov. Chordas non movendas movere: ap. quem vide et aliud Prov. *Ἀντὶ χορδῆς*, Chordæ vice. Affertur porro et *χορδὴ τόξου* pro Nervus arcus, Nervus et chorda qua arcus intenditur, *νεῦρον* s. *νευρά*. [" Ernest. Obs. in Aristoph. N. (455.) p. 19. Fischer. ad Anacr. p. 5. Wyttenb. Ep. Cr. 50. Mœr. 177. et n. Cibus e consecta carne, ad Lucian. 2, 336. Jacobs. Anth. 8, 239. Aristoph. Fr. 263. 281. *Μηδὲν πρὸς τὴν χ.*, Lucian. 2, 311." Schæf. Mss. Batrach. 220.]

[* *Χορδολόγος*, unde] *Χορδολογέω*, Chordis loquor, Chordarum pulsu loquor, i. e. Fidibus cano. Alii, Chordas s. Fides deligo. Plut. (6, 326.) loquens de musicis artificibus, *Ὅταν δὲ ἅμιλλα καὶ ἀγὼν γένηται πρὸς ἑτέρους, οὐ μόνον αὑτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄργανα μᾶλλον συνεπιστρέφουσι χορδολογοῦντες, καὶ ἀκριβέστερον ἁρμοζόμενοι καὶ καταυλοῦντες.* [Cf. Nicet. Annal. 16, 2. *τὸ τοῦ λόγου βάρβιτον*.] *Χορδοποιὸς*, Qui chordas conficit, Chordarum s. Fidium conficiendarum artifex. [* *Χορδοποιέω*, unde] *Χορδοποιΐα*, ἡ, Chordarum confectio, Chordarum conficiendarum artificium. *Χορδοποιϊκὸς*, Pertinens ad ejusmodi artificem, Quo ejusmodi artifex utitur. *Χορδοποιϊκῶς*, More eorum qui chordas conficiunt. Omnia hæc ap. J. Poll. 7. *Χορδοπώλης*, ὁ, Chordarum venditor, Qui chordas s. fides venditat. J. Poll. 7. e Critia. [* *Χορδοστρόφος*, i. q. *χορδοποιὸς*, Procl. Paraphr. Ptol. 4, 4. p, 250. Modulator fidium, Dio

Chrys. 1, 276. * Χορδοστροφέω, unde * Χορδοστροφία, Ælian. H. A. 17, 6. Εἰς τὰς τῶν ψαλτηρίων χορδοστροφίας. "At videtur esse Chordarum obductio, non Fidicula, prout vertunt Interprr." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. * "Χορδότονος, Brunck. Soph. 3, 413. ad Il. E. 215." Schæf. Mss. Soph. ap. Plut. 7, 787. λύρα. Bryennius Music. p. 417. Ἡ ὑπὸ τὰς χορδὰς ὑποκειμένη σανὶς χορδοτόνος ὀνομάζεται. * Χορδοτόνον, τὸ, Aristot. de Audib., J. Poll. 4, 62. Nicom. Music. p. 13. Schn. Lex. * Χορδοτονέω, unde] Χορδοτονία, ἡ, Chordarum intentio in lyra, Bud. ex Athen. [14. p. 657.] A

Χορδαψὸς, οῦ, ὁ, SIVE Χόρδαψος, (utroque enim modo scriptum reperitur,) dicitur Tumor tenuis intestini, ut videatur intestinum ad chordæ similitudinem convolutum, ut scribit Gal. de LL. Aff. 6. (T. 3. p. 309.) Archigenes, ut refert Aët. l. 13., χορδαψὸν τοῦ εἰλεοῦ speciem esse dicit, cum uno in loco circa tenuia intestina dolor consistit, ut admota manu durities et tumor tactui succumbat: e quo subitum periculum creari, atque ut plurimum intra B tertiam vel quartam horam: quod si ad suppurationem inflammatio vergat, aut in longius tempus trahatur, ne tum quidem abesse periculum, quanquam ex iis aliqui evadant. Celsus (4, 16.) scribit Dioclem Carystium tenuioris intestini morbum nominasse χορδαψὸν, a plerisque vero suo tempore appellari εἰλεόν. Dicitur autem χορδαψὸς, quod qui manum loco dolenti admoverit, is veluti τῆς χορδῆς ἅπτεται, i. e. videtur sibi chordam tangere, propter magnam ex intestini inflammatione tensionem. Gorr. Itidem vero Aret. εἰλεὸν et χορδαψὸν habere magnam inter se affinitatem indicat, de ambobus tractans eod. capite: et post εἰλεοῦ definitionem subjungens, χορδαψὸν nominari ἢν πρὸς τοῖς στρόφοις καὶ πίεσις καὶ μάλθαξις τῶν ἐντέρων ἔῃ, καὶ πολὺ τὸ ὑπογάστριον ὑπερίσχῃ. Sed aliunde ipse derivat, sc. ab ἕψησις significante μάλθαξις, et χορδὴ quod est ἔντερον. Vide περὶ Ὀξέων Παθ. 2, 6. In equis autem χορδαψὸν esse dicit Apsyrtus in Hippiatr. Ὅταν τὴν τροφὴν ἀναφέρῃ διὰ τοῦ στόματος ἢ μυκτῆρος. [Aret. C p. 18, 20. Cæl. Aurel. 237. Alex. Trall. 10. p. 561.]

Ἀκροχορδὼν, όνος, ἡ, Verruca dolens quæ sub cute coit durior et paulo asperior, callosa et plerumque teres, coloris ejusdem, infra tenuis, ad cutem latior, fabæ fere magnitudine: pueros maxime infestans. Vix una tantum eod. tempore nascitur, sed fere plures: eæque nonnunquam subito desinunt, nonnunquam mediocrem inflammationem concitant:, sunt quæ etiam in pus vertantur. Dicitur hoc nomine propterea quod (ut ait Aëtius) similis sit vertice suo resectæ chordæ secundum extremitatem, vel, (sicut existimat Celsus,) quod in imo usqueadeo sit angusta, ut pendere videatur. Tota enim foras prominet, adeo ut excisa nullam radiculam relinquat. Unde et verruca pensilis a nonnullis Latine vertitur, quod basi angustiore prædita videatur pendere, summæ chordæ similis. In eo differt ἀπὸ τῆς μυρμηκίας, quod cum utrumque vitium cutis excrescentia sit, in tuberculi modum, hæc tamen præterquam D quod similem formicæ mordentis sensum inducit, basim etiam habet latiorem, et nigro colore prædita est, atque, ubi a chirurgo tollitur, sanguinem fundit copiosiorem quam ejus magnitudo ferre videatur. Hæc Gorr. Diosc. 2. de lacerta, Αἴρει δὲ καὶ μυρμηκίας καὶ ἀκροχορδόνας καὶ ἥλους, Verrucas formicarias et pensiles. Et Plut. Fabio (1.) refert, eum Verrucosum fuisse cognominatum, quod haberet ἀκροχορδόνα μικρὰν ἐπάνω τοῦ χείλους ἐπιπεφυκυῖαν. "Ἀκροκορδὼν, perperam in VV. LL. pro "ἀκρόχορδών: itidemque ap. Diosc. aliquoties." [Marcell. Sid. 98. θαμινὰς ἀκροχορδόνας ἐξακέονται. "Plut. de S. N. V. p. 81." Schæf. Mss. Diosc. 4, 194. Paul. Ægin. 137, 50. Gl. Nævus, Verruca: Ἀκροχορδάνων ἀνάπλεος· Verrucosus: * Ἀκροχορδόνιον· Verruca: * Ἀκροχορδάνη, ἡ μυρμηκιά· Verruca. * Ἀκροχορδονοειδὴς, unde * Ἀκροχορδονώδης, Verrucosus, Tzetz. ad Lyc. 603. 1056.]

Ἐπιχορδὶς, i. q. μεσεντέριον, i. e. Corpus membranosum in medio intestinorum situm: forsan quod supra intestina sit et ea sustineat. Aret. de Morb. Acut. 2, 6. Καὶ γὰρ καὶ ἐπιχορδίδα τὸ μεσεντέριον ἐκίκλησκον οἱ πρόσθεν, τὰ μεσσηγὺ νεῦρα καὶ ἀγγεῖα καὶ τοὺς ὑμένας τοὺς ἀνοχῆας τῶν ἐντέρων.

Ἀντίχορδος, ὁ, ἡ, Contrarias chordas habens, Contrarium sonum chordis emittens, Obsonus, Dissonus. At Hes. ἀντίχορδα exp. σύγχορδα, ἰσόχορδα, et Suid. σύμφωνα: ut ἀντὶ hic non Contrarietatem, sed Vicissitudinem s. potius Correspondentiam denotet. [Anecd. Bekk. 1, 409. ἀντιχ., σύμφωνος, ἰσοχ.: Plut. 8, 635. * Ἀπόχορδος, Clem. Alex. 413. ἀπόχορδον ᾄδειν.] Ἄχορδος, Nullas habens chordas, Qui sine chordis est: φόρμιγξ, Aristot. Rhet. 3. Ubi et τὸ ἄχορδον καὶ τὸ ἄλυρον μέλος. ["Psell. Epist. ap. Casaub. ad Athen. 1, 14." Boiss. Mss. "Valck. Phœn. p. 296. Oratt. 394. * Βαρύχορδος, Strato Epigr. 29." Schæf. Mss. Anal. 2, 366.] Δεκάχορδος, Decem habens chordas, Decem intentus fidibus: ψαλτήριον, Psalterium decem chordarum, LXX. Ps. 18. [32, 2. coll. 91, 3. 143, 10. * Δίχορδος, Athen. 183. Fabric. B. Gr. 1. p. 83. Clem. Alex. 307. * "Δίχορδον, Instrumentum Musicum, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 6, 554." Elberling. Mss. * Ἔγχορδος, ut ὄργανα ἔγχ., Instrumenta chordis intenta.] Ἑπτάχορδος, Septem chordis constans, Septenas chordas s. fides habens: ut ἑπτ. ἁρμονίαι dicuntur Concentus qui septem fiunt chordis s. nervis. ["Wakef. Alc. 453. Heyn. Hom. 4, 703. ad Lucian. 1, 426. Fabric. Bibl. Gr. 1. p. 92." Schæf. Mss. * Εὔχορδος, Pind. N. 10, 39.] Ἰσόχορδος, Paribus s. Æqualibus constans chordis. Utitur Hes. in expositione compositi Ἀντίχορδος. Μονόχορδος, Unica constans s. intentus chorda: ὄργανον, ab Arabibus inventum, et sic cognominatum a chordarum simplicitate et numero, ut τρίχορδον, quo luserunt Assyrii, triplici chorda instructum, quod et πανδοῦραν nominarunt: unde πανδουρίζειν, et Pandurizare Sidonio. J. Poll. 4, c. 9. [* Μονοχορδίζω, Aristid. Quintil. Music. 117.] Πεντάχορδος, Quinque habens chordas s. nervos, Quinis intentus fidibus: ὄργανον, inventum a Scythis, quod καθῆπτο ἱμᾶσιν ὠμοβοΐνοις, Pulsabatur autem bisulcis caprarum ungulis, teste J. Poll. 4, c. 9. De pentachordis vide et Martian. Capell. 9. [Athen. 637.] Πολύχορδος, Multas habens chordas s. fides: γῆρυς, Eur. (Rhes. 548.) Vox multarum fidium. [Plut. Q. S. 7, 8, 4. * Πολυχορδέω, unde] "Πολυχορδία, Chorda-"rum s. Fidium multitudo. Athen. 8, de Stratonico, "Πολυχορδίαν εἰς τὴν ψιλὴν κιθάρισιν πρῶτος εἰσή-"νεγκε:" [4. p. 183. "Heind. ad Plat. Gorg. 188." Schæf. Mss.] Πρόσχορδος, Ad chordas quadrans, Chordis consonus, simpliciter etiam Consonus, σύμφωνος. Affertur enim e Plat. de LL. πρόσχορδα φθέγματα pro Consonæ voces. Σύγχορδος, idem, Hes. in Ἀντίχορδος supra. [* Συγχορδία, Concentus, Soph. Athenæi 183. 635.] Τετράχορδος, Quatuor instructus chordis, Quaternis intentus s. constans fidibus: ut τ. ὄργανα ap. Musicos. Vide Vitruv. 5, 4. et Martian. Capell. 9. Affertur vero ET Τετραχορδικὰ pro Quæ habent quatuor chordas. Τρίχορδος, Tres habens chordas, Triplici intentus chorda: ὄργανον Assyriorum, de quo paulo ante in Μονόχορδος. ["Fabric. B. Gr. 1. p. 92. Τρίχορδον, Jacobs. Anth. 7, 353." Schæf. Mss.]

Χορδόω, Implico et involvo, ut αἱ χορδαὶ εἱλεῖσθαι solent. Praxagora meretrix in Aristoph. Ἐκκλ. (10.) de lychno, Κὰν τοῖσι δωματίοισιν Ἀφροδίτης τρόπων Πειρωμέναισι πλησίον παραστατεῖς Χορδουμένων [Λορδουμένων] τῶν σωμάτων, Dum corpora in coitu implicantur sibi mutuo. Schol. exp. κινουμένων, hoc dici scribens, quoniam οἱ συνουσιάζοντες κινοῦνται. [Vide Brunck. et Suid. * Ἐγχορδόω, Fidibus cano, Sopater ap. Athen. 4. p. 175. Τύπος * λαρυγγίφωνος ἐκκεχόρδωται. "Valck. Callim. p. 18." Schæf. Mss.]

Χορδεύω, idem. Aristoph. Τάραττε καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα Ἅπαντα· καὶ τὸν δῆμον αἰὲν προσποιοῦ, Ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικοῖς. Ibi enim Schol. et Suid. exp. σύμπλεκε ἀλλήλοις καὶ συγκύκα, qui metaph. esse sumtam ajunt ab ἀλλαντοπώλαις: ii enim τὰς χορδὰς, i. e. τὰ ἔντερα τῶν τετραπόδων, γεμίζουσι

καὶ πληροῦσι παντὸς τοῦ φυράματος: quorum more A jubet et illum (utpote ἀλλαντοπώλου personam gerentem) χορδεύειν καὶ ταράττειν τὰ πολιτικὰ, συνταράττειν καὶ συμφυρᾶν τὰ πράγματα, ἡδύσμασι χρώμενον καὶ ἀρτύοντα κακίαις. Addit præterea ibid. Schol. χορδὴν esse τὸ λεπτὸν ἔντερον, Tenue intestinum, quod solent πλέκειν οἱ μάγειροι: traduci autem et taxari ibi τοὺς στρατηγοὺς, utpote ταράττοντας καὶ εἰς πλοκὰς ἐμβάλλοντας τὴν πόλιν, Involventes, Implicantes, Intricantes urbem, eo sc. modo quo intestina a coquis solent involvi et sibi implicari. Hes. vero χορδεῦσαι exp. κακοποιῆσαι, τεμεῖν, ut in Herodoteo etiam Lex. χορδεύων exp. τέμνων. [" Ad Eund. 472. Ernesti Obs. in Aristoph. N. p. 19." Schæf. Mss.] Χόρδευμα, τὸ, i. q. χορδὴ, Intestinum; scribit enim Schol. Aristoph. χορδὰς et χορδεύματα vocari τὰ ἔντερα, in Ἱππ. (315.) Εἰ δὲ μὴ σύ γ' οἶσθα κάττυμ', οὐδ' ἐγὼ χορδεύματα. Quæ verba sunt ἀλλαντοπώλου. [* Ἐκχορδεύω, Nicet. Annal. 5, 6.] " Καταχορδεύω, " ex Herod. (6, 75.) pro Rescindo," [Lamino, Secundum longitudinem minutatim disseco; paulo ante B ἐπιτάμνων κατὰ μῆκος, de eodem facto. Themist. Or. 21. p. 261. Καταχ. ἐν ταῖς βασάνοις. Euseb. H. E. 710. Καταχορδεύω, * Καταχορδέω, * Καταχορδίζω, Toup. ad Longin. 31, 2.]

Παραχορδίζειν, Dissonare a chordis, παρὰ τὰς χορδὰς φωνεῖν. Horat. id vocat Chorda aberrare pro Discrepare et Discordare. Suidæ διαφωνεῖν, ἁμαρτάνειν. Idem παραχορδιῇς exp. * παράσεμνον ποιήσεις, afferens h. l. sine Auctoris nomine, προσέχων ὅπως Μηδὲν παραχορδιῇς ὧν δεῖ σ' ἀποδεῖξαι. Sed est is Aristophanis Ἐκκλ. (295.) ubi Schol. παραχορδιῇς exp. παρὰ ῥυθμὸν ποιήσῃς, παραφθέγξῃ: metaphora sumta vel ab illis Musicis qui chordas perperam tangunt, unam pro alia vel alio in tono pulsantes, vel ab ipsis chordis alterum edentibus sonum. Suid. affert et παρακεχόρδηκεν pro παρημάρτηκεν: quod est a VERBO Παραχορδέω. Id autem a NOMINE Παράχορδος, quod Atticum esse testatur idem Lexicographus. Signif. vero Aberrans chorda, Absonus. [" Dawes. M. Cr. 306." Schæf. Mss.] C

[* " Χορδίον, Thom. M. 627. * Χορδάριον, Valck. Phœn. p. 66." Schæf. Mss. Vide Χορδή.]

ΧΟΡΟΣ, ὁ, Chorus, Chorea, Tripudium, Saltatio: tam de Actione saltandi quam de Saltantium multitudine, ut Serv. testatur, qui et ipse dicit esse non solum Saltantium canentiumve collectam multitudinem, sed etiam Coævorum cantum atque saltationem. Unde ap. Poëtas, Plaudentes chori, Canori chori: item Æquales chori, Feminei chori, Virginei chori, Leves nympharum cum Satyris chori. Od. Θ. (248.) Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε χοροί τε. Hesiod. Ἀ. (272.) τοὶ δ' ἄνδρες ἐν ἀγλαΐαις τε χοροῖς τε Τέρψιν ἔχον, utpote qui sponso adducerent sponsam. Et mox, τοῖσιν δὲ χοροὶ παίζοντες ἕποντο, Chori ludentes: e quibus, Τοὶ μὲν ὑπὸ λιγυρῶν συρίγγων ἴεσαν αὐδὴν Ἐξ ἁπαλῶν στομάτων· Αἱ δ' ὑπὸ φορμίγγων ἄναγον χορὸν ἱμερόεντα. Ἔνθεν δ' αὖ ἑτέρωθε νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ. Τοί γε μὲν αὖ παίζοντες ὑπ' ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ, Τοί γε μὲν αὖ γελόωντες D ὑπ' αὐλητῆρι ἕκαστος Πρόσθ' ἔκιον: atque ita πᾶσαν τὴν πόλιν θαλίαι τε χοροί τε Εἶχον. Ubi prolixe declarat quid χοροῦ nomine intelligatur, multitudo nimirum canentium tam viva voce quam musicis instrumentis, saltantiumque. Sic rursum, Il. Π. (182.) de nympha quadam, τῆς δὲ κρατὺς Ἀργειφόντης Ἠράσατ', ὀφθαλμοῖσιν ἰδὼν μετὰ μελπομένῃσιν Ἐν χορῷ Ἀρτέμιδος: crebros etenim Exercet Diana choros. Apud Eund. εἰς χορὸν ἰέναι s. ἔρχεσθαι pro Ire agitatum choros, Ad choreas se conferre aut certe Ad cœtum eorum qui choreas ducunt. Od. Σ. (193.) εὖτ' ἂν ἴῃ χαρίτων χορὸν εἰς ἐρόεντα: Il. Ο. (508.) Οὐ μὰν ἔς γε χορὸν κέλετ' ἐλθέμεν, ἀλλὰ μάχεσθαι. Dicitur et ποιεῖσθαι χοροὺς et ἡγεῖσθαι χοροῦ, Agitare choros, Celebrare s. Exercere choros, Ducere choreas. Quod postremum est potius præsultoris, i. e. ejus qui primas obtinet in ducendo choro. Hesiod. Θ. (7.) Ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο Καλοὺς, ἱμερόεντας. Theocr. autem dicit (13, 43.) χορὸν

A ἠρτίζοντο. Xen. K. Π. 8, (7, 1.) de Cyro, Ἔθυσε τὰ νομιζόμενα ἱερεῖα, καὶ τοῦ χοροῦ ἡγήσατο Πέρσαις κατὰ τὰ πάτρια. Et ap. Aristot. Polit. 8. Ἐν Λακεδαίμονι τις χορηγὸς αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ, Choro saltanti tibia cecinit. Et ap. Plut. (6, 725.) de Damonida quodam, Ταχθεὶς εἰς τὴν τελευταίαν τοῦ χοροῦ τάξιν ὑπὸ τοῦ τὸν χορὸν ἱστάντος. Item ap. Athen. 2. Ὁ χορὸς ὤρχεῖτ' ἂν ἐναψάμενος δάπεδα καὶ στρωματόδεσμα: 6. Προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλοι μετ' ὀρχήσεως καὶ ᾠδῆς ἀπήντων αὐτῷ: nec enim saltabant solum, sed cantabant etiam chori, tibiis quoque adhibitis aliisve instrumentis musicis, ut et Macrob. Saturn. 1. init. Vides quam multorum vocibus chorus constet: una tamen ex omnibus redditur. Aliqua est illic acuta, aliqua gravis, aliqua media: accedunt viris feminæ, interponitur fistula. In eodem χορῷ modo συνεπλέκοντο ἀλλήλοις, modo διΐσταντο, ap. Greg. Naz. Metaphorica autem et Proverbialia sunt ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεσθαι, In alieno choro pedem ponere: quod est hominum περιέργων καὶ πολυπραγμόνων, alienis se immiscentium negotiis et aliorum B sibi partes vendicantium. Item ποῦ χοροῦ τάξομεν; In qua chori parte statuemus? De quibus Erasm. Chiliad., ubi habes et alia. Peculiariter vero χορὸς in Tragœdiis, Comœdiis, ac Satyris dicebatur Multitudo vel virorum vel mulierum quæ saltabat et canebat inter actus, quin etiam nonnulla interloquebatur, histrionis personam agens. Ac olim quidem, ut Athen. docet l. 14. συνέστηκεν ἡ σατυρικὴ ποίησις ἐκ χορῶν μόνων, ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία, ideoque οὐδὲ ὑποκριτὰς εἶχε: sed Æschylus postea in Tragœdia duos histriones instituit, cum antea unus esset duntaxat, chori personarum numerum imminuit, actorem primarum partium introduxit. Itidem vero et Comœdia vetus, ut ab initio chorus tantum fuit, paulatimque personarum numero in quinque actus processit, paulatim rursum velut attrito atque extenuato choro ad novam comœdiam sic pervenit, ut in ea non modo non induceretur chorus, sed ne locus quidem ullus ei relinqueretur. C Nam postquam otioso tempore fastidiosior spectator effectus, tunc cum ad cantores ab actoribus fabula transibat, consurgere et abire cœpisset, admonuit Poëtas choros prætermittere. Officium autem chori his verbis exp. Horat. de Arte Poët. (193.) Actoris partes chorus officiumque virile Defendat: neu quid medios intercinat actus Quod non proposito conducat et hæreat apte. Ille bonis faveatque et concilietur amice: Et regat iratos, et amet peccare timentes. Ille dapes laudet mensæ brevis: ille salubrem Justitiam, legesque et apertis otia portis. Ille tegat commissa, deosque precetur et oret Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis. Idem vero docet etiam qualis tibia et quales fides interponi choro canenti debeant. Ejusd. chori erant εἴσοδοι et ἔξοδοι, item στροφαὶ et ἀντιστροφαὶ inter ipsas τὰς ὀρχήσεις. De quibus omnibus hic agere prolixum esset et ab instituto alienum. Consule igitur Aristot. Poët.: [Probl. 19, 49.] Athen. (21.) nec non Schol. Soph. Demetr. Triclin. et Schol. Aristoph. aliorum etiam Comicorum Tragicorumve Interprr. et J. Poll. 4, c. 15. Porro Poëta ipse χορὸν ab archonte ᾔτει, archon autem ἐδίδου: quem postea δοθέντα ipse εἶχε et ἐδίδασκε: ut ex iis patet quæ subjungam. Plato de LL. 7. de Tragicis Poëtis loquens, Νῦν οὖν, ὦ παῖδες μαλακῶν μουσῶν ἔκγονοι, ἐπιδείξαντες τοῖς ἄρχουσι πρῶτον τὰς ὑμετέρας παρὰ τὰς ἡμετέρας ᾠδὰς, ἂν μὲν τὰ αὐτά γε ἢ καὶ βελτίω τὰ παρ' ὑμῶν φαίνηται λεγόμενα, δώσομεν ὑμῖν χορόν· εἰ δὲ μὴ, ὦ φίλοι, οὐκ ἄν ποτε δυναίμεθα. Apud Athen. (638.) Ὃς οὐκ ἔδωκεν αἰτοῦντι Σοφοκλεῖ χορὸν, Τῷ Κλεομάχῳ δ', ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ Ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια. Et rursum, ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας Ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος, μετὰ τῶν παρατιλτριῶν, Ἔχων χορὸν, Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη Πονηρά. Sic ap. eund. Athen. (350.) quidam προσεποιεῖτο εἶναι Φάωνος τοῦ αὐλητικοῦ, καὶ ἔχειν ἔφασκε Μεγαροῖ χορόν. Zeno autem ap. Plut. (6, 292.) Ὁρῶν τὸν Θεόφραστον ἐπὶ τῷ πολλοὺς ἔχειν μαθητὰς θαυμαζόμενον, Ὁ ἐκείνου μὲν χορὸς, (inquit,) μείζων, οὑμὸς δὲ συμφωνότερος, me-

taphora sumta a chorodidascalis, quorum discipuli, quos χορεύειν docent, χορὸς appellantur. Apud Eund. in Symp. 4. Κωνώπων χορῷ περιᾳδόμενος, pro Agmine. Metaphorice itidem ap. Theodorit. H. E. 3. χορὸς et θίασος τῶν εὐσεβούντων, pro Christianis. Item in veteri Ecclesia χορὸς dicebatur τὸ σύστημα τῶν ᾀδόντων, tempore Constantini filii, in duas divisum partes, et διχῇ τοὺς Δαβιδικοὺς ψαλμοὺς ᾄδον, teste Suida. || Χορὸς, etiam Locus choris s. choreis agitandis destinatus, ὁ τόπος τῆς χορείας καὶ τῆς ὀρχήσεως. Od. Θ. (260.) Λείηναν δὲ χορὸν, καλὸν δ' εὔρυναν ἀγῶνα, (264.) Πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσί.

["Χορὸς, ad Phalar. 269. Thom. M. 559. 796. ad Charit. 742. Musgr. Hipp. 577. Tro. 328. Herc. F. 1025. El. 178. 1198. Wakef. Herc. F. 979. 1029. Eum. 307. Stanl. init. Jacobs. Exerc. 2, 67. Anth. 6, 238. 9, 250. 293. 399.'402. 454., Epigr. adesp. 641. Kuster. Aristoph. 13. 109. Villois. ad Long. 135. Bergler. ad Alciphr. 262. 448. ad Corn. Nep. 368. Tyrwh. ad Aristot. 139. ad Herod. 468. Ind. Xen. Mem. et ad 3, 3, 12. 3, 4, 3. 3, 4, 4. 3, 5, 6. 3, 5, 18. Verh. ad Anton. Lib. p. 5. LB., Valck. Phœn. p. 87. Eichst. de Dram. p. 72. Ammon. 148. Heyn. ad Virg. 2. p. 33. Hom. 7, 560. 8, 645. Locus, Idem ad Pind. 1. p. 87. Chorus scenam relinquens, Lobeck. Aj. p. 349. In proscenio semper constitutus, Musgr. Hipp. 58. Chorum sæpe alloquuntur personæ tragicæ numero singulari, Valck. Hipp. p. 241. Brunck. Aristoph. 1, 248. :—' Qui Chorum alloquuntur, modo tanquam unicam personam, modo tanquam plures compellant. Sic etiam Chorus de se loquens, utroque numero sæpe in eadem phrasi utitur.' De partibus coryphæi, Brunck. ad Hipp. 720. χοροῦ etymon, Boeckh. in Plat. Min. 130. X. et χωρίον conf., ad Dionys. H. 3, 1488. Χορῶν et χερῶν conf., Jacobs. Anth. 8, 320. X. ἄστρων, ad Charit. 301. Ἐν ἀλλοτρίῳ χ. πόδα τιθέναι, Jacobs. Anth. 9, 292. Χορῷ καλὸς, Heyn. Hom. 7, 173. Χορὸν λαμβάνειν, Brunck. Aristoph. 1, 153. Kuster. 65.: ἱστάναι, 55.: δοῦναι, Casaub. ad Athen. 50. Χοροὺς στῆσαι, ad Callim. 1. p. 218. Musgr. Phœn. p. 189." Schæf. Mss. "Aristoph. B. 548. ἐκ τῆς γνάθου Πὺξ πατάξας μου 'ξέκοψε τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους, Dentes, Brunck." Seager. Mss. "Series, Achill. Tat. p. 78." Wakef. Mss. Χορὸς, Hes. κύκλος, στέφανος. Festus: Coronacum videatur a choro dici, caret tamen aspiratione. "Κύκλιοι χοροὶ, Orbiculares s. Circulares chori, cum pueri et puellæ, viri, senes, mulierculæ, manus conserunt, saltantque in orbem canentes, in theatris, Dial. 3, 20. Phot. ap. Albert. ad Hes. T. 2. p. 372. Κύκλιον χορόν· ὃν 'Αρείων ἐν Κορίνθῳ πρῶτος ἔστησε: add. Xen. Œc. 8, 20. et cf. Ernest. ad Mem. 3, 4, 3." Fischer. Ind. ad Æschin. Dial. Socr. X. et χρόνος conf., Schæf. Apoll. Rh. T. 2. p. 263. ad Greg. Cor. 849. Quo compendio scribatur, ibid. X. et δόλος conf., Spitzner. de Versu Gr. Her. 55. X. ἀρτύνειν, etc. ibid.]

B ἀγγεῖα: et Aristot. H. A. 9. cervam suum χορίον arripere ilico a partu et vorare. Porro quid intersit inter ἀμνίον et χορίον J. Poll. docet. Is enim l. 2. scribit duos esse περὶ τῷ ἐμβρύῳ χιτῶνας: ὧν τὸ μὲν ἔνδοθεν, λεπτότερόν τε καὶ μαλακώτερον ὂν, ἀμνίον ab Empedocle vocari, τὸ δὲ ἔξωθεν ἐπ' αὐτῷ τῷ πρὸς τῇ ὑστέρᾳ, χωρίον nominari, οὗ καὶ τὸν ὀμφαλὸν ἐμπεφυκέναι. Ubi etiam ex Antiphonte hæc affert verba, Ἐν ᾧ τὸ ἔμβρυον αὐξάνεταί τε καὶ τρέφεται, καλεῖται χωρίον. || Χόρια, Hesychio etiam τὰ ἐκ μέλιτος καὶ γάλακτος γινόμενα βρώματα, (ita enim ap. Hes. leg. esse censeo,) Edulia e lacte et melle, ut ap. Athen. quoque (646.) legimus, Χόρια, βρώματα διὰ μέλιτος καὶ γάλακτος γινόμενα. Pro quo tamen χόρια ap. Eund. LEGITUR Χορεῖα, ut (516.) in hoc Alexidis loco, ἀπαλλάγηθί μου, Κανδαύλους λέγων καὶ χορεῖα καὶ βατάνια. [Theocr. 9, 19. Ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χορία ζεῖ, vide Schol.: 10, 11. χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι, cf. Horat. Serm. 2, 5, 83. Ut canis a corio
C nunquam absterrebitur uncto. " Harles. Ind. Theocr., Toup. in Schol. Theocr. p. 217. Jacobs. Anth. 7, 44. Aristoph. Fr. 248. 274." Schæf. Mss. Geop. 19, 2, 17. Κύων δέ σοι ἀκολουθήσει, ἐὰν κυνὸς ἑτέρου χόριον εἰς πανίον ἐνδήσας * προσοσφράνῃς αὐτόν. Vide Schleusn. Lex. V. T. Χορίον γυναικὸς, Gl. Folliculum.]

Χοριοειδὴς, pro quo sæpius reperitur SCRIPTUM Χοροειδὴς, Speciem τοῦ χορίου gerens, Similis involucro fœtus, quod χορίον nominatur. Id autem de tribus dicitur ap. Anatomiæ Professores. Primum quidem signif. Implexum arteriarum in ventriculis cerebri anterioribus factum in modum τοῦ χορίου, h. e. membranæ fœtum involventis, quam Secundas appellant. Is autem geminus est, dexter et sinister, in utroque sc. cerebri ventriculo anteriore unus: similis τῷ χορίῳ, non modo varia atque implicata vasorum textura, sed substantia etiam quadam subrubra et glandulosa, quæ per medios vasorum anfractus cernitur: non ei dissimilis, quæ τοῦ χορίου vasa amplectitur atque sustinet. Secunda signif. χοροει-
D δὴς dicitur Tenuis membrana quæ cerebrum involvit, eo quod cerebri vasa non aliter sustineat quam τὸ χορίον vasa ad fœtum pertinentia complectitur. Rufus vero non Totam eam membranam, sed τὸν καλύπτοντα τὰς κοιλίας ἔνδοθεν χιτῶνα scripsit vocari χοροειδῆ. Id quod ego esse suspicor quod Gal. 8 de Usu Partium, dicit se mirari cur aliqui non omnes tenuis membranæ partes velint χοροειδεῖς appellari. Verum Herophilus, ut ait Rufus, etiam Meningem χοροειδῆ vocabat. Tertia signif. est, qua χοροειδὴς Membrana oculi dicitur, quæ alio nomine ῥαγοειδὴς nuncupatur, vel quoniam nascitur a cerebri membrana tenui, quam ῥαγοειδῆ diximus vocari, vel quod pariter atque χορίον venis intertexta sit. Quanquam videtur Rufus sentire non totam eam tunicam χοροειδῆ dici, sed ea tantum parte qua albo oculorum subjecta est, ut et ῥαγοειδῆ ea parte qua subest κερατοειδεῖ tunicæ. Gorr. [Χοριοειδὴς, Aristot. H. A. 6, 3, 6.]

[* Χορωνὸς, ὁ, et * Χορώνη, ἡ, pro κορώνη, Corona,

Athen. 15. p. 680. unde Chorona pro Corona, Cic. Orat. 48. Quinctil. 1, 5, 20. Cf. Χορός." Schn. Lex.]

ΧΟΡΤΟΣ, Fœnum. Interdum tamen et de Herba adhuc virenti; sed non ap. vett. Scriptt. fortasse. Legitur de Virenti herba, et ea quidem tritici, Matth. 13, (26.) et Marc. 4, (28.) Χόρτος ἐβλάστησε, Herba germinavit: de Virenti gramine et herba quavis, 1 Pet. 1, (24.) Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν, Exaruit gramen et flos decidit. Potius de Gramine arido dicitur ap. Greg. Naz. de igni infernali, Ὁ ἐσθίει ὡς χόρτον τὴν ὕλην. Sic 1 ad Cor. 3, (12.) Εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην, ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται, sc. ἐν πυρὶ ἀποκαλυπτόμενον καὶ δοκιμαζόμενον. Apud veteres quidem certe de Arido gramine, i. e. Fœno, quod jumentis datur, passim usurpatum reperimus. Plut. Apophth. et in lib. An Seni capessenda Resp. Πυθόμενος ὅτι χόρτος οὐκ ἔστι τοῖς ὑποζυγίοις. Xen. K.Π. 8, (6, 6.) Μήτε ἵπποις ἀγυμνάστοις χόρτον ἐμβάλλετε: in Colot. Δι' ἀγροικίαν καὶ βωμολοχίαν καὶ ὕβριν τοῦ ἀνθρώπου χόρτον τινὰ προβάλλοντος Σωκράτει. Ammian. Epigr. Δείσας δ' ἐκ τούτων μὴ καὶ χόρτον παραθῇ μοι, Ne et fœnum mihi apponeret. Athen. (583.) δοκεῖς γάρ μοι πολὺν, Ἵππη, πάνυ χόρτον, φησὶ, καταβεβρωκέναι, Hippe, videris mihi, inquit, multum admodum comedisse fœni: alludendo ad nomen. Solet enim τοῖς ἵπποις προβάλλεσθαι ὁ χόρτος. || Generaliter χόρτος, ut χιλὸς quoque, signif. etiam πᾶν βρῶμα, Cibus, ut in h. l. Hipponactis, ap. Athen. (304.) σῦκα μέτρια τρώγων, Καὶ κρίθινον κόλλικα, δούλιον χόρτον: nec enim ejusmodi panes hordeacei vocari possunt vel fœnum vel gramen vel herba: est igitur δούλιος χόρτος, βρῶμα et cibus ᾧ χορτάζονται οἱ δοῦλοι: vel etiam Cibus qui servis objicitur, ut fœnum equis. Hes. exp. χόρτασμα. [" Sic Herod. 5, 16. de Thracico quodam populo verba faciens, ait, Τοῖσι ἵπποισι καὶ τοῖσι ὑποζυγίοισι παρέχουσι χόρτον ἰχθῦς, Equis et jumentis pro pabulo pisces præbent." Schw. Mss.] || Χόρτος eid. Hes. est περίβολος τῆς αὐλῆς, ut Il. Λ. (773.) Αὐλῆς ἐν χόρτῳ, Ω. (640.) Αὐλῆς ἐν χόρτοισι κυλινδόμενος κατὰ κόπρον, ubi Schol. quoque et Eust. eo nomine accipiunt περίφραγμα s. τρόχαλον, i. e. Septum quo cincta est ἡ αὐλή. Unde Latinorum Cors s. Cohors dicta videri queat; nam et ipsa Locus est cinctus in quo gallinæ aliæque aves altiles solent ali. [Pind. 'O. 13, 62. et Schol.] || Χόρτον dici etiam οὐρανοῦ τὸ * περιόρισμα tradit Hes. nec non τὴν εὐρυχωρίαν et τὴν χώραν. [" Jacobs. Anth. 6, 382. Wakef. S. Cr. 5, 13. Heyn. Hom. 5, 25. 6, 257.635. 8,731. Markl. Iph. p. 245. Musgr. Iph. T. 123(=134.) Herc. F. 371. Toup. Opusc. 2, 54. Diod. S. 1, 161. ad Herod. 711. Eichstadt. de Dram. Sat. p. 12." Schæf. Mss. Valck. Schol. in N. T. 1, 422. Hinc Lat. Hortus; Schn. ad Varron. 1, 13. p. 290.; 1, 31. p. 330. Columella 5, 9, 5. p. 272. Schn. Lex. * " Χορτοβάμων, Toup. Opusc. 2, 54." Schæf. Mss.] Χορτοκοπεῖον, SIVE Χορτοκόπιον, τὸ, Campus fœnarius, Pratum. Ad verbum, Locus in quo fœnum secari potest vel solet. Diosc. 2, 177. de Medica herba, Ἔοικε μὲν ἄρτι φυομένῃ τριφύλλῳ τῇ ἐν χορτοκοπίοις, Similis est trifolio pratensi, s. in fœnariis campis nascenti: 3, 21. de anoni s. ononi herba, Φυλλάρια μικρὰ ὥσπερ λωτοῦ τοῦ ἐν χορτοκοπείοις. Nota vero, in priore l. χορτοκοπίοις scribi sine diphthongo, in posteriore vero cum diphthongo, ut et ap. J. Poll. 7. Ποάστριον δὲ, τὸ νῦν χορτοκόπιον. Fœnisecium autem s. Fœnificium ap. Latinos est ἡ χορτοκοπία, et Fœniseca, τὸ χορτοκόπον ἐργαλεῖον, ut Fœnisex, ὁ χορτοκόπος ἀνήρ: [Χορτοκόπος, Gl. Fœnisex: Χορτοκοπεῖον· Pratum: Χορτοκόπιον· Fœnile, Fœnisecium, Geop. 3, 6, 7. Lobeck. Phryn. 310. * Χορτολόγος, Pabulator, Strabo 15. p. 1035. * Χορτολογέω, Pabulor, Appian. Bell. Hisp. 493. * Χορτολογία, Gl. Pabulatio, Polyb. 18, 5, 1. " Bibl. Crit. 3, 1. p. 105." Schæf. Mss. * Χορτομανής, unde] Χορτομανέω, Gramine herbisque virentibus insanio,

A Luxurio gramine et virentibus herbis. De loco inculto dictum in Parab. Solom. (24, 31.) Χερσωθήσεται καὶ χορτομανήσει ὅλως: nascitur enim gramen in agris incultis desertisque. [" Thom. M. 199." Schæf. Mss. * Χορτόσπερμον, Gl. Vicinia. * Χορτοτόμος, unde * Χορτομέω, e quo * Χορτοτομία, Gl. Fœnisecium. * Χορτοφάγος, Etym. M. * Χορτοφαγέω, Gramine vescor, Euseb. P. E. 273. * Χορτοφόρος, Geop. 3, 11, 7. Polyæn. 3, 15. Strabo 15. p. 1031. * Χορτοχώριον, Gl. Pratum. * Χορταγωγὸς, unde * Χορταγωγέω, e quo * " Χορταγωγία, Anna C. 96. 107. 112. 193." Elberling. Mss.]

" Ἀντιχόρτοις, Hes. affert pro συνόροις: sed su-" specta hæc sunt." [* Δύσχορτος, Eur. Iph. T. 219.] Εὔχορτος, idem CUM Εὔχιλος, Gramine s. Fœno abundans, J. Poll. 7. Μηλόβοτος γῆ, εὔβοτος, εὔνομος καὶ εὔχιλος· καὶ εὔχορτα πεδία: sed Poëtica hæc esse ait. || Exp. etiam Appetens pabuli, sed nullo ejus signif. allato exemplo. [* " Πάγχορτος, Ad cibum cujusque generis pertinens, Soph. Athenæi p. 99. ὃν

B τοῖσι παγχόρτοισιν ἐξενίζομεν, Omni ciborum genere hospitem excepimus." Schw. Mss. " Brunck. Soph. 3, 454. Jacobs. Anth. 9, 457." Schæf. Mss. * Πολύχορτος, Eust. Il. I. p. 640, 13. " Phav. v. Ἄχιλον." Boiss. Mss.] Σύγχορτος, Gramine consitus, Herbifer, Herbosus; Vicinus, VV. LL. sed sine exemplo. [" Wakef. Herc. F. 370. Musgr. ib. Heyn. Hom. 6, 258. Gesner. Ind. Orph., Casaub. in Inscr. Herod. p. 347. Cren., Ruhnk. Ep. Cr. 237. Toup. Opusc. 2, 54. Apollon. Lex. 224. et Villois." Schæf. Mss. "Eur. Andr. 17." Seager. Mss. Æsch. Suppl. 6. Conf. c. σύγχωρος, Orph. Arg. 191. Valck. Schol. in N. T. 1, 422.]

Χορτώδης, [contr. e * Χορτοειδής,] Herbaceus, Gramineus, Ad formam graminis s. fœni accedens, [Gl. Graminosus, Fœnarius, 2 Macc. 5, 27. τροφὴν, Schol. Theocr. 4, 25. Schol. Il. O. 625.] At Χορταῖος χιτὼν dicitur Tunica hirsuta, qualem Sileni gestabant. Ita enim J. Poll. 4, (118.) c. 18. de satyricæ fabulæ apparatu et habitu, Καὶ χορταῖος, χιτὼν δασὺς, ὃν οἱ

C σειληνοὶ φοροῦσι: ut Suidæ quoque χορταῖος est ὁ δασὺς καὶ μαλλωτὸς χιτὼν, Hirsuta et villosa tunica. Apud Hes. vero oxytonws, Χορταιὸς, δασὺς χιτὼν, οἷος ὁ τῶν σειληνῶν. Et χορταιὸν, τὸ ἔνδυμα τοῦ σειληνοῦ. UNDE Χορταιόβαμος, SIVE Χορταιοβάμων, teste Eod., dicitur ὁ σειληνός. Videndum autem an ideo possit ita vocari, quod ea veste indutus incederet. Eund. χορταῖον J. Poll. esse ait Μασσαλιωτῶν φόρημα. Forsan autem e fœno s. virenti gramine erant ejusmodi silenorum tunicæ. Sunt enim rustici s. agrestes dii. [" Χορταῖος, Aristoph. Fr. 282. ad Dionys. H. 3, 1491. (Antiq. 7, 72.) Toup. Opusc. 2, 53." Schæf. Mss. J. Poll. 7, 60. Ælian. V. H. 3, 40.]

[* Χόρτινος, Nili Sent. 34. Orell. Ἄνθος χόρτινον ὡς ψηλαφᾷς μαραίνεται.]

Χορτάριον, τὸ, dimin. pro χόρτος, Gramen, Fœnum. Exp. etiam Stipula, Cremium; sed ea exp. remotior est.

Χορτάζω, i. q. χιλόω s. χιλεύω, Gramine pasco,

D Fœno sagino s. saturo. Hesiod. Ἔργ. 2, (70.) Δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βοῦς ἔνδον ἐόντας, Tunc, sc. visis gruibus, quæ arationis tempus et hyemem prænuntiant, fœno s. pabulo satura boves; nam πάρα ἔργα βόεσσιν, Laborandum bobus est: laborem autem ferre nequeunt, si pabulo eos non saginaris et habiles laboribus reddideris. Signif. etiam simpliciter, Pasco, Alo, Sagino: in qua signif. habet nonnunquam accus. ut ap. Plat. de Rep. 1. Εἰ δὲ ὑῶν πόλιν κατεσκεύαζες, τί ἂν αὐτοὺς ἄλλο ἢ ταῦτα ἐχόρταζες; sc. σῦκα, ἐρεβίνθους, κυάμους, μύρτα, φηγούς. Interdum cum dat. instrumentali, ut Hercules in Eubuli Amalthea ap. Athen. (63.) Βολβοῖς τ' ἐμαυτὸν χορτάσων ἐλήλυθα. Interdum cum gen., sed tunc signif. non tam Alo, Pasco, Nutrio, Cibo, Sagino, quam Saturo, Satio, Exaturo, Exatio. Marc. 8, (4.) Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας: Satiare panibus in deserto. Theophr. C. Pl. 4, 10. Ζώων πολλὰ ἀπόλλυται χορτασθέντα πυρῶν, Tritico satiata, ut oves tritico exatiatæ non raro visæ

sunt disrumpi. Inflantur enim et præ tumiditate crepant. Alioquin χορτάζεσθαι et simpliciter pro κορέννυσθαι, i. e. Satiari s. Satiare se, accipitur, ut multis exemplis docet Ulpian. ap. Athen. 3., defendens sese contra Cynulcum, qui eum reprehenderat, quod dixisset κεχορτασμένοι, cum deberet potius verbo κορεσθῆναι uti. Ibid. vero habes junctum et cum accus. et cum gen., et dat., ut in præcedentibus quoque ll. [" Thom. M. 182. 865. Jacobs. Anth. 9, 415. 457. T. H. ad Plutum p. 64. Aristoph. Fr. 230. Boiss. Philostr. 305. De hominibus, Bernard. ad Nonn. 2. p. 17. Eichst. de Diam. Sat. p. 12. Krebs. Præf. ad Plut. p. viii. Wakef. S. Cr. 3, 118." Schæf. Mss. "Aristoph. Athenæi p. 99. Χόρταζε (ἡμᾶς) τῶν μονῳδιῶν, Cantibus tuis nos pasce." Schw. Mss. Valck. Schol. in N. T. 1, 421-2. Lobeck. Phryn. 64.] Χόρτασμα, τὸ, Id quo χορταζόμεθα, Pabulum, Cibus. Iis enim pasci satiarique solent animalia. Act. 7, (11.) Οὐχ εὕρισκον χορτάσματα οἱ πατέρες ἡμῶν, Non inveniebant cibos; quippe magna ingruerat fames. Utitur et Hes. in expositione nominis Χόρτος. [Plut. 8, 698. " Diod. S. 2, 302. 337. 436." Schæf. Mss.] Χορτασμὸς, ὁ, Satiatio s. Saturatio, Repletio, J. Poll. 6, (43.) c. 8. ex Anaxandride Comico, [Simpl. ad Epict. 264. * Χορτασία, Gl. Saturatus, Satietas, Saturatio, " Jacobs. Anth. 9, 456. T. H. ad Plutum p. 64." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. * Χορταστὸς, unde] Ἀχόρταστος, i. q. ἀκόρεστος s. ἀκόρητος, ἄπληστος, Insatiatus, Inexaturatus, Inexpletus, Insatiabilis, Inexaturabilis, Inexplebilis, Qui saturari et expleri nequit, Hes. [Symm. Ps. 58, 16. " Heyn. Hom. 8, 193." Schæf. Mss. " Euseb. Emesenus Oratione nuper primum edita ab Augusti, Bonnæ ad Rhenum 1820. p. 15., ubi vide doct. Editorem." Osann. Mss. * Ἀχορτασία, Insatiabilitas, Symm. Deut. 28, 20. * Χορταστὴς, unde * Χορταστικὸς, Gl. Saturabilis.]

[* " Χόρτασος, Schol. in Dionys. Gramm. 655. Παρὰ τὸ ἵππος ἵππασος καὶ παρὰ τὸ χόρτος χόρτασος." Lobeck. Phryn. 436.]

ΧΡΑΩ, Commodo, Do commodato, Utendum do: unde κέχρηκε ap. Plut. Commodavit. Itidemque κεχρήκει, Commodarat, Appian., ubi loquitur de duabus legionibus quas Pompeius Cæsari commodarat. Accipitur et pro Mutuare, δανείζειν, Dem. (1186.) Προσδεηθεὶς ἀργυρίου, προσελθὼν τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ, ἐκέλευσε χρῆσαι χιλίας τριακοσίας πεντήκοντα μίαν. Sic ap. Lys. (626.) Ἐκέλευσε χρῆσαι ὅ,τι εἴη ἀργύριον. At med. AOR. Χρήσασθαι de eo qui mutuatus est, et utendum accepit. Plut. Anton. Ἐνεκάλει δὲ ὅτι χρησάμενος ναῦς παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν πόλεμον, ἀπεστέρησε, Quod naves non reddiderat, quas utendas acceperat. Philo V. M. 2. Ὥσπερ γὰρ Θεοῦ προστάξαντος, ἑκάστη φύσις, ὅπερ ἔχρησεν, οἷα δάνειον ἀναγκαῖον, ἀπελάμβανε. Ex LXX. 1 Reg. 2, (20.) Ἀντὶ τοῦ χρέους οὗ ἔχρησας τῷ Κυρίῳ. Suidas χρήσασθαι exp. δανείσασθαι: et subjungit χρῆσαι esse satius quam δανεῖσαι: nam χρῆσαι dici ἐπὶ φίλων: at vero δανείσασθαι πρὸς τοὺς τυχόντας. Affert Bud. et pass. PARTIC. Χρησθέντα, quo tam Res commodatas quam Pecunias mutuas significari ait. Existimatur porro Χράω Χρῶ factum e VERBO Κιχράω: sed non minori cum ratione forsitan hoc ex illo factum esse suspicemur. " Κηχρᾷ, Hesychio " est δανείζει: quod potius κιχρᾷ." Dicitur vero non solum Κιχράω, sed ETIAM Κίχρημι, et quidem frequentius. Bud. Κίχρημι tradens thema esse verbi Χρῆσαι, significantis Commodare, affert e Dem. (1250.) Τῶν δὴ χρημάτων σοι τῶν ἐμῶν κίχρημι ὅ,τι βούλει. Et e Plut. Pomp. (29.) Ἀνθρώποις ἀνοσίοις καὶ ἀθέοις κιχράντα καὶ περιάπτοντα τὴν αὐτοῦ δόξαν, ὥσπερ ἀλεξιφάρμακον, Nomen suum commodantem. Item e Greg. Naz. de baptismate, Ἰδοὺ κίχρημι τὰς χεῖρας τῷ πνεύματι· ταχύνωμεν τὴν σωτηρίαν. Ut autem DICITUR Κιχρὰς Qui utendum dedit, ita DICITUR Κιχράμενος, Qui utendum rogavit, eo modo quo δανείζων et δανειζόμενος. Plut. (8, 114.) Δυεῖν αὐτῷ ἐν βαλανείῳ στλεγγίδα κιχραμένων. AT VERO Κεχρημένος non est solum Qui utendum

A rogavit, sed etiam Qui indiget alicujus rei, ut Od. P. (421.) καὶ πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ Τοίῳ ὁποῖος ἔοι, καὶ ὅτευ κεχρημένος ἔλθοι. Alibi (347.) κεχρημένον pro Egenti et Mendico posuit, Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. Unde Hesiod. illud videtur transtulisse, (Ἔργ. 1, 315.) Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει. Hæc fere Bud., qui in derivatione participii Κεχρημένος sibi assentientem non habet Eust., ut docebo in verbo Χρήζω.

[" Χράω, ad Thom. M. 485. ad Mœr. 55. Wessel. Diss. Herod. 151. Græv. Lectt. Hes. 548. Matth. ad Gloss. Min. 33. ad Timæi Lex. 104. ad Herod. 479. Χρᾷν, Philop. c. 13. Ἔχρα, ἔχρη, ad Lucian. 2, 229. De prosodia, Clark. ad Il. A. 67. Χράω, Χράομαι, act. et med., Plato Junior Epigr. 1. Bast Lettre 100(=Ep. Cr. 137.) Kuster. V. M. Præf. xiii. 130. 136. 140. 144. Cum accus., Phalar. p. 16: Valck. p. xxii. Χρήσασθαι, de creditoribus, it. de debitoribus, Koppiers. Obs. 22. Ammon. 5. Valck. Anim. 12. Eran. Philo 159. Χράομαι, Thom. M. B 923. ad Eur. El. 192. Ammon. 94. Pass., Usurpor, Meurs. ad Apoll. Dysc. p. 82. Κεχρημένος, Wakef. S. Cr. 4, 65. Lucian. Ep. 30. Athen. 125. I. q. χρησάμενος, Hesych. Epist. ad Eulog., Alciphr. 78. 218. Valck. ad Ammon. 77. Hipp. p. 201. Cum accus., T. H. ad Plutum p. 102. Coray Mus. Ox. 2. p. 5. Schneid. ad Aristot. Œc. p. 50. Κεχρημένος (τι παρά τινος,) Mutuatus, T. H. ad Lucian. 1, 216. 479." Schæf. Mss. " Χράω, Commodo, Aristoph. Θ. 219. Ἀγάθων, σὺ μέντοι ξυροφορεῖς ἑκάστοτε, Χρῆσόν γέ νῦν ἡμῖν ξυρόν: 250. Ἀλλ' ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμῖν τουτοΐ." Seager. Mss. Plut. 8, 146. Valck. Schol. in N. T. 1, 192. Gratificor, Herod. 7, 38. Χρήσαις ἄν τι τεῦ βουλοίμην τυχεῖν. " Κίχρημι, Phryn. Ecl. 178. Matth. Anecd. 1. p. 47. Epigr. adesp. 175. Valck. Anim. ad Ammon. 13." Schæf. Mss. * " Κίχρησις, Tzetz. Ch. 12, 305." Elberling. Mss. * Χρῆμι, Utor, Schol. Theocr. 11, 1. * Χρήννυμι, Theophr. Char. 5. Περιϊὼν χρᾷν ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, al. χρηννύναι: v. Fischer. et Buttmann.]

C Χρήστης, ὁ, Qui commodavit, mutuo dedit, Creditor. Phocyl. (78.) Μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι. Aristoph. N. (434.) Ἀλλ' ὅσ' ἐμαυτῷ στρεψοδικῆσαι, καὶ τοὺς χρήστας διολισθεῖν: (241.) Ὑπὸ γὰρ τόκων χρήστων τε δυσκολωτάτων Ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι. Existimo autem, si χρήστων vera sit scriptura, ideo ita scribi, non autem χρηστῶν, ut differat a χρηστῶν gen. plur., cujus nomin. sing. est χρηστός. Habet certe et Eust. scripturam illam χρήστων, ubi eum Aristoph. locum affert. Dem. (894.) Καὶ οἱ χρῆσται κατήπειγον αὐτὸν ἀπαιτοῦντες, καὶ ἐνεβάτευον εἰς τὴν ναῦν. || Qui commodato accepit, mutuo accepit, Debitor. Phocyl. in hac quoque signif. usus est, cum cecinit, χρήστης κακοῦ ἔμμεναι ἀνδρὸς Φεῦγε, μή σ' ἀνιήσειε διδοὺς παρὰ καιρὸν ἀπαιτέων. Ita enim scripti extant hi versus ap. Schol. Aristoph. (l. c.); e Poëmate autem, quod extat, emendare non possum, cum illos ibi non inveniam. [Vide Harpocr.] Ceterum annotat idem Schol. Atticos χρήστας appellasse eos qui essent D δανεισταὶ, cum alioqui vulgo nomine illo vocarentur οἱ χρεωφειλέται. Eust., post quam scripsit quosdam tradere aliquem χρήσασθαι dici ἱμάτιον, vel σκεῦος, subjungit, εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὅμως χρήστης ἐν τῷ καθόλου, ὁ ἁπλῶς δανείζων εὕρηται: quemadmodum et Comicus declarat, inquit (N. 239.) Ὑπὸ γὰρ τόκων χρήστων τε κ. τ. λ. Idem alibi de duplici nominis προστρόπαιος signif. locutus, subjungit, tale esse hoc χρήστης. Eo enim declarari et τὸν δανείσαντα et τὸν ὀφείλοντα. At Hesychio χρήστης est non solum ὁ ὀφειλέτης et ὁ δανειστὴς, sed etiam ὁ μάντις: de qua signif. dicendum mihi erit post Χράω, quo declaratur Oraculum edo, Oraculo respondeo. Ceterum perperam ap. Hes. interjecta est hæc signif., hoc modo, Χρήστης, ὀφειλέτης, ὁ μάντις, καὶ ὁ δανειστής: cum ita scr. esset, ὀφειλέτης καὶ ὁ δανειστής: deinde ὁ μάντις. Qui ordo manifeste perturbatus, cautiores nos aliis plerisque in ll. reddere debet, ubi alioqui hujusmodi perturbatio et periculosior et simul tamen obscurior est. Itidemque Dem. hanc quoque

signif. illi dedit, cum alibi, tum (946.) Ὁ δὲ εἵλετο μᾶλλον τὸν Πασίωνα χρήστην ἔχειν τούτων τῶν χρημάτων, ἢ τοὺς ἄλλους χρήστας οἷς προϊέμενος ἦν, ubi observa et gen. [" Thom. M. 921. Theodorid. 10. Kuster. Aristoph. 55. ad Mœr. 408. Koppiers. Obs. 23. Ammon. 149. Matth. ad Gloss. Min. 31. Creditor, Debitor, Toup. Opusc. 1, 451. Maussac. ad Harpocr. 275. Paus." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 468.]

" Ἀντικιχράω, s. Ἀντικίχρημι, Vicissim commodo " s. utendum præbeo. Pass. Ἀντικιχράομαι, et Ἀν" τικίχραμαι, Vicissim commodatur mihi, Vicissim " utendum accipio s. peto." [* Προκιχράω, Ante mutuum do, Andr. Cr. 240. * Προσκιχράω, Commodo, Accommodo, Athan. 1, 133. 138.]

Χρέος, Χρέους, τὸ, ET Χρεῖος, interdum ETIAM Χρέως ET Χρείως, Debitum, Mutuum, Æs alienum. Il. Λ. (684.) Κήρυκες δὲ λίγαινον ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι, Τοὺς ἴμεν οἷσι χρεῖος ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ· (ubi observa obiter et morem antiquum :) Οἱ δὲ συναγρόμενοι Πυλίων ἡγήτορες ἄνδρες Δαίτρευον· πολέσιν γὰρ Ἐπειοὶ χρεῖος ὄφειλον. Et aliquanto post, Καὶ γὰρ τῷ χρεῖος μέγ' ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ. At in soluta oratione semper absque ι scriptum invenitur hoc nomen. Dem. (1040.) Ὅπως μὴ ὕστερον ἐνταῦθα χρέος γενόμενον ἀναφανήσοιτο ἐπὶ τῷ χωρίῳ, Ne postea æs alienum existeret super eo fundo contractum, Bud. Apud Liban. Χρέος πατρῷον ὀφείλων τῷ δήμῳ. Sic et ap. Tragicos ac Comicos Poëtas: Aristoph. (N. 117.) χρέος ἀποδοῦναι, (13.) δακνόμενος Ὑπὸ τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης καὶ τῶν χρεῶν. Idem gen. frequens est cum voce ἀποκοπὴ quasi Rescissio æris alieni: ac Lat. more loquendo, Novæ tabulæ, ut videbis in Ἀποκοπὴ, T. 2, 351. Interdum cum nomine διάλυσις, ut mox docebo. Apud Hesiod. autem invenitur plur. GEN. Χρειῶν (habens ι, ut χρεῖος in Il. quos ex Hom. protuli) cum voce λύσις, Ἔργ. 2, (22.) ἀλλά σ' ἄνωγα Φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν λιμοῦ τ' ἀλεωρήν. Apud Eund. legimus et accus. plur. χρέα, (265.) Βούληαι δὲ χρέα προφυγεῖν καὶ λιμὸν ἀτερπῆ. Apud Aristot. Œc. 2. gen. sing. Ἡ πόλις τοῦ χρέους ἀπηλλάγη, Civitas ære alieno liberata est. Pro quo dici etiam posset τὰ χρέα διέλυσε, Æs alienum dissolvit. Unde est ILLUD Διάλυσις χρεῶν cum ap. alios, tum ap. Plat. Pro quo legimus, in versu quem modo protuli ex Hesiodo, χρειῶν λύσιν. At vero Χρέως Atticum esse tradunt cum alii, tum Etym. et Eust. Viderique posset ea forma dici, qua λεὼς pro λαός: affert tamen hic Gramm. et ista e Rhetorico Lex., Χρέως Attici dicunt et Iones, ut Plato et Demosth. per ω: interdum tamen et χρέος correpte. Et χρέος quidem habet gen. diversum, sc. χρέους: at χρέως eund. Hæc ibi. Non suppetit tamen mihi ullum illius scripturæ χρέως exemplum, ne in nominativo quidem. At in gen. possit hæc terminatio mira cuipiam videri: nec jam illius nominis λεὼς inflexionem sequi dicetur. Ceterum quemadmodum χρέως pro χρέος dicitur, sic χρείως ap. Hom. legimus pro χρεῖος, Od. Θ. (355.) Ἥφαιστ', εἴπερ γάρ κεν Ἄρης χρείως ὑπαλύξας Οἴχηται φεύγων, αὐτός τοι ἐγὼ τάδε τίσω. Quod autem attinet ad ILLUD Χρέον, cujus in VV. LL. fit mentio, ubi scribitur, Χρέον, τὸ, valde mihi suspectum est: ac vereor ne ex imperitis illorum consarcinatoribus aliquis hunc nomin. sing. finxerit, ad quem reduceret pluralem χρέα: cum non animadverteret ut e χρέεος fit χρέους per contr., ita e χρέεα fieri χρέα, eadem forma qua e κλέεα fieri videmus κλέα. Sunt porro futilia, meo quidem judicio, quæ de hujus nominis χρέος derivatione affert Etym.: sc. e Χῶ, (hoc enim reponendum pro Χρῶ,) significante ἐνδεοῦμαι, fieri Χέω: unde esse Χρέος per pleonasmum literæ ρ. Neminem certe inficiaturum puto, ut viciniorem, ita etiam magis verisimilem deductionem meam esse a verbo Χράω, significante Do mutuo, et Mutuo accipio: ut sc. dicatur χρέος quasi χράος. Nisi forte χρέος fit tanquam a Χρέω fictitio pro Χράω.

Χρέος, Debitum fatale, Fatum, Mors. Voco autem Debitum fatale, quod persolvere nos fatum cogit: utorque hac periphrasi, non quod usquam eam lege- A rim, sed ut simul signif. hujus rationem ostendam. Alciphr. Ep. 26. Ζῆν μὲν γὰρ καὶ τεθνᾶναι μεμοίραται ἡμῖν· καὶ οὐκ ἔστι τὸ χρέος φυγεῖν, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις καθείρξας αὐτὸν τηρῇ· ἐνεργὸς γὰρ ἡ ἡμέρα ἐκείνη, καὶ τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον. Apud Plut. autem LEGITUR Μοιρίδιον χρέος pro eod. in aureo illo Consolationis ad Apollonium libello, (6, 405.) ubi simul et hujus appellationis rationem affert. Verum ab eo μοιρίδιον χρέος esse dicitur non Mors, sed Vita. Hæc enim ejus sunt verba, Διὸ καὶ μοιρίδιον χρέος εἶναι λέγεται τὸ ζῆν, ὡς ἀποδοθησόμενον ὃ ἐδανείσαντο ἡμῶν οἱ προπάτορες· ὃ δὴ καὶ εὐκόλως καταβλητέον καὶ ἀστενάκτως, ὅταν ὁ δανείσας ἀπαιτῇ: i. e. Ideoque vita μοιρίδιον χρέος (q. d. Fatale debitum) esse dicitur, utpote quod futurum sit ut a nobis reddatur, a proavis nostris mutuo acceptum: quod non gravate, sed citra gemitum persolvendum est, cum is, a quo mutuo accepimus, exigit. [" Χρέος, Phryn. Ecl. 172(=391. Lob.) Thom. M. 666. 921. Markl. Iph. p. 54. Musgr. 373. Herc. B F. 531. Or. 1253. Wakef. Eum. 260. S. Cr. 3, 182. Jacobs. Anth. 8, 129. Exerc. 1, 61. Brunck. Aristoph. 2, 68. Kuster. 51. Agathias 54. ad Mœr. 403. Ammon. 107. Ilgen. ad Hymn. 405. ad Callim. 1. p. 111. ad Xen. Eph. 235. Fatum, Mors, Bergler. ad Alciphr. 100. De declin., Thom. M. 864. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 397. Χρ. διαλύεσθαι, ἀφιέναι, Phryn. l. c. Πρὸς τὰ χρέα ἀπάγεσθαι, ad Dionys. H. 2, 658. 663. Χρεῖος, Phryn. Ecl. 155. ad Charit. 730. 735. Theodorid. 10. Heyn. Hom. 6, 240. 502. ad Mœr. 409. Toup. Opusc. 1, 452. Ammon. 94. Brunck. Œd. C. 235. Χρέως, Phryn. Ecl. 172(=391. Lob.) Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 397. Kuster. Aristoph. 51. Heyn. Hom. 6, 240. Mœr. 403. et n." Schæf. Mss. Ind. Æschin. Dial. Socr. Χρεῖος pro χρέος, ap. Philon. 1. p. 46. Pf. Spitzner. de Versu Gr. Her. 75.] Enimvero cum pro χρέος, hac in signif. multo FREQUENTIUS DICATUR Χρεὼν, et commodiorem huic voci locum non inveniam, de ea quoque hic eadem opera agendum, addendumque illi et alterum usum C censeo. Est igitur χρεὼν itidem Fatum, Fatale decretum. Item Mors, qua etiam in signif. poni vocem illam Fatum scimus: qua sc. indicatur mortem esse fatalem quandam necessitatem. Apud Herod. cum ὄνειρον dicitur πεῖσαι τὸν Ξέρξην στρατεύσασθαι ἵνα τὸ χρεὼν γένηται, significat τὸ πεπρωμένον, ut tradit Eust. (Il. B. p. 125.) At cum Orator dicit τὸν δεῖνα ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεὼν, tunc Mortem naturalem significari scribit, utpote quam χρεωστοῦντες οἱ ἐν γενέσει, postea ἀναλύοντες ἀποτίνουσι. Ubi observa hunc Gramm. innuere usum istum nominis χρεὼν a Debiti signif. translatum esse: (quamvis haud ullo e loco afferatur χρεὼν quo significetur Debitum:) quam etiam ob rationem apte hic a me collocatum vocabulum istud fuerit. Apud Paus. τὸ χρεὼν est itidem Fatum, Fatale decretum, vel Fatalis lex: (ut legimus ap. Ovid. Met. 3. Dumque ea per terras fatali lege geruntur :) ubi scribit, Τὸ γὰρ χρεὼν ἤδη Μεσσηνίους ἤλαυνεν: (quo dicitur modo a Poëtis Lat. Fatum urgere aliquem aut trahere.) Apud Eund. pro Morte ponitur, ubi di- D cit, κατέλαβεν αὐτὸν τὸ χρεὼν, veluti h. in l. Αἰακίδην δὲ τρωθέντα κατέλαβε μετ' οὐ πολὺ τὸ χρεών. Alibi verbo ἐπέλαβεν hanc vocem jungit, eadem signif. Ταύτῃ γὰρ τὸ χρεὼν ἐπέλαβεν αὐτὸν, Mors, aut etiam Fatum, s. Fati necessitas. Pro quo dicere etiam possemus, Poëtice loquendo, Injecere manus Parcæ. Sic Mortem declarat ap. Auctorem Axiochi, qui Plat. ascribitur, Ὅπως ἀστενακτὶ ἐς τὸ χρεὼν ἴῃ. (Ubi observa ἀστενακτὶ ἐς τὸ χρεὼν ἴῃ, sicut supra ap. Plut. ἀστενάκτως de ead. re.) Et εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι, ibid. Apud Lucian. autem τὸ χρεὼν videtur posse reddi vel Fatum, vel Mors, potius tamen Mors, (1, 746.) Οὐκ εἰδότα εἴ σε πλησίον ἤδη τοῦ ἄκρου γενόμενον, τὸ χρεὼν ἐπιστὰν κατασπάσει λαβόμενον τοῦ ποδὸς, ἐξ ἀτελοῦς τῆς ἐλπίδος. At vero in h. Plut. l., quem videtur e Tragico quopiam sumsisse, (6, 391.) Καὶ, νὴ Δία, Τό τοι χρεὼν οὐκ ἔστι μὴ χρεὼν ποιεῖν, generaliter pro Fato s. Fatali decreto aut lege accipi constat. Perinde enim sonant hæc verba ac si dicas, Fatum revocari non potest, Fatum est irrevocabile, s. Fatale

decretum, Lex fatalis aut fatorum est irrevocabilis. A Eur., cujus fortasse sunt et illa verba, *μοῖραν* et *τὸ χρεὼν* copulavit, (Hipp. 1256.) *Οὐκ ἔστι μοίρας τοῦ χρεών τ' ἀπαλλαγή*: quo etiam e l. annotatur vocem *χρεὼν* esse indeclinabilem: quod certe et a quibusdam Gramm. annotatum fuit; sed *χρεὼν* cum alio articulo quam *τὸ*, rarissime inveniri puto. Cum articulo quidem certe, cum pro Fato s. Morte ponitur, semper usurpari constat. Alioqui *χρεὼν* sine articulo, habens subauditum verbum *ἐστὶ*, variis modis redditur. Interdum enim *χρεὼν* pro *χρεών ἐστι*, (quod verbum alicubi additum invenitur) interpretari possumus Necesse est, (quæ signif. omnium maxime propria est, utpote a fati necessitate sumta, nisi quis velit expressius, Fatale est,) vel Oportet. Aristot. de Mundo, *Χρεὼν στρωματόδεσμόν ἐστι δῆσαι*, Fasciculum sarcinarum colligare necesse est. Apud Hom. autem (Od. O. 201.) *ἐμὲ δὲ χρεὼν θᾶσσον ἱκέσθαι*, Me properare oportet. Sic *χρεὼν εἴη*, Oporteret, Plato Timæo, *Ἐνενόησα οὖν ὅτι χρεὼν εἴη με πρὸς ἐμαυτὸν πρῶτον ἱκανῶς πάντα ἀναλαβόντα λέγειν οὕ-* B *τως*, Quod oporteret me omnia exacte mecum memoria repetentem et recolligentem, ita dicere. Interdum *χρεὼν ἐστι*, (vel potius *χρεὼν*, omisso verbo *ἐστι*,) Decet, Convenit, Fas est, Operæpretium est: quarum quidem signiff. exempla hæc in VV. LL. afferuntur. E Plat. Epist. 8. *Ἐννοεῖν ὑμᾶς ἀμφοτέρους χρεὼν*, Vos ambos cogitare decet. Ex Eur. (Iph. A. 1033.) *σοί με δουλεύειν χρεὼν*, Me tibi morem gerere convenit. Ex Aristoph. (N. 1447.) *Τὴν μητέρ' ὡς τύπτειν χρεὼν*, Fas est. Ex Herod. (5, 49.) *Οὐ χρεών ἐστι ὑμέας μάχας ἀναβάλλεσθαι πρὸς Μεσσηνίους*, Non est operæ pretium vos suscipere prælia adversus Messenios. Ibid. *Ὡς χρεὼν εἴη*, (non allato Auctoris nomine,) Ut e re foret, Ut ex utilitate foret. Et utendo verbo Debere, ut in hoc Herod. loco, (5, 50.) *Χρεὼν [χρεὸν] γάρ μιν μὴ λέγειν τὸ ἐὸν*, Cum non deberet rem, ut se habebat, aperire. Ex Eod. *Χρεών ἐστι ποιεῖν ἐν ἀποκρύπτῳ τὰ αἰσχρὰ*, Turpia in occulto fieri debent. Sed et illa Plat. verba, *Ἐννοεῖν ὑμᾶς ἀμφοτέρους χρεὼν*, non solum redduntur, Vos ambos C cogitare decet, sed etiam Ambo cogitare debetis. Hoc certe constat, unum eundemque locum interdum non unam tantum harum interprr., sed multas earum admittere. [" Wolf. Liter. Anal. 471." Boiss. Mss. " Markl. Iph. p. 242. Porson. Phœn. 5. ad Dionys. H. 2, 786. 1206. 3, 1753. ad Herod. 448. 620. 653. 654. 688. 698. 702. Valck. Phœn. p. 83. 335. ad Mœr. 415. Musgr. Or. 289. Hec. 260. Lennep. ad Phal. 104. Heyn. Hom. 8, 417. Mors, Dionys. H. 1, 570. Bergler. ad Alciphr. 100. Conf. c. *χρὴν*, Musgr. Herc. F. 828. Indeclin., ad Diod. S. 2, 65. Monosyll., Brunck. Aristoph. 3, 148. Χρ. *ἐστὶ*, Necesse est, Eur. Hec. 236. ubi v. Brunck.: Valck. Diatr. 143. 174.: de constr., Markl. Iph. p. 192. *Ἐς τὸ χρεὼν ἰέναι*, Mori, Lennep. ad Phal. 93. *Τὸ χρ. καταλαμβάνει*, ad Lucian. 1, 421.: *λαμβάνει*, Fac. ad Paus. 1, 309.: *κατάγει*, 352. *Ὑμεῖς ἂν οὐ χρεὼν ἄρχοιτε*, Thuc. (3, 40.) T. 2. p. 229. Bip." Schæf. Mss. " Fatum, Eur. Herc. F. 21." Seager. Mss. Necessario, Aret. 50=44. Plut. Nicia 14. *Τὸ χρ.* D *τοῦ χρησμοῦ ἐνταῦθα περαίνει*, Sors oraculi evenit, Eur. Iph. T. 1486.]

Χρεωκόπος, VEL *Χρεοκόπος*, ITEM *Χρεωκοπία*, VEL *Χρεοκοπία*: (melior tamen utrobique prior scriptura quam posterior, ut docebo paulo post.) Est *Χρεωκόπος*, Debiti s. Debitorum rescissor: itidemque *Χρεωκοπία*, Debiti s. Debitorum rescissio, Æris alieni rescissio, s. decisio. Dicitur certe de Eo qui creditores debito s. debitis fraudat. Estque *χρεωκοπεῖν*, quod nos dicimus Faire banqueroute: nisi quod illud latius etiam patere videtur. Bud. autem postquam dixit *χρεῶν ἀποκοπὰς* esse Novas tabulas, quasi Æris alieni decisiones; easque *σεισάχθειαν* etiam appellari: subjungit, Cui similis est *χρεοκοπία*. [Plut. Solone 15.] Nam *χρεοκοπεῖσθαι* Debito fraudari significat, decocta sc. pecunia. Hæc ille. Sed *χρεῶν ἀποκοπή*, sicut novæ tabulæ, Publicum aliquid erat, cum *χρεωκοπία* unius etiam Privatim esse posset. Invenitur ETIAM *Χρεωκοπίδαι* ap. Plut. Solone p. 159. meæ Ed.: quod nomen fictitium esse puto, et pro *χρεωκόποι* usurpatum, quandam patronymici formam illi tribuendo. Qui autem et quam ob causam hoc nomine appellati fuerint, tradit Idem ibid., his verbis: (sed contrahendo tamen aliquantum quæ scribit:) Cum Solon æris alieni gratiam facere statuisset, suumque hac de re consilium amicis quibusdam communicasset: hi a divitibus magnam vim pecuniæ fœnerati, qua magna prædia coëmerunt: deinde decreto promulgato, cum fructus e suis possessionibus perciperent, nec earum tamen pretium persolverent, *χρεωκοπίδαι* appellati fuerunt. Hoc vocab. quidam eo in l. interpr. Decoctores: quidam, Novarum tabularum auctores. Quæ posterior interpr. nullo modo mihi placet; non enim hi novarum tabularum auctores fuerunt, sed potius Solon, qui cum novarum tabularum esset auctor, occasionem *τοῦ χρεωκοπεῖν* illis præbuit. Sed nec voce Decoctores interpretandum censuerim hoc *χρεωκοπίδαι*: (quod et de *χρεωκόποι* dictum intelligi velim.) Nam contingit quidem sæpenumero ut qui sua bona decoxerint, postea æs alienum dissolvere non possint, ideoque creditores suos debita pecunia fraudent: quod est *χρεωκοπεῖν*. Sed nec quicunque decoxerunt, *χρεωκοποῦσι*: nec vicissim quicunque *χρεωκοποῦσι*, necesse est ut prius decoxerint. Quamobrem *χρεωκοπίδαι*, sicut et *χρεωκόποι*, potius interpretandum censerem Æris alieni expilatores, aut Creditorum fraudatores. Prior tamen illa expositio magis mihi placet, tanquam verbum e verbo magis exprimens. Gallice quidem certe dicerentur Banqueroutiers. Hinc VERB. *Χρεωκοπέω*, q. d. Debitum s. Debita rescindo, Debito fraudo. Itidemque pass. *Χρεωκοποῦμαι*, Debito s. Debitis fraudor. Phaler. *Χρεωκοπηθέντος ἐπ' ὀνόματι δωρεᾶς Φαλάριδος, Περίανδρον κεκερδακέναι τὰ τοῦ παρεικότος*, Ære suo fraudato, Bud. At Suidas *χρεωκοπεῖται* exp. *ὑπὸ χρεῶν ἐνοχλεῖται*, cujus signif. exemplum desidero. Ceterum quod ad scripturam hujus compositi, (tam de verbo, quam utroque nomine loquor,) fateor quidem inveniri et cum *ο*, *Χρεοκόπος*, *Χρεοκοπία*, *Χρεοκοπῶ*, et quidem ap. Bud. etiam: verum mendosam esse censeo non solum quod in fide dignis exemplaribus scripturam illam, non hanc, invenerim: (ut etiam ap. Plut. *χρεωκοπίδαι*, non *χρεοκοπίδαι* legimus:) sed etiam quod composita alterius generis, per *ω*, non *ο*, ubique scripta inveniantur: veluti *Ἀξιόχρεως*, *Κατάχρεως*, *Ὑπέρχρεως*, *Ὑπόχρεως*: nam *Ἀξιόχρεον* per *ο*, Suidas barbarum esse scribit. Inveniri tamen *κατάχρεοι* docebo in *Κατάχρεως*. [" *Χρεωκοπέω*, Phalar. 198. ad 331. (Ep. 65. 81.) *Χρεωκοπία*, 326. ad Diod. S. 2, 623. *Χρεοκοπέω*, Lesbon. 187." Schæf. Mss. Clem. Alex. 878. " Herodian. Epim. 207." Boiss. Mss. *Χρεωκοπέω*, Amputo, simpliciter, Heraclid. Alleg. p. 30. *Χρεωκοπέω*, *Χρεοκοπέω*, Lobeck. Phryn. 390.]

[* *Χρεωλύτης*, Fragm. Gr. Ritualis, in Classical Journal 44, 367.] *Χρεωλυτέω*, VEL *Χρεολυτέω*, Debitum s. Debita dissolvo; Æs alienum dissolvo; Æs alienum luo, ut loquitur Curtius, veluti non solum interpretans, sed verbum Græcum *λύω* retinens: nam e *χρέα λύω* factum est hoc comp. *χρεωλυτῶ*. Affertur autem ex Josepho hoc verbum. Plut. Alcib. (5.) *Χρεωλυτεῖν τὰς ὠνὰς* videtur dixisse pro *τὰ χρέα τῶν ὠνῶν διαλύειν*, s. *τὰ ἐκ τῶν ὠνῶν χρέα*. De scriptura autem hujus compositi i. q. de præced. dicendum censeo. [" *Χρεολυτῶ*, Herodian. Epim. 207." Boiss. Mss. " Ammon. 94. Diod. S. 2, 159. *Χρεωλυτέω*, Phryn. Ecl. 172. Casaub. ad Athen. 134." Schæf. Mss. Joseph. Antiq. 18, 8.]

Χρεωφειλέτης, ὁ, Debitor. Sed sonat q. d. Debitorum s. Æris alieni debitor. Est enim e duabus ejusd. signif. vocibus compositum nomen hoc, sc. e *χρέος* et *ὀφειλέτης*. Nam ita malo quam e *χρέος* et *ὀφειλή*, cum Eust., cum *ὀφειλέτης* seorsim, i. e. extra compositionem, reperiri sciamus. Fuerit igitur *χρεωφειλέτης* dictum quasi *χρέους ὀφειλέτης*. Vel *χρέως* (qui gen. sit a *Χρέως*, de quo dictum supra fuit,) aut *χρεῶν ὀφειλέτης*. Schol. Aristoph. Atticam esse vult hanc vocem, ut et *χρεώστης*: quod vide. Legitur *χρεωφειλέτης* ap. Plut. aliquoties (Cæs. 5.) item ap.

Luc. Evang. (7, 41. 16, 5.) J. Poll. habet ETIAM (8, 141.) Χρεωφείλημα, quod eadem forma dicetur pro Debito. || Χρεωφειλέτης est etiam Creditor, in h. quidem l. Argumenti Comœdiæ Aristoph. quæ Plutus inscribitur, (Argumenti inquam, quod tertium ordine est et ultimum,) Χρεμύλος γὰρ ἀπὸ τοῦ χρέος καὶ τοῦ αἱμύλλω τὸ ἀπατῶ εἴρηται· ὁ ἀπατῶν δηλαδὴ τοὺς χρεωφειλέτας διὰ πενίαν. Sed eum qui ita scripsit, perperam voce ista esse usum pronuntio. Nam nomini quidem χρήστης utramque signif. dat uterque verbi χρῆσαι usus; at vox, cum qua compositum est nomen χρέως in nomine χρεωφειλέτης, quomodo posteriorem hanc signif. admittere queat? *" Χρεοφειλέτης brevi ο scriptum in Harmenopuli Man. Legg. L. III. 5. 189., sed χρεωφειλέτης Plut. Galba 8. T. 6. p. 357. Æsop. Fab. 289. p. 189. Schol. Aristoph. Σφ. 657. Dio Cass. 55, 8. p. 779. cf. Schæf. ad Plut. 488. Zonaras p. 1858. Χρεωφειλέτης· ὅσα παρὰ τὸ χρέος συντέθειται, μεγάλα, πλὴν τοῦ χρεοδότης, χρεοκόπος καὶ χρεολύτης etc." Lobeck. Phryn. 691. * Χρειοφελέτης, Hippocr. Epist. 1285. * Χρεοφείλης, Apollon. de Pronom. 263.]

[* Χρεωφύλαξ, s. * Χρεοφύλαξ, unde * Χρεωφυλάκιον, s. * Χρεοφυλάκιον, Reines. Synt. Inscr. 7, 28. p. 503. Marm. Oxon. p. 274.]

Χρεαγωγὸς, ὁ, Qui debitorem in jus rapit alterius nomine, VV. LL. ex Hes., quem vide. [* " Χρεώψια, τὰ, Interpositæ debiti cautiones, vertente Chishull. p. 135." Schn. Lex.]

Ἀξιόχρεως vide supra inter derivata ab Ἄξιος, T. 1, 478.

Κατάχρεως, SIVE Κατάχρεος, Ære alieno pressus, Obæratus. Synes. Ὁ μὲν ναύκληρος ἐθανάτα, κατάχρεως ὤν. Athen. Διὰ τὴν τῶν πολέμων συνέχειαν καὶ τὴν τῶν βίων πολυτέλειαν κατάχρεοι ἐγένοντο. Apud Eund. (528.) Agatharchides de Arycandeis hæc scribit, Διὰ τὴν περὶ τὸν βίον ἀσωτίαν καὶ πολυτέλειαν κατάχρεοι γενόμενοι, καὶ διὰ τὴν ἀργίαν καὶ φιληδονίαν ἀδυνατοῦντες ἀποδοῦναι τὰ δάνεια, προσέκλιναν ταῖς Μιθριδάτου ἐλπίσιν, ἆθλον ἕξειν νομίσαντες χρεῶν ἀποκοπάς. Dicuntur, inquit Bud., ὑπόχρεω χρήματα vel κτήματα, item κατάχρεω ac κατάχρεα, nec non ὑπέγγυα, Bona prædia et obærata, sponsione et fidejussione affecta. Et κατάχρεως οὐσία, Dem. Obæratæ facultates. Item debitores ipsi ære alieno oppressi κατάχρεω dicuntur. Idem illud κατάχρεως ap. Synes. alicubi interpr. Ære alieno obrutus. Metaphorice autem positum cum gen. affertur ex LXX. Sapientiæ 1, (4.) qui Solomoni ascribitur, Ἐν σώματι καταχρέῳ ἁμαρτίας, In corpore quod obnoxium est peccato: [cf. Rom. 7, 14.] Ceterum quamvis habeamus plur. κατάχρεοι in ll. præcedentibus, singularem tamen κατάχρεως potius usurpari quam κατάχρεος per ο, existimo, sequendo ea quæ de horum derivatorum scriptura dicta paulo ante fuerunt. [" Cattier. Gazoph. 80. Diod. S. 2, 324. Dionys. H. 4, 2022." Schæf. Mss. Valck. Schol. in N. T. 1, 537.]

Ὑπέρχρεως, Qui supra facultates est obæratus, s. ære alieno premitur. Hes. dicit non solum ὁ πλείω τῆς οὐσίας ὀφείλων, sed πολλῷ πλείω. Legitur hoc nomen ap. J. Poll. post ὑπόχρεως et κατάχρεως, sed absque expositione. [Dem. 821.]

Ὑπόχρεως, q. d. Qui subjacet debitis s. æri alieno, ad exprimendam vim præpositionis ὑπὸ, Obæratus, Qui in ære alieno est, ære alieno premitur. Apud Aristoph. N. (242.) quærenti Socrati, Πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος; respondet Strepsiades, Νόσος μ' ἐπέτριψεν ἱππικὴ, δεινὴ φαγεῖν. Ubi Schol. exp. πολλοῖς ὑποπεσὼν δανείοις. E Plut. Solone (13.) affertur cum gen. Δῆμος ἦν ὑπόχρεως τῶν πλουσίων, pro Plebs premebatur a divitibus æris alieni magnitudine; sed non video cur non potius reddi debeat breviter, atque adeo totidem verbis, Plebs obærata erat divitibus. Alioqui possimus utendo itidem æris alieni appellatione, aptius locum illum interpretari. At ὑπόχρεω χρήματα vel κτήματα vide supra in Κατάχρεως. || Ὑπόχρεως ἀνὴρ dicitur non tantum Obæratus, sed etiam Obnoxius, et Beneficii debitor, et Qui ad obsequium obstrictus est, Bud. afferens e Plut. Pomp. (76.) Πτολεμαῖον ἡλικίαν μὲν ἀντίπαιδα, φιλίας δὲ καὶ χάριτος πατρῴας ὑπόχρεων. At vero ap. Polyb. cum dat. personæ, (6, 17, 1.) Πάλιν ὁ δῆμος ὑπόχρεως τῇ συγκλήτῳ, Obnoxius est senatui, Obsequi cogitur senatui. [" Diod. S. 2, 351. * Ὑπόχρεος, Dionys. H. 2, 660." Schæf. Mss. " Amphil. 83." Kall. Mss. Polyb. 9, 29. Χάριτι ὑπόχρεοι.]

AT VERO Χρεώστης, quo significatur Debitor, minime compositum est, sed tantum terminationem παραγωγικὴν habet, ut ita loquar. Est autem χρεώστης Debitor; extatque hæc vox ap. Plut. et Herodian. (5, 1, 13.) Quod si Schol. Aristoph. credimus, Attici quoque τοὺς δανειστὰς appellabant χρήστας: at τοὺς ὀφειλέτας nominabant χρεωφειλέτας et χρεώστας. Suidæ tamen χρεώστης est ὁ δανειστής: cujus signif. exemplum desidero. [Hes. v. Ἔνοχος. * Χρεωστικὸς, adv. * " Χρεωστικῶς, Justo debito, Amphil. p. 21." Kall. Mss. " Eust. 56, 35." Seager. Mss.] Χρεωστέω, ET Χρεωστεύω, Sum debitor, Debeo. Et pass. χρεωστεῖσθαι dicitur aliquid, Deberi, ut Greg. Naz. Or. εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα dicit, Χρεωστεῖταί σοι μισθὸς τῆς δουλείας καὶ τῆς πλινθείας. Apud Eund. legimus χρεωστεῖν κόλασιν, ubi scribit, Δεινὸν γὰρ, ἀποῤῥίψαντας χάριν οἴκτου, χρεωστεῖν κόλασιν: quod perinde est ac si dicas Debere pœnas: cui loquendi generi respondet id, quo dicimur Persolvere pœnas. Verbi autem χρεωστεύω nullum affertur exemplum. [" Χρεωστέω, Wakef. Eum. 260. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 374. Brunck. Aristoph. 2, 88. Toup. Opusc. 2, 268." Schæf. Mss. Heliod. 5. p. 254. * " Χρεώστημα, Marcus Eremita p. 36." Boiss. Mss. Phot. v. Ὄφλημα. * Χρεώστησις, Hes. v. Ὄφλησις.]

¶ Χράω, Oraculum edo, (quidam etiam, Oraculum reddo, pro Responsum reddo oraculo,) Oraculo edo, ut ap. Cic. Off. 2. Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram, Ἔχρησεν ὅτι Σπάρτην ἡ φιλοχρηματία ὀλέσει. Invenitur etiam Oraculum edidit, Oraculum editum est, sequente itidem infin. Redditur præterea Oraculo prædico, nec non Prædico, sine adjectione; item Vaticinor, nec non Respondeo. Hermog. de Stat. Κριθείς τις φόνου, ἀπέφυγεν· ὕστερον χρωμένῳ αὐτῷ ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, Ἀνδροφόνοις οὐ χρῶ: Postea ipsi oraculum petenti respondit deus, Homicidis oraculum non edo. Tertia persona EST Χρᾷ, ut ap. Paus. Ἡ Πυθία χρᾷ σφίσιν. (Alioqui χρᾷ est etiam Uteris, ap. Gal.; est enim secunda persona τοῦ Χρῶμαι significantis Utor.) AT VERO Χρῇ, quod pro eod. ponitur, Atticum esse censetur. Soph. El. (35.) p. 81. meæ Ed. Χρῇ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος ὧν πεύσῃ τάχα. Rursum Paus. Καί οἱ χρῆσαι τὸν θεόν. Sic Plut. Solone, Αὐτῷ τὸν θεὸν χρῆσαι. Affertur ETIAM Ἔχραεν tertia pers. sing. imperf. ex Apoll. Rh. 2, (454.) Ἔχραεν ἐνδυκέως πάντεσσιν, pro Prædicebat omnibus futura. Quod autem ad vocem passivam attinet, ejus simul usum observa in illo Hermog. loco, quæ huic activæ respondet, ut ita dicam; sunt enim velut relativa χρᾷν et χρᾶσθαι, ut si dicas, Oraculum edere s. petere. Sed cum ordine naturæ prius sit Oraculum petere quam Oraculum edere, contra tamen Grammaticus ordo postulat ut voci χρᾷν, utpote activæ, priorem locum demus. PASS. Χρῶμαι autem cum hac in signif. nihil commune habere videatur cum χρῶμαι quo significatur Utor, dixit tamen Tacitus Oraculo uti pro χρῆσθαι s. χρήσασθαι τῷ μαντείῳ, quod ap. Isocr. legitur. E quo et χρησάμενοι ταῖς μαντείαις in VV. LL. Quin etiam habent χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ pro Consulere oraculum, sed absque Auctoris nomine. Apud Hom. autem cum dat. ψυχῇ, Od. K. (492.) Ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο, ubi Eust. exp. μαντευσομένους: unde esse χρησμὸς ait, et χρηματίζεσθαι: (nam χρήσασθαι pro χειρὶ δέξασθαι esse ὑστερογενῆ λέξιν.) Jungi alioqui solet dativo θεῷ istud verbum, cum hanc signif. habet. Æschin. (71.) Ἀλλὰ καὶ τοὺς συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. Herodian. 4, (8, 16.) Καὶ τῷ θεῷ χρήσασθαι ὃν ἐκεῖνοι σέβουσιν ἐξαιρέτως. Plut. Amat. Narr. Καὶ τῷ θεῷ χρησάμενοι περὶ ὧν ἐδέοντο. Ubi redditur, Consultoque deo. In eod. illo Opusculo legitur, Καὶ τῶν Κορινθίων περὶ ἀπαλ-

λαγῆς χρωμένων, ὁ θεὸς ἀνεῖλε. Cum autem non additur hic dat., subaudiendum relinqui puto. In illo quidem certe Plut. loco, Τῶν Κορινθίων χρωμένων, ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, itidemque in eo Hermogenis quem paulo ante attuli, Χρωμένῳ αὐτῷ ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, facile e nomin. θεὸς subaudire possumus dat. θεῷ. Affertur porro duplex hujus verbi infin. hac in signif., VIDEL. Χρᾶσθαι et Χρῆσθαι. At INF. Χρησθῆναι passive dicitur quod oraculo editum est, quod responsum est a deo illis qui sciscitabantur oraculum s. petebant, Herodian. 1, (11, 8.) Φασὶν αὐτοῖς χρησθῆναι, μενεῖν τε τὴν ἀρχὴν, καὶ εἰς μέγα προχωρήσειν. Sic Plut. de S. N. V. Οἷα καὶ Κόρακι τῷ Ναξίῳ χρησθῆναι λέγουσι. Sic quoque PARTIC. Χρησθὲν, signif. Oraculo editum, Quod responsum est a deo, petentibus oraculum. Quin etiam χρησμὸς χρησθεὶς et χρησθέντα λόγια ap. Philon. [" Χράω, Oraculum edo, ad Diod. S. 2, 101. ad Lucian. 3, 576. Boiss. Philostr. 507. 597. 627. Thom. M. 923. Verh. ad Anton. Lib. p. 11. LB., ad Corn. Nep. 76. Stav., Valck. ad Phalar. p. xx. Ernest. ad Hom. Hymn. p. 10. Koen. ad Greg. Cor. 235. Locella ad Marbod 160. ad Od. Θ. 79. ad Herod. 347. 733. Χρῆσθαι, de oraculo, ad Herod. 43. Diod. S. 1, 242. Kuhn. ad Paus. 84=327. Χρᾶσθαι, Plut. Mor. 1, 590. Athen. 1. p. 36. Κεχρημένος, Κεχρησμένος, de oraculis, ad Herod. 175. 178. 567. 608. Ἐχρήσθησαν, Oraculum acceperunt, Marcell. de V. Thuc. p. 2. * Χρέω, (Ionice,) ad Herod. 555. Wakef. Ion. 383." Schæf. Mss.]

Χρησμὸς, Χρήστης, Χρηστήριον, illam verbi χρῆσθαι signif. sequuntur. De quorum unoquoque seorsim mihi dicendum est, cum primum et tertium multa e se derivata habeant.

Χρημὸς igitur est i. q. τὸ χρησθὲν supra, Quod a deo responsum est petenti s. petentibus oraculum. Potest et uno verbo Responsum dici, (ut Apollo animum delusit responso ap. Virg. Alioqui usitatior est hac in signif. pluralis numerus.) aut Oraculum. Eur. Phœn. (412.) Ἔχρησ' Ἀδράστῳ Λοξίας χρησμόν τινα, sc. Κάπρῳ λέοντί θ' ἁρμόσαι παίδων γάμους. Aristot. Polit. 7. Διὸ καὶ τὸν χρησμὸν γενέσθαι τινές φασι διὰ τοιαύτην αἰτίαν τοῖς Τροιζηνίοις. Dicitur alioqui frequentius χρησμὸς δοθῆναι. Athen. 6. Χρησμοὶ, ὁ μὲν Ἀλκμαίωνι, ὁ δὲ Μενελάῳ δοθείς. Plut. Πῶς ἄν Τις Αἴσθοιτο κ. τ. λ. Κατὰ τὸν δοθέντα χρησμὸν Κιῤῥαίοις. Idem περὶ Πολυφιλίας, (6, 361.) Ὁ τῷ Τιμησίᾳ περὶ τῆς ἀποικίας δοθεὶς χρησμός. (Sed ap. Herodian. 8, 3, 19. Καὶ χρησμοὶ δέ τινες ἐδίδοντο ὡς δὴ τοῦ ἐπιχωρίου θεοῦ νίκην ὑπισχνουμένου, Polit. vertit, Ceterum nonnulla quoque oracula ferebantur patrii cujusdam numinis, victoriam promittentia.) Et quemadmodum deus dicitur διδόναι χρησμὸν, ita vicissim, qui oraculum petunt, dicuntur χρησμὸν λαμβάνειν. Interdum vero dicuntur eum κομίζειν: unde et χρησμὸς κομισθείς. Quin etiam χρησμὸν ἀναφέρειν alicubi legere me memini. Apud Thuc. invenitur ᾄδειν χρησμοὺς, 2, (21.) Χρησμολόγοι τε ᾖδον χρησμοὺς παντοίους, ὧν ἠκροᾶτο ὡς ἕκαστος ὥρμητο. E quo loquendi genere χρησμοὺς ᾄδειν (q. d. Oracula canere,) fit COMP. Χρησμῳδὸς, de quo infra. Huc pertinent ἔμμετροι χρησμοὶ ap. Plut. et alios: quod ostendit soluta etiam oratione editos quosdam fuisse: ac certe hujus generis quidam hodieque leguntur. [" Bibl. Crit. 3, 1. p. 67. Valck. Phœn. p. 341. ad Xen. Eph. 152. Toup. Emendd. 2, 326. Sententia memorabilis, Ruhnk. Ep. Cr. 113. De oraculorum generibus, Musgr. Heracl. 405. Χρ. et χρόνος conf., Boiss. Philostr. 355. Χρ. ἐκπεραίνεται, Eur. Cycl. 692. Χρησμῶν ἀοιδὸς, Musgr. Heracl. 404." Schæf. Mss. Valck. Schol. in N. T. 1, 428. 2, 539. Hesychio est etiam τιμωρία.]

[* Χρησμοδότης, Gl. Sortilegus. * Χρησμοδότις, Tzetz. ad Il. p. 47, 15.] Χρησμοδοτέω, Oraculum edo; ad verbum, Oraculum do. I. q. χρησμὸν δίδωμι extra compositionem: sicut χρησμὸν δοθῆναι et χρησμὸς δοθεὶς in præcedentibus legitur. Apud J. Poll. conjunguntur, Χρησμοδοτῆσαι, Χρησμολογῆσαι, Ἀνελεῖν, Προφητεῦσαι, Χρῆσαι. His autem et alia eod. pertinentia præfixerat. [" Clem. R. Ep. 1. ad Cor. s. 55." Kall. Mss. " Ad Diod. S. 2, 102. ad Lucian. 2, 249. Tzetz. Exeg. in Il. 143, 4. Valck. Phœn. p. 782." Schæf. Mss.] Ejus verbale, vel potius verbale passivi Χρησμοδοτοῦμαι, EST Χρησμοδότημα, τὸ, Oraculum editum, [Suid. " Müller. ad Lycophr. p. 285. 287." Schæf. Mss. " Eumath. 470." Schleusn. Mss. * Χρησμοδοσία, Gl. Sortilegium. * " Χρησμοδοτία, Jo. Damasc. Ep. p. 131. nisi leg. χρησμοδοσία." Osann. Auct. Lexx. Gr. * Χρησμόδοτος, unde * Ἀχρησμόδοτος, Niceph. in Synes. 352. * Ἀντιχρησμοδοτέω, Eumath. 397. 458. * " Χρησμοδοτίζομαι, Oraculo edoceor aut admoneor, Eudocia p. 405.]

[* Χρησμολέσχης, i. q. χρησμηγόρος, Lycophr. 1419.]

Χρησμολόγος, Qui oraculum edit. Sonat, Quioraculum dicit s. pronuntiat, vel oracula. [" Onomacritum Herodotus 7, 6. χρησμολόγον appellat καὶ διαθέτην χρησμῶν τῶν Μουσαίου." Schw. Mss.] Sed plerumque pro Oraculorum interprete. [" Sic manifeste accipiendum hoc vocab. ap. eund. Herod. 7, 142. et 143." Schw. Mss.] Alioquin redditur et Vates, Fatidicus, Sortilegus. Thuc. 2, (21.) Χρησμολόγοι τε ᾖδον χρησμοὺς παντοίους, ὧν ἠκροᾶτο ὡς ἕκαστος ὥρμητο. Xen. Ἑλλ. 3, (3, 3.) p. 289. meæ Ed. Διοπείθης δὲ, μάλα χρησμολόγος ἀνὴρ, Λεωτυχίδῃ ξυναγορεύων εἶπεν ὡς καὶ Ἀπόλλωνος χρησμὸς εἴη φυλάξασθαι τὴν χωλὴν βασιλείαν. J. Poll. tamen vult τὸν χρῶντα hoc nomine appellari. [Lucian. 1, 745. Bast. ap. Comm. Palæogr. ap. Greg. Cor. 717. Schæf. " Thom. M. 221. Brunck. Soph. 3, 533. Valck. Phœn. p. 510. Catalogus eorum, ad Herod. 392." Schæf. Mss. Æschin. Dial. Socr. 1, 13.] Χρησμολογία VEL Χρησμολόγιον, Vaticinium, Oraculum. Apud J. Poll. χρησμολόγιον et χρησμολογία aliquo interstitio separata sunt, interjectis aliis synonymis. Videtur autem χρησμολόγιον esse potius Vaticinium, at χρησμολογία, Vaticinatio. Χρησμολογικὴ, (sub τέχνη,) Vaticinatoria ars, Vaticinandi ars s. Edendi oracula. J. Poll. Ὀνομάζοιτο δ' ἂν καὶ ἡ τέχνη, μαντικὴ, προαγορευτικὴ, χρησμολογική. Nec non VERB. Χρησμολογέω, Oraculum edo, vel Oracula, Vaticinor, [Aristoph. Ὄρν. 964. 992. Diod. S. 16. p. 524, 18. 21. " Plut. Mor. 1, 16." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. * Χρησμολόγημα, Tzetz. ad Il. p. 16, 24.]

[* Χρησμολύτης, Schol. Lycophr. 494. * Χρησμοπεύστης, unde * " Χρησμοπευστέω, Lex. Ms. SGM. Cod. Par. Reg. 347. fol. 167. verso: Χρωμένῳ, χρησμοπευστοῦντι, χρησμὸν ἐπερωντῶντι ἢ μαντευομένῳ." Osann. Auct. Lexx. Gr. * Χρησμοποιὸς, Lucian. 2, 232. * Χρησμοποιέω, Schol. Soph. Œd. C. 58. * Χρησμοφόρος, Lucian. 2. 243. Paus. 4, 9. p. 487. * Χρησμοφύλαξ, Lucian. 2, 232.]

Χρησμηγόρος, VEL Χρησμηγόρης, AUT Χρησμαγόρης, i. q. χρησμολόγος, Vates, Oraculorum editor. Affertur autem ex Epigr. illud χρησμαγόρης, de Apolline, [Anal. 2, 518. " Χρησμηγόρος, Jacobs. Anth. 10, 318." Schæf. Mss. Clem. Alex. 44. * " Χρησμήτωρ, perperam pro χρησμηγόρος, Orac. Sibyll. 4. p. 485." Schn. Lex. Suppl.] Χρησμηγορέω, Vaticinor, Oracula edo, e Luciano (3, 457.) Sonat autem χρησμηγορεῖν, q. d. Oracula profari. Habentque hæc compp. formam eadem quam pleraque post verbum Ἀγορεύω a me posita, T. I.

Χρησμῳδὸς, q. d. Oraculorum cantor, Qui oracula canit, (ut paulo ante habuimus e Thuc. Χρησμολόγοι τε ᾖδον χρησμοὺς παντοίους.) Redditur alioqui Qui oracula edit, Sortilegus, Fatidicus. Plato Apol. Socr. (7.) Θεομάντεις καὶ χρησμῳδοὶ ἐνθουσιάζοντες λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλὰ, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι. [Soph. Œd. T. 1199. " Argum. Eur. Tro. Valck. Phœn. p. 21. ad Xen. Eph. 152." Schæf. Mss. Æschin. Dial. Socr. 1, 13.] Χρησμῳδία, Vaticinium, Oraculum, Vaticinatio. Nam legitur ap. J. Poll. inter προαγόρευσις et χρησμολογία. [" Ad Xen. Eph. 152." Schæf. Mss. * Χρησμῳδικὸς, Lucian. 2, 230. * Χρησμῳδικῶς, Eust. Il. A. p. 34, 34.] Χρησμῳδέω, Oraculum edo, (proprie Oraculum cano,) Vaticinor, Divino. Xen. Ἀπολ. (30.) Βούλομαι καὶ ἐγὼ χρησμω-

δῆσαί τι. Sic et in Plat. Apol. (30.) Τὸ δὲ δὴ μετὰ A τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησμῳδῆσαι. (Suid. χρησμῳδεῖν exp. θεολογεῖν.) Et PASS. Χρησμῳδεῖσθαι dicitur quod oraculo editur s. respondetur. E Plat. Epist. Κύρια τὰ νῦν κεχρησμῳδημένα ἔσται, Modo edita oracula rata sunt futura. Ex Ejusd. LL. κεχρησμῳδήσθω pro Dictum sit oraculi ritu. Apud Aretham autem χρησμῳδοῦμαι, Oraculum mihi datur, Divinitus mihi revelatur, Bud. [Lucian. 2, 233. 255. "ad Eund. 2, 249. ad Diod. S. 2, 102. ad Xen. Eph. 152." Schæf. Mss.] Χρησμῴδημα, τὸ, Quod oraculo editum est, Oraculum, Vaticinium, μάντευμα, Suid. ["Müller. ad Lycophr. 285. 287. ad Xen. Eph. 152." Schæf. Mss. Eust. Od. 449, 40. * Χρησμῳδητὸς, unde * Ἀχρησμῴδητος, Niceph. Greg. in Synes. 302. * Ἀναχρησμῳδέω, unde Προναχρησμῳδέω, Prædico, Cyrill. Alex. Glaph. 1. p. 192. * Ἐκχρησμῳδέω, Schol. Pind. Ὀ. 7, 168. * Ἐπιχρησμῳδέω, Synes. 220. cf. Philostr. 489. 558. * Προχρησμῳδέω, Tzetz. Ch. 8, 3. p. 139.]

Χρησμοσύνη autem pro χρησμὸς, i. e. Oraculum, ex B Herod. (9, 33.) affertur. [" At ibi hoc vocab. non Oraculum signif., sed Vatis artem operamque." Schw. Mss.] Alioqui ponitur pro Egestate, ut κεχρημένος est Egenus. [" Tyrtæus 2, 8. Mitsch. H. in Cer. 226." Schæf. Mss. Theogn. 389. 560. Apoll. Rh. 1, 837. 2, 475. * Χρησμόσυνον, Oraculum, Orig. c. Cels. 223.]

[* " Χρησμώδης, Boiss. Philostr. 148. 341." Schæf. Mss.]

[* Χρῆσις, Oraculum, Wolf. Anecd. Gr. 3, 152. Phot. ap. Eund. 2, 225. Pind. Ὀ. 8, 108.]

Χρήστης ab hac verbi χράω signif. est Qui oracula edit, Vates. Hesychio enim χρήστης non solum est ὀφειλέτης et ὁ δανειστὴς, sed etiam μάντις, i. e. Vates. Eandemque exp. habet ap. eum NOMEN Χρήστωρ. At in VV. LL. EST Χρηστὴρ itidem Qui dat oracula, [Etym. M. * Χρηστήριος, Vaticinatorius, Eur. Hel. 828. Auguralis, Æsch. S. c. Th. 26. ὄρνιθας.] UNDE Χρηστήριον, Locus in quo eduntur oracula, Cortina. Plut. de Pyth. Ἀναθημάτων δὲ καὶ δώρων ἐμπέπληκε C βαρβαρικῶν καὶ Ἑλληνικῶν τὸ χρηστήριον. Idem ibid. Ποιητικοί τινες ἄνδρες ἐκδεχόμενοι τὰς φωνὰς καὶ ὑπολαμβάνοντες ἔτι κάθηνται περὶ τὸ χρηστήριον. J. Poll. Τὸ δὲ πᾶν χωρίον, Μαντεῖον, καὶ Χρηστήριον καὶ Ἀνάκτορον. Verum existimatur poni et pro Oraculo; atque adeo ap. Herodian. Polit. ita est interpretatus. Quod si Scholiastæ Soph. credimus, non solum τὸ μαντεῖον et τὸν χρησμὸν, sed etiam τὸ ἱερεῖον significat. Habet vero et aliam signif., cujus exemplum ap. Soph. extat, ut docebo in Διαχρῶμαι: simul etiam cur eo reservandum esse censuerim. [" Musgr. Ion. 221. 226. Abresch. Æsch. 2, 21. ad Herod. 683. Ammon. 73. 149. Valck. Anim. 235. ad Herod. 332. Lobeck. Aj. p. 254. 300." Schæf. Mss. Æsch. S. c. Th. 232. Suppl. 451.] At de χρηστήρια adjectivo, veluti cum χρηστήρια σκεύη appellantur quæ a Latinis Utensilia, dicendum erit post Χρῶμαι, significans Utor, in nomine Χρηστήριος. Verum hoc in VV. LL. affertur et pro Vate, ex Herod. qua in signif. habuisti supra χρήστης, nec non χρήστωρ et D χρηστήρ: [cf. 6, 80. Ὦ Ἄπολλον χρηστήριε.] Ab illo porro nomine χρηστήριον est VERB. Χρηστηριάζομαι, Oraculum peto, Oraculum consulo s. sciscitor. Alciphr. Χρηστηριασθῶμεν εἰς Δελφοὺς πέμψαντες. Affertur et e Xen. [Ἑλλ. 3, 2, 16. 4, 7, 2.] Quod si χρηστηριάζομαι esset ab ea nominis χρηστήριον signif., qua ponitur pro Loco in quo editur oraculum, esset potius Confero me ad locum in quo editur oraculum, ut sc. responsum accipiam. [Herod. 7, 178. Ἐχρηστηριάζοντο τῷ θεῷ οἱ Δελφοὶ, pro ἐχρήσαντο, si sanus est locus, Diod. S. 16, 26. αἰξὶ χρ., Capris cæsis oraculum consulere, ubi v. Wess. " Diog. L. Zenone p. 238. HSt." Seager. Mss. * Χρηστηριάζω, Hes. ἀνειρήκασιν· κεχρηστηριάκασιν. " Herodian. Epimer. 151." Boiss. Mss. Schol. Aristoph. Πλ. 9. Παραχρηστηριάζω, i. q. κακουργῶ περὶ τὸ χρηστήριον, Strabo 9. p. 394=616. * Συγχρηστηριάζομαι, Eust. in Dionys. P. 369. Schol. Aristoph. Ἱππ. 1089.]

At vero COMP. Πυθόχρηστος, ὁ, ἡ, est ex inusitato χρηστὸς, inusitato, inquam, ea in signif. quam habere deberet, si sequeretur usum eum verbi χρᾷν, de quo nunc agitur. In comp. autem usitatum est; nam πυθόχρηστος signif. Pythico oraculo editus s. comprobatus. Vide plura, T. 3, 106. [Schol. Eur. Phœn. 861.]

[* Ἐκχράω, Oraculum edo, Soph. Œd. C. 87. Φοίβῳ—Ὅς μοι τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὅτ' ἐξέχρη κακὰ, Gl. ἐμαντεύετο.]

¶ Χράομαι, (non amplius tanquam pass., sequens signif. activi χρᾷν, sed tanquam verbum deponens, ut loquuntur Latini Gramm.) Utor. In secunda persona præs. χρῇ, Uteris. Plut. Apophth. Lac. Οὐκ ἐν δέοντι τῷ δέοντι χρῇ, Imperat; χρῶ, Utere. Isocr. ad Nic. Χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τούτων. Tertia pers. plur. χρῶνται, e Plut. Romulo, Χρῶνται βολαῖς λίθων πρὸς ἀλλήλους. Infin. autem χρῆσθαι, non χρᾶσθαι: nam hoc ψευδάττικον esse ap. Lucian. (3, 571.) legimus. Extat alioqui illud χρᾶσθαι ap. Plut. in Symp. Sept. Sap. Xen. K. Π. 4, (2, 12.) Καὶ ἔξεστι τῷ βουλομένῳ ἤδη χρῆσθαι τούτῳ ὡς ἀνδραπόδῳ. Ab hoc ita differt ἀποχρῆσθαι, ut Lat. Abuti. Plut. Apophth. Τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυνατῶν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς φίλους κτᾶσθαι, καὶ τοὺς πονηρούς· εἶτα οἷς μὲν χρῆσθαι, οἷς δὲ ἀποχρῆσθαι.

Χρῆσθαι cum varios usus habeat, et multi dativi sint, quibus junctum reddi non potest verbo Uti, de iis prius agam ll. in quibus verbum Uti retineri potest: χρῆσθαι παραδείγμασι, Dem. (35.) Uti exemplis. Thuc. 2. Λαβόντες τὴν στρατιὰν ᾗπερ ἐκεῖνος ἐχρήσατο, Acceptis copiis quibus ille usus fuerat. Isocr. ad Phil. Οὐδεμίαν ἔλοιο ἂν, εἴπερ ἐμοὶ συμβούλῳ χρῷο, μᾶλλον ἢ ταύτῃ, Si me consultore utaris. Nisi malis, Si meo consilio utaris. Sic Teste uti aliquo, Testimonio alicujus uti, μάρτυρι χρῆσθαί τινι, vel μαρτυρίῳ τινὸς χρῆσθαι. Interdum Uti aliqua re pro Præditum esse aliqua re: ut cum Animantia ratione utentia Cic. opp. rationis expertibus. Sic et Græce τὰ λόγῳ χρώμενα, Ratione utentia prædita, opp. τοῖς ἀλόγοις. (Cum nonnullis tamen dativis χρῆσθαι redditur quidem Præditum esse, sed non etiam Uti: ut χρῆσθαι ἀνυπερβλήτῳ κράτει, Vi insuperabili s. Potentia præditum esse.) Dicunt præterea χρῶμαι τούτῳ, eod. plane modo quo Latine, Utor isto pro Usus mihi est cum isto, Utor consuetudine hujus, Familiaritas mihi cum isto intercedit. Sed Latini potius cum adjectione aliqua: at Græce χρῆσθαί τινι, sine adjectione etiam. Dem. c. Mid. Ἔνιοι μοι προσιόντες, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῶν χρωμένων αὐτῷ. Sic Isæus (12.) Νυνὶ δὲ χρώμενος ἡμῖν καὶ περὶ πλεῖστον ποιούμενος ἁπάντων. Ut autem Lat. Consuetudo in malam quoque partem usurpatur, de ea etiam quam cum meretrice aliquis habet, sic et hoc χρῆσθαι de ea quoque dicitur. Nam e Dem. ll. aliquot affertur χρῆσθαι τῇ ἑταίρᾳ et χρῆσθαι τῇ ἀνθρώπῳ, pro Consuetudinem habere cum meretrice. Pro quo tamen malit quis forsan Consuescere, Rem habere. Huc porro pertinere videri queat quod ap. Aristot. legitur Polit. 5. Χρώμενος αὐτοῦ τῇ ἡλικίᾳ: ut sc. dictum sit pro χρώμενος αὐτῷ ἐν ἡλικίᾳ ὄντι. Alioqui VV. LL. χρώμενος interpr. Abutens. Dicitur præterea et χρῶμαί σοι φίλῳ, ut Latine Te utor amico. Vicissimque χρῶμαί σοι ἐχθρῷ, ut dicitur Utor te inimico. (Cic. ad Att. 3. Cum ego iis, quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimis crudelissimisque usus sum. De quo loquendi genere dicam et infra, ubi agam de χρῆσθαι juncto dativo personæ cum adverbio.) Liban. Ἐχθρῷ κεχρημένος τῷ Μειδίᾳ τῶν πλουσίων τινί. Quin etiam χρῆσθαι εὐτυχίᾳ, et vicissim χρῆσθαι δυστυχίᾳ, ut Latine Uti fortuna prospera, (Cic. dixit etiam Uti prospero flatu fortunæ, item Uti felicitate,) et Uti fortuna adversa. Redduntur alioqui et aliis modis ista atque istis similia loquendi genera. Nam κέχρηνται συμφοραῖς e Dem. affertur pro Inciderunt in calamitates. Bud. autem ap. Eund. χρήσασθαι συμφοραῖς reddit Perferre calamitates. Idem χρῆσθαι τύχῃ interpr. Ferre s. Pati fortunam, Habere fortunam, ap. Eund. (297.) Τῇ τύχῃ δὲ, ἣν ὁ δαίμων ἀπένειμεν ἑκάστοις, ταύτῃ κέχρηνται, Hanc fortunam habuerint, quam deus unicuique dedit. Ceterum legimus quidem Fortuna uti ap. Virg., sed alio sensu quam habet istud τύχῃ χρῆ-

σθαι. Atque ut χρῆσθαι τύχῃ, Pati fortunam, sic χρῆσθαι μεταβολῇ, Pati mutationem, ap. Antiphontem idem Bud. interpr. Τοσαύτῃ ἡ πόλις ἐκέχρητο μεταβολῇ.

Χρῆσθαι ut in nonnullis exemplis præcedentibus, sic et in aliis, reddi potest verbo Habere, ut χρῆσθαι πατρὶ affertur ex Aphthonio, pro Habere patrem: quanquam haud scio an ap. vet. quempiam Scriptorem cum hoc vel alio hujus generis dativo, i. e. habente signif. hujus generis, junctum inveniatur: (nisi addatur illi substantivo aliquod adjectivum, ut χρῆσθαι πατρὶ πράῳ, Habere patrem clementem.) Interdum reddi potest χρῆσθαι vel hoc verbo Habere, vel certe aliqua loquendi formula in qua sit illud verbum Habere. Talia autem sunt quæ sequuntur. Thuc. Πόλεως οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης: de quo l. dicam et infra. Xen. Κ. Π. 3, (2, 2.) Ἢ παντάπασιν ἀμαχεὶ λάβοιμεν ἂν τὸ ἄκρον, ἢ ὀλίγοις τε καὶ ἀσθενέσι χρησαίμεθα ἂν πολεμίοις. Nam χρήσασθαι πολεμίοις ἀσθενέσι reddiderim Habere invalidos hostes, aut certe Rem habere cum hostibus invalidis s. infirmis s. debilibus. Similis, vel potius idem cum eo est hic usus verbi χρῆσθαι, ap. Eund. 7, (1, 9.) ejusd. operis, Καὶ σὺ γὰρ τότε μὲν ἐναντίοις, κακίστοις ἂν χρήσαιο, τοῖς δὲ μετὰ σαυτοῦ, ἀρίστοις. At vero cum dicitur χρῆσθαί τινι ὡς πολεμίῳ, est Aliquem hostis loco habere. Quod genus loquendi non semel ap. Thuc. legitur, ut 1. Ἡμᾶς τούσδε πρώτους λαβόντες, χρήσασθε ὡς πολεμίοις, Nos primos comprehensos in hostium loco habete. (Possit tamen reddi etiam Tractate tanquam hostes, vel In nos statuite tanquam in hostes, vel De nobis statuite tanquam de hostibus.) Præterea vero ut supra χρῆσθαι duobus in ll. commode reddi dixi Præditum esse, sic et aliis alioqui diversis eand. interpr. convenire sciendum est. Nam ut ζῶα λόγῳ χρώμενα, sunt Animantia ratione prædita, (ni malis ad verbum, Ciceronem quoque sequendo, Ratione utentia,) et ut ap. Philon. Ὁ κόσμος ἀνυπερβλήτῳ κράτει χρώμενος, est Mundus insuperabili vi præditus, sic, Τοιαύτῃ διανοίᾳ χρῶμαι, ap. Isocr. est, Hac mente præditus sum. Sic sane ap. Hom. commodissime reddi potest hoc verbum, Præditum esse, Od. Π. 398. φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσι, Mente bona præditus erat. Sed minime placet quod ibi annotat Eust., sc. hinc esse sumtum χρῆσθαι συμφορᾷ, quo utitur Dem. et alia hujusmodi. Potius enim afferre debuit exempla verbi χρῆσθαι juncti itidem dativo boni quidpiam declaranti, non mali, et quod affinem signif. haberet: quale est ap. Dem., Ἀνδρὸς σώφρονος προνοίᾳ χρῆσθαι. Hoc enim optime (meo quidem judicio) convenit cum χρῆσθαι φρεσὶν ἀγαθαῖς. Sed et τοιαύτῃ διανοίᾳ χρῶμαι, quod ex Isocr. attuli, huc pertinere dici queat. Possint tamen et quæ contrariam signif. habent, ad hanc classem referri: quale est ἀμαθίᾳ χρῆσθαι: nam φρένες ἀγαθαὶ opp. ἀμαθίᾳ. Sed alicubi et verbum Esse non solum ad interpretationem verbi χρῆσθαι adhiberi potest, mutata forma orationis, ut ταύτῃ τῇ διανοίᾳ χρῶμαι, Hæc mihi mens est, Hac sum mente. Sed et in illo Thuc. loco quem modo protuli ex 1, (10.) Πόλις οὐ χρησαμένη ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι, reddi queat, non solum Urbs quæ nulla habuit templa nec ædificia magnifica, verum etiam Urbs cui nulla fuerunt templa etc. Enimvero de hoc quoque monendus est mihi lector, verbum χρῆσθαι interdum, uni eidemque dativo junctum, diversa, pro loco, genera loquendi efficere. Exempli gratiâ, λόγῳ χρῆσθαι dicuntur homines, qui sunt ratione præditi. At vero ap. Soph. El. (44.) p. 82. meæ Ed. Λόγῳ δὲ χρῶ τοιῷδ' ὅτι ξένος μὲν εἶ Φωκεύς, videmus λόγῳ χρῆσθαι esse Verba facere, Loqui. Adeo, ut minus mirum esse debeat quod e Plut. Numa affertur, Χρωμένας λόγῳ ὑπὲρ τῶν ἀναγκαίων, itidem pro Loquentes de rebus necessariis. Apud Thuc. autem κοινῷ λόγῳ χρωμένους Schol. exp. ὁμοφρονοῦντας. Denique λόγῳ χρῆσθαι alium præterea usum habet, cum sc. dicitur a Plat. (Phædone 44.) Πάνυ ἐθαύμαζον εἴτι ἕξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, de quo l. dicam infra. Ceterum ut verbum χρῆσθαι cum dat. λόγῳ non unum habere usum vides, sic et cum ἀνθρώπῳ diversa significare, partim ex iis quæ de hoc loquendi genere jam dicta

A sunt, (sed accipiendo ἀνθρώπῳ in fem. gen.,) partim ex iis quæ dicentur, intelliges.

Χρῆσθαι plerisque aliis dativis jungitur, qui prout variam signif. habent, ita ipsum varie reddere necesse est, ut sequentibus exemplis docebo. Priorem autem locum iis dabo, in quibus sunt rei, non personæ, dativi. Interdum igitur verbo Esse commode uti possumus, sicut in præcedentibus ll. quos indicavi, ita et in aliis quibusdam; veluti cum ita loquitur Thuc. 6, (15.) de Alcibiade, Ταῖς ἐπιθυμίαις μείζοσιν ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν ἐχρῆτο, nequaquam interpretari possis ad verbum, (si quidem intra Latinitatis fines continere te volueris,) Majoribus cupiditatibus quam pro modo facultatum utebatur; at possis, ut opinor, ita interpretari, Majores erant ejus cupiditates, etc. Quod si liberior interpr. quæratur, tunc reddere non dubitem, Magis cupiditatibus suis indulgebat; aut pro verbo Indulgebat, alio ejusmodi uti. Apud Eund. legitur χρῆσθαι τῇ θαλάσσῃ, l. 1. et alibi, quod ad verbum esset Uti mari, sed a Latinis

B receptum iri non puto. Uterentur enim potius, ni fallor, isto, aut simili, loquendi genere, Commercia mari exercere. Schol. certe exp. VERBO Ἐμπορεύεσθαι, quod et ipsum interpretationem illam admittere crediderim. At VV. LL. e Plut. Pericle afferunt, Ἐχρῶντο τῇ θαλάσσῃ, pro Maris imperio potiti sunt. In Iisd. legimus, Χρησάμενος ἄριστα τῇ ἀρχῇ ex Isocr. Qui optime gessit imperium. Item χρῆσθαι τοῖς πράγμασι pro Munia obire, Versari in negotiis. Et e Plut. Rom. (22.) Κοινῶς ἐχρῶντο καὶ μεθ' ὁμονοίας τοῖς πράγμασι, pro Cum consensu ac concordia communes res administrabant. Ibid. χρῆσθαι τῇ δικαιοσύνῃ, Justitiam ipso usu exprimere, (quod loquendi genus minime probo,) Justitiam colere. At τῷ δικαίῳ χρῆσθαι, Usurpare jus, Jure uti. Et χρώμενος νόμοις, pro Servans leges. Item, χρῆσθαι ταῖς συνθήκαις, ex Isocr. pro Fœdus ipso usu firmare. Item, χρήσομαι τῇ γνώμῃ, pro Sententiæ acquiescam. Et χρῆσθαι γνώμῃ μᾶλλον, e Plut. Rom. pro Præstare consilio. Ibid. e Plut. Popl. Χρήσασθαι

C τοῖς προσπεσοῦσιν οὐκ εἶχε, Quid consilii in rebus casu oblatis caperet, non satis sciebat. Item χρήσεται ὀργῇ, pro Reportabit iram. Item, Ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασι, ex Isocr. pro Devenerunt in eosdem errores. Et χρῆσθαι ἀμαθίᾳ e Thuc. pro Agi stultitia. Hæc inquam in VV. LL. leguntur: quorum pleraque, cum aut loci unde sunt depromta, non afferantur, aut ita afferantur ut ap. ipsos Auctores inveniri sine otio non possint, non examinata præteribo. At de duobus postremis exemplis, et de illo præterea quod tertium ordine collocatum fuit, pauca dicam. Illum igitur Isocr. locum, Ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασι, malim reddere, Eadem peccata admiserunt. Hunc autem Thucydideum, χρῆσθαι ἀμαθίᾳ, interpretandum censuerim potius, Stulte se gerere. At χρῆσθαι τοῖς πράγμασι, duplicem signif. habere puto; nam Bud. a Plut. poni testatur pro Potiri rebus, h. e., ut Idem exp., Esse in summo actu rerum, cum tamen hæc signif. nullo modo convenire possit variis ll. tum Demosthenis, tum Isocra-

D tis, (ut alios Scriptt. omittam,) quibus hoc loquendi genus adhibetur. Eos proferam, deinde quæ interpretatio commoda mihi videatur, palam faciam. Dem. Olynth. 1. init. Ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι κ. τ. λ.: Olynth. 2. init. Ὑμεῖς δὲ, ὅσῳ χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε. At locorum Isocratis, quos in promtu habeo, unus est hic, Καὶ τιμῶσιν οἱ μὲν, τοὺς ἐν τοῖς ὄχλοις εἰπεῖν δυναμένους, οἱ δὲ, τοὺς χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν ἐπισταμένους. Alter est iste, in quo adjungit dativo πράγμασι, dativum καιροῖς: Archid. (22.) Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν, οὔτ' ἀγαθὸν, ἀλλ' ὅπως ἂν χρήσηταί τις καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς, οὕτως ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος ἐκβαίνειν ἐξ αὐτῶν. In illo Dem. loco Olynth. 1. Δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, quidam interpr. In rebus gerendis acer. In altero, Ὑμεῖς δὲ, ὅσῳ χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, interpr. Vos, quanto deterius negotiis, quam decuerat, usi estis. At ego existimo verbum χρῆσθαι cum hoc dativo usum habere

non absimilem ei, quem habet verbum Uti, junctum ablativo foro. Et eum dici δεινὸν χρῆσθαι πράγμασι, s. τοῖς πράγμασι, qui res gerere et administrare novit prout usus poscit, i. e. prout occasiones se offerunt, Qui occasiones rerum gerendarum captare probe norit, vel potius Occasionibus rerum gerendarum uti. In qua interpr. non solum respicio ad Isocr. locum, in quo dicit τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς, (quod sane perinde esse puto ac si dixisset, τοῖς τῶν πραγμάτων καιροῖς,) sed etiam ad ea quæ ap. Demosth. præcedunt in illo Olynth. 2. loco; qui enim χεῖρον ἢ προσῆκε κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι dicuntur? illi, qui φαίνονται προϊέμενοι μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων ὧν ἦσάν ποτε κύριοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν. De hoc autem loquendi genere οὐκ οἶδα ὅπως vel τί χρήσομαι τοῖς πράγμασι, aut τῷ πράγματι, dicam infra. Venio ad alios dativos verbo χρῆσθαι junctos, et cum quibus alia interpretatione opus habet. Synes. de Insomn. Ἀνοήτως χρῆται τῷ βίῳ. Cum eod. dat. ap. Herodian. 5. fin. Ἀντωνῖνος μὲν οὖν εἰς ἕκτον ἔτος ἐλάσας τῆς βασιλείας, καὶ χρησάμενος τῷ προειρημένῳ βίῳ. Neque hic certe χρῆσθαι βίῳ reddi ad verbum potest Uti vita, sed necesse est ut reddamus Vitam agere, (sicut Polit. χρησάμενος τῷ προειρημένῳ βίῳ vertit, Vita ut diximus acta,) s. agitare, aut Vitam degere. Atque ut βίῳ χρῆσθαι, sic vicissim τέλει χρῆσθαι dicunt: ubi ineptius etiam fuerit interpretari, Morte uti. Item Herodian. 6. init. Ὁποίῳ μὲν δὴ τέλει ὁ δηλωθεὶς Ἀντωνῖνος ἐχρήσατο, ἐν τοῖς προειρημένοις δεδήλωται, quæ Polit. vertit, Quem igitur habuerit finem vitæ major Antoninus, in superioribus demonstratum est. Possimus alioqui interpretari etiam, Quem vitæ finem sortitus sit, Quis vitæ finis contigerit Antonino, aut etiam simplicius, Quis Antonino finis vitæ fuerit, s. Quis exitus. Verum quoniam reliquos dativos persequi, non longum duntaxat, sed infinitum esset, his exemplis contentus, (utpote e quibus aliarum etiam interpretationum, i. e. aliis dativis adhibendarum, exempla peti queant,) ad dativos personæ transibo: si prius aliam præterea quandam viam interpretandi hosce rei dativos, tibi indicaro, quam commodissimam et maxime compendiariam invenisse mihi videor: deinde vero et de dativo λόγῳ juncto huic verbo disseruero. Ea est, quam dico, via, ut verbum χρῆσθαι cum suo dat., interpretemur uno verbo, quod ipsius nominis signif. sequatur, ut si in illo Herodiani loco, Χρησάμενος τῷ προειρημένῳ βίῳ, ita vertas ac si dictum esset βιώσας ὡς προείρηται. Sic Ὁποίῳ τέλει ἐχρήσατο, perinde ac si dictum esset, ὅπως ἐτελεύτησε. Sed magis apta quibusdam aliis locis, et quidem nonnullis omnino etiam necessaria est. Huic quidem certe Dem. loco in Or. adv. Philippi Epist. Σώφρονος μὲν ἀνδρὸς χρῆται προνοίᾳ, non dubito quin aptissimam esse talem interpr. quilibet judicaturus sit: perinde sc. ac si scriptum esset, προνοεῖται μὲν ὡς σώφρονι προσῆκεν ἀνδρὶ, vel ὡς σώφρονι ἀνδρὶ προνοεῖσθαι ἄξιόν ἐστι. Superest ut de illo dativo λόγῳ verba faciam. Plato Phædone (44.) Σιμμίου γὰρ λέγοντος ὅτε ἠπόρει, πάνυ ἐθαύμαζον εἴτι ἕξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, Bud. Cum enim Simmia eam rem disputaret, neminem utique futurum existimabam, qui ei respondere posset. Ex Ejusd. Gorgia, Ἐὰν μὲν οὖν καὶ ἐγὼ, σοῦ ἀποκρινομένου μὴ ἔχω ὅ,τι χρήσομαι, ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον· ἐὰν δὲ ἔχω, ἔα χρῆσθαι· δίκαιον γάρ· καὶ νῦν ταύτῃ τῇ ἀποκρίσει, εἴτι ἔχεις χρῆσθαι, χρῶ: Si habes quod respondeas, responde. Videtur autem Bud. hunc locum alteri illi subjunxisse, quod existimarit ὅ,τι χρήσομαι dictum esse pro ὅ,τι χρήσομαι τῷ λόγῳ, itidemque cum χρῆσθαι subaudiri. Sed disseram et infra de hoc loquendi genere, ubi sc. agam de χρῆσθαι habente accusativum præter dativum.

Χρῆσθαι autem cum dativo personæ, legisti quidem et antea in aliquot ll., (quos præbente occasionem sermone, proferre necesse habui:) hic tamen alios ejus cum ead. constr. usus ostendam. Verum hoc sciendum est, in illis, quæ proferam, generibus loquendi, verbum χρῆσθαι præter dativum habere etiam accus. τὶ, s. ὅ,τι, vel adverbium. Dico igitur

A primum, frequens esse ap. Thuc., ut ii qui sunt victi aut certe inferiores hostibus, et omnino illis impares, illorum fidei se committant, et jubeant eos χρῆσθαι αὐτοῖς ὅ,τι βούλονται, s. ὅ,τι ἂν βούλωνται. Ita enim 7. Καὶ ἑαυτῷ μὲν χρῆσθαι ἐκέλευεν ἐκεῖνόν τε καὶ Λακεδαιμονίους ὅ,τι βούλονται: 2. Ξυνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι, σφᾶς τε αὐτοὺς παραδοῦναι, καὶ τὰ ὅπλα, χρήσασθαι ὅ,τι ἂν βούλωνται. Quibus in ll. non puto commodius posse reddi quam Ut pro suo arbitrio de ipsis statuerent, De ipsis consulerent. Debetque locis illis addi et hic ejusd. Scriptoris, quippe qui apertius etiam quam præcedentes, signif. illorum verborum declaret: 2, (4.) Ἐβουλεύοντο εἴτε κατακαύσωσιν ὥσπερ ἔχουσιν, ἐμπρήσαντες τὸ οἴκημα, εἴτε τι ἄλλο χρήσονται, (vel κατακαύσουσιν et χρήσονται,) Deliberabant crematurine eos essent, an aliquid aliud de illis statuerent. Illis autem duobus ll. prioribus hujus Scriptoris, similis est iste Demosthenicus, (374.) Ἐμοὶ μὲν χρήσασθε ὅ,τι βούλεσθε: quod Gallice diceremus, Faites de moi à votre plaisir, vel
B à votre volonté. Ad verbum certe reddi non potest, sicut nec Latine. Nam, Usez de moi à votre plaisir, aliud potius significat. Sed venio ad Budæi verba de hoc loquendi genere: Χρῆσθαι τῷ ἀνθρώπῳ, inquit, Statuere de homine, h. e. vel Beneficio vel Pœna afficere: et additur accus. ὅ,τι. • Subjungitque cum alia exempla, tum hoc e Dem. (1378.) Καὶ ἐν μὲν τῷ παρόντι οὐκ εἶχον αὐτοῖς ὅ,τι χρήσονται Λακεδαιμόνιοι: item hoc e Lysia, Παραδέδωκεν αὐτὸν ὑμῖν χρῆσθαι ὅ,τι ἂν βούλησθε. Sed Plat. aliter in Symposio usum esse docet eo loquendi genere, ubi Alcibiades de Socrate dicit, Ὥστε οὐκ ἔχω ὅ,τι χρήσομαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ: (significare volens, Nescio quomodo uti ejus doctrina debeam, Nescio quomodo ex ejus doctrina commoda mea comparem.) Cum autem dicunt οὐκ ἔχω ὅ,τι χρήσομαι ἐμαυτῷ, significari ait, Incertus sum quid agam. Plato Gorgia, Εἴ τις σοῦ λαβόμενος εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, ὦ Σώκρατες, οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ,τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ' ἰλιγγιῴης καὶ χα-
C σμῷο, Non haberes quod ageres, Incertus esses consilii et stuperes, hæreresque ut vertigine correptus et oscitans, Bud. Affertur ex eod. Plat. de Rep. 2. Ἀπορῶ ὅ,τι χρήσομαι ἐμαυτῷ, pro Nescio quid agam, Nescio quo me vertam. Eadem autem opera dicendum censeo de hoc verbo χρῆσθαι habente adverbium cum dativo personæ. Ibi certe verbo Gerere uti possumus, ut Isocr. ad Nic. Ὅσοι διδάσκουσι τούς τε δυναστεύοντας, ὡς δεῖ τῷ πλήθει χρῆσθαι, καὶ τοὺς ἰδιώτας ὡς χρὴ πρὸς ἄρχοντας διακεῖσθαι, Quomodo se gerere erga plebem debeant: χρῶμαί σοι φιλανθρώπως, Humane me gero erga te. Sic cum aliis adverbiis, ut χρῆσθαι καλῶς φίλοις, Xen. (Ἀπ. 1, 2, 48.) Honeste se gerere erga amicos. (At χρῆσθαι ἑαυτῷ καλῶς, Bud. reddit Honeste se habere, Modeste vivere et composite, afferens ex Aristot. Polit. 5. Ὁμονοοῦσα δὲ ὀλιγαρχία οὐκ εὐδιάφθορος ἐξ αὑτῆς· σημεῖον δὲ ἡ ἐν Φαρσάλῳ πολιτεία· ἐκεῖνοι γὰρ, ὀλίγοι ὄντες, πολλῶν κύριοί εἰσι, διὰ τὸ χρῆσθαι σφίσιν αὐτοῖς καλῶς.) Sed et cum aliis adverbiis hic ipse dativus
D junctus reperitur, ut ἀφειδῶς χρῆσθαι ἑαυτῷ Plut. Alex. Ὅμως οὐκ ἐπαύετο χρώμενος ἑαυτῷ πρὸς τοὺς κινδύνους ἀφειδῶς, Ita se gerens in periculis ut qui sibi minime parcere vellet, vel ullam sui rationem habere, vel respicere se. (Tali enim periphrasi utendum hic puto, ad exprimendam vim hujus ADV. Ἀφειδῶς, cum hoc verbo juncti. Sed de iisd. verbis junctis cum αὐτῷ, vel τινὶ, dicam infra.) In VV. LL. χρῶμαί σοι φιλανθρώπως redditur Utor te familiariter, cum tamen φιλανθρώπως sonet Humane, non Familiariter. Verum et hoc videndum an dici queat Latine Utor te humane s. Humaniter, pro Humane me gero erga te. At si dicas Utor te humano, (ne quis hic fallatur,) plane alia sententia est; significatur enim, Tu te geris humaniter erga me, Humanum te erga me experior. Sic Uti aliquibus benignis, item placatis, ap. Cic.: apud quem legimus etiam, Eo velim tam facili uti possem et tam bono in me quam Curio. Sic ap. Terent. Næ ille me facili utetur patre. Vicissim autem Cic. dixit Uti aliquibus inimicissimis

et crudelissimis. Cui simile esse ostendi χρῆσθαι A ἐχθρῷ τῷ Μειδίᾳ ap. Liban. Eodemque modo dixit idem Orator, Bestiis immanioribus uti: pro Rosc. Amerino, Noluerunt feris corpus objicere; ne bestiis quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur: i. e. Ne illas immaniores erga nos experiremur. Ubi quin verbum Uti, cum verbi χρῆσθαι constructione, ejus quoque usum accipiat, minime quisquam inficiari possit. Nec enim dubium est quin eod. modo dici queat, χρῶμαί σοι φίλῳ, s. εὔνῳ, aut εὐμενεῖ, et χρῶμαι πατρὶ εὐκόλῳ s. πρᾴῳ. At si dicam εὐκόλως s. πρᾴως χρῶμαι τῷ πατρί, tunc non significabo, Facili utor patre, sed versa vice, Facilem me exhibeo patri, s. Clementem aut Mitem, Clementer me gero erga patrem. Ut ergo ad illud χρῶμαί σοι φιλανθρώπως revertar, non posse reddi, Utor te humano, ex iis quæ dicta sunt satis patet. An vero possimus, adverbium adverbio interpretantes, reddere, Utor te humane, de hoc ambigo: ipse quidem certe, donec talem usum verbi Utor cum tali B adverbio invenerim, nequaquam ita interpretari ausim. Fateor alioqui in quibusdam adverbiis utramque linguam hoc verbum eodem modo usurpare; ut enim sæpe a Tullio dicitur Familiariter uti aliquo, sic legimus interdum οἰκείως χρῆσθαί τινι. Nisi forte et hic aliquid sit discriminis, ut Familiariter te utor, dicatur potius de familiaritate quam tu mihi exhibes; at χρῶμαί σοι οἰκείως referatur potius ad familiaritatem quam tibi exhibeo, si ita loqui licet. Certe ap. Xen. Κριτίας τῷ Θηραμένει φίλος ἦν, et οἰκείως ἐχρῆτο τῷ Θηραμένει, pro uno eodemque ponuntur, Ἑλλ. 2, (3, 11.) p. 271. meæ Ed. Ut autem ad alia veniam adverbia, quibus itidem jungitur χρῆσθαι, et quidem aliis etiam modis redditum, affertur χρῶμαί σοι μετρίως, in VV. LL. ex Æschine (71.) pro Modeste te tracto, Clementer in te animadverto. Ibid. e Dem. χρῶμαί σοι πιστῶς, pro Tibi fidem servo. (Quibus adde quod habuisti supra, χρῆσθαί τινι ὡς πολεμίῳ. Dixi enim hoc reddi posse non solum Habere hostis loco, sed etiam verbo Statuere s. C Tractare. Quin etiam verbo Gerere hic quoque uti fortassis liceat, hoc modo, Gerere se erga quempiam, tanquam erga hostem. Non dubium est certe quin pro eod. dici queat, χρῆσθαί τινι πολεμικῶς. Cui velut oppositum est ap. Plut. (Alex. 60.) χρῆσθαί τινι βασιλικῶς, Gerere se erga quempiam ita ut regem decet. Quid autem regem decet? Parcere subjectis et debellare superbos. Adjiciendum his et quod Bud. affert e Dem. (1121.) Καὶ τῶν μὲν ἄλλων πολιτῶν πολλῶν ἀγαθῶν ὄντων μηδενὶ μηδ' ἐξ ἴσου χρῆται· τοῖς δὲ τοιούτοις ἐθελοντὴς ὑποπίπτει: Cum nullo agit civili animo, Nulli se civilem exhibet. Nam sive ἐξ ἴσου sive ἐξίσου conjunctim scribas, adverbii vicem præstare manifestum est.) Sciendum est porro, χρῆσθαι cum adverbio, in malam etiam partem interdum usurpari. Dicit enim Dem. χρῆσθαί τινι ὑβριστικῶς, Contumeliose aliquem tractare, Contumelia s. Contumeliis aliquem afficere. Itidemque ὑπερηφάνως τινὶ χρῆσθαι. Quorum adverbiorum utroque cum hoc verbo aut certe ejus partic. D usus est Plut. uno eodemque in l. Alcib. (4.) Ὡς ὑβριστικῶς καὶ ὑπερηφάνως εἴη τῷ Ἀνύτῳ κεχρημένος ὁ Ἀλκιβιάδης. Possis autem ὑπερηφάνως χρῆσθαί τινι reddere, Superbe aliquem tractare, sicut ὑβριστικῶς χρῆσθαι, Contumeliose tractare; sed malim in illo loquendi genere uti verbo Gerere, et reddere Superbe erga quempiam se gerere. Apud Eund. (Pomp. 10.) habemus et ἀπανθρώπως χρῆσθαι, ubi scribit, Γάϊος δέ φησι καὶ ἀπανθρώπως Κοΐντῳ Οὐαλερίῳ χρήσασθαι τὸν Πομπήϊον. Ubi Bud. vult χρῆσθαί τινι esse Agere cum aliquo. Itidemque ap. Dem. (539.) χρήσασθαί τινι ἀσελγῶς καὶ βιαίως vertit, Violenter et petulanter cum aliquo agere. Affertur ex eod. Plut. χρώμενος cum adverbio ἀφειδῶς, (cum quo habuisti et supra, una cum dat. ἑαυτῷ,) χρώμενος ἀφειδῶς τῷ ἱερεῖ, pro Tractans crudeliter. Verum libet in hujus sermonis clausula, ad ejus principium reverti, i. e. ad exemplum Isocratis cui primum locum dedi, ex Or. ad Nic. Ὅσοι διδάσκουσι τούς τε δυναστεύοντας ὡς δεῖ τῷ πλήθει χρῆσθαι, καὶ τοὺς ἰδιώτας, ὡς χρὴ πρὸς ἄρχοντας διακεῖσθαι. Doctis enim lectoribus expendendum relinquere velim an non et hic verbum χρῆσθαι reddere ad verbum possimus Uti, ex isto Horatii loco, Epist. 1. Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Aristippus: si sciret regibus uti, Fastidiret olus, qui me notat. Neque enim dubito quin Si sciret regibus uti, eadem plane signif. dicturi sumus Græce εἴπερ ἠπίστατο πῶς δεῖ τοῖς βασιλεῦσι χρῆσθαι. Huic certe simile est illud Isocrateum, Ὡς δεῖ τῷ πλήθει χρῆσθαι. Ac videtur ea verbi Uti significatio talis hic esse, qualis ubi dicitur Uti foro. Sed et sine adverbio ap. eund. Scriptorem habemus in Or. ad Philipp. (34.) ὄχλῳ χρήσασθαι, (est autem hic ὄχλῳ quod illic πλήθει,) postquam enim dixit se πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι πάντων ἀφυέστατον γενέσθαι τῶν πολιτῶν, subjungit, οὔτε γὰρ φωνὴν ἔσχον ἱκανὴν, οὔτε τόλμαν δυναμένην ὄχλῳ χρήσασθαι, καὶ μολύνασθαι, καὶ λοιδορεῖσθαι τοῖς ἐπὶ τοῦ βήματος καλινδουμένοις. Quamvis porro ὡς δεῖ τὸ πλήθει χρῆσθαι putem posse reddi Quomodo se gerere oporteat erga plebem, s. vulgus, non tamen hic, ubi ὄχλῳ χρήσασθαι dicitur sine adverbio, eodem verbo posse me uti existimem: quod tale sit ut in hac signif. abverbio jungi velit. Dixerim igitur ὄχλῳ χρήσασθαι, esse quod vulgo dicimus Manier: cum dicimus, Je sais bien comment il faut manier un tel homme, vel un tel esprit. Qua in signif. crediderim nos verbo Tractare posse uti, sicut dixit Terent. Heaut. hac arte tractabat virum Ut illius animum cupidum inopia incenderet. Ibid. dixit, Nec ut animum decuit ægrotum adolescentuli Tractare. Quod si libeat illud verbum gerere hic quoque usurpare, addendum erit adverbium (meo quidem judicio) et dicendum, Gerere se erga plebem ut decet, s. ut par est. Sed minus mihi placet hæc interpr., ideoque vel illo Tractare, vel alio ejusd. generis, si quod magis commodum inveniatur, utendum censuerim.

Χρῆσθαι cum dat. rei habente et accus. Aristoph. Πλ. (941.) Τοῖς δ' ἐμβαδίοις τί χρήσεταί τις; εἰπέ μοι. Ad verbum, Quid aliquis utetur calceis? pro Qua in re utetur? Quem in usum convertet calceos? Quem usum dabit calceis? pro, εἰς τί χρήσεται; Plut. Διὰ τοῦτο καὶ Κάτωνι μηδὲν χρήσασθαι ἄξιον σπουδῆς Πομπήϊον, Quæ causa fuit ut nullam curationem Pompeius Catoni mandarit quæ quidem acrem intentionem posceret: vel, quæ magnopere cordi illi esse deberet: ut Bud. vertit. Affert vero et e Plat. Εἴτι ἕξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, de quo l. et supra dixi, et paulo post iterum dicam. Subjungit et h. l. ejusd. Scriptoris in Philebo, Ταύτῃ δὲ τῇ σκέψει τούτων τῶν παθημάτων τόδε χρησόμεθα, (ita enim legendum est, non τότε,) i. e. Ad hunc modum utemur, Vel, Ad hoc utemur. Ita ille; sed ego, ad primum quidem illum locum quod attinet, malim Κάτωνι μηδὲν χρήσασθαι interpretari magis ad verbum, Nulla in re usum esse Catonis opera. Hoc etiam addo, videri subaudiendam hic esse præp. εἰς: quam in isto Greg. Naz. loco habemus, Οὐκ οἶδα δὲ εἰς ὅ,τι ἂν ἄλλο χρησαίμην τοῖς λόγοις, μὴ νῦν χρησάμενος. Dico, inquam, subaudiendam hic præp. illam videri, et potius χρῆσθαι Κάτωνι vertendum esse Uti opera Catonis, si modo is sit eorum verborum sensus, quem Bud. existimat. (Itidemque in loco Dem. quem illi Platonico præfixerat, Ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει παρὰ τὸν καιρὸν, eadem præp. subaudienda videri queat.) Secundum autem locum, Σιμμίου γὰρ λέγοντος ὅτε ἠπόρει, πάνυ ἐθαύμαζον εἴτι ἕξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, ita reddit, Cum enim Simmia eam rem disputaret, neminem utique futurum existimabam, qui ei respondere posset. At Ficinus verba illa ita reddiderat, Cum enim audirem Simmiam dubitantem, valde admirabar si quis rationibus ejus resistere posset. Ego certe existimo οὐκ οἶδα τί χρήσομαι τούτῳ τῷ λόγῳ ita solitum dici ut οὐκ οἶδα τί χρήσομαι τούτῳ τῷ πράγματι: ideoque generaliori quodam loquendi genere interpretandum esse crediderim. Sed majorem etiam affinitatem cum illis Platonis verbis habent hæc Ejusd. in Theæteto, Τί γὰρ χρήσῃ ἀφύκτῳ ἐρωτήματι, τὸ λεγόμενον, ἐν φρέατι συσχόμενος; Eod. enim modo dicuntur hæc duo χρῆσθαι ἐρωτήματι et χρῆσθαι λόγῳ. Perperam itaque Erasmus in Pro-

verbio, In puteo constrictus, hæc verba, Τί γὰρ χρήσῃ ἀφύκτῳ ἐρωτήματι, vertit, Cur enim utaris inexplicabili quæstione? Nam hic est sensus, Quid enim agas cum tibi inextricabilis quæstio proponitur? Vel, Quid consilii ineas s. capias adversus inexplicabilem quæstionem? Vel, Qua arte tractare quæstionem inenodabilem possis? Perinde ac si diceret, Quomodo te extricare et expedire ex ea possis? His certe interprr. sensum illorum verborum exprimere mihi videor; sed aliquod tamen aptius loquendi genus desidero, et magis ad signif. verbi χρῆσθαι accedens. Quanquam haud scio an aliud inveniri queat quam illud in quo usus sum verbo Tractare. Ex his autem elici et alterius loci interpretatio poterit, εἴτι ἕξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ. (Ad eund. pertinet locus alius, quem e Gorgia protuli, in fine tmematis quo egi de verbo χρῆσθαι variis dativis juncto.) Quoniam autem cum dicitur τί δεῖ χρῆσθαι τῷ πράγματι, eundem usum habet verbum χρῆσθαι, de hoc quoque loquendi genere hic dissererem, nisi reservandum putarem in proxime sequentem sermonem, qui erit de χρῆσθαι habente adverbium una cum dativo rei: quoniam eod. sensu dici solet, πῶς δεῖ χρῆσθαι τῷ πράγματι. Cum igitur docuerim χρῆσθαι jungi dativo personæ interdum cum accus., interdum cum adverbio; itidemque docuerim jungi dativo rei cum accus., superest ut disseram de ejusd. cum dativo rei et adverbio constructione. Sciendum est igitur, χρῆσθαι cum adverbiis nonnullis, primam et propriam signif. retinere: veluti cum dicitur χρῆσθαι καλῶς χρήμασι, vel contra χρῆσθαι κακῶς. Isocr. Epist. ad Timotheum, Τὸ δὲ χρῆσθαι τούτοις καλῶς τε καὶ φιλανθρώπως, ἐπί σοι γέγονεν. Sic vero dicere quis possit, οὐκ οἶδα πῶς δεῖ χρῆσθαι χρήμασι, significans, Nescio quomodo sit utendum pecunia, Nescio in quos usus adhibenda sit pecunia. At cum dicitur, Οὐκ οἶδα. πῶς χρήσομαι τῷ πράγματι, vel τί χρήσομαι τῷ πράγματι, haud jam possumus verbum χρῆσθαι interpretari Uti: sed tale est hoc χρῆσθαι, quale illud supra cum dativis λόγῳ et ἐρωτήματι. Herodian. 5, (4, 16.) Ἠγνόουν τε πῶς χρήσονται τῷ πράγματι, Polit. Haud satis constitutum habebant quod sibi capiendum consilium foret. (Sic attuli supra e Plut. Poplic. Χρήσασθαι τοῖς προσπεσοῦσιν οὐκ εἶχε, pro Quid consilii in rebus casu oblatis caperet, non satis sciebat.) Idem 2, (12, 5.) Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς πολλῇ καταλαμβανόμενος ἀφασίᾳ τε καὶ ἀπορίᾳ, ὅπως χρήσεται τοῖς πράγμασιν οὐκ εἰδὼς, ἀθροισθῆναι κελεύσας τὴν σύγκλητον κ. τ. λ., quæ ita idem interpres vertit, Enimvero Julianus hæsitabundus atque inops consilii, convocato prius senatu etc. Dicitur autem eadem signif. Οὐκ οἶδα τί χρήσομαι τῷ πράγματι, vel ἀπόρως ἔχω τί χρήσομαι τῷ πράγματι. Xen. Ἑλλ. 2, (1, 2.) Πυθόμενος δὲ τὸ ξύνθημα ὁ Ἐτεόνικος, ἀπόρως μὲν εἶχε τί χρῷτο τῷ πράγματι, Nescius erat quid consilii hac in re caperet. Vel, Quid sibi agendum hic esset. Aut brevius, Nesciebat quid ageret. Vel, Nesciebat quomodo se gerere hoc in negotio deberet. Quod si a verbo χρῆσθαι non tam longe discedendum sit, magis ad verbum hoc loquendi genus interpretando, fortassis ita reddi possit, Nesciebat quo consilio hac in re utendum sibi esset. Vel, Nesciebat qua arte rem hanc tractare deberet, vel negotium hoc. Invenitur interdum plur. dat. τοῖς πράγμασι in hoc loquendi genere. Neque tamen vel ille sing. vel hic plur. semper additur; sed dicitur interdum duntaxat τί χρήσομαι τούτῳ; vel τί χρήσομαι τούτοις; In VV. LL. e Dem. Τί δὴ χρησόμεθα αὐτῷ; pro Quid in hoc agendum nobis? Et e Plat. de LL. Τί χρὴ χρῆσθαι τούτοις; Quid de his facere oportet?

Χρῆσθαι cum accus. sequente præp. εἰς, affertur in VV. LL. ex Aristot. primam suam signif. habens, in qua dativo passim jungi solet: Œcon. 2. Μενδαῖοι τὰ ἀπὸ λιμένων καὶ τῶν ἄλλων τελῶν αὐτοῖς προσποριζόμενα ἐχρῶντο εἰς διοίκησιν τῆς πόλεως, Ad remp. administrandam portoriis aliisque vectigalibus utebantur. Sed suspectus non immerito fuerit hic locus, donec aliud ejusd. constructionis exemplum inventum fuerit.

Χρῆσθαι pro Expendere etiam poni et Consumere, in VV. LL. annotatur, sed absque ullo exemplo.

Χρῆσθαι s. χρήσασθαι in aliis etiam signif. usurpatum vide post χρῶ quod significat Do mutuo, Commodo, item post Χρῶ quo declaratur Oraculum edo.

[" Χρῶμαι, ad Charit. 599. Jacobs. Anth. 7, 122. 144. 263. Kuster. V. M. 144. Consuesco cum femina, Thom. M. 532. 851. ad Herod. 331. (2, 181.) Χρῆται, χρᾶται, Thom. M. 922. Porson. Phœn. 968. ad Diod. S. 2, 316. 390. ad Lucian. 3, 571. ad Mœr. 402. Valck. Phœn. p. 351. ad Charit. 316. ad Herod. 187. Athen. 1. p. 37. De v. χρῆσθαι vide longam notam Hemsterh. ad Callim. p. 103. ad Corn. Nep. 144. Stav., ad Herod. 550. 665. Χρῆσθαι et κτᾶσθαι conf., Coray Mus. Ox. 2. p. 3. Χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ δεῖ, Aristoph. Fr. 255. Χρῆσθαί τινι, ad Lucian. 1, 393. Χρ. τινί τι, ad Xen. Œc. 9, 16. K. Π. p. 61. Valck. ad Phalar. p. xxii. ad Herod. 89. 152. 605. Χρ. τινι φίλῳ, Pro amico habere, Musgr. ad Hec. 311. cf. Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 178. Χρ. φίλῳ, Valck. Hipp. p. 270.: τοῖς πράγμασι, ad Charit. 404(=726.:) πόνῳ, Brunck. ad Hec. 1242.: Xen. K. Ἀ. p. 206. Schn. Ἐχρῶντο αὐτοῖς — ἀκοντίοις, Utebantur iis loco jaculorum: Meurs. ad Lyc. p. 1329. cf. p. 1339. De perf., Brunck. ad Eur. Med. 316. 336. Hec. 1242. Κεχρῆσθαι, Anton. Lib. 142. Verh. Ἐκέχρητο, —στο, ad Herod. 229. 608. Ἀπορῶ, ὅ, τι χρήσομαι, Munck. ad Anton. Lib. 88. Verh., ad Lucian. 1, 393. Bast Lettre 100. Heind. ad Plat. Lys. p. 27. Σὺν δίκῃ χρησθεὶς, Valck. Anim. ad Ammon. p. 8. Χρήσθων, Mœr. 415. et n. Χρέομαι, (Ionice,) Larcher. Herod. 4, 252. 5, 297. 322. Wessel. 10. 17. 152. 304. 589. 675. Valck. 129. Wessel. Diss. Herod. 54. ad Mœr. 60. Valck. Oratt. 342. Koen. ad Greg. Cor. 183." Schæf. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Socr. Dial. Cum accus., ad Greg. Cor. 691. Χρῆσθαι et κτᾶσθαι, Schæf. Meletem. Cr. 17. * " Εὐχράομαι, i. q. simplex χράομαι, (verbum nihili,) Mich. Apost. Prov. 16, 69. Οὐκ εὐκεχρημένον ἐφ' ὥρᾳ τῷ σώματι, Qui corpore non bene juxta formam uteretur." Schleusn. Mss.]

Χρῆμα quamvis inter verbalia verbi χρῶμαι primum locum obtineat, si formationis ratio habeatur, tamen ob variam signif. variaque derivata ceteris postponendum censui.

Χρῆσις, ἡ, Usus. Herodian. 3, (14, 15.) Θώρακος δὲ ἢ κράνους οὐκ ἴσασι χρῆσιν, (13.) Οὐδὲ γὰρ ἐσθῆτος ἴσασι χρῆσιν. In VV. LL. redditur etiam Operum functio, e Gaza: et Usus i. e. Consuetudo. Item Utilitas, Fructus, Commoditas, et Locatio. Sed harum signiff. exempla non afferuntur: postremæ autem præsertim exemplum desidero. Nam χρῆσις non quidem ab hoc χράομαι, sed a χράω significante Commodo, potius Ipsam commodationem declarare videri posset, i. e. Ipsum commodandi actum. A Bud. tamen Commodarum redditur, afferente ex Aristot. At χρήσει καὶ κτήσει, Erasmus inter Proverbialia verba retulit, scribens, Qui se totum alicujus haberi volebat, dicebat χρήσει καὶ κτήσει tuus sum, h. e. et usufructu et proprietate. Siquidem in possessionibus sæpenumero fit, ut penes alium sit dominium, penes alium ususfructus. M. Tullio Curius l. 8. Si vales, bene est; sum enim χρήσει μὲν, tuus: κτήσει δὲ, Attici nostri. Ergo fructus est tuus; mancipium, illius. Vide plura ibid. [" Thom. M. 450. ad Charit. 721. Wolf. Prol. 241. Jacobs. Anim. 308. Coray Theophr. 338. Jacobs. Anth. 11, 235. ad Timæi Lex. 244. Alciphr. 204. Casaub. Athen. 1. p. 6. Locus scriptoris, quem confirmandæ vel illustrandæ alicujus rei causa apponimus, Dionys. H. 5, 250. Casaub. ad Athen. p. 4. ad Lucian. 1, 244. ad Herod. 157. Valck. Diatr. 245. (Schol. in N. T. 1, 98. 443.) Apud Grammatt., T. H. ad Plutum p. 226. Conf. c. τήρησις, Valck. Phœn. p. 644." Schæf. Mss. Conf. c. Χρῆμα, ad Greg. Cor. 822.: cum ῥῆσις, Schæf. Meletem. Cr. 64. Χρῆσιν ποιεῖσθαί τινι, pro χρῆσθαί τινι, Jambl. Protr. 72.] Comp. Ἀχρησία in Pand. τῇ χρήσει opp.: ut servitutes τῇ ἀχρησίᾳ ἀπόλλυνται. Bud. [Lobeck. Phryn. 510.]

Χρήσιμος, ὁ, ἡ, Utilis, Usum aliquem præbens ad rem quampiam, Commodus. Dicitur autem χρήσι-

μος σοί εἰμι: et vicissim χρήσιμον aliquid dicitur esse cuipiam. Item aliquis esse χρήσιμος dicitur, vel aliquid χρήσιμον πρὸς τοῦτο, s. εἰς τοῦτο: interdum vero et cum accus. sine præpositione. Primæ illius constr. hæc sunt exempla. Demosth. Philipp. 1. Οὗ δεῖ καὶ δύναιτο ἂν παρασχεῖν αὐτὸν χρήσιμον τῇ πόλει. Lucian. (2, 396.) Καὶ ἀποθανὼν ζῴοις τισὶ χρήσιμος ἔσεσθαι. Eodemque modo aliquid χρήσιμον esse dicitur alicui. At χρήσιμος aliquis πρός τι, ut in h. l. qui affertur e Dione ap. Plat. Πρὸς ταῦτα γίγνοιτό σοι οὐχ ἥκιστα ἂν χρήσιμος: (ubi duplicem etiam constr. observa.) Sic χρήσιμα πρὸς τὸν βίον, Ad vitam degendam utilia. Cum præp. εἰς, ex Aristoph. (Πλ. 493.) χρήσιμος εἰς ἔργον. Cum accus. sine præp. e Dione rursum ap. Plat. Epist. Πολλὰ μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ χρήσιμος. Tale est οὐδὲν χρήσιμος, nisi potius οὐδὲν adverbialiter positum intelligatur. Quin etiam cum infin.: cujus constr. exemplum istud affertur ex Aristot. Δυνάμενον καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ χρήσιμον εἶναι καὶ προνοεῖν καὶ προβουλεύεσθαι, Utilem ad providendum. Alioqui χρήσιμος non raro usurpatur et sine ulla hujusmodi adjectione; interdumque copulatur cum ὠφέλιμος. At χρήσιμα de prædiis dictum, ex Aristot. affertur pro κάρπιμα. Invenitur etiam fem. Χρησίμη, cum alibi, tum ap. Aristot. Polit. COMP. Χρησιμώτερος, Utilior, [Xen. A. 5, 9.] SUPERL. Χρησιμώτατος, Utilissimus. E Plat. de Rep. Χρησιμώτατος πλοῦτος dictum de pecuniis. [" Χρήσιμος, Phryn. Ecl. 155. Thom. M. 918. 921. Markl. Suppl. 887. Iph. p. 75. Duker. Præf. Thuc. p. 7. Musgr. Tro. 963. ad Xen. Mem. 3, 9, 15. Wessel. ad Diod. S. 1. p. 6. Usitatus, Thom. M. 909. Boeckh. ad Pind. 345. Cum accus., Xen. K. 'A. 124. De feminino, Steph. Dial. 25. Diod. S. 1, 660. Callim. 1. p. 454. Schneid. ad Xen. Œc. 3, 10. p. 19. Reiz. ad Aristot. 64. Quid in manuscr. marginn.? Scaliger ad Varron. 210. Χρήσιμα et Χρήματα, Kiessl. ad Jambl. Pr. 185. Τί τὸ χρ., Lucian. 3, 593. 594. * Χρησίμη, Nom. propr., Jacobs. Anth. 7, 206." Schæf. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Socr. Dial. * Χρησιμολόγος, unde * Χρησιμολογέω, Schleusn. Lex. V. T.] Χρησίμως, Utiliter: χρησίμως ἔχειν, Thuc. Utile esse. [Diosc. Præf. * Χρησιμότης, Gl. Commoditas. " Euseb. H. E. 364." Kall. Mss.]

Item VERB. Χρησιμεύω, Utilis sum, Sum usui, Commodo, Commodus sum. Lucian. (1, 373.) Τὴν κολακείαν κομίζει, ὦ Ἑρμῆ, πολλὰ ἐν τῷ βίῳ χρησιμεύουσαν αὐτῷ. Greg. Naz. Τῶν χειρῶν ὑπουργίας τῷ βίῳ χρησιμευούσης. Damasc. Οὐ γάρ ἐστιν οὐδὲν φυτὸν, ἐν ᾧ οὐ συνέργειάν τινα τῇ τοῦ ἀνθρώπου χρείᾳ χρησιμεύουσαν ὁ δημιουργὸς ἐναπέθετο. Dicitur etiam χρησιμεύειν sequente præp. εἰς. Alex. Aphr. in Top. 1. Ἀνασκευαστικὰ γὰρ ὄντα ταῦτα τοῦ συμβεβηκότος, εἰς κατασκευὴν τοῦ ὅρου χρησιμεύει. Sic ap. Cyrill. Χρησιμεῦσαι εἰς τὴν δημιουργίαν. Interdum vero χρησιμεύειν dicitur aliquid sine adjectione pro In usu esse, Usurpari, Usitatum esse, ut cum Μίγνυμι et Δείκνυμι dicuntur χρησιμεύειν παρ' Ἀττικοῖς. || Χρησιμεύειν, pro Commodare significante Commodo afficere, Bud. absque exemplo. [" Diod. S. 2, 307. Phryn. Ecl. 170. 172 (=386. Lob.) Thom. M. 921." Schæf. Mss. * Χρησιμευτὸς, unde * Ἀχρησίμευτος, quod vide in v. Ἀλμυρονάματος.] Est et COMP. Ἀχρήσιμος, Inutilis. Sed pro hoc potius dicitur ἄχρηστος, vel ἀνωφελὴς, aut etiam ἀλυσιτελής. [Schol. Lycophr. 521. Schol. Theocr. 15, 8. Theophr. C. Pl. 6, 19, 3. * Ἀχρησιμότης, Gl. Incommoditas. * " Πολυχρησιμώτατος, Planud. Compar. Ver. et Hiem. Ms." Boiss. Mss.]

[* Χρηστέον, Hippocr. 378, 43. 385, 11. Polyb. 4, 40. 5, 98. " Diod. S. 2, 305. 351." Schæf. Mss. Dionys. Areop. 149. Clem. Alex. 262. " Theod. Hyrt. in Notit. Mss. 5, 724. 6, 26. Man. Palæol. ibid. 8, 342." Elberling. Mss.]

Χρηστὸς, Utilis, Commodus. Primam enim esse hanc nominis χρηστὸς signif., persuasum habeo, non autem eam qua pro Bono accipitur; cum videamus ἄχρηστος dici de Inutili, non de Improbo: et cum videamus χρήσιμος ab eod. verbo eand. signif. trahere: denique cum nihil magis rationi consentaneum sit quam ut primum locum obtineat ea signif. nominis verbalis, aut certe derivativi, ut generalius loquar, quæ Latine vel alio sermone per derivativum itidem

A exprimi potest: ut videmus hic, sicut χρῆσθαι redditur Uti, Gallice User: ita χρηστὸς reddi Utilis, Gall. itidem Utile. Neque vero dignum hoc esse existimo quod in disceptationem vocetur: atque adeo facti mei nullam reddendam esse rationem censuissem, nisi scirem quendam alicujus nominis virum negare ausum esse primam nominis χρηστὸς signif. esse eam, qua pro Utili usurpatur. Hoc tamen fateor, non tam frequens esse χρηστὸς pro Utili, quam est in aliis signiff., sed quæ alioqui ab illa manasse dici queunt. Pro Utili ex Aristoph. affertur in B. (1035.) ὅτι χρήστ' ἐδίδαξε. Apud Eund. N. (793.) χρηστόν τι συμβουλεύσατε, Aliquid utile, vel boni. Plut. in Hell. Quæst. Ἀπέβη δὲ εἰς οὐδὲν χρηστὸν αὐτοῖς. Sed plerumque de re dictum hoc vocab., hac voce, non item illa, reddi potest: ut χρηστὴ ἐλπὶς, Bona spes, Aristoph. (Σφ. 307.) Et per plur. χρησταὶ ἐλπίδες ap. Herodian. (1, 7, 2.) Sic χρηστὴ δόξα, e Dem. Bona fama. Nec non χρηστὸν εἶδος, ex Herodiano, Bona forma. Item χρηστὸν ἔδεσμα, Bonus

B cibus, i. e. Delicatus. Vel, Bene apparatus et conditus cibus, τὸ εὖ ἠρτημένον ἔδεσμα, Schol. Aristoph.: ap. quem tamen repono ἠρτυσμένον pro ἠρτημένον. Cum enim Aristoph. Ἱππ. (345.) ita locutus esset, καλῶς γ' ἂν οὖν τι πρᾶγμα προσπεσόν σοι, Ὠμοσπάρακτον παραλαβὼν μεταχειρίσαιο χρηστῶς, annotat ille, χρηστῶς positum esse pro καλῶς, ὠφελίμως, συμφερόντως: et permansisse hunc ἐν τῇ τροπῇ καὶ τῷ ἀστεϊσμῷ, utpote qui compellaret coquum. Vocamus enim χρηστὸν ἔδεσμα, inquit, τὸ εὖ ἠρτημένον. Tale est quod affertur ex Hom. (Batrach. 39.) οὐ χρηστὸν μελίτωμα. At vero ἦθος χρηστὸν, Boni vel Probi mores: unde comp. χρηστοήθης. Tale est χρηστός τρόπος, quod Polit. ap. Herodian. (5, 1, 11.) vertit Morum benignitas.

Χρηστὸς aliquis esse dicitur interdum, et quidem sæpe, significando Bonus, Probus. Unde etiam videmus illi opponi πονηρόν. Xen. Ἀθ. (1, 4.) Ὅτι πανταχοῦ πλέον νέμουσι τοῖς πονηροῖς καὶ πένησι καὶ δημοτικοῖς ἢ τοῖς χρηστοῖς. Æschin. (67.) Διὸ καὶ μάλιστα

C ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι, ὅτι πονηρὸς ὢν, καὶ τὰ τῶν χρηστῶν σημεῖα διαφθείρει. Sic et ap. Athen., nec non alios, opposita hæc inter se inveniuntur. Quin etiam FEM. Χρηστὴ, itidem Bona, Proba: ut χρηστὴ γυνὴ, Proba mulier. Athen. (594.) Καὶ χρηστὴν ὀνομάσαντος διὰ τοῦ γράμματος, ἀντέγραψε Μένανδρος, ὡς οὐδεμιᾶς οὔσης χρηστῆς. Apud Aristoph. itidemque ap. Dem. χρηστὸς et φιλόπολις copulantur, ita enim Aristoph. Πλ. (900.) οἴμ', ὡς ἄχθομαι, Ὅτι χρηστὸς ὢν καὶ φιλόπολις, πάσχω κακῶς. Demosth. autem locus est hic in Or. adv. Aristocr., p. 286 (=684.) Ald. ed., Χρηστοῦ καὶ φιλοπόλιδος ἀνδρὸς ἔργον εἶναι. Jam vero et quemadmodum dicitur Ille bonus vir, per ironiam, sic οἱ χρηστοὶ ironice ap. Demosth. positum observavi. Quin etiam sicut ἀγαθὸς, quod Bonum proprie significat, interdum pro Strenuo usurpatur, sic χρηστὸς a Thuc. usurpatum esse videtur, 3, (64.) Καὶ ἃ μέν ποτε χρηστοὶ ἐγένεσθε, ὥς φατε, οὐ προσήκοντα νῦν ἐπεδείξατε· ἃ δὲ ἡ φύσις αἰεὶ ἐβούλετο, ἐξηλέγχθη ἐς τὸ ἀληθές: Valla,

D Profecto nunc ea, in quibus aliquando boni extitistis, ut fertis, nequaquam vobis natura convenire indicantes; nam ea demum probata sunt uti veritate, quæ natura perpetuo voluit. At ego hanc interpr. loco illius margini ascripsi, Ceterum illa quidem vestra fortia facta, quæ prædicatis, vobis (i. e. vestro ingenio) non convenire declarastis; at ea, quæ ingenium vestrum semper expetebat, certo patefacta sunt. Ad verbum autem interpretando, (si quidem nomini χρηστοὶ signif. illam demus,) sonarent prima illa verba, Et ea quidem, in quibus aliquando strenui fuistis. Minus autem ad verbum, In quibus strenue vos gessistis. Hanc porro esse hoc loco nominis χρηστοὶ signif. probare videntur ista proxime præcedentia verba, Τίνες ἂν οὖν ὑμῶν δικαιότερον πᾶσι τοῖς Ἕλλησι μισοῖντο, οἵτινες ἐπὶ τῷ ἐκείνων κακῷ ἀνδραγαθίαν προὔθεσθε; Alioqui putassem et hoc modo posse verti, Et ea quidem in quibus bonorum virorum officio functi estis.

Χρηστὸς aliquando minus generalem signif. habet, cum non generaliter pro Bonus s. Probus, sed pro

Χρηματίζω, Nuncupor, Appellor. Plut. Anton. (54.) Κλεοπάτρα μὲν γὰρ εἰς τὸ πλῆθος ἐξιοῦσα, στολὴν ἑτέραν ἱερὰν Ἴσιδος ἐλάμβανε, καὶ νέα Ἶσις ἐχρημάτιζε: (7, 20.) Διὸ καὶ νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις, μὴ πατρόθεν, ἀλλ' ἀπὸ μητρὸς χρηματίζειν, h. e. ὀνομάζεσθαι. Polyb. 5, 57, 5. Καὶ βασιλεὺς τότε πρῶτον ἐτόλμησε χρηματίζειν, καὶ γράφειν πρὸς τὰς πόλεις, i. e. Titulum assumere regis. Sic Act. 11, (26.) Ἐγένετο δὲ πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ χρηματίσαι τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς. Hæc Bud. At in VV. LL. χρηματίζειν, tanquam minime neutrum, exp. E re nomen indere, vel sumere, Nominare, Cognominare, Nuncupare, Appellare. Affertur que e Polyb. (5, 57, 2.) Ἐγκαλῶν καὶ διαμαρτυρόμενος, πρῶτον μὲν ἐπὶ τῷ τετολμηκέναι διάδημα περιθέσθαι, καὶ βασιλέα χρηματίζειν, i. e. Quod ausus esset diadema capiti circumponere, et se regem nuncupare, i. e. ὀνομάζειν, potius quam ὀνομάζεσθαι. Et aliquanto post, affertur ille Act. locus, ubi χρηματίσαι Χριστιανοὺς redditur, Nominasse se Christianos: ut subaudiatur αὑτούς, eodemque modo in præcedentibus exemplis. Ita quidem VV. LL., sed iis minime assentiri possum; nec video cur a Budæi interpretatione discedendum sit, cum ea locis omnibus optime conveniat: passivam sc. signif. ei dando. Nam subauditionem illam, ut in quibusdam verbis alius generis significationem habentibus, receptam esse, ita in hoc non solum novam et inauditam, sed quodammodo etiam violentam esse dico. Quin etiam ineptam hujusmodi subauditionem quibusdam in ll. esse necesse est. Exempli gratia, ap. Paul. ad Rom. 7. init. Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Hic vetus etiam Interpres, μοιχαλὶς χρηματίσει, vertit, Vocabitur adultera: et recte quidem; at si VV. LL. postr. credamus, vertendum fuerit, Vocabit seipsam adulteram. Quo quid ineptius et magis a ratione alienum fingi potest? Ceterum quod ad originem hujus signif. verbi χρηματίζειν attinet, annotat Erasm. in illum Act. l., videri inde dictum, quod cognomen ex officio, quo quis fungitur, addi solet, veluti Publicani dicuntur quod publica vectigalia colligunt, ita Christiani quod Christum profiterentur. Ceterum non solum pro Appellari s. Nuncupari usurpatur χρηματίζειν, sed etiam pro Esse, ut Bud. e Damasc. ostendit. Ac meminit etiam Suidas hujus signif., nullum tamen exemplum afferens. Huc autem pertinent quæ in καλεῖσθαι annotavi, T. 1, 16, ubi Hebræos quoque suo קרא eod. modo uti dixi.

Χρηματίζω, Oraculum reddo, vide Χρηματίζομαι.

Χρηματίζω, Pecuniam colligo, vide infra in Χρηματίζομαι, quod est ab ea χρημάτων signif., qua pro Pecuniis usurpatur.

Pass. Χρηματίζομαι, sequens eam vocis activæ signif. quam habet ap. Greg. Naz. Θεὸς χρηματίζων Μωϋσεῖ ἐπὶ τοῦ ὄρους, a quibusdam redditur, Oraculo admoneor, Divinitus admoneor. At Bud. Χρηματίζεσθαι, inquit, is dicitur, quem Deus suo sermone et colloquio dignatur. Idem quibusdam ex Aretha interjectis, (quæ videnda tibi relinquo, Comm. 260.) affert istum Epist. ad Hebr. locum: (11, 7.) Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, κ.τ.λ. cui subjungit hunc Matth. 2, (12.) de magis, Καὶ A χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, ubi χρηματισθέντες vertit, Responso s. Oraculo in somnis accepto. Sic certe et vet. Interpr. vertit, Et responso accepto in somnis. Erasmus autem, Oraculo admoniti. Sed multo magis placet ea interpr. quæ habet, Divinitus admoniti. Sic ap. Luc. Act. 10, (22.) de Cornelio, Ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλου ἁγίου μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, Divinitus admonitus est ab Angelo sancto ut accerseret. Vel, Divinitus jussus est accersere. At vero ap. eund. Luc. Evang. c. 2. non aliquis κεχρηματισμένος, sed aliquid dicitur esse κεχρηματισμένον, ubi Chrys. exp. προλεχθέν, v. 26. Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου, Fuerat ipsi divinitus nuntiatum, ipsum non visurum mortem priusquam etc. Vet. Interpr. et Erasmus, Responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem etc. Quæ interpr. mihi parum placet; is enim responsum accipere dicitur, cui χρωμένῳ deus χρᾷ: et ita genus illud lo- B quendi relationem quandam habet. Quidam vero ita, Fuerat ipsi Spiritus sancti oraculo promissum. Sed ubi oraculi appellatione abstinere possumus, abstinendum et ego ea censuerim: alioqui a rebus profanis ad sacras eam sicut alias pleraque posse nos mutuari dixerim. Ut autem ibi κεχρηματισμένον redditur Divinitus nuntiatum, sic in isto Arethæ loco, in Apoc. 1. Τὴν ἔκβασιν δὲ τῶν χρηματιζομένων ἐν τάχει ὑπισχνεῖται προβῆναι, Bud. itidem vertit, Eorum quæ divinitus revelata sunt. Apud Profanos Scriptt. contra illa oraculi voce potius quam alia utendum fuerit, ubi vox ista χρηματίζεσθαι occurrerit. Habeo autem activæ quoque vocis χρηματίζειν exemplum e Plut. de Def. Orac. Ἐὰν γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, τὸ μαντεῖον οὔ φασι χρηματίζειν, οὐδ' εἰσάγουσι τὴν Πυθίαν. Fortassis tamen et aliter posse hic reddi aliquis existimet. Atque ut signif. illam habere concedatur, aliud potius interpretationis genus, sed eod. pertinens, quærendum fuerit, ob præcedens vocab. μαντεῖον.

C Χρηματίζομαι, Pecuniam colligo, s. comparo, conquiro, Quæstum facio. Thuc. 7, (13.) Καὶ οἰόμενοι χρηματιεῖσθαι μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι. Apud Dinarchum legitur partic. præt. κεχρηματισμένος, quod Bud. in Comm. reddit, Qui locupletatus est, et quæstus uberes fecit. Alibi autem vertit, Qui quæstum magnum fecit. Item, Qui lucrum fecit, et Qui pecunias reportavit. Idem h. Isocr. in Busir. l. (init.) Ἡγοῦμαι γὰρ τοῖς μὲν ἀναξίως δυστυχοῦσιν, ἐκ δὲ φιλοσοφίας χρηματίζεσθαι ζητοῦσιν, ἅπαντας τοὺς πλείω πεπραγματευμένους, καὶ μᾶλλον ἀπηκριβωμένους, προσήκειν ἐθέλοντας τοῦτον εἰσφέρειν τὸν ἔρανον, ita vertit, Existimo enim bonis moribus convenire, ut iis, qui fortunæ injuria facultatibus lapsi sunt, et vitæ subsidium e literarum studio sibi comparare instituerunt, cuncti, qui in literis amplius commentando profecerunt, et exactius eruditi sunt, hanc munificentiam conferant et gratiam. At vero act. vox χρηματίζειν pro χρήματα συλλέγειν, i. e. Pecuniam colligere, ap. Hes. extat.

D ["Χρηματίζω, ad Charit. 110. 124. 454. Jacobs. Anth. 8, 409. Diod. S. 1, 74. 81. 2, 249. 625. Thom. M. 919. Valck. Adoniaz. p. 294. T. H. ad Lucian. 1, 205. Zeun. Ind. ad Xen. K. II., Plut. Mor. 1, 492. 595. Nomen mihi sumo, Wakef. S. Cr. 4, 109. Diod. S. 2, 445. ad Herod. 82. ad Diod. S. 1, 53. Mahne de Arist. p. 10. Lips. Pecuniam facio, Kuster. Aristoph. 105. Χρηματίζομαι, Scaligerana secunda p. 256. ad Herod. 672. Pecuniam accipio, Wyttenb. Select. 334. Dionys. H. 1, 294." Schæf. Mss. Χρηματίζω, Paro, Perficio, Philo J. 1, 160. 218. Efficio, 466. Plut. 6, 476. Καὶ μόλις πάνυ ταῖς ἀνάγκαις χρηματίζοντες, Isocr. Paneg. 42. Πρὶν ἄλλο τι χρηματίζειν: v. not.: Schn. ad Xen. Resp. Athen. 3, 1. "Athen. 542." Strong. Mss. Jambl. V. P. 192. Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.: Valck. Schol. in N. T. 1, 482. 2, 539. Schleusn. Lexx. in N. et V. T. *Χρηματιστέον, Divitiis et pecuniæ studendum est, Xen. A. 7, 3.]

Χρηματισμὸς, ὁ, Responsum quod dant magistra-

tus postulationibus aliquorum, Responsum eorum qui jus reddunt. Athen. de Dionysio Heracleæ tyranno, (549.) Τοὺς δὲ χρηματισμοὺς ἐποιεῖτο τοῖς βουλομένοις, προτιθέμενος κιβωτὸν τοῦ σώματος, Postulationibus adeuntium respondebat, Cum adeuntibus et supplicantibus agebat, arca intermedia, Bud. Exempla autem significationis verbi χρηματίζεσθαι, quam sequitur hic χρηματισμὸς, habes supra. || Χρηματισμὸς, Responsum divinum, s. Oraculum, aut Mandatum. Paul. ad Rom. 11, (4.) de Esaia, Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρ.; Apud Aretham autem in Apoc. 1. Δι' ἀγγέλου δὲ ὁ χρ. τῷ δούλῳ αὐτοῦ, Sermocinatio divina interprete angelo facta est cum servo Dei, Bud. Habes autem supra verbum χρηματίζομαι, et in ea signif. positum, quam hic sequitur verbale χρηματισμός. || Χρηματισμὸς, (ab ea verbi χρηματίζομαι signif. cui datus locus ultimus fuit,) Pecuniæ comparatio, Studium quod impenditur comparandæ pecuniæ, s. colligendæ, aut conquirendæ, aut etiam generalius, faciendo quæstui. Nonnunquam vero ipse quæstus ita vocatur, ut ap. Plat. Apol. (26.) Ἀμελήσας χρηματισμοῦ redditur, Quæstum postponens. Sed hic illam quoque signif. servare potest. Redditur etiam, Quæstuaria negotiatio, Res pecuniaria. [Xen. A. 7, 2. cf. J. Poll. 3, 113. Jambl. Protr. 290. Quæstus, Demosth. 568. 958. "Ad Diod. S. 1, 74. 89. 650. T. H. ad Plutum p. 254. ad Lucian. 1, 205. Thom. M. 919. ad Dionys. H. 2, 956. ad Herod. 166. Plut. Mor. 1, 958. Conf. c. χρησμὸς, ad Diod. S. 1, 247." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T.]

Χρημάτισις, ἡ, i. q. χρηματισμὸς in ea signif. quæ prima data illi fuit. Suid. ex Æliano affert pro χρημάτων συναγωγή. Sed et pro Quæstu, interdum, ut ap. Xen. (Œc. 20, 22.) Ἀνυτικωτάτην χρημάτισιν ἀπὸ γεωργίας ἐπετήδευσε: [11, 11.]

Χρηματιστὴς, ὁ, Qui comparandæ pecuniæ deditus est, s. acquirendæ, aut congerendæ, Pecuniæ congerendæ studiosus. Aut etiam, Qui artem pecuniæ comparandæ novit, Qui talis est ut facile pecuniam comparare possit. (Sed hæ posteriores interpretationes voci χρηματιστικὸς magis conveniunt.) Apud Aristot. Eth. 1, 5. χρηματιστὴς redditur Qui in pecuniæ quærendæ studio versatur: ab aliis, In pecuniis congerendis occupatus. Verum quidam cum χρηματιστὴς putant subaudiri βίος, e præcedentibus. Xen. Œc. (2, 18.) δεινὸν χρηματιστὴν appellat Hominem ad rem augendam impigrum, Bud. qui etiam annotat, Platonem usum esse pro Negotiatore, in h. l. Μήτε χρηματιστὴν, μήτε ἱππέα, μήτε δημιουργόν. ["Thom. M. 919. Schneid. Anab. 19." Schæf. Mss. "Philostr. 598." Wakef. Mss.]

Χρηματιστικὸς, Comparandæ pecuniæ peritus, s. Acquirendæ, Qui artem quærendæ pecuniæ novit, talis est ut facile pecuniam comparare possit. Aliquid etiam dicitur χρηματιστικὸν, E quo quæstus percipi potest. Et χρηματιστικὴ τέχνη, Ars quæstuaria. Vide Bud. ex Aristot. 257. 258. || Χρηματιστικὴ σκηνὴ in VV. LL. ea, ἐν ᾗ χρηματίζειν εἰώθει καὶ δειπνεῖν ὁ βασιλεύς: quæ verba habuisti supra e Polyb., in Χρηματίζειν. Sed unde illud χρηματιστικὴ σκηνὴ sumtum sit, in iis non annotatur. [Quæstum ac divitias portendens, Xen. K. 'A. 6, 1, 15. οἰωνόν.]

[* Χρηματιστὴρ, unde * Χρηματιστήριος, e quo] Χρηματιστήριον, τὸ, Locus in quo χρηματιστικὴ τέχνη exercetur; aut certe, Locus in quo χρηματισταὶ suam negotiationem exercent. In VV. LL. Officina numularia. Ibid., Sedes judicis, ex 1 Esdræ, (3, 15.) Ἐκάθισεν ἐν τῷ χρηματιστηρίῳ, ubi dicitur vulg. interpretatio habere, Sedit in concilio. Est certe posterior hæc signif. vocis χρηματιστήριον ab ea signif. verbi χρηματίζειν, qua ponitur pro Jus reddere, Responsum dare postulatis aliquorum. [Schleusn. Lex. V. T. "Ad Diod. S. 1. p. 4. 643." Schæf. Mss. Junctum cum τράπεζα, Plut. Cæsare 67.]

COMP. Ἐκχρηματίζομαι et Ἀχρημάτιστος hisce simpliciter derivatis subjungenda sunt. E quibus prius illud Ἐκχρηματίζομαι videtur sonare Expilo aliquem pecunia, Emungo pecunia. Apud Thuc. tamen, 8, (87.) p. 290: Ἵνα τοὺς Φοίνικας προαγαγὼν

A ἐς τὴν Ἄσπενδον, ἐκχρηματίσαιτο ἀφείς, Schol. ἐκχρηματίσαιτο exp. πράξαιτο ἀργύριον, item χρήματα λάβοι. ["Thom. M. 920." Schæf. Mss. Ἐκχρηματίζω, J. Poll. 4, 43.] At posterius illud COMP. Ἀχρημάτιστος, [e * Χρηματιστὸς,] in VV. LL. redditur, Otiosus, et omni actione vacuus. Cujus interpr. (quæ nullo ibi testimonio confirmatur) non video quæ ratio reddi possit; sed ubicunque vocab. hoc occurrerit, ei interpretatio danda erit, quæ commoda loco videbitur, sequendo unam ex iis signiff. quæ activæ voci χρηματίζειν aut quæ passivæ χρηματίζεσθαι datæ fuerunt. ["Ad Lucian. 1, 111." Schæf. Mss. Plut. Quæst. Rom. 2730. * Εὐχρημάτιστος, Procl. Paraphr. Ptol. 3, 18. p. 229. * Θεοχρημάτιστος, Divino oraculo instructus, Divina oracula edens, Andr. Cr. 146.]

[* Ἐπιχρηματίζω, * Ἐπιχρηματισμὸς, * Ἐπιχρηματιστὴς, Schol. Aristoph. Θ. 384. * "Μεταχρηματίζω, Diod. Exc. Leg. Τὴν δόσιν μεταχρηματίσασα." Schn. Lex. "Diogenis Epist. nova 14. Μέγα χρηματίσαντες τὴν πόλιν καὶ καλέσαντες ἀντὶ Μαρωνείας, leg.
B μεταχρ." Schn. Lex. Suppl. * Προσχρηματίζω, unde * Προσχρηματισμὸς, Gal. 1, 6. Bas. * Προχρηματίζω, Antea vaticinor, Method. 400. Andr. Cr. 126.]

[* "Χρηματίτης ἀγὼν, Certamen in quo agitur de pecunia: opp. στεφανίτης ἀγὼν ap. Mich. Apost. Prov. 15, 42. et est i. q. ὠφελίας ἀγών." Schleusn. Mss. "Ad Xen. Mem. 3, 7, 1. ad Diod. S. 1, 260. Thom. M. 810. Heyn. Hom. 8, 479." Schæf. Mss. Schol. Pind. 'O. 8, 101. p. 203. Boeckh., Schæf. ad Greg. Cor. 184. * "Χρηματίας, ad Charit. 279." Schæf. Mss.]

[* "Χρημασία, pro * χρηματία, Liban. T. 3. p. 32. Εἰ γὰρ ὡς οἱ παρ' ὑμῖν (leg. ὅσοι νῦν παρ' ὑμῖν) καὶ λέγοντες καὶ πολιτευόμενοι μετὰ χρημασίας ἐπὶ τὰς ἐμπορίας τραπόμενοι, τὸ βῆμα τοῖς πλουσίοις μὲν, ἥκιστα δὲ τὸ δέον εὑρίσκουσιν, ἀφεῖσαν· ἐνθυμεῖσθε, ποῖ ποτ' ἂν ἀφῖκτο τῇ πόλει τὰ πράγματα. Reisk.: —'Χρημασίας, vocabuli miror insolentiam, et quid significet dubito. Locum hunc utique non intelligo.' Morellius
C reddit, Cum quæstu ad mercaturam conversi. Cod. Par. 3017. habet μετὰ χρηματίας. Morellius locum vertens perperam legebat μετὰ χρηματισμοῦ, Cum avaritia. Ego conjeci χειμασίας. Similia vocabula sunt σημασία, ξηρασία, ὀνομασία, ἐργασία. Ἑτοιμασία Etym. M. p. 387, 51. Dicitur εὐχρηματία. Ὑλασία ap. Hes. (pro corrupto ὕλασσα,) ἡ ξυλία, (corr. ἡ ξυλεία) καὶ φρυγανισμός." Bast. de VV. nihili vel dub. ap. Scap. Lex. Ed. Oxon.]

Χρεία, ἡ, Usus, Utilitas, Commodum. Synes. Καινὸς οὗτος τρόπος ἐπιτηδεύεται παρ' ἐμοῦ χρείας ἐπιστολῶν, Usus epistolarum. Idem, Καὶ χρείαν ἑτέραν ἐθέλω μοι πληρῶσαι τὰ δεύτερα γράμματα, Usum alterum volo mihi præbere secundas literas. Plut. Κοινωνίας ἐπὶ χρείᾳ συνισταμένης ὁμηρεύματα, Societatis pignora, utilitatis privatæ causa initæ. Isocr. Τὴν μὲν γὰρ τούτων χρείαν ῥᾳδίως εἰδήσεις, Utilitatem quæ ex his provenit. Sæpe autem jungitur accus. sing. χρείαν, aut etiam plur. χρείας, verbo παρέχεσθαι. Respondentque omnino hæc duo verba, χρείαν
D παρέχεσθαι, Latinis hisce, Usum præbere. Interdum tamen aliis modis reddi aptius potest, manente alioqui eadem signif. Χρείαν παρέχεσθαι Bud. interpr. Usui esse, Commodum esse, Utilem esse: afferens e Diog. L. in Theophrasti Testamento, Πομπύλῳ δὲ καὶ Θρέπτῃ, πάλαι ἐλευθέροις οὖσι, καὶ ἡμῖν πολλὴν χρείαν παρεσχημένοις. Ex eod. Diog. L. in Stratone, Συμπεπονηκὼς ἡμῖν καὶ παρεσχημένος χρείας, de servo frugi. Invenitur autem hoc loquendi genus et in quodam Psephismate, quod recitatur ap. Dem. (253.) Ἐπειδὴ Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, καὶ πολλοῖς τῶν συμμάχων: ubi reddi potest, Cum multis commodis affecerit populum; aut etiam, In multis utilem se populo præstiterit. Quin etiam reddi queat fortasse, Cum in multis rebus de populo bene meritus fuerit, Multa beneficia in populum contulerit. Sed hæ posteriores interprr. majus aliquid exprimunt. Interdum χρεία et in verbum Uti potest resolvi, ut e Xen. affertur, ('Απ. 4, 2, 25.)

Καὶ τὰ ἄλλα πρὸς τὴν τοῦ ἵππου χρείαν ἐπιτήδεια, Ad usum equi necessaria: i. e., ut equo utamur.

Χρεία habet et alias vocabuli Usus signiff.: ut χρείαν τριχὸς παρέχει, Usum villorum præbet, pro Utimur loco villorum. Qua signif. dicitur et χρείαν ἀποπληροῦν. Sic ap. Diog. L. χρείᾳ, Vice, Loco: in Aristot. Vita, Καὶ συνεβίω Ἀμύντᾳ Μακεδόνων βασιλεῖ, ἰατροῦ καὶ φίλου χρείᾳ, Medici et amici vice et loco, Bud. Plur. χρεῖαι, ut Lat. Usus: veluti ap. Aristot. Œcon. 2. Εἰς τὰς καθ' ἡμέραν χρείας ἀναλίσκειν, In quotidianos usus impendere.

Χρεία ἐστὶ τούτου, Usus est hac re, (pro Opus est hac re,) ut Virg. dicit, nunc viribus usus, Nunc manibus rapidis. Et Plautus, Viginti jam usus est filio argenti minis. Sic utitur et Terent. At Cic. sine ablativo, Si usus fuerit: et Siquando usus esset: pro Si opus fuerit, et Siquando usus esset. Eur. (Hec. 976.) χρεία τίς σοι ἐμοῦ; Quid tibi mea opera opus est? [Porson. Or. 659.] Aristot. Œcon. 2. Ἔφησεν ἑαυτῷ χρείαν εἶναι καὶ τούτων, His quoque sibi opus esse dixit. Plato de LL. Ὁπόσων ἑκάστοις χρεία. Idem in Epist. Ὧν χρεία τοῖς νοῦν κεκτημένοις. Apud Chrys. in Ep. ad Hebr. πείρας χρεία, sub. ἐστὶ, ubi scribit, Πείρας χρεία καὶ τῆς ἀπὸ πείρας γνώσεως, Experientia opus est. Interdum etiam dicitur χρεία τούτου πρὸς τοῦτο. Alex. Aphr. de Anima 2. Ἔτι καὶ πρὸς τὴν τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογὴν χρεία καὶ σώματος ὑγιαίνοντος καὶ αἰσθήσεων. Idem alibi, Ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς ψυχῆς πασῶν τῶν ἀρετῶν καθ' ἑκάστην δύναμιν χρεία πρὸς τὸ τοῦ ἀνθρώπου τέλος, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος. Quibus in ll. observa omitti itidem verbum ἐστί. Affertur etiam ἐν χρείᾳ εἶναι τινὸς, ex Aristot. Polit. pro Aliqua re egere. Item e Plat. de LL. Εἰς χρείαν τούτων ἐλήλυθα, pro Egui his. Et οἱ ἐν χρείᾳ ὄντες, e Dem. pro Egeni, Inopes. Alioqui χρεία sine adjectione positum redditur etiam Necessitas. Interdum vero et cum gen., ut, Εἰς χρείαν τοῦ μάχεσθαι ἀφικνεῖσθαι, e Plat. de LL. Eo venire necessitatis ut dimicandum sit. Sed et quod dicimus Gallice, (diversa alioqui Necessitatis significatione,) Aider à quelqu'un en sa nécessité, hoc videtur dici posse παρὰ τὴν χρείαν: ita sc. usurpando ut dixit Dem. παρὰ τὰς χρείας, (471.) Πάντες μὲν γάρ εἰσιν ἴσως ἄξιοι χάριν ἀνταπολαμβάνειν οἱ προϋπάρχοντες τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ, μάλιστα δ' οἱ παρὰ τὰς χρείας, Bud. Nam cum omnes ultro de vobis benemerentes digni sunt utique quibuscum paria faciatis, tum vero ii maxime, qui in ipsis temporibus vestris difficultatibusque id fecerunt. Quæ interpr. multo magis mihi placet quam ea, quam idem Bud. alibi huic loco tribuit: ita reddens, Præsertim vero qui opportune id faciunt, et cum operæ est pretium.

Χρεία, Negotium, ut redditur Act. 6. init. Οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης, Quos præficiemus huic negotio. Vetus autem Interpres, Quos constituamus super hoc opus. Ego ad signif. melius exprimendam, interpretandum censuerim Necessarium munus. [" Cf. Lex. Polyb. 665. num. 3." Schw. Mss.]

Χρεία autem ap. Rhet., est ἀπομνημόνευμα σύντομον, εὐστόχως ἐπί τι πρόσωπον ἀναφέρουσα, ut scribit Aphthon., (nisi potius ἀναφερομένη ab eo scriptum fuisse credendum est,) qui etiam addit dictam esse χρείαν quod sit χρειώδης. A Theone definitur, σύντομος ἀπόφασις, ἢ πρᾶξις, ἀναφερομένη μετ' εὐστοχίας εἴς τι ὡρισμένον πρόσωπον ἢ ἀναλογοῦν προσώπῳ: quæ Cam. ita vertit, Χρεία est Dictum breviter aliquid ostendens, aut Factum, scite in personam certam, quodve pro persona sit, collatum. Ei autem vicinam esse dicit γνώμην, vicina item esse quæ vocantur ἀπομνημονεύματα. Aliquanto post, χρείαν vocatam esse ait κατ' ἐξοχὴν, quia magis quam ulla alia ad multa est χρειώδης τῷ βίῳ, i. e. Utilis vitæ. Bud. χρείαν interpr. Celebre et apophthegmaticum responsum. Nam hæc Diogenis L. (2, 85.) Καὶ πρὸς τοὺς διασύροντας προσεφέρετο τὰς Ἀριστίππου χρείας, vertit, Allegabat dicta et apophthegmata Aristippi: vel, celebria Aristippi apophthegmaticaque responsa. Hoc enim, inquit, χρεία significat, quasi χρειῶδες ἀπομνημόνευμα καὶ σύντομον, ut inquit Aphthon. Sic ap. eund. Diog. L. in Aristot. Διογένους ἰσχάδα αὐτῷ διδόντος, νοήσας ὅτι εἰ μὴ λάβῃ, χρείαν εἴη μεμελετηκὼς, λαβὼν, ἔφη Διογένη μετὰ τῆς χρείας καὶ τὴν ἰσχάδα ἀπολωλεκέναι, Cum dicto etiam ficum perdidisse. Et χρειώδη ἀποφθέγματα ap. eum Dicta sententiosa. Hæc ille: qui in eo, quod dicit χρείαν Aphthonio esse χρειῶδες ἀπομνημόνευμα, vel de suo addit vocem χρειῶδες, vel e sequentibus eam accipit, ubi ille addit χρείαν vocata fuisse quod sit χρειώδης. Illa autem χρειώδη ἀποφθέγματα forsitan sint potius Apophthegmata qualia sunt quæ χρεῖαι vocantur. Apud Quintil. autem χρειῶδες sine adjectione habetur pro Quodam χρείας genere. Vide 1, 15. [Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.]

[" Χρεία, Thom. M. 918. Musgr. Hec. 976. Suppl. 20. Ion. 638. ad Diod. S. 1, 42. 224. 605. 715. 2, 297. 518. Fac. ad Paus. 2, 68. Heyn. Hom. 5, 424. Koen. ad Greg. Cor. 181. Plut. Mor. 1, 869. Scalig. ad Varron. 211. Casaub. ad Athen. p. 4. Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 315. Valck. Hipp. p. 103. Toup. Opusc. 1, 566. 571. Emendd. 2, 375. 4, 482. Wakef. Diatr. p. 33.:— ' Vehementer ambigam, an hoc quoque sit legitimum, et quod Græcia suum dicat:—ἀλλὰ τίς χρεία σ' ἐμοῦ; Eur. Hec. 970. Saltem, dum critici doctores similis ellipseos in hac phrasi specimen protulerint, liceat hoc pacto proponere scribendum:—ἀλλὰ τίς χρεία 'στ' ἐμοῦ;' Negotium, Officium, Musgr. ad Soph. 1. p. 71. Id de quo agitur, Negotium, Materia subjecta, Wernsd. ad Himer. 171. Brunck. Œd. T. 725. Petitio, Plut. 8, 310. Cor. (Thuc. 1, 32.) Instrumentum, T. H. ad Plutum p. 287. (* Χρειασίδιον, ibid.) Utilitas, Diod. S. 1, 338. De constr., Monthly Review, April 1799. p. 438. Porson. Or. 659. Χρ. ἀναγκαία, ad Diod. S. 1. 279. Οὔτε χρείαν, οὔτ' ὠφέλειαν, Dionys. H. 5, 32. Χρείαν παρέχειν, Heyn. Hom. 4, 108.: ἀποδιδόναι, Dionys. H. 3, 1454.: ἔχειν τινὸς, Egere re aliqua, Fischer. ad Palæph. 183. Toup. Opusc. 1, 583. ad Charit. 26. Χρείας παρέχεσθαι μαγείρων, Athen. 172. cf. Diod. S. 1, 315. Εἰς χρείας ἐλθεῖν, T. H. ad Plutum p. 342. 345. 448." Schæf. Mss. Χρ. δορὸς, Martis periculo, Synes. 13. Consuetudo, Jambl. V. P. 376. Quo compendio scribatur, ad Greg. Cor. 849.: conf. c. χρόνος, ibid. Χρεῖαι, i. q. χρήσεις, de locis Scriptt. vett., Valck. Schol. in N. T. 1, 443. Vide Schn. Lex.]

IONICE Χρείη pro Χρεία. Exp. tamen χρείη tantummodo Indigentia, VV. LL.

Ἀχρεῖος, Inutilis. Thuc. 2, (40.) Μόνοι γὰρ τόν τε μηδὲν τῶνδε μετέχοντα, οὐκ ἀπράγμονα, ἀλλ' ἀχρεῖον νομίζομεν. Idem eod. l. Τῶν τε ἀνθρώπων τοὺς ἀχρειοτάτους, ubi loquitur de Iis qui præ ceteris imbelles erant, utpote Invalidis corporibus præditi. Sic ap. Plat. de Rep. 2. Οἱ ἀσθενέστατοι τὰ σώματα καὶ ἀχρεῖοι ἄλλο ἔργον πράττειν, (ubi observa etiam infinitivo jungi hoc nomen. Latine dixeris, Inutiles ad aliud agendum.) Legitur alioqui ap. eund. Thuc. (2, 44.) τὸ ἀχρεῖον τῆς ἡλικίας de Effœta ætate: quo forsitan malit aliquis illud ἀχρειότατοι referre. Apud Matth. 25, (30.) ἀχρεῖος δοῦλος, Inutilis servus, qui non est frugi. Gell. 7, 11. Et nequam hominem (appellarunt veterum hominum, qui proprie atque integre locuti sunt,) nihili, neque rei neque frugis bonæ. Quod genus Græci fere, ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακότροπον, ἢ μιαρὸν dicunt. Ex Aristoph. autem (N. 655.) affertur ἀχρεῖος εἶ καὶ σκαιὸς pro Ineptus es et rudis: [ubi Br. legit ἀγρεῖος.] Item aliquid esse dicitur ἀχρεῖον, i. e. Inutile: inveniunturque copulata a Plat. ἀχρεῖον et ἀνωφελές. Affertur autem ἀχρεῖος fem. etiam genere usurpatum, in h. l. Ἀχρεῖον κατηγορίαν: sed Auctor non nominatur. Alioqui et FEM. Ἀχρεία e Theophr. confirmatur, qui dixerit, ἀχρεία κόμη. [" Diosc. 4, 5. p. 198. Polemon Physiogn. 2, 14. p. 298. Eust. 1467, 31. 1610, 61." Lobeck. Phryn. 106.] || Ἀχρεῖον accipitur etiam adverbialiter ab Hom. cum dicit ἀχρεῖον γελᾶν, et ἀχρεῖον ἰδεῖν, de quibus consule Eust. nec non Hesych. Quidam ἀχρεῖον cum ἰδεῖν junctum interpr. Turpiter, Fœde, Inusitato quodam more et indecenti; at cum γελᾶν junctum, reddunt, Inutiliter, utpote simulate. [" Ἀχρεῖος, Markl. Suppl.

299. ad Charit. 612. Jacobs. Exerc. 2, 105. Anim. A 217. Anth. 9, 321. Wakef. S. Cr. 4, 23. Tymnes 4. Brunck. Aristoph. 2, 95. Soph. 3, 407. 446. 455. Heyn. Hom. 4, 246. Clark. ad Il. B. 269. Od. Σ. 162. Υ. 347. Heringa Obs. 62. Munck. ad Anton. Lib. 72. Verh., Toup. Opusc. 2, 71. ad Eur. Or. 1616. De fem., Lobeck. Aj. p. 245. Heringa Obs. 62. 166. 'Αχρεῖον, Jacobs. Anth. 11, 421. Heyn. Hom. 4, 246." Schæf. Mss. "Theocr. 25, 72. τὸν δὲ γέροντα 'Αχρεῖον κλάζοντε, περίσσαινόν γ' ἑτέρωθεν, de canibus." Seager. Mss.] HINC autem factum est 'Αχρειόγελως, quod tamen a Suida exp. Qui ob inutilia et minime seria ridet atque gaudet. Erasmus hoc Proverbiali noveque composito verbo dictum fuisse ait Nugatorem, quique rebus ineptis oblectabatur. Sonare enim hanc vocem ἀχρειόγελως perinde q. d. Temere ridentem: quod vitii vel stultitiæ signum est, vel dementiæ. Ego certe non dubito quin ex Homerico ἀχρεῖον γελᾷν factum sit illud ἀχρειόγελως, ideoque expositio hujus compositi cum expositione loci illius Homerici convenire de- B beat. [" Jacobs. Anth. 11, 421. ad Timæi Lex. 120. Toup. Opusc. 2, 71. ad Od. Σ. 162. Υ. 347. *'Αχρειοποιὸς, Heyn. Hom. 4, 248. Jacobs. Exerc. 2, 105." Schæf. Mss.] 'Αχρείως, Inutiliter. Pro quo usurpari ἀχρεῖον ab Hom., dictum modo fuit, [" Jacobs. Anim. 217. Anth. 11, 421." Schæf. Mss. *'Αχρειότης, LXX. Tob. 4, 18. Usser. ad Patr. Apost. 2, 22. Clem. Alex. 215. Schleusn. Lex. V. T. Glossæ: 'Αχρειότης, *ἀχρειοσύνη· Nequitia, Nugacitas: 'Αχρειότητες· Nugæ, Nequitiæ.] 'Αχρειόω, Inutilem s. Inutile reddo, s. facio. Itidemque 'Αχρειοῦμαι, Inutilis fio. Hac voce usi sunt LXX., ap. Davidem, (Ps. 52, 4.) Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. [Schleusn. Lex. V. T. " Jacobs. Anth. 11, 250. * Καταχρειόω, ibid." Schæf. Mss. * 'Αχρεος, i. q. ἀχρεῖος, Tryphiod. 123. 245.]

'Αχρήϊος, autem pro ἀχρεῖος, Inutilis, poeticum est: Hesiod. Ἔργ. (1, 295.) ἀχρήϊος ἀνήρ. [Manetho 1, 49. " Heyn. Hom. 4, 247. * 'Αχρηΐς, ibid." Schæf. C Mss.] Affert vero Hes. et NOMEN 'Αχρήεις, exponens ἄχρηστος, (quod sonat itidem Inutilis,) item μάταιος, ἐλαφρός. [I. q. ἀχρήματος, Manetho 4, 76.] Apud Eund. legimus ACCUS. 'Αχρέα, (tanquam a nomin. 'Αχρής, sed inusitato fortasse,) quod exp. βλάσφημον, ἄμορφον, ἀχρεῖον, λυπηρόν. "'Αχρής, ὁ, " ἡ, Inutilis, Molestus, VV. LL.: procul dubio ex " Hesychio."

[* " 'Αχρεια. Apud Pallad. de Brachmanibus, p. 41. Ἡμεῖς δὲ ἄχρειαν ἔχομεν πόλεις ἐπιζητεῖν. Huetius conjecit οὐ χρείαν. Dubium est an ἄχρεια, ut substantivum, sit Græcum." Bast. de VV. nihili vel dub. ap. Scap. Oxon.]

[* Πρόχρεια, Gl. Antecessum, i. q. ἀφορμὴ, ἐνθήκη, Bekk. Anecd. 472.]

[* " 'Επίχρειος, Orell. Suppl. ad Nic. p. 93." Schæf. Mss.]

[* Ζαχρεῖος, Valde indigens, Theocr. 25, 6. ὁδοῦ ζαχρεῖον—ὁδίτην. " Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 165. Eichst. de Carmm. Theocr. p. 43." Schæf. D Mss.]

At NOMEN Χρειώδης citra compos. Utilis, Commodus, Qui usui est. Plut. Τὸ γὰρ ἀναγκαῖον ἀρκεῖ καὶ χρειῶδες ἀπ' αὐτῶν. Apud Herodian. (8, 6, 8.) Ἔχων τὰ χρειώδη Polit. vertit Quæ usui forent: in alio autem loco, πρὸς τὸ ἑαυτοῦ χρειῶδες, Ad suum usum. Vide et in Χρεία voce rhetorica. [Plut. 6, 300. 7. 394. 8, 561. " Ad Lucian. 2, 18. 66. * Χρεώδης, 18." Schæf. Mss.]

[* Χρειόω, Utilis sum, Sext. Emp. adv. Math. 6, 31. 7, 436.]

[* Χρειακοί, οἱ, Arrian. Peripl. Erythr. p. 10. Interpr. Ministri.]

Χρεῖος autem adj. in exemplis, quæ mihi sunt ad manum, non est Utilis, (licet Bud. hanc signif. illi in quadam interpr. dederit,) sed Indigus, Qui eget, Qui opus habet. Philo V. M. 1. (p. 123.) Τίς γὰρ ἔμελλε παρηγορεῖν ἕτερον, αὐτὸς ὢν τοῦδε χρεῖος; Quis enim consolationem alii adhiberet, cum ea ipsemet egeret? Eod. l. Παρασκευῆς οὐδεμιᾶς ἐστὶ χρεῖος ὁ βοηθός. Ibid. Θεὸς δὲ, ἡ ἀνωτάτω καὶ μεγίστη δύναμις, ὁ οὐδενὸς χρεῖος: ita enim scr. puto, non ᾧ. Hic autem tam frequens vocabuli istius usus facit ut mirer Budæum, ap. eund. Scriptorem, aut certe alium ejusd. nominis, accepisse χρεῖοι pro χρήσιμοι. H. enim Philonis l. in lib. de Mundo, Πρεσβευομένας καὶ διαγγελλούσας τά τε παρὰ τοῦ ἡγεμόνος τοῖς ὑπηκόοις ἀγαθὰ, καὶ τὰ βασιλεῖ ὧν εἰσιν ὑπήκοοι χρεῖοι, ita vertit, Legatione utique functitantes, atque internuntias: subditis quidem, bonorum a principe manantium indices: principi vero ipsi regique, operarum commode sibi ab illis navatarum. Eo autem magis hæc interpr. mira videtur, quod nec constructio pro ea facere videatur, et ipsemet Bud. non hanc, sed alteram illam signif., tribus exemplis a me paulo ante confirmatam, huic eid. voci ap. eund. Scriptorem in eod. opere tribuerit: hoc in loco, 'Αλλ' ὅπως μηδεὶς ὑπολάβῃ τὸν ποιητὴν χρεῖον εἶναί τινος τῶν γεγονότων, ἀναγκαίως ἐπεβόησε Μωϋσῆς, κ. τ. λ. Ita enim hæc vertit, Ne quis vero arbitraretur fictorem ipsum, cujuspiam eorum, quæ fingebantur, usum desiderare, Moses necessario exclamavit. Quin etiam in suo Lex. annotavit χρεῖον hic positum esse pro χρείαν ἔχοντα, sed addens, Nisi sit menda. At omnem mendæ, vel potius mendi, suspicionem tollunt tres illi loci paulo ante a me allati. Addam tamen et ex Eur. loco petitum hujus signif. exemplum, qui a Stobæo affertur, Καὶ δοῦλος ὢν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνὴρ, 'Ελεύθερος δὲ, χρεῖος ὢν, οὐδὲν σθένει. Sed hic observa χρεῖος positum sine adjectione genitivi, (quem alioqui in præcedentibus ll. habes,) ut Latine ponitur Egenus sine adjectione pro Inopi: at Indigus genitivum potius adjunctum habet. Certe ut χρείαν interdum dixi significare Nécessité, ea signif. qua dicitur Aider à quelqu'un en sa nécessité, ita χρεῖος commode reddi poterit Nécessiteux. (Quæ quamvis ita sint, non ignoro scribi ab Eust. χρεῖος poni pro χρειώδης: et afferri in exemplum sine Auctoris nomine, 'Ανὴρ εἰς οὐδὲν χρεῖος.) Jam vero quod ad illum Philonis locum attinet, in quo legitur ᾧ οὐδενὸς χρεῖος, nisi ibi pro ᾧ reponamus ὁ, (quam emendationem satis superque confirmare ceteri ll. videntur,) necesse fuerit ut χρεῖος sit substant. neutrum, et ponatur pro χρεία: sed hujus usus nullum, quod sciam, exemplum affertur: χρεῖος enim aliud significare, ex iis quæ antea dixi, nec non ex iis quæ in χρέος dicturus sum, cognosces. Neque tamen a ratione alienum omnino fuerit ut χρεῖος signif. illam accipiat, si χρεῖος velimus habere non e substantivo illo χρεία, sed esse interjectitium, (ut in multis aliis vocibus, Ionico more pariter et Poetico,) idemque omnino esse cum χρέος. Ita enim legimus χρέος ἐστί μοι et χρέος ἔχω, pro Opus est mihi, Opus habeo, Indigeo. Quorum loquendi generum exempla afferentur aliquanto post. Ceterum ab adjectivo χρεῖος, femininum esset χρεία, neutrum χρεῖον: sed nulla horum exempla afferuntur. Ideoque fortasse adjectivo feminino χρεία non libenter usi fuerint Græci Scriptt. ne coincideret cum substantivo χρεία: quamvis alioqui hæc coincidentia, ut ita loquar, aliis in vocibus plerisque spectetur. [" Χρεῖος, Thom. M. 918. Musgr. Herc. F. 51. 1340. ad Mœr. 415. Brunck. Œd. C. 235. 504. Χρεῖον, τὸ, Thom. M. l. c." Schæf. Mss. Utilis, Eust. Il. 165, 11.]

Χρειὼ autem Ionice dicitur pro χρεία, cum gen. itidem. Il. Α. (341.) εἴποτε δ' αὖτε Χρειὼ ἐμεῖο γένηται, Si rursum me fuerit opus, i. e. mea opera. Itidem ap. Lucian. cum infin., in lib. quem Ionica dialecto scripsit, Χρειώ μοι μεγάλης πίστιος. Cum infin., ex Apoll. Rh. 2, (390.) ἀλλὰ τίη με πάλιν χρειὼ ἀλιτέσθαι; quid opus est me rursum errare et vagari? Sine adjectione autem vel genitivi, vel infinitivi, pro Necessitas: Il. Κ. 172. 'Αλλὰ μάλα μεγάλη χρειὼ βεβίηκεν 'Αχαιούς, ubi observa positum fem. genere. At in neutro sive pro voce Necessitas, s. potius pro Necessarium negotium, (nam et ita posse reddi arbitror,) legitur Od. Δ. (312.) Τίπτε δέ σε χρειὼ δεῦρ' ἤγαγε, Τηλέμαχ' ἥρως, 'Ες Λακεδαίμονα δῖαν, ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης; Δήμιον, ἢ ἴδιον; Vi-

dendum autem an non et Eust. ita intellexerit hic vocem *χρειώ*: quippe qui scribat, Poëtam, accipientem hic vocem *χρειὼ* pro *χρέος*, tanquam neutram usurpasse, construentem cum *τίπτε* et cum *δήμιον ἢ ἴδιον*: significando *δημόσιον ἢ ἰδιωτικόν σου τὸ πρὸς ἐμὲ χρέος*. Invenitur et *χρειοῖ ἀναγκαίῃ* ap. eund. Poëtam. [" Phryn. Ecl. 155. Thom. M. 918. ad Charit. 767. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 65. Brunck. Apoll. Rh. 128. Heyn. Hom. 5, 424. 539. 8, 175. Pierson. Veris. 148. ad Od. A. 225. Musgr. Or. 347." Schæf. Mss.] Ut autem Χρειὼ oxytonum est nomen, habens eam quam dixi signif., ITA *Χρείω* paroxytonum, est verbum, significans Vaticinor. Nam Hes. *χρείων* exp. *χρησμῳδῶν* et *χρησμολογῶν*: quod partic. videri possit ex hoc Apollonii Rh. versu sumsisse, 2, (182.) *Χρείων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισι*. At Suidas *χρείειν* exp. *τύπτειν*: qui l. suspicione mendi non caret. [Od. Θ. 79. *Ὣς γάρ οι χρείων μυθήσατο Φοῖβος Ἀπόλλων*. " Wakef. Ion. 241. Musgr. Iph. T. 120." Schæf. Mss.]

Dicitur ETIAM Χρεὼ pro *χρειὼ*, et quidem frequenter. Il. K. (43.) *Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καί σε, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, Κερδαλέης*: ubi etiam observandus est usus accus. pro dativo: hoc modo, *χρεὼ ἐμοὶ καὶ σοι βουλῆς κερδαλέης*, Tibi mihique callido consilio est opus. Ubi Scholiorum brevium Auctor ait esse solœcismum *παρὰ τὰς πτώσεις*. Eust. autem annotat esse *ἀντίπτωσιν* pro *ἐμοὶ καί σοι*, aut habere *ἔλλειψιν* præpositionis: perinde ac si diceret, *χρεία βουλῆς εἰς ἐμὲ καί σε*. Sic etiam Il. I. (76.) *μάλα δὲ χρεὼ πάντας Ἀχαιοὺς Ἐσθλῆς καὶ πυκινῆς*, ubi repetendum est subst. *βουλῆς*, e proxime præcedente versu. Apud eund. Poëtam tamen (604.) *οὔτι με ταύτης* Χρεὼ *τιμῆς*, existimatur subaudiendum verbum *ἱκάνει*, vel *καταλαμβάνει*: quasi vero non eadem sit in his omnibus ll. ratio. Ego certe dixerim potius ubique accus. esse pro dativo, ut legimus ap. Æsch. Pr. (86.) *αὐτόν σε δεῖ προμηθέως*, pro *αὐτῷ σοι δεῖ προμηθέως*, i. e. *χρείαν ἔχεις τοῦ προμηθεύσασθαι*. Χρεὼ, sicut et *χρειὼ*, sine adjectione, Necessitas. Apud Apoll. Rh. pro Fatali necessitate, quam signif. habet passim *χρεὼν*, 2, (817.) *χρεὼ ἦγε δαμῆναι*. [" Ad Charit. 737. 788. Monthly Review, Apr. 1799. p. 438. Porson. Or. 659. Heyn. Hom. 5, 329. 539. 571. 670. 671. 6, 15. 22. 224. 7, 500. 8, 417. ad Od. A. 225." Schæf. Mss.]

Χρέος quoque illi *χρεὼ* subjungendum est. Nam antea quidem de ea signif. vocabuli *χρέος* dixi, quam Poëtis communem cum solutæ orationis Scriptoribus habet, (in qua sc. et *χρέως* per *ω* scribitur,) quæ commodum post *χράω* et *κιχράω* locum habebat: nunc vero de eo ejusd. vocab. usu dicendum est, in quo cum præced. *χρειὼ* s. *χρεὼ*, atque adeo *χρεία*, convenit. Quemadmodum ergo dicitur, *χρεία μοί ἐστι τούτου*, et *χρείαν ἔχω τούτου*, sic etiam usurpatur *χρέος*. Epigr. 4. *Μόχθων τοσσατίων οὔ σοι χρέος*. Aristoph. Ἀ. (454.) *Τί δ', ὦ τάλας γε, τοῦδ' ἔχεις πλέκους χρέος*; Herod. *Χρέος ἔχω οὐδὲν ἀνδρὸς Ἕλληνος*. Sed et ap. Hom. cum gen. Od. Λ. (478.) *Ἦλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος, εἴ τινα βουλὴν Εἴποι, ὅπως Ἰθάκην ἐς παιδαλόεσσαν ἱκοίμην*. Pertinet enim et h. l. ad illam signif.: si ita accipiamus, Veni quod opus haberem opera Tiresiæ. Quam signif. innuere videtur Eust., ut docebo paulo post, ubi et de alia hujus loci expositione disseram. Interdum vero *χρέος* alteram illam et quidem præcedenti vicinam signif. nominis *χρεὼ* habet, poniturque pro Necessitate: ut *χρέος εἶλέ μιν ὁδεύειν*, e Nonno. Præterea quemadmodum *χρεία* interdum sonat quod Lat. dicitur Utilitas, sic et *χρέος* Eur. ita usurpasse traditur. Eust. inter alia significare ait *τὸ χρειῶδες πρᾶγμα*.

Χρέος interdum habet et aliam signif., quæ convenit potius cum ea de qua priore loco dictum a me fuit. Cum enim ponitur pro Munere s. Officio, tunc aliquid cum Debiti signif. commune habere dixerim. Soph. El. (74.) *σοὶ δ' ἤδη, γέρον, Τὸ σὸν μελέσθω βάντι φρουρῆσαι χρέος*, Tuum implere munus, ut etiam Bud. interpr. Sic affertur ex Eur. (Iph. T. 883.) *χρέος σὸν τόδε ἀνευρίσκειν*, Tuum est munus, Tui est muneris, s. officii, Tuæ sunt partes, hoc invenire. Nonnunquam vero *χρέος* redditur Negotium: quod autem alicui incumbit negotium, id illius tanquam munus est s. officium. Apud Lucian. videndum est an ita reddi possit, (2, 303.) *Βασιλικός τις ἄνθρωπος κατά τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα*. Sed quamcunque signif. habeat hic nomen *χρέος*, non dubium est quin hoc loquendi genus *ἥκων κατά τι χρέος* ex Hom. manarit: sc. ex illo quem paulo ante attuli loco, *Ἦλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος*.

Χρέος dicitur etiam significare i. q. Res: quam signif. ubicunque obtineat, non dubium est quin eam exemplo nominis *χρῆμα* habeat, cui frequentem hunc usum esse scimus. De ea interpr. dicam et in proxime sequente tmematio.

Χρέος redditur etiam Causa, ut Opp. *Τί χρέος ἐκ μερόπων δὲ κλυτὰς ἤμειψε γυναῖκας*. Sed forsan hic aliquis malit interpretari Quæ res. Nec dubium est quin alii etiam loci inveniri queant, qui utramque interpretationem admittere videantur. A Bud. certe *χρέος* redditur Causa, in h. l. Epist. Hippocr. ad Demagetum, *Τί δέ σε χρέος δεῦρ' ἤγαγεν, ἑταῖρε*; Quæ causa te huc venire perpulit?

Χρέος, Vaticinium, Oraculum: in qua signif. conveniet cum illo *χράω*, de quo posteriore loco dixi: pro quo *χράω* dici etiam *χρείω*, annotatum supra fuit in *χρειὼ*, cum de accentus simulque signif. differentia admonerem. Tribuitur autem ei a nonnullis hæc signif. in eo Homeri versu quem attuli supra ex Od. Λ. (478.) *Ἦλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος*. Ibi enim annotat Eust. *χρέος* non solum poni *ἐπὶ ὀφειλῆς*, (in qua signif. multos e veteribus produxisse, i. e. scripsisse per *ω*,) sed significare etiam *τὸ χρειῶδες πρᾶγμα*, et *αὐτὴν τὴν χρείαν*: sed quosdam hic maluisse exponere *χρησμῴδημα*: ut et brevium Scholl. Auctor exp. *μάντευμα*.

[" *Χρέος*, Utilitas, Eur. Hec. 882. (*σὸν οὐκ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος*.) Indigentia, Valck. ad Bion. p. 327. Portentum, ad Theocr. p. 239. *Κατὰ χρ.*, Monum. Byz. 24. Lucian. 2, 303." Schæf. Mss. Arat. 341. *Μέγα τι χρ.*, i. q. *χρ.*, Callim. H. in D. 100. Hippocr. Jusjur. 1. *χρεῶν χρῄζειν*. Opp. Ἀ. 1, 582. *κατὰ χρ. λεχέων*. Apoll. Rh. 3, 189. *κατὰ χρέος, ᾗπερ ἐῴκει*. *Χρήεσσι*, Ionice pro *χρέεσι*, 3, 1198. * *Παραχρέος*, i. q. *παραχρῆμα*, Nicander Ἀ. 613.]

[* *Ἀναχράομαι*, i. q. *διαχράομαι*, Interficio, Hes., Suid., J. Poll. 9, 153. e Thuc. 1, 126. ubi vulgo *διεχρήσαντο*. " Crusius ad Suet. 513." Schæf. Mss. Dio Cass. 347.]

[* *Ἀντιχράομαι*, unde * *Ἀντίχρημα*, Aristid. 1, 64.] " *Ἀντίχρησις*, ἡ, Mutuus usus: ut cum ei, a " quo res aliqua utenda accipitur, alia vicissim utenda " datur: item Cum pignus aliquod pro pecunia mu- " tuo accepta tamdiu utendum creditori datur, do- " nec pecunia solvatur: ut si domum oppigneratam " creditor usurarum vice inhabitet. Apud Constan- " tin. Harmen. in Prochiro legum est titulus *περὶ* " *Ἀντιχρήσεως*." [* *Ἀντιχρήσιμος*, Lex. Ms. SGM. Lucianeum Cod. Par. Reg. 345. fol. 182. recto, ap. Osann. Auct. Lexx. Gr.]

Ἀποχράομαι, Abutor. Dativo jungitur. Dem. (555.) *Ἂν μὴ φοβερὸν καταστήσητε τὸ εἰς ταῦτα ἀποχρῆσθαι τῷ πλουτεῖν*. Aristot. Œcon. 2. *Ἀπεχρᾶτο τῷ στρατοπέδῳ*, ubi notandum *ἀπεχρᾶτο* cum *α*, cum alioqui dicatur *ἐχρῆτο* frequentius quam *ἐχρᾶτο*. Reperiuntur autem sæpe opposita *χρῶμαι* et *ἀποχρῶμαι*: Plut. Alcib. *Ἀποχρωμένων μᾶλλον ἢ χρωμένων αὐτῷ Λακεδαιμονίων*: Apophth. *Τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυνατῶν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς φίλους κτᾶσθαι καὶ τοὺς πονηρούς, εἶτα οἷς μὲν χρῆσθαι, οἷς δὲ ἀποχρῆσθαι*. Habet autem aliquando *ἀποχρῶμαι*, præter dat., præp. *ἐπὶ*, vel *πρὸς*, vel *εἰς*, accusativo junctam, sicut et simplex *χρῶμαι*. Plut. Themist. *Τῇ πρὸς Αἰγινήτας ὀργῇ τῶν πολιτῶν ἀποχρησάμενος εὐκαίρως ἐπὶ τὴν παρασκευὴν τριηρῶν*. Alcib. (25.) *Οἰόμενοι τὸν Ἀλκιβιάδην, εἰδότα σαφῶς τὴν τῶν πολεμίων παρασκευὴν καὶ διάνοιαν, ἀποχρῆσθαι πρὸς τὴν Φρυνίχου διαβολὴν, οὐκ ἀληθῶς*. Nam hic subauditur dat. *αὐτῇ* post *ἀποχρῆσθαι*. ‖ Utendo consumo, Usu attero et obsolefacio: Plut. Cæsare, *Ταῦτα μειζόνων ἐνέτικτον ἐπινοίας πραγμάτων, καὶ καινῆς ἔρωτα δόξης, ὡς ἀποκεχρημένῳ τῇ πα-*

ρούσῃ, Tanquam usu attrivisset præsentem. Ita Bud. || Idem ἀποχρῆσθαι ait a Luciano poni pro Vehementer uti, (1, 622.) Τί δὲ οἶδας, ὦ Χάρων, εἴ τις ἀσχολία προσέπεσεν αὐτῷ, τοῦ Διὸς ἐπιπλέον δεηθέντος ἀποχρήσασθαι πρὸς τὰ ἄνω πράγματα; δεσπότης δὲ κἀκεῖνός ἐστι. || Ἀποχρῶμαι pro simpl. χρῶμαι, Utor. Plut. Pomp. (76.) Καταμεμφόμενος ἑαυτὸν ἐκβιασθέντα πεζῷ συμβαλεῖν, τῇ δὲ κρείττονι ἀδηρίτως δυνάμει πρὸς μηδὲν ἀποχρήσασθαι. Sic et in h. l. qui citatur a Suida, Οὐκ ἀποχρησάμενος τοῖς προτερήμασι, i. e. Non usus fortunæ melioris prærogativa, inquit Bud. Fortasse tamen hic potest ἀποχρησάμενος pro Abusus etiam intelligi. Suidas exp. οὐ κατεπαρθείς: nam qui insolescunt, abutuntur fortuna sua. || Ἀποχρῶμαι cum accus. positum citatur in VV. LL., Ἀποχρῆσθαι τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, pro Obtinere Thraciam. Sed Scriptoris ita locuti nomen non additur: cujus si non auctoritatem, at certe ejus exemplarium fortasse merito quis desideret. || Interficio, cum accus. Aristoph. ap. Suid. τοὺς ἄνδρας ἀπεχρήσαντο τοὺς παιδοσπόρους, i. e. διεχρήσαντο, ἀπέκτειναν, inquit ille: ἀπεχρῶντο pro ἀνῄρουν Idem e Thuc. affert. At in Pand. dativum habet in hac signif.; nam ibi legitur ἀπεχρήσατο ἑαυτῷ pro Mortem sibi conscivit, Manus sibi intulit, ut Ulpianus sæpe loquitur. || Contentus sum; nam ap. Herod., teste Suida, ἀπεχρᾶτο significat ἀρκεῖν ἡγεῖτο, i. e. Satis esse existimabat, vel Sufficere, h. e. Contentus erat. Locus autem, quem Suidas intelligit, esse videtur hic, (1, 102.) Οὐκ ἀπεχρᾶτο ἄρχειν Μήδων, Non contentus erat Medis imperare, Non contentus erat imperio Medorum. Citatur ex alio Ejusd. loco ἀπεχρέετο pro ἀπεχρᾶτο, ut (1, 66.) Ἀπεχρέετό σφι ἡσυχίην ἄγειν. Itidem ἀποχρεόμενοι τούτοις. Alii tamen prosæ Scriptt. usurpant duntaxat ἀπόχρη pro Satis est: et ἀποχρήσει pro Satis erit: ἀπέχρησε pro Satis fuit, tanquam ab ἀποχράω, ut dicetur paulo post. [" Ἀπόχράομαι, Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 43. Valck. Diatr. 215. Plut. Mor. 1, 707. Matthæi ad Chrys. 1. p. 63. Boiss. Philostr. 130. Plut. Alex. 171. Schm. Interficio, Aristoph. Fr. 255. Contentus sum, Herod. 18. 51. 52. Ἀποχρῆσθαι, Heind. ad Plat. Theæt. 389." Schæf. Mss.] Ἀπόχρησις, ἡ, Abusus: ut χρῆσις est Usus. || Ἀπόχρησις autem ab ἀποχρήσασθαι significante Interficio, signif. Interfectionem, s. Occisionem. [" Aristoph. Fr. 263. Dionys. H. 1, 149." Schæf. Mss. * Ἐναποχράομαι, Dem. 218. * Προαποχράομαι, Suid. 1, 578. * Προσαποχράομαι, Schol. Eur. Hipp. 58. * Συναποχράομαι, Incertus ap. Suid. v. Διέρριψαν.]

AT VERO Ἀποχράω, Oraculum edo, Aliquid oraculo edo s. denuntio: ἀπέχρησεν, ἐχρησμοδότησε, Suid.

Διαχράομαι, ῶμαι, vacante præp. pro χρῶμαι, Utor, passim ap. Herod., ut (4, 43.) Διαχρώμενοι [—χρεωμ.] ἐσθῆτι: et (1, 71.) Διαχρῶνται οἴνῳ. Item, (4, 77.) Διαχρῶνται τρόπῳ ζωῆς τοιῷδε. Et, Διεχρήσατο ἔθεσι ξεινικοῖσι, ubi redditur etiam Mores externos sectatus est. Et (2, 127.) διαχρᾶσθαι τῷ αὐτῷ τρόπῳ. Sed et in malam partem, pro Affici: (quem etiam usum habet simplex χρῶμαι:) ut (3, 117.) Διαχρῶνται συμφορῇ μεγάλῃ, Afficiuntur magno damno, Patiuntur magnum damnum. Sic, διαχρήσεσθαι ὀλέθρῳ. Item, (1, 167.) Διεχρήσαντο τοιούτῳ μόρῳ, Hac morte sunt affecti. Sed nonnullis tamen dativis junctum ejusd. generis, (i. e. cum quibus in malam partem itidem sumitur,) redditur rursum simplici Uti, ut, Διεχρῶντο οἰμωγῇ ἀφθόνῳ, Effuso fletu utebantur. Affertur autem διαχρῆσθαι ex Arriano in bonam quidem partem usurpatum, paulo tamen aliam Utendi signif. habens quam in illis prioribus exemplis. Nam διαχρῶνται οἴνῳ supra est Vino utuntur, Vini potu utuntur; at vero ὕδατι ὀλίγῳ διαχρῆσθαι, Arrian., non est simpliciter Aqua exigua uti, sed Exiguæ aquæ usu se sustentare s. vitam sustentare. Additur vero et χαλεπῶς. Hic enim est locus (6, 23, 5.) Καὶ τούτους τοὺς ἁλιέας ὕδατι ὀλίγῳ διαχρῆσθαι χαλεπῶς, διανιμωμένους τὸν κάχληκα, καὶ τούτῳ οὐδὲ πάντῃ γλυκεῖ τῷ ὕδατι, Aqua exigua ægre se tolerare atque sustentare. || Διαχρῶμαι, præp. multum significationem immutante, Interficio, Occido. Thuc. 3, (36.) Κατὰ τάχος κελεύοντες διαχρήσασθαι Μιτυληναίους. Plut. Alex. (70.) Ἀλλὰ δῆλος ἦν ἑαυτὸν ὑπὸ λύπης καὶ βαρυθυμίας διαχρησόμενος. Interdum ita ponitur ut Latine Conficere: ea signif. qua dicitur Conficere se laboribus, vel ærumnis, vel cum alio ejusmodi dativo. Sic ap. eund. Plut. Pericle, Νόσος διαχρωμένη τὸ σῶμα, redditur, Morbus conficiens corpus. Hic porro, ut stem promissis, mentio VOCIS Χρηστήριον facienda est, qua utitur Soph., tanquam a χρῶμαι illam verbi διαχρῶμαι signif. habente: illam inquam, qua pro Interficio ponitur: Aj. (220.) p. 14. et 15. meæ Ed., Τοιαῦτ' ἂν ἴδοις σκηνῆς ἔνδον Χειροδάϊκτα σφάγι' αἱμοβαφῆ, Κείνου χρηστήρια τἀνδρός. Ibi enim Schol. exp. ἃ διεχρήσατο ἐκεῖνος: sed interjiciens aliam exp., scribit, τὰ τολμήματα καὶ πράξεις. Quibus verbis subjungit rursum, ἢ τὰ διεφθαρμένα ποίμνια· παρὰ τὸ διαχρήσασθαι αὐτά. Fuerit igitur χρηστήρια dictum quasi διαχρηστήρια: ut si a verbo Mactare deducas Mactamenta. Fortassis autem aliquis Cædes dicere non dubitet, usurpando pro Cæsis. Illa autem expositio, τολμήματα et πράξεις, non video quomodo defendi possit. [" Διαχρῶμαι, Valck. Adoniaz. p. 361. Anim. ad Ammon. 236. ad Charit. 316=693. ad Lucian. 1, 305. ad Herod. 442. 550. 665. Thom. M. 222. 224. Brunck. Aristoph. 2, 35. Lobeck. Aj. p. 441. Heyn. Hom. 6, 634. Interficio, Brunck. ad Soph. Aj. init. Διαχρέομαι, (Ionice,) Valck. Oratt. 342. ad Herod. 675. Διαχρέωνται, Wessel. ad p. 256." Schæf. Mss. * Διάχρησις, Dio Cass. 595.]

[* " Ἐγχράομαι. Ad hoc thema Portus in Lex. Ion. refert part. pass. Ἐγκεχρημένος, quod interpr. ὁ ἐν χρήσει ὤν, Quo quis utitur, Quem quis in manibus habet et tractat: Ἔσαν δὲ (αὐτοῖς) πρός τινας καὶ ἄλλους ἐγκεχρημένοι (πόλεμοι,) Herod. 7, 145. Erant illis et adversus alios quosdam bella in manibus jam suscepta. Quod verbum ap. Herod. alii corruptum judicant, alii ad Ἐγχράω referunt, ubi vide. Cf. etiam v. Ἐγκέχρεα." Schw. Mss. Cf. Ejusd. Lex. Herod. * " Ἔγχρησις, Anna C. 338." Elberling. Mss.]

Ἐπιχράομαι, pro Utor, in ea signif. qua dicitur Utor aliquo, i. e. Familiaris sum alicui. Bud. e Plat. de LL. 12. Καὶ δίκας αὐτοῖς ὀρθῶς διανέμοντας, ἀναγκαῖα μὲν, ὡς ὀλίγιστα δ' ἐπιχρωμένους, Quatenus necesse erit, Ad necessaria eis uti, sed quamrarissime cum eis consuescere. At in VV. LL. pro simplici Utor affertur ex Eur. (Rhes. 942.) ἐπιχράομαι χθονὶ, Utor terra, i. e. Conversor in ea. In Iisd. alioqui ἐπιχράομαι exp. etiam Abutor, et Sæpe utor. Quin etiam affertur ex Herod. (3, 99.) Ἐπιχρεώμεναι μάλιστα γυναῖκες, pro Mulieres maxime necessariæ. Quæ interpr. nullo pacto stare posse videtur. [" Ruhnk. Orat. Gr. 74. Cattier. Gazoph. 79. Brunck. Aristoph. 1, 76." Schæf. Mss.]

Καταχράομαι, Abutor. Synes. Epist. 63. hæc duntaxat verba complectitur, Χρῆσθαι δεῖ ταῖς τῶν δυνατῶν φιλίαις, οὐ καταχρῆσθαι, Uti oportet potentium virorum amicitiis, non abuti. Sic autem et ap. Paul., ubi utraque vox habetur, simplex quidem verbo Uti, posterior autem verbo Abuti redditur, 1 ad Cor. 7, (31.) Καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι, Et qui utuntur hoc mundo, tanquam non abutentes. Q. l. postquam Bud. est ipse quoque ita interpretatus, (addam autem paulo post quæ de eo præterea ab eo disseruntur,) subjungit, Καταχρῆσθαι autem dicitur καταναλίσκειν et καταπολαύειν. Signif. etiam Supramodum et immodice uti, et præter quam natura vel moribus comparatum est. Lys. (626.) Ἦσαν δ' ἡμῖν ἔνδον ἑπτὰ μναῖ· ὁ δὲ, καὶ ταύτας λαβὼν κατεχρήσατο: i. e. Profudit, Absumsit. Isocr. Paneg. (1.) Αἱ μὲν γὰρ πράξεις αἱ προγεγενημέναι, κοιναὶ πᾶσιν ἡμῖν κατελείφθησαν· τὸ δὲ ἐν καιρῷ ταύταις καταχρήσασθαι, καὶ τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνθυμηθῆναι, καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι, τῶν εὖ φρονούντων ἴδιόν ἐστιν. Hic καταχρήσασθαι signif. Abunde commemorare, Copiose earum illustratione uti. Quibusdam autem interjectis de verbi Abuti significatione, (ut sc. sit non solum Perperam uti, item Uti aliorsum quam natura comparatum sit, etiamsi non perperam,) subjungit, Existimo igitur

Χώρα, Loci spatium, aut simpliciter etiam Spatium. Il. P. (394.) Ὣς οἵγ' ἔνθα καὶ ἔνθα νέκυν ὀλίγῃ ἐνὶ χώρῃ Εἵλκεον ἀμφότεροι. Est enim χώρῃ dat. e Nomin. IONICO Χώρη pro Χώρα. Χώρα non Locus, sed Loculamentum et Conceptaculum redditur alicubi a Gaza, Bud. subjungens h. Plut. l. in Demetrio (21.) de machina, Ἔνδοθεν μὲν οὖν στέγαις διεπέφρακτο καὶ χώραις πολλαῖς.

Χώρα, Solum, Ager, Theophr. 8. identidem. Sic et in 7. Πλὴν ἐνταῦθά γε συμβάλλεται καὶ τὸ λεπτόγεων εἶναι καὶ ψαφαρὰν τὴν χώραν. At pro Agro affertur ex Aristot. item e Dem. (238.) Ἐν χώρᾳ κοιταῖον γίνεσθαι, pro In agro cubare. Sic certe et ap. Lucam χώρα pro Agro ponitur, 12, (16.) Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα. Sæpenumero autem latius in ea signif. Agri ponitur, qua dicitur ab Historicis ager alicujus populi vastari. Xen. Ἑλλ. 4, (1, 1.) Τὴν μὲν χώραν ἔκαε καὶ ἐπόρθει, (2, 8.) Τέμνοντες καὶ κάοντες τὴν χώραν, K. Π. 3, (2, 1.) Πολλὴν τῆς χώρας τοῖς Ἀρμενίοις ἔρημον καὶ ἀργὸν οὖσαν διὰ τὸν πόλεμον. Sed in hujusmodi locis plerumque redditur etiam Regionis vocabulo: de qua interpr. dicam in proxime sequente tmematio.

Χώρα, Regio: ea sc. signif. qua Galliam vel Italiam, Regionem appellamus. Ita enim τὴν Ἀττικὴν vocabant χώραν, et τὴν Ῥωμαϊκὴν, vel τὴν Ἀθηναίων χώραν, et τὴν Ῥωμαίων: itidemque in aliorum populorum nominibus. Sed plerumque substantivum χώραν subaudiendum relinquebant; frequenter enim Ἀττικὴν sine adjectione dicebant. Plut. Apophth. Τῇ δὲ Ἀττικῇ τῶν Μακεδόνων προσβαλόντων, καὶ πορθούντων τὴν παραλίαν. Quidam ap. Athen. (610.) Ἐς κόρακας αἴρειν φασὶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς: (74.) Οὐδ' ἐξάγεσθαί φησι τῆς Ἀττικῆς τὰς ἀπ' αὐτῶν γινομένας ἰσχάδας. Paus. Att. Ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσιν Ἀττικὴν τὴν χώραν, πρότερον καλουμένην Ἀκταίαν. Nam hic τὴν χώραν non immediate jungitur cum Ἀττικήν: sed intelligit, Regionem ipsam, vocant Atticam, cum prius vocaretur Actæa. At vero χώραν junctum cum Ἀττικὴν habemus ap. Athen. (74.) Ἐπαινῶν δὲ τὴν χώραν τὴν Ἀττικὴν, τάδε λέγει. Jam vero non solum cum adjectivo subaudiendum relinqui subst. χώραν sciendum est, sed et cum solo articulo: cujus rei exempla multa ap. Thuc. et Xen. observare me memini; sed nunc e singulis singula proferre satis fuerit. Thuc. 4. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῶν ὁρμῶνται Ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν ἐπικαλεσαμένων. Xen. Ἑλλ. 1. Ὡς ὄντων πολλῶν ἐν τῇ βασιλέως. Non ignoro tamen posse etiam subaudiri γῆν. Hoc præterea sciendum est, sicut antea admonui, in quibusdam ll. χώραν non solum posse reddi Agrum, sed etiam Regionem: ita vicissim in plerisque Historicorum ll. posse reddi non solum Regionem, sed etiam Agrum. Sed pluralis χῶραι redditur Regiones, non etiam Agri, veluti cum dicitur ab Aristot. Polit. 1. Ἀλλὰ γὰρ ἐν ἄλλαις εὐθηνεῖ χώραις. Et a Plut. (6, 660.) Καὶ τῶν φυτῶν τὰ σπέρματα καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι ταῖς χώραις συνεξομοιοῦνται. At vero κατὰ χώραν expositum in VV. LL. Regionatim, item Passim, Ibidem, Illic, Eo loci, Hoc loci, In iisd. sedibus, In ea regione, mihi plane suspectum est: nec video quomodo hæc duo verba κατὰ χώραν tot tamque diversas signiff. admittere possint. Adde quod adv. Regionatim aliam nominis Regio signif. habet quam eam de qua nunc agitur, ut quidem eo usus est Suet. Videndum tamen an et alteram illam nominis Regio signif. ap. alios servet.

Χώρα ET Χωρίον, si Eustathio credimus, originem habet a VERBO Χῶ significante χωρῶ: e quo χῶ est derivatum Χάζω, unde ἔχαδε et κέχαδε. Sed debuit potius, meo quidem judicio, dicere Eust. χῶρος a χῶ derivari: e quo χῶρος esse factum χώρα. Certe ut quis e χῶρος factum esse χώρα neget, at quin χωρίον ab illo sit, minime negarit.

[" Χώρα, Thom. M. 172. Diod. S. 1, 461. Lu-

zac. Exerc. 100. ad Od. Π. 352. Græv. Lectt. Hes. 547. Alciphr. 448. Urbs, Markl. Suppl. 2. Kuster. Aristoph. 218. T. H. ad Plutum p. 260. Valck. Phœn. p. 5. ad Lucian. 1, 304. Opp. Urbs, Diod. S. 1, 481. Orpheus Terr. Mot. fin. Munus, ad Charit. 276. Dignitas, Honos, Theogn. 822. Bekk. Ἐν χώρᾳ εἶναι, Valck. Adoniaz. p. 365. ad Herod. 340. Jacobs. Exerc. 1, 70. ad Callim. 1. p. 184. Ἐπὶ χώρας, Plut. T. 4. p. 11. Cor., Xen. K. Π. 7, 5, 68. Κατὰ χώραν εἶναι, Kuster. Aristoph. 8. Villois. ad Long. 135. Boiss. Philostr. 425. Schneid. Anab. 48. Χώραν ἔχειν, Schol. Apoll. Rh. p. 29. Thom. M. 121. X. μηδεμίαν τιθέναι τινὸς, Aliquem negligere, Theogn. 154. cf. 800. Εἰς ἀτυχήματος χώραν τιθέμενοι, Plut. de S. N. V. p. 7." Schæf. Mss.]

Composita e Χῶρος vel Χώρα, cum ejusmodi sint pleraque ut non ex hoc vel illo, sed ex utrolibet composita videri possint, simul ponenda esse visa sunt. Alioqui post Χῶρος collocatum fuisset Χωρίον, non Χώρα.

Χωροβάτης, ὁ, Per locum aliquem incedens, si quidem esset a χῶρος significante Locum: alioqui Per agrum incedens, si a χῶρος deduceretur, quod de agro dicitur. Verum in neutra signif. positum affertur hoc nomen χωροβάτης, (quamvis VERB. Χωροβατεῖν afferatur pro Per aliquem locum incedere, Locum aliquem circumire, ex LXX. Josuæ 18, (8.) Χωροβατήσατε τὴν γῆν: et Hes. χωροβατεῖν esse dicat ἐν τῇ χώρᾳ περιπατεῖν) sed tantum pro Quodam instrumento, cujus usus est in aquarum libratione: de quo Vitr. 8, 6. [Gesner. Thes. L. L. h. v. "Græv. Lectt. Hes. 547." Schæf. Mss. Theo in 4 Libros Ptolemæi Magn. Synt.: Ἔστι δὲ ὁ διαβήτης ἤτοι τὸ * ἀλφάριον ἐοικὸς τῷ χωροβάτῃ καρπῷ.] Χωρογράφος, ὁ, Loci s. Locorum descriptor. Quidam interpr. Regionis descriptor: SICUT Χωρογραφία, Regionis descriptio: cum potius Χωρογράφος sit Singulorum regionis alicujus locorum descriptor, et Χωρογραφία, Singulorum regionis alicujus locorum descriptio. Dicitur enim χωρογραφία eo differre τῆς γεωγραφίας, quod in geographia quidem describuntur τὰ καθόλου, non τὰ μερικά: ibi enim mentio fit Ægypti, at non τῶν κατὰ μέρος τόπων: sc. singularum urbium, et aliorum locorum: contra in chorographia mentio fit omnium. Vide et Ptol. Invenitur autem χωρογράφος cum gen. etiam junctum, veluti in h. Diogenis L. l. Ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλος, χωρογράφος τῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου πατηθείσης γῆς. [Χωρογράφος, Strabo 1. p. 18., 5. p. 343. Χωρογραφία, 6. p. 408., 8. p. 532., 10. p. 713., 14. p. 995. * Χωρογραφικὸς, 2. p. 181., 14. p. 995.] Hinc etiam VERB. Χωρογραφέω, Locos regionis alicujus describo, Regionem aliquam describo, singula loca commemorans. Ptol. Καὶ οὐδὲ εἷς ἂν χωρογραφήσειεν, εἰ μὴ γραφικὸς ἀνήρ. [Strabo 2. p. 163. 168. * Χωροθεσία, Plut. de Fluv. 1150. * Χωρομέτρης, unde * Χωρομετρέω, Strabo 13. p. 482. * Χωρομετρία, 16. p. 340. Sieb. * Χωρονόμος, unde] Χωρονομέω, Locum aliquem administro, s. Regionem aliquam, aut etiam Agrum, vel Loci alicujus negotia: siquidem νέμω hoc in composito eund. usum habeat, quem in οἰκονομῶ, atque aliis. At VV. LL. exp. Regionem populor, Pabulor, absque ullo exemplo. Magis tamen mirum est quod ap. Hes. legitur, Χωρονομεῖ, ὀργίζεται: sed mendi suspicione carere non potest. [* Χωρονομία, unde * "Χωρονομικὸς νόμος, Lex agraria, Dionys. H. 4, 2085." Schæf. Mss.] * Χωροφίλης, unde] Χωροφιλέω, In loco aliquo libens versor. Et simpliciter etiam Libens versor, Bud. ap. Antiphont. (744.) Εἰ δ' ἐν Αἴνῳ χωροφιλεῖ. Dicitur et φιλοχωρῶ, ac frequentius etiam ἐμφιλοχωρῶ. In VV. LL. est etiam χωροφιλέων, quod redditur Loco detentus. [J. Poll. 9, 13. Dionys. H. de C. VV. 97. Schæf. * Χωροφιλία, Philostr. Ep. 47. p. 936. Olear.] Χωροφύλαξ, ὁ, Loci custos. Sed existimatur potius sumtum esse hoc compositum ab ea χώρου s. χώρας signif. qua pro Agro ponitur, ut sit Agri custos. In VV. LL. redditur Saltuarius.

Χώραυλος, Suidæ ὁ περὶ χώραν διατρίβων: in qua expositione χώραν pro Agro accipere videtur. Χωρεπίσκοπος, Inspector qui mittitur, Bud. afferens e

A Basil. Sed videtur addi debere genitivus, vel Regionis, vel alius, sequendo signiff. quæ nomini χώρα datæ fuerunt. Nam alioqui ἐπίσκοπος sine adjectione Inspectorem significat, ut satis notum est. In Canonibus Græcis, ut annotant VV. LL., nunc Vicarius episcopi, nunc Vicarius episcopus exp. In Iisd. remittitur lector ad Epistolam Damasi Papæ quarti, in Concil. libro. Certe si Vicarium episcopi significet χωρεπίσκοπος, sonabit perinde ac si dicamus, ὁ ἐν χώρᾳ ἐπισκόπου ὤν, Qui est loco et vice episcopi. [Van Dale ad Aristeam p. 409. Suicer. Thes. Eccl. "Græv. Lectt. Hes. 547." Schæf. Mss. * Χωρηγητὴρ, Carm. Sibyll. 7. p. 355=665.]

Ἀδρόχωρος, VEL Ἀδροχῶρος, ὁ, ἡ, Qui uberem regionem habitat. Ita enim existimatur reddendum, quod Hes. ἁδροχῶροι exponat οἱ ἁδρὰς ἔχοντες χώρας. "Ἄχωρος, Hes. ἐν κατάρᾳ λέγεται ὁ μήτε τάξιν βίου " μήτε κατάστασιν οἰκίας ἔχων, Extorris, et cui inter-" dictum est igni atque aqua," ["Abresch. Æsch. 2, 48." Schæf. Mss.]

B Διάχωροι, Spatia s. Intervalla quæ sunt inter cohortes, s. centurias, aut decurias: vel quocunque modo λόχους interpretari libebit. Suidas enim διάχωροι exp. τὰ διαστήματα τῶν λόχων: qui gen. hoc quidem in loco ineptissime redditur in VV. LL. Insidiarum. Ibi enim διάχωροι dicuntur esse Insidiarum intervalla. [Διάχωρος, Proleg. ad Theocr. p. 4. Valck. ποταμοί. * Δύσχωρος, unde] "Δυσχωρία, Diffi-" cultas regionis s. locorum, Loca difficilia, ut quæ " salebrosa sunt et confragosa. Xen. K. Π. 1, (6, 19.) " Εἰς δυσχωρίαν φυγῇ ὑπαγαγόντες: rursum, Ἐν δυσ-" χωρίαις αὐτοὺς γιγνομένους ἐν ἐρυμνῷ αὐτὸς ὢν ὑπο-" δέξῃ." ["Toup. Opusc. 1, 385. Diod. S. 1, 719. ad 2, 143. 532. Schneid. ad Xen. Œc. 32." Schæf. Mss.]

Ἔγχωρος, i. q. ἐγχώριος, in qua voce de illa quoque dicetur, ["Brunck. Soph. 3, 468." Schæf. Mss.] Εὐρύχωρος, Latum s. Amplum locum habens, s. Amplum spatium, Spatiosus, Amplus, Capax. Ab Hom. autem dicitur ubique εὐρύχορος, posito ο pro ω, ut Od. Z. init. Οἳ πρὶν μέν ποτ' ἔναιον ἐν εὐρυχόρῳ
C Ὑπερείῃ. Sic εὐρύχορον Μυκαλησσὸν, item Λακεδαίμονα, et alias urbes. Nonnulli tamen putarunt non poni ο pro ω, sed εὐρύχορον dici ubi licet εὐρὺ χορεύειν. Alii χορὸς in hoc comp. pro χῶρος s. χώρα poni dixerunt. Vide Eust. Huic opp. στενόχωρος, de quo infra. ["Brunck. ad Eur. Bacch. 87. Ernest. ad Il. B. 498. ad Lucian. 1, 250. ad Herod. 598. Toup. Opusc. 1, 506. ad Diod. S. 1, 430. ad Charit. 786. Jacobs. Anim. 106. Anth. 6, 222. 10, 130. Lobeck. Aj. p. 399." Schæf. Mss. * Πανευρύχωρος, Drummond's Travels p. 265.] Dicitur ETIAM Εὐρυχωρὴς pro εὐρύχωρος. Strabo, (6, p. 671.) Φράξαντες γὰρ εὐρυχωρῆ κύκλον, ἐνταῦθα καλυβοποιοῦνται. Hinc εὐρυχωρέστερος: ut Εὐρυχωρέστερον τὸ ἔντερον, Aristot., Latius intestinum, vel Laxius intestinum. ["Paus. 1, 414. Diod. S. 2, 391. 426." Schæf. Mss. * Εὐρυχωρέω, unde] Εὐρυχωρία, ἡ, Latum spatium s. Amplum, Locus amplus, Locus patens s. spatiosus. Q. d. Spatiositas. Redditur etiam Liberum spatium. Thuc. 2, (83.) Παραπλέοντας αὐτοὺς ἔξω τοῦ κόλπου
D ἐτήρει, βουλόμενος ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ ἐπιθέσθαι, Volens in lato æquore eos adoriri; vel, in aperto mari. Idem rursum (86.) sic usus est. Apud Athen. quidam dicit εὐρυχωρίαν ποιεῖτε, significans Liberum ac laxum spatium. Apud Plat. autem metaphorice, in Minoë, Πολλὴ γὰρ εὐρυχωρία τῆς ἀποδείξεως ὡς οὔτε ἡμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ νομίζομεν, οὔτε ἀλλήλοις, οἱ ἄνθρωποι, Latus est enim campus demonstrationis, quod neque nos eadem semper de iisd. nobisque constanter, neque ceteri mortales eadem inter se instituunt et sanciunt, Bud. ["Baxteri Præf. ad Anacr. p. LII. Valck. Hipp. p. 162. ad Herod. 269. Simon. Dial. p. 9. * Εὐρυχώρεια, Herodian. Philet. 450." Schæf. Mss. * Εὔχωρος, Ptol. de Jud. Fac. p. 26. Παρὰ τὰ κενὰ καὶ εὐχωρότερα καὶ ὑγρότερα, i. q. εὐρυχωρότερα, et sic fortasse leg.]

[* Μεσόχωρος, Gl. Mediterraneus: τὸ μ., Mathem. Vett. 42. * Ὁμόχωρος, Dio Cass. 210. Conf. c. * ὁμόχορος, Plut. 9, 77. * Ὁμοιόχωρος, Stob. Phys. 1102.]

[*Παράχωρα, f. l. ap. Polemon. Phys. 1, 15. p. 262.: recte ap. Adamant. 2, 16. p. 394. παραφορά.]

Περίχωρος, ὁ, ἡ, Qui est circa regionem, Circumjacens regioni, etiam Circumjacens, sine adjectione. Redditur et Finitimus a Bud., nec non Vicinus: et affertur e Plut. Πάντα τὰ περίχωρα τοῖς Γερμανοῖς. Ubi nota de re dici, et dativo jungi. Addit et h. l. Lucæ 3, (3.) ubi genitivo jungitur, Καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, In omnem regionem circumjacentem Jordani. Ubi subaudiendum subst. γῆν, vel etiam χώραν, sicut in isto Greg. Naz. loco, Μὴ στῶμεν ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ. Sed et homines ipsi dicuntur esse περίχωροι, veluti in h. l., cujus Auctorem non nominat, Πάντας τοὺς περιχώρους ἔχοντες συμμάχους. [Ælian. H. A. 10, 46. "Ad Herod. 210. Const. Manass. Chron. p. 64. Meurs." Schæf. Mss. *Περιχωρίαι, Phot. v. Περινομαί.]

Πλησιόχωρος, Qui habitat in loco vicino, s. regione vicina, Vicinus, Finitimus, Accola, ["Thom. M. 759. Palæph. Fisch. p. lxvii. Zeun. ad Xen. K. Π. 399. ad Diod. S. 1, 313. 2, 517." Schæf. Mss. Aristoph. Σφ. 393.] Πολύχωρος, In quo est multum spatii, s. Amplum spatium, (ut χῶρον dictum est pro Spatio etiam poni,) Spatiosus, Capax. E Luciano de Sacrif. affertur πολύχωρος dictum περὶ τοῦ ᾅδου, i. e. de inferno. Apud Synes. autem superl. πολυχωροτάτη Bud. vertit Capacissima, ubi scribit, Πολυχωροτάτη ψυχὴ, ταῖς πάντων ἀρκοῦσα φροντίσιν. Quod si πολύχωρος diceretur ἀπὸ τοῦ πολὺ χωρεῖν, eand. quidem signif. haberet, sed inter hæc composita locus ei dandus non esset. Hesych. εὐρύχωρον exp. μεγάλως πολύχωρον. [Synes. 200. Ψυχὴ πολυχωροτάτη ταῖς ἁπάντων ἀρκοῦσα φροντίσι. *Πολυχωρία, Ptol. de Jud. Facult. p. 8.] Πρόσχωρος, i. q. præcedentia περίχωρος et πλησιόχωρος, Vicinus, Accola, etc. Dicitur autem πρόσχωρος eadem omnino forma qua πρόσορος. ["Thom. M. 759. Toup. Add. in Theocr. 397. Zeun. ad Xen. K. Π. 399." Schæf. Mss. *Ἀπρόσχωρος, Gl. Arrogans.]

Στενόχωρος, (opp. τῷ εὐρύχωρος, de quo paulo ante dictum fuit,) Angustum habens spatium, Angustus, Arctus, Minime spatiosus. Sed frequentius est SUBST. Στενοχωρία, opp. τῷ εὐρυχωρία. Est enim στενοχωρία, Angustum spatium, Angustus locus. Στενοχωρέω, Coangusto, Coarcto, Comprimo, Alex. Probl. Itidemque pass. Στενοχωροῦμαι, Coarctor intra aliquod spatium, Philostr. Usus est et Paulus 2 ad Cor. 6, (12.) Sed interdum στενοχωροῦμαι metaphorice ponitur, ut cum Latini dicunt, In angustiis versor: estque ita usus Basil. [*Σύγχωρος, Gl. Confinis, "Ruhnk. Ep. Cr. 237." Schæf. Mss. *Τρίχωρος, *Τετράχωρος, Diosc. 1, 133. Ἐν θυλακίοις τριχώροις ἢ τετραχώροις.]

Φιλόχωρος, Qui locum amat, (intellige autem Certum aliquem locum,) Qui in certo quopiam loco libenter versatur s. commoratur. Φιλόχωρος, inquit. Bud., Qui stabulatur in certo loco, non vagabunde aut peregrine vivit. Greg. Naz. de Theol. Καὶ τῶν ζώων, τὰ μὲν, φιλόχωρα· τὰ δὲ, ἀμφίβια. Φιλοχωρία, ἡ, Amor quo quis locum aliquem prosequitur, et quo fit ut libenter in eo versetur. Idem Greg. Naz. Σκέψαι μοι ἤθη τε καὶ πάθη, φιλοχωρίας τε καὶ πλάνας, συνόδους τε καὶ ἀποχωρήσεις. Legitur et ap. Aristoph. hoc subst. φιλοχωρία, Σφ. (834.) Τί ποτε τὸ χρῆμ'; ὡς δεινὸν ἡ φιλοχωρία: sed hic Schol. φιλοχωρία exp. τὰ ἐπιχώρια φιλεῖν. Idem scripserat antea perinde esse ac si dixisset τὸ ἐπιχωριάζειν. ["Ad Charit. 348." Schæf. Mss.] Φιλοχωρέω, i. q. χωροφιλῶ, de quo dictum fuit supra; sed illud quam hoc est usitatius. Est igitur φιλοχωρῶ, Libenter in loco versor, commoror, immoror: aut etiam habito. Intellige autem, In certo quopiam loco. Plut. (8, 315.) Ἔοικεν, ἔφη, Λύσις, ὦ Σιμμία, φιλοχωρεῖν· οὐδενὸς τῶν καλῶν ἐνδεὴς γεγονὼς δι' Ἐπαμεινώνδαν. Dixerat autem antea de eod. Lyside, Ἢ καταμένειν ἐνταῦθα παρ' ἡμῖν ἐάσεις, εὐμενέσι καὶ φίλοις, ὅταν ἐκεῖ γενώμεθα, συνοίκοις, χρησόμενον. Apud Synes. Φιλοχωρῆσαι περὶ τὴν ὕλην. Apud Eund. Ἐπὶ τούτοις φιλοχωρῶν. Philo cum dativo usus est in l. de Mundo, Ἀρίστην γὰρ θέσιν καὶ τάξιν ἐναρμόνιον τὰ τοῦ κόσμου μέρη εἴληχεν· ὡς ἕκαστον, καθάπερ πατρίδι φιλοχωροῦν, μὴ ζητεῖν ἀμείνω μεταβολήν: Bud. Optimum porro situm continuamque digestionem et cohærentem partes mundi sortitæ sunt, id adeo ut unaquæque pars loco suo ut patria acquiescens, mutationem in melius non exposcat. Apud Eund. vel potius ap. ejusd. nominis Scriptorem, legitur, V. M. 1. ["Kiessl. ad Jambl. Pr. p. 113. Jacobs. Anth. 8, 117. Aristoph. Fr. 231. ad Dionys. H. 1, 36. 430. 2, 1221. 3, 1614. 1884. 4, 2184." Schæf. Mss.] Sed cum dat. junctum frequentius invenitur BICOMP. Ἐμφιλοχωρέω. Estque animadvertendum, tam hoc quam illud, cum dativum adjunctum habet, tunc sonare simpliciter, Libenter versor, commoror, habito. Theophyl. Epist. Ἐμφιλοχωρεῖ γὰρ τῷ γηδίῳ, καὶ κοίτην τὸν ἀγρὸν πεποίηται τὸν ἡμέτερον, Libenter commoratur in agello. Quod si velis in interpretatione exprimere etiam loci appellationem, utpote inclusam illo verbo, dicendum fuerit, Lubenter agellum incolit s. commoratur in agello, tanquam in loco quem amat; sive, quo delectatur. Apud Athen. subaudiendus dativus relinquitur, ubi scribit, Αὐτῶν δὲ οἱ μὴ ἀπάραντες εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἀλλ' ἐμφιλοχωρήσαντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς τοῖς Θετταλοῖς δουλεύειν καθ' ὁμολογίαν. Invenitur et cum adverbio loci, ut, Τοῖς ἐκεῖ ἐμφιλοχωροῦσιν ὄφεσι: quæ verba Luciani esse suspicor. Metaphorice etiam usurpatur hoc verbum. Synes. de Ins. Ἐμφιλοχωρῆσαι τῷ περὶ αὐτὴν σκέμματι, Commorari in illa commentatione, tanquam in loco quo delectamur. Lucian. (2, 3.) Ἐπιπολὺ ἐμφιλοχωρούσης τῆς Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν. [Athen. 264. *Ἐμφιλοχωρία, Perjucunda habitatio, Theodor. Rhaït. de Incarn. Dom. p. 39. Carpz.]

Compp. in χωριος desinentia.

[*"Διαχώριος, ad Xen. Eph. 163. 260." Schæf. Mss.]

Ἐγχώριος, ὁ, ἡ, [et α, ον,] Qui natus est in ea ipsa regione in qua versatur s. degit, Indigena. Item aliquid dicitur esse ἐγχώριον, i. e. Patrium. Thuc. 2, (74.) Εἰς ἐπιμαρτυρίαν καὶ θεῶν καὶ ἡρώων τῶν ἐγχωρίων Ἀρχίδαμος κατέστη, Eo ventum est ut Archidamus et deos et heroës indigenas testaretur. Apud Eund. p. 71. legimus, ibid. (71.) Μάρτυρας δὲ θεοὺς τούς τε ὁρκίους τότε γενομένους ποιούμενοι, καὶ τοὺς ὑμετέρους πατρῴους καὶ ἡμετέρους ἐγχωρίους. Philostr. Epist. Οὓς πᾶσιν ἴδιον χρώμεθα ἢ τοῖς ἐγχωρίοις. Ex Herod. (6, 35.) ἐγχωρίῃ ἐσθὴς, Patria vestis. E Can. 17. Chalced. Concilii, ἐγχώριος παροικία, Curia vici s. pagi. Ex Hesiodo autem affertur χρῆμα ἐγχώριον pro Negotium domesticum; sed videndum est quomodo hæc interpr. admitti queat. Locus Hesiodi est hic Ἔργ. (1, 341.) Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται, Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί. Ubi quidam interpr. Si qua res ex alia regione acciderit: quod alioqui videatur illud ἄλλο vacare. Nam sequendo hanc expositionem, quæ alioqui se prima fronte offert, ut ἐγχώριον χρῆμα sit ἡ χρεία ἡ συμπίπτουσα πᾶσι τοῖς ἐν τῷ αὐτῷ δήμῳ κατοικοῦσι, quem usum illud ἄλλο habebit? (Est autem illa expositio Procli, qui certe videtur exponere potius voluisse VOCEM Ἐγκώμιον. Addit enim, Κῶμας γὰρ ἐκάλουν τοὺς δήμους. Et paulo post, Διὸ τὰ συστήματα τῶν οἰκήσεων, κώμας ὠνόμαζον.) Tzetzes in expositione hujus loci illud ἄλλο prætermisit, quippe qui ita scribat, Εἰ γὰρ ὑπόθεσίς τις ἢ θόρυβος ἐγχώριος παρεμπέσοι. Ubi miretur etiam aliquis non immerito, χρῆμα exponi ὑπόθεσιν et θόρυβον. Quam expositionem, aut certe aliam ei similem secutus videtur Nic. Valla, cum interpretatus est, nam si Adversi quicquam acciderit de more, repente Primum illa occurret, sc. vicinia. (Jungo autem hæc verba De more, cum præcedentibus, quæ vulg. Edd. jungunt cum sequentibus.) Sed hic quoque omitti ἄλλο videmus. Ut autem et meam ipsius tandem hoc de loco sententiam proferam, existimo χρῆμα ἐγχώριον ἄλλο significare Aliud negotium tale, qualia esse solent inter ejusd. loci incolas. Ita enim malo quam Ejusd. regionis. Et in vocab. ἄλλο respici puto ad id quod dixerat, Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν: ut intelligamus, eum quem ad sacrificia vocarimus, (quæ sacri-

ficia χρήματος appellatione censeantur,) ad epulum etiam vocandum esse. Nam si aliud χρῆμα inciderit, etc. Sed ne hæc quidem satis mihi faciunt; ideoque tantisper ea amplectar, dum meliora mihi aliunde allata fuerint. [" Ruhnk. Ep. Cr. 84. ad Herod. 149. 556. Græv. Lectt. Hes. 547. ad Diod. S. 1, 105. Musgr. Heracl. 877. Boiss. Philostr. 519. Heind. ad Plat. Phædr. 304. Gorg. p. 14. Conf. c. ἐπιχ., ad Dionys. H. 1, 236." Schæf. Mss.] " 'Ενχώριοι, Hes. οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ὄντες." [* 'Εγχωρίως, More regionis, Schol. Eur. Phœn. 136. Steph. B. de Urb. 372. * " 'Εγχωριάζω, Theod. Prodr. 118." Elberling. Mss.] AT VERO 'Εγχώριον substantive, τόκος, et δάνειον, Hes. Affertur ETIAM "Εγχωρος, pro ea ipsa signif. quam habet ἐγχώριος. Sed parum usitatum illud ἔγχωρος esse arbitror. Legitur alioqui inter γνώμας μονοστίχους, hoc in versu, Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις καλὸν, Mores patrios sequi, pulcrum est. Quod si quis dicat propter metrum positum fuisse hic ἐγχώροις pro ἐγχωρίοις, haud certe inficiabor. Nam ita scribendo, Νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐγχωρίοις καλὸν, videmus esse spondæum in quarta sede. [Soph. Phil. 692. Οὐδέ τιν' ἐγχώραν κακογείτονα.]

'Επιχώριος, [ὁ, ἡ, et α, ον,] usitatius quam ἐγχώριος, idem alioqui significans. Ponitur enim itidem pro Eo qui natus est in ea ipsa regione in qua versatur s. degit, et uno verbo, pro eo qui Lat. vocatur Indigena. Redditur etiam Patrius, sicut ἐγχώριος. Interdum etiam Vernaculus, aliisque modis. Herod. 7, (184.) 'Επεβάτευον δ' ἐπὶ τουτέων τῶν νεῶν χωρὶς ἑκάστων τῶν ἐπιχωρίων Περσέων τε καὶ Μήδων καὶ Σακέων τριήκοντα ἄνδρες, Porro inter classiarios indigenas triceni Persæ, Medi et Sacæ in naves easdem ascenderant, Bud. Idem ap. Æschin. ἐπιχώριος quidem reddit Civis, at ἐγγενὴς, Indigena: hunc enim ejus locum (31.) Τοὺς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν περὶ πλείστου δεῖν φησὶ ποιεῖσθαι, οὐκ ὢν ἐπιχώριος (εἰρήσεται γὰρ) οὐδ' ἐγγενὴς ἡμῖν, ita vertit, Legationis societatem et sodalitium publicum, quale est eorum qui simul legationem obeunt, magni pendere oportere inquit ille, qui nec civis noster nec indigena est. Plato de LL. 8. Πρῶτον μὲν ἐπιχώριος μηδεὶς ἔστω τῶν περὶ τὰ δημιουργικὰ τεχνήματα διαπονούντων. Cui opp. ξένον. Idem de Rep. 1. Καλὴ μὲν οὖν μοι καὶ ἡ τῶν ἐπιχωρίων πομπὴ ἔδοξεν εἶναι, Indigenarum. Aristoph. (N. 601.) ἥ τ' ἐπιχώριος ἡμετέρα θεὸς, Dea quæ nobis est patria, ut Lat. vocant Deos patrios. Apud Eund. ἐπιχώριος 'Αθηνᾶ. Sic ap. Herodian. (1, 16, 2.) Εἰς θεὸν ἀρχαιότατον τῆς 'Ιταλίας ἐπιχώριον ἀναφέροντες. Ex Aristot. affertur ἐπιχώριος πολλαχοῦ, pro Plurium locorum incola. Ex Æschine, ἐπιχώριος cum accus. sc. (78.) 'Επιχώριος τὴν πονηρίαν. || Nec solum de persona dicitur, sed etiam de re qualibet, (sicut ἐγχώριος utrumque usum habere videmus.) Legimus enim ἐπιχώριος φωνὴ, et ἐπιχώριος λόγος, et ἐπιχώριος ἐσθὴς, atque alia. Lucian. (3, 82.) Τὸν 'Ηρακλέα οἱ Κελτοὶ "Ογμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ, Hercules apud Celtas Ogmios sermone vernaculo, s. lingua vernacula, vocitatur. Plut. (6, 572.) Καὶ νῦν δοκεῖ τοὺς μὲν ἡμετέρους λόγους, οἷον ἐπιχωρίους καὶ συνήθεις, βραχὺν χρόνον ἐπισχεῖν. Affertur etiam ἐπιχώριος λόγος pro Eo quod ab indigenis narratur. Ex Herod. 'Επιχώρια ὑποδήματα ἔχουσι, pro Gentis more calceos gerunt. (Sic autem τὰ ἐπιχώρια sine adjectione positum, Bud. vertit ap. Lucian. (3, 84.) Φιλόσοφος, οἶμαι, τὰ ἐπιχώρια, Philosophiæ quoque more gentis studens, quantum conjicere licet.) Synes. 'Ημῖν δὲ καὶ τὸ τῆς μουσικῆς χρῆμα ἐπιχώριον, ὡς οὐδὲν ἄλλο. Herodian. 7, (1, 4.) Τό,τε φονικὸν πάτριον ἔχων καὶ ἐπιχώριον, πρόνοιαν ἐποιεῖτο, δι' ὠμότητος τὴν ἀρχὴν βεβαιῶσαι. In VV. LL. e Plut. (Camillo 27.) Σίτου ἡμίλιτρον ἐπιχωρίου, Frumenti vernaculi semilibram. E Plat. de LL. ἐπιχώριος κλῆρος, Sors quæ fit in regione propria. Ex Aristoph. (Πλ. 47.) ἀσκεῖν τὸν ἐπιχώριον τρόπον, Sectari mores patrios et assuetos, (342.) Οὔκουν ἐπιχώριόν τι πρᾶγμ' ἐργάζεται, Rem patriam, domesticam et assuetam. In Iisd. Κατὰ τὸ ἐπιχώριον, sub. ἔθος, E domestica consuetudine. Item, Οὐχ ἐπιχώριον ἔσται, E gentis ipsius more non erit, e Plat. de LL. Et, 'Επιχώριον ἡμῖν ἐστὶ, Nostri est instituti. Exp. denique τὸ ἐπιχώριον et Gentile, s. Gentilitium. Apud Thuc. 1, (20.) τὰ ἐπιχώρια redditur Vernacula, item Domestica, ea sc. signif. qua opp. Externis s. Peregrinis, Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως καὶ ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται. [" Ad Charit. 208. Xen. K. Π. 75. ad Mœr. 178. Beck. ad Eurip. 204. Brunck. Œd. C. 138. Plut. Mor. 1, 487. Diod. S. 1, 105. ad Herod. 556. Boiss. Philostr. 276." Schæf. Mss.] 'Επιχωρίως, More s. E more regionis, Pro more regionis, Ut fert mos regionis, More patrio. Aristoph. Σφ. (855.) Εὖγ' ἐκπορίζεις αὐτὰ κἀπιχωρίως. [" Valck. Anim. ad Ammon. 45. T. H. ad Plutum p. 386." Schæf. Mss.]

'Επιχωριάζω, interdum i. q. Sum ἐπιχώριος, (de quo adjectivo in proxime præcedentibus satis superque dictum fuit,) ut γλῶττα ἐπιχωριάζουσα, eod. modo quo ἐπιχώριος φωνὴ, supra e Luciano. Dionys. H. in Vita Lysiæ, 'Εγένετο τῆς 'Αττικῆς γλώττης ἄριστος κανὼν, οὐ τῆς ἀρχαίας, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης, Linguæ patriæ, et in urbe celebratæ, Bud., qui etiam exp. εἰωθυίας. Ego dixissem non simpliciter εἰωθυίας, sed ἐν τῇ χώρᾳ εἰωθυίας, vel ἐν τῇ πόλει. Idem e Polyb. (neque enim eum sequor ordinem quem ap. illum habemus, quod intermixta sint duarum signiff. exempla, alioqui diversarum,) affert h. l. (6, 46, 3.) Καθόλου δὲ ὁ περὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν καὶ πλεονεξίαν τρόπος οὕτως ἐπιχωριάζει παρὰ τοῖς Κρησὶν, Sic frequens et usitatus est. Et ex Athen. (484.) "Εστι δὲ Λάκαινα κυλίκων εἶδος, λεγόμενον ἢ ἀπὸ τῆς κεράμου, ὡς τὰ 'Αττικὰ σκεύη· ἢ ἀπὸ τοῦ σχήματος ἐπιχωριάσαντος ἐκεῖ. Affert vero exemplum et vocis PASS. 'Επιχωριάζομαι ex Aristot. 'Εν ὅσαις γὰρ τῶν πόλεων ἐπιχωριάζεται τὸ νέους συζευγνύναι καὶ νέας, ἀτελεῖς καὶ μικροὶ τὰ σώματά εἰσι, In quibus consuetum est et patrium. Exemplis autem vocis activæ, (quæ multo frequentius usurpatur,) addi potest hoc e Plut. Lycurgo (24.) 'Επεχωρίαζον χοροὶ καὶ θαλίαι τὸν ἅπαντα χρόνον. Affertur ex Eod. ibid. (4.) 'Επιχωριάζουσα πρὸς ἀλλήλους κακοθυμία. || 'Επιχωριάζω, Ad locum aliquem ventito. Plato Phædone (init.) Καὶ γὰρ τῶν πολιτῶν Φλιασίων οὐδεὶς πάνυ τι ἐπιχωριάζει τανῦν 'Αθήναζε, οὔτε τις ξένος ἀφῖκται πολλοῦ χρόνου ἐκεῖθεν. Sed usurpari frequentius sine Motus signif. existimo. Lucian. (3, 177.) 'Επιχωριάζω αὐτοῖς, Cum illis versor, vel potius Frequenter versor, aut Versor tanquam in mea regione, s. in mea patria. Bud. tamen ap. Synes. ἡμῖν ἐπιχωριάζει vertit simpliciter. Apud nos moratur et versatur: in h. l. Καὶ τῆς πόλεως ἐκπεσὼν κατά τινα στάσιν, ἐξὸν ἐπανελθεῖν, οὐκ ἐπάνεισιν, ἀλλ' ἡμῖν ἐπιχωριάζει. [" Apoll. Dysc. 101. Lucian. 1, 55. Lesbon. 188. ad Diod. S. 1, 198. Boiss. Philostr. 511. Memnon p. 96. Orell." Schæf. Mss.]

[* 'Ομοχώριος, Gl. Conterraneus. * Παραχώριος, Schol. Soph. Œd. T. 193. * " Προσχώριος, Paus. 1, 241." Schæf. Mss.]

Χωρίον, τὸ, Locus, sicut χῶρος, licet illud χωρίον diminutivi formam habeat. Ponitur certe χωρίον pro Loco cum ab aliis, tum a Luciano, non raro: ap. quem (2,120.) legimus etiam χωρίον τῶν ἀσεβῶν, dictum de Tartaro: sicut χῶρος τῶν ἀσεβῶν supra nominatus fuit: ubi vel Locum impiorum, vel Sedem impiorum appellari posse docui. Plut. de Herod. Τοῦτο μόνον τὸ χωρίον ἠξίωσεν. Apud Xen. (K. Π. 1, 4, 14.) Χωρία τὰ ἱππάσιμα, Loca campestria. Affertur autem e Thuc. de mari etiam dictum χωρίον. Invenitur χωρίον de loco ea quoque in signif. qua dicitur locus alicujus scriptoris, Athen. 1. 'Εξηγούμενος τὸ χωρίον. Suidas, Σολοικοφανὲς χωρίον, τὸ δοκοῦν μὲν μετέχειν σολοικισμοῦ, μὴ μετέχον δέ.

Χωρίον, Locus munitus, (vulgo Une place forté,) Castrum, Castellum, Oppidulum, ap. Dem. sæpe et Plut., inquit Bud. Possint autem hujus signif. exempla hæc afferri: in Epist. Philippi, Καταλαβόντες 'Αλόνησον, οὔτε τὸ χωρίον οὔτε τοὺς φρουροὺς ἀπεδίδοσαν. Aristot. Polit. 2. Αὐτοφραδάτου μέλλοντος 'Αταρνέα πολιορκεῖν, ἐκέλευσεν αὐτὸν, σκεψάμενον ἐν πόσῳ

χρόνῳ λήψεται τὸ χωρίον, λογίσασθαι τοῦ χρόνου τούτου τὴν δαπάνην. Plut. (6, 689.) Ἀκούσας ὅτι τὸ μὲν χωρίον δυσάλωτόν ἐστιν, ὁ δὲ ἔχων αὐτὸ δειλός ἐστιν.

Χωρίον, (ut Gallice dicitur Un lieu aux champs, et Avoir un lieu aux champs,) Ager, Prædium, Villa, Dem. πρὸς Νικόστρ. Καὶ προσελθών μοι ἔλεγεν ὅτι τὸ χωρίον τὸ ἐκ γειτόνων μοι τοῦτο οὐδεὶς ἐθέλοι οὔτε πρίασθαι, οὔτε τίθεσθαι, Ajebatque hoc vicinum mihi prædium nullum nec emere velle nec in pignus accipere, Bud. Idem hunc ejusd. Scriptoris in Orat. κατὰ Ὀνήτορος locum, (p. 865.) Ἀποδείξω γὰρ αὐτὸν τὴν προῖκα οὐ δεδωκότα ἧς φησὶ νῦν ἀποτιμήσασθαι τὸ χωρίον, vertit, Ostendam enim eum eam dotem non dedisse, cujus nomine se nunc affirmat prædium oppigneratum accepisse. Apud Plut. aliquot locis χωρία et ἀγροὺς de una eademque re invenio. Apud J. Poll. χωρίον ἠμελημένον, Prædium incultum.

Χωρία, Regiones, ut quidem Polit. in quodam Herodiani loco vertit.

Χωρίον, Spatium geometricæ figuræ, Id spatii quod intra concurrentes lineas figurarum continetur, ut area trigoni. Dicitur ETIAM Ἐμβαδὸν, s. Ἔμβαδον, ut alii scribunt. Cam. [" Polyb. 6, 25." Seager. Mss.] Et ἔμβαδον, quod et χωρίον dixere Geometræ, Spatium σχήματος s. figuræ: ut τριγώνου ὀρθωγονίου Pythagorici, cujus unum latus, includens angulum rectum, pedum 3. et alterum 4. hoc jam habebit tertium τῆς ὑποτεινούσης τὴν ὀρθὴν, 5. et capiet 12. Sit unum de includentibus angulum rectum lateribus, pedum 5. alterum 12. erit τὸ τῆς ὑποτεινούσης, 13. et ἔμβαδον, 30. Hujus exemplo est Galenus usus Methodi l. 1. Quintil. 1, 18. vocat Spatium quod lineis continetur. Existimatur autem Aristoph. ad hanc signif. χωρίου allusisse, N. (152.) Ταύτας ὑπολύσας, ἀνεμέτρει τὸ χωρίον.

Χωρίον, Secundæ, vide Χορίον. [* Περιχώριον, Schleusn. Lex. V. T.]

Χωρίον, Hes. δοχεῖον, et κόπρον, (quod suspectum est,) item ὄρνις ποιός. Quod autem ap. eum subjungitur VOCAB. Χωριαμὸς, et exp. κίστη, vereor ne sit pro Φωριαμὸς, de qua voce suo loco dictum fuit.

[" Χωρίον, Boiss. Philostr. 318. Toup. Opusc. 1, 98. 209. Emendd. 1, 316. Græv. Lectt. Hes. 547. ad Herod. 560. Locus munitus, Diod. S. 1, 507. 535. 702. 2, 283. Ager, Rus, Heyn. ad Apollod. 159. 760. Pierson. ad Mœr. 225. Alberti Peric. Cr. 49. ad Xen. Eph. 26. 205. ad Herod. 755. Kuster. Aristoph. 114. Schneid. ad Xen. Œc. 30. 32. Locus auctoris, ad Diod. S. 1, 411. Steph. Dial. 19. Lucian. 2, 17. Matth. Anecd. 1, 11. Brunck. Aristoph. 2, 62. Valck. Oratt. 395. ad Herod. 157. I. q. φρουρίον, Diod. S. 2, 481. Vicus, Paus. 1, 232. An Sepulcrum? Bibl. Crit. 2, 4. p. 43. Ἑαυτῶν εἶναι χωρίον, Dionys. H. 3, 1348." Schæf. Mss. * Χωριονόμοι, Gl. Prædiatores. * " Παλαιοχώριον, Anna C. 442." Elberling. Mss.]

HINC Χωρίτης, (ab ea χωρίου signif. qua pro Agro ponitur, s. Prædio,) Rusticus, Rusticanus. Itidemque FEM. Χωρῖτις, ιδος, ἡ, Lucian. (1, 264.) Rustica. Redditur etiam Villica. Ceterum, sequendo J. Poll., dicendum erit hoc χωρίτης a χώρα esse. Ejus enim verba sunt hæc, (9, 13.) Ἀπὸ δὲ χώρας Χῶρος ἱερὸς, Χωρίτης λεὼς, καὶ Χωρητικὸν πρᾶγμα, καὶ Χωρητικῶς, καὶ Χωρικὸν, καὶ Χωρικὸς ἐν βίῳ, καὶ Κατὰ χώραν ἔμεινε, καὶ Φιλοχωρεῖν κ. τ. λ. Sed cum χωρίον multo frequentius quam χώρα pro Agro usurpetur, et literam ι habeat, non dubito quin ista potius ab eo quam a χώρα derivare oporteat. Quæ autem ab eod. J. Poll. subjunguntur derivata, ad alteram χώρας signif. pertinent. Scripsi porro Χωρητικὸν et Χωρητικῶς cum η in secunda syllaba, ut ap. eum scripta extant, cum tamen scriptura hæc minime mihi probetur, ut docebo sequente tmemate. || Χωρίτης secundum quosdam non solum est ἀγρότης s. ἄγροικος, sed etiam ὁδηγὸς, si Hesychio credimus. [" Jacobs. Anim. 110. Anth. 7, 149. Brunck. Soph. 3, 387. Dionys. H. 1, 210. ad 2, 674. Hoeschel. ad Annam Comn. p. 187. S. Musgr. in Theocr. Wart. 2. p. 410. Zeun. ad Xen. K. Π. 407. Toup. Opusc. 2, 101. Græv. Lectt. Hes. 547. Alciphr. 444. Χωρῖτις, Toup. Opusc. 2, 53. * Χωρήτης, ad Dionys. H. 2, 674." Schæf. Mss.]

Ab hoc autem Χωρίτης EST Χωριτικός: ut τὸ χωριτικὸν πλῆθος, Rusticana multitudo s. agrestis, Rusticorum multitudo s. Agrestium. Plut. Pericle, Τὴν μὲν νόσον ἡ τοῦ χωριτικοῦ πλήθους εἰς τὸ ἄστυ συμφόρησις ἐργάζεται. Alioqui χωριτικὸς est etiam Ad rusticos pertinens, aut Rusticis conveniens. UNDE Χωριτικῶς, Rustice, Rusticorum more, Ut rusticis convenit. Bud. vertit Rustice, ap. Xen. K. Π. 4, (5, 17.) Μάλα πως ἡμεῖς οὐκ ἐν χλιδῇ τεθράμμεθα, ἀλλὰ χωριτικῶς, Rustice et duriter sumus educati. Quidam autem perperam interpr. More patriæ. Ceterum ILLUD Χωρητικῶς, quod ap. J. Poll. legitur cum η, SICUT ET Χωρητικὸν, non dubito quin mendose scriptum sit, s. potius neminem id inficiaturum puto. Cur enim hæc literam η in secunda, potius quam χωρίτης, habeant? Adde quod hoc derivatum a nomine, coincideret (ut Grammaticorum quorundam verbo utar) cum derivato a verbo χωρῶ. Suidas habet, Χωριτικὸς, ὁ χωρίτης, ὁ ἰδιώτης. [" Χωριτικὸς, Zeun. ad Xen. K. Π. 407. Χωριτικῶς, ibid. Toup. Opusc. 1, 130. ad Diod. S. 2, 552. Hoeschel. ad Annam Comn. p. 187." Schæf. Mss.]

AT VERO Χωρικὸς, quod ap. Eund. legimus, mendi suspicione liberare possit fortassis ADV. Χωρικῶς ap. Synes. Ep. (p. 162.) quamvis alioqui et Χωριτικῶς ap. Eund. (p. 245.) Καταισείει τις ἄνθρωπος χωρικῶς ἐσταλμένος, Rustice vestitus, i. e. Rustico amictu vestitus, i. e. Rustico more. Fueritque itidem Χωρικὸς i. q. Χωριτικός. [" Χωρικὸς, Aster. Homil. p. 31. Ruhen." Boiss. Mss. " Vales. ad Theodorit. p. 69. T. H. ad Plutum p. 308. Heyn. Hom. 7, 83. Χωρικῶς, Hoeschel. ad Annam Comn. p. 187. Zeun. ad Xen. K. Π. 407. Toup. Opusc. 1, 130." Schæf. Mss. * Χωρικέω, unde * Χωρικία, Rusticitas, Montf. Palæogr. 61.]

Etiam VERB. Χωριάζω ad χωρίον pertinet, utpote significans Rusticor. Illo autem usum puto Herod. [negat Schw. in Lex. Herod.]

DIMIN. Χωρίδιον, τὸ, Agellus, Prædiolum. Plut. de Exil. Τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον: (cf. T. 9. p. 113.) Lys. dixit etiam (632.) χωρίδιον μικρόν. AT VERO Χωράφιον diminutivi quidem et ipsum formam habet, sed ad vocem χώρα potius pertinere videri possit. Exp. autem in VV. LL. Ager sationalis: et λήϊον, e Schol. Theocr. Ab Hes. ἀγρὸς exp. χωράφιον et χωρίον. [" Diac. ad Hesiod. 'A. 285." Boiss. Mss. Theophr. Fr. 12, 2. * Χωραφιαῖος, Herodian. Epimer. 152. ἀγρός. * Χωρύδριον, Theod. Prodr. f. 68.]

Verbum Χωρῶ cum suis derivatis.

Χωρέω, ita fit a χῶρος s. χώρα, cum significat Locum s. Sedem, ut a Gallico Place fit Placer, et Déplacer; veluti cum dicimus Se placer en quelque lieu, et contra Déplacer de quelque lieu. Sed ἀναχωρεῖν quidem compositum convenit cum nostro illo composito Déplacer: at χωρεῖν non usquequaque verbo Placer respondet. Prius enim est illud quam hoc; quoniam tum demum, cum in aliquem locum venerimus, in eo sedem capimus. Dico igitur Χωρῶ esse Accedo, (ut Ἀναχωρῶ, Recedo,) Venio, Proficiscor. Eur. χώρει σὺ δεῦρο, Huc accede, concede, veni. Sic Aristoph. N. (509.) Χώρει· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; quod Gall. dicas, Vien avant. Interdum vero χώρει est Proficiscere, Abi. Eur. Med. (820.) Ἀλλ' εἶα, χώρει, καὶ κόμιζ' Ἰάσονα. Interdum vero et aliis modis reddi potest, ut e Soph. affertur, Aj. (116.) Χωρῶ πρὸς ἔργον, pro Confero me ad opus, Eo ad illud opus. Ex Aristoph. autem (B. 884.) χωρεῖ πρὸς ἔργον, pro Exit in actum. Thuc. (2, 3.) Πρὸς ξύμβασιν ἐχώρησαν, Ad compositionem devenerunt, s. descenderunt. Jungitur et aliis præpp., cum quibus aliter atque aliter redditur. Matth. 15, 17. Οὔπω νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται; In alvum concedit, abit. Thuc. 1, (18.) Εἴτινές που διασταῖεν, πρὸς τούτους ἤδη ἐχώρουν, Si qui usquam dissidebant, ad istos se conferebant. Interdum autem cum hac præp. est Cedo, Evado, ut interpr. Bud. afferens e

Paus., loquente de morte Demosthenis, Δημοσθένει μὲν ἡ πρὸς Ἀθηναίους ἄγαν εὔνοια ἐς τοῦτο ἐχώρησε. (Sed et diversa constr., ex Eod. Καί οἱ κατὰ ταυτὰ ἤλπιζε χωρήσειν πολεμοῦντι, Itidem cessurum bellum sperabat.) Apud Greg. Naz. autem, Ἐντεῦθεν ἤδη εἰς τοὐπίσω χωρεῖ τὰ πράγματα. Cum præp. διὰ, Plut. Romulo (19.) Χωρεῖ διὰ πάντων κλαυθμὸς, Fletus it per omnes, Fletus pervadit omnes. E Greg. Naz. autem, Χωρεῖν διὰ πάντων πνευμάτων, Penetrare omnes spiritus. Secus ap. Herodian. Διέγνω δρᾶσαί τι ἢ παθεῖν γενναῖον, διὰ ξίφους χωρήσας καὶ φόνου, Polit. Ferrumque et cædem molitur: vim Gr. verborum non satis exprimens: quæ nare puto perinde ac si quis dicat Tentare viam per gladios. Nec dubito quin ap. Ovid. Ibit per gladios noster amor, reddi possit χωρήσει διὰ ξιφῶν. Cum ἐπὶ autem, ut, Κεχωρήκατε ἐπὶ τὴν καταφρόνησιν, signif. fortasse potius Ad contemtionem progressi estis s. processistis, quam Transiistis, ut habent VV. LL. quæ Auctorem illorum verborum non nominant. (Sic ibi ex Aristoph. (N. 18.) οἱ τόκοι χωροῦσι, usuræ B procedunt. Et χωρεῖ δὴ τὸ πρᾶγμα, ex Eod. (Eip. 509.) pro προκόπτει τὸ ἔργον. Item ex Eunap. Ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐχώρησε Ῥωμαίοις, Res Romanæ in melius processerunt. Perinde ac si legeretur ἐχώρησε τὰ πράγματα: quæ verba fortasse omissa sunt. Sed in illo Aristoph. l. τόκοι χωροῦσι Cam. vertit Crescunt.) Habere autem et alium usum cum hac præp., docebo infra. Jungitur etiam præpositioni ἐκ, vel adverbio significanti motum e loco: e Plat. Epist. 7. Λόγος ἐχώρει πολὺς ἐκ Σικελίας ὡς Διονύσιος φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ πάλιν εἴη γεγονώς. Ibid. Epist. 7. Πολλαχόθεν ἐχώρουν οἱ τριοῦτοι λόγοι, ubi χωρεῖν est Proficisci, Manare, ut sermo s. rumor dicitur alicunde manare. At vero ex Eur. non cum præp. sed cum adverbio, (Hec. 119.) ἐχώρει δόξα δίχα, ubi ἐχώρει redditur simpliciter Erat, (hoc modo, Duplex erat sententia,) quæ interpr. non placet. || Χωρῶ ap. Hom. cum gen., interdum et cum dat., poni solet pro ἐκχωρῶ, ut exp. Eust. Il. N. (327.) Οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ ῥηξήνορι χωρήσειεν Ἔν C γ' αὐτοσταδίῃ. || Χωρῶ in re militari frequentem usum habet, unde sæpe cum ap. alios Historicos tum ap. Thuc. legitur, e quo plura quam ex alio exempla proferam. Igitur 1. Καὶ ὅταν Ἀθηναῖοι ἐπὶ σφᾶς χωρῶσι, S. Ὡς ἐπὶ Ἴωνάς τε καὶ οὐ δεξομένους, ἀτακτότερον χωροῦντες. Ubi reddi potest verbo Tendere: ea signif. qua dicitur Tendere adversus hostem. Apud Eund. Χωρήσαντες ῥώμῃ, Impressione facta. Sed et simpliciter verbo Proficisci possis interpretari ap. Eund. 2, (25.) Κατὰ γῆν χωρήσαντες, τὴν Φειὰν αἱροῦσι, Terra profecti, Pheam capiunt: 1, (63.) Ἠπόρησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσει χωρήσας, Dubitavit utram in partem profectus periclitaturus esset. Sæpe autem jungitur cum adverbio ὁμόσε, exponiturque ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις, Prodire adversus hostes, Cum hostibus cominus congredi, Cum hostibus manum conserere. Bud. vertit etiam Obviam ire hostiliter, afferens e Sallustio, Obviam ire periculis. Vide Ὁμόσε, ubi invenies pro verbo χωρεῖν, alia etiam illi adjuncta. Legitur autem et meta- D phorice usurpatum hoc loquendi genus, ut, Ὁμόσε χωρεῖν τῷ Καρνεάδῃ, Plut. de Garrul. loquens de Antipatro. Et cum dat. rei, ut, Ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς παροῦσι, e Polyb. (11, 2, 10.) affertur pro Rebus adversis sese opponere, et fortiter resistere, non autem eis cedere. Polit. ap. Herodian. (2, 5, 7.) Ὁμόσε χωρεῖν τῷ πράγματι vertit Occurrere periculo. Bud. ap. Lucian. (1, 722.) Ὁμόσε χωρεῖν τῷ ἐγκλήματι, Pedem conferre. Dixit et Gal. metaphorice ὁμόσε χωρεῖν ταῖς ὀδύναις: ita scribens, Οἶδα γὰρ ἐνίους τῶν γενναίων εἶναι προσποιουμένων ἰατρῶν τε καὶ καμνόντων ἀπολομένους δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ καρτερῶς τε καὶ ἀνδρείως ὁμόσε χωρεῖν ἀεὶ ταῖς ὀδύναις, οὐδὲν τῶν παρηγορικῶν ἑλομένους, Quod fortiter doloribus se opponere et resistere voluerint, non illis cedere, ut quidam dixit cedendum esse dolori. || Invenitur et FUT. Χωρήσομαι act. signif. ap. Thuc. et Plat. Ita enim Thuc. 2. Ἀδεέστερον ἤδη ἐς τὸ ὕστερον τό, τε πεδίον τεμεῖν καὶ ἐς αὐτὴν τὴν πόλιν χωρήσεσθαι. Plato

A Theæt. Καὶ ὁμόσε χωρήσεται. || Capio, i. e. Sum capax, ut sc. locus aliquis dicitur esse capax, Thuc. 2, (17.) Οὐ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις. Sic Plut. Pol. Præc. Ἀλλ' ἡμᾶς, ἔφη, μικροὺς οὕτως ὄντας, ὅταν διαφερώμεθα πρὸς ἀλλήλους, ἡ Βυζαντίων πόλις οὐ χωρεῖ. At vero ap. Dem. (579.) Ἡ πόλις αὐτὸν οὐ χωρεῖ, Urbs eum non capit, i. e. non capit ejus violentiam, Bud. Cui simile est hoc dictum in Philipp. Οὐθ' Ἑλλὰς οὐθ' ἡ βάρβαρος τὴν πλεονεξίαν χωρεῖ τἀνθρώπου. Aristoph. (N. 1238.) ἓξ χοᾶς χωρήσεται, ubi observa etiam fut. med. Epigr. 2. quidam ἀνώνυμός, Ξέστας γὰρ τριάκοντα μόνους λάγυνος τόδε χωρεῖ. Interdum vero ea metaphora usurpatur χωρῶ, qua a Latinis Capax, cum dicitur de animo. Philo de Mundo, Καὶ μυρία ἄλλα, ἃ διὰ μέγεθος ἀνθρώπινος λογισμὸς οὐ χωρεῖ, Quæ tam magna sunt ut humana ratiocinatio eorum non sit capax, vel ea non capiat. Bud. autem vertit, eod. sensu, Quæ magnitudine sua excedunt humanæ ratiocinationis modum. Tale est ap. Matth. 19, 11. Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται, (et versu proxime sequenti, Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω,) Non omnes sunt capaces hujus dicti, i. e. Non omnium mentes sunt capaces hujus dicti. Apud Phocyl. autem cum infin. (83.) Οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν, quæ constr. rara est. Invenitur alioqui et ap. Dionys. Areop. Χωρῶ, inquit Bud., Sum capax, i. e. Sufficio aliquid facere vel intelligere. Dionys. Areop. Οὔτε ἱκανῶς νοῆσαι τὰ θεῖα χωροῦμεν, Non sufficimus, Non possumus. At vero ap. Synes. cum illa accusativi constr. Idem vertit Capacem esse, et Suspectum esse: Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, εἰ μὴ θῆλυς, ἀλλὰ θηλυδρίας ἦν, καὶ τὴν αἰτίαν ἐχώρει, Capax erat ejus criminis, Suspectus erat criminis quod ei objiciebatur. Ego malim, Cadebat in eum hoc crimen, vel, Cadebat in eum suspicio illius criminis. Equidem quamcunque interpr. quis dederit verbo χωρεῖν h. in l., eand. aut similem dandam esse dico in isto Plutarchi in Lycurgo (13.) Ἐπαμινώνδαν εἰπεῖν λέγουσι περὶ τῆς ἑαυτοῦ τραπέζης, ὡς τὸ τοιοῦτον ἄριστον οὐ χωρεῖ προδοσίαν, ubi quidam reddunt, Tale prandium non admittit proditionem. Ego malim, Non est capax proditionis. Vel, Non cadit in tale prandium proditio. I. e. Non cadit in hominem tali prandio contentum proditionis suspicio. Sed festive hic usurpatur verbum χωρεῖ, perinde ac si diceretur largiore prandio opus esse, ut proditionis capax esse posset. Interdum Χωρῶ redditur etiam Comprehendo, Percipio. Itidemque pass. Χωροῦμαι, Comprehendor, Percipior. Greg. Naz. de Christo loquens, et rationem reddens cur homo sit factus, Ἵνα χωρηθῇ διὰ σώματος σώμασι, ἄλλως οὐκ ἂν χωρηθείς. Ex Eod. Ἵνα χωρῆται τὸ καθαρὸν καθαρότητι. At vero cum dicitur deus οὐ χωρεῖσθαι ἐν τόπῳ, significatur Non contineri, pertinetque potius ad Χωρῶ quod est Capio. || Χωρεῖ impersonaliter etiam positum, proxime præcedentem signif. sequitur. Aristot. H. A. 9. Καὶ τοὺς κηφῆνας ἀποκτείνουσιν, ὅταν μηκέτι χωρῇ αὐταῖς ἐργαζομέναις· εἰσὶ γὰρ ἐν μυχῷ σμῆνους: Cum jam locus non est, ὅταν χώρα οὐκ ᾖ, Cum jam ipsis opificibus locus capax non est opificii, h. e. ὅταν μηκέτι τὰ κηρία χωρῇ τὸ μέλι. Eod. modo ἐγχωρεῖ impersonaliter dici solet, Bud. [" Χωρέω, ad Charit. 575. Wakef. Phil. 397. S. Cr. 2, 44. 3, 172. 4, 31. 236. 5, 36. Abresch. Æsch. 2, 22. Brunck. Aristoph. 2, 102. Casaub. ad Athen. 140. Bergler. ad Alciphr. 252. ad Herod. 534. Cedo, Hymn. in Cer. 430. ubi v. Ruhnk. Capio, Wakef. S. Cr. 2, 43. 46. 3, 172. Comprehendo, Percipio, Toup. ad Longin. 296. De successu felici, ad Herod. 217. ad Diod. S. 1, 132. Conf. c. χωρίζω, Wassenb. ad Hom. 68. Cum gen., Il. M. 406. Cum dat., Heyn. Hom. 7, 308. Fut., Soph. El. 404. Eur. Andr. 1069. Hipp. 941. Simon. Dial. p. 83. Fut. med., Plato Theæt. 392. X. διὰ φόνου, Cæde grassari, Valck. Phœn. p. 526. K. κατὰ ῥοῦν, νοῦν, 652. Εἰς ταὐτὸ ἐμοὶ δόξα χωρεῖ, Musgr. Tro. 154. Ion. 1063." Schæf. Mss.]

Χώρημα, τὸ, Capacitas, Receptaculum, ut ἔλυτρον, τὸ ὑγρὸν χώρημα, Bud. Redditur etiam Alveus, VV. LL. Additurque, χώρημα ἔχειν πρὸς ἀνάπαυσιν, ap.

Constant. Geop. 4, (1, 16.), nisi leg. sit *χώρισμα*, dici vites arbustivas, quæ arboribus adhærentes antea, tunc cuneo interposito separatæ, velut secessum ac torulum habent, in quo conquiescant. [" Huschk. Anal. 108. Valck. ad Ammon. 81." Schæf. Mss.] *Χώρησις, ἡ*, Ipsa capiendi actio, in ea verbi Capere signif. a qua dicitur aliquid esse capax. Redditur in VV. LL. Capacitas. [" *Χωρητέος*, Bernard. Rel. 108. *Χωρητέον*, Dionys. H. 1, 142." Schæf. Mss. " Priscian. 18, 31, 305." Elberling. Mss.]

Χωρητὸς, Qui capi potest, Cujus aliquid capax esse potest. Et metaph. e Greg. Naz. *Ὡς τηνικαῦτα ὡρίμου καὶ χωρητῆς ἤδη τυγχανούσης τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ*, Cum jam capi et intelligi posset, Bud. Ex eod. Greg. affertur, *Οὐ χωρητῆς οὔσης ἀνθρώποις οὐδὲ φαντασίας θείας*, Cum ne Dei quidem imaginatio humano ingenio concipi posset. [" Heyn. Hom. 4, 242." Schæf. Mss.] Huic contrariam signif. habet COMP. *Ἀχώρητος, ὁ, ἡ*, Qui capi non potest, Cujus aliquid capax esse nequit. In VV. LL. Qui comprehendi nequit, Immensus: e Greg. Naz. *Ἀχώρητον κόσμῳ κατὰ τὴν δύναμιν*, sc. *τὸ Πνεῦμα*, Cujus facultates non capiat ipse mundus. A Bud. *ἀχώρητος* exp. Qui capi et circumscribi loco nequit. Affertur-que h. Gregorii l., loquentis de Christi incarnatione, *Ἵνα χωρηθῇ ὁ ἀχώρητος, διὰ μέσης σαρκὸς ὁμιλήσας ἡμῖν*. Ex Eod. *ἀχώρητον* pro Eo quod capi et intelligi non potest, in lib. qui *περὶ Ἀνθρώπου* inscribitur, *Οἳ πρὸς τὰ ἡμέτερα μέτρα τὴν θείαν δύναμιν κρίνοντες, τὸ ἡμῖν ἀχώρητον, οὐδὲ θεῷ δυνατὸν εἶναι κατασκευάζουσι*. [" Qui non capere potest, Greg. Nyss. in Canisii Lectt. Antiq. 1, 193. Nullo loco inclusus, Theophyl. ad Autol. 2, 21." Schleusner. Mss. * *Δυσχώρητος*, Inextricabilis, Unde exitus non patet, Polyb. 24, 1, 13. * " *Εὐχώρητος*, Heyn. Hom. 6, 299." Schæf. Mss. * *Πολυχώρητος*, Cyrill. in Jo. 353. 763. Eust. 1158, 2. " Biogr. Plat. in Bibl. der alten Liter. 5, 17. Planud. Ovid. Met. 7, 568." Boiss. Mss. Schol. Theocr. 13, 46.] *Χωρητικὸς*, Qui talis est ut capere possit, s. capax esse possit. Aut etiam simpliciter, Capax. Greg. Naz. *Κοιλία χωρητικὴ καὶ ἀναδοτικὴ τῶν τροφῶν*. Apud Eund., *Ὅλου θεοῦ χωρητική*. [" Vales. ad Theodorit. 69." Schæf. Mss.] AT VERO *Χωρητικῶς*, quod VV. LL. ex J. Poll. afferunt pro Capaciter, mendose scriptum esse, antea docui, et pro eo reponendum esse *Χωριτικῶς*, quod significabit Rustico more, Rustice; sicut *χωρίτης* Rusticum significat. Sic in aliis plerisque ll. contigit, ut vulgarium Lexicorum consarcinatoribus levis error gravis erroris occasionem præberet. [*Χωρητικῶς*, Capaciter, Suid. v. *Χανδὸν*, Apollon. Lex. v. *Χηρ*.]

" Ψέφος, Suida auctore τὸ σκότος dicitur, Tene- " bræ, Obscuritas; Hes. καπνὸς, Fumus." [" Toup. Opusc. 1, 578." Schæf. Mss.] " Idem Hes. adjective " etiam poni docet pro Tenebrosus, Obscurus: af- " ferens sc. ψέφαις pro σκοτειναῖς: et ψέφης νυκτὸς " pro σκοτεινῆς. Quam signif. habent et DERIVATA " Ψεφαρὸς ET Ψεφηνός. Nam idem Hes. ψεφαρὸν af- " fert pro σκοτεινόν: (addens tamen et λυπρόν:) et " Suidas ψεφηνὸς pro σκοτεινὸς, οὐκ ἐπιφανὴς, Obscu- " rus, Non illustris s. clarus: cum hoc exemplo, Ἦν " δὲ καὶ ὁ ἀὴρ, (ita enim reponendum judico pro " ἀνὴρ,) ψεφηνός." [" Heyn. Hom. 6, 418. Toup. Opusc. 1, 578." Schæf. Mss.] " Ex eod. ψέφος est " COMP." [* Ψεφοειδὴς, Gal. Lex. Hippocr. v. Ψέφαρα.] " Ψεφαυγὴς, Obscuram lucem reddens. Me- " minit ejus Hesychius, ψεφαυγοῦς exp. σκοτεινῆς, " Obscuræ, Tenebrosæ. Apud Eund. ET Ψεφὰς, " σκότος, Tenebræ, Obscuritas, pro quo supra ψάφα."

" Καταψεφεῖ, Hes. κατασκοτίζει, Obtenebrat; nam " ψεφὰς, inquit, τὸ σκότος: παρὰ τὸ ψεφᾶσθαι τὸ μετα- " μελεῖσθαι καὶ οἷον σκότος περιτιθέναι τοῖς λεγομένοις, " τὸ καταψεφεῖν. Interdum vero et τὸ φροντίζειν ita " vocabant. Hæc ille."

Ψηχρὸς etiam huc pertinet. Hes. et Suidas ψηχρὰν afferunt pro λεπτήν: atque ap. hunc legitur ETIAM Ψηρὸν, ξηρόν.

III.

Ψίω itidem significat λεπτύνω, teste Schol. Theocr., unde derivat ψιὰς et ψίθυρος: alii et ψιλὸς et ψίζω. [" Wakef. Trach. 678. ad Mœr. 422. * Ψίσις, Wakef. l. c." Schæf. Mss. Ab Hesychio exp. ἀπώλεια. * Συμψίω, Schleusn. Lex. V. T.]

" Ψιθὴν, Hes. ἀπώλειαν, Perniciem, Exitium."

Ψιὰς, άδος, ἡ, i. q. ψακὰς et ψεκὰς significat, i. e. Roris gutta, Stilla minuta et exilis, a ψίω significante λεπτύνω, ut ψακὰς a ψάω, et ψεκὰς a ψέω, eand. signif. habentibus. Itidemque Hes. ψιάδες sunt ψακάδες, ῥανίδες, σταγόνες. Il. Π. (459.) Αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε Παῖδα φίλον τιμῶν. Itidemque Hesiod. Ἀ. (384.) ψιάδας βάλεν αἱματοέσσας Σῆμα τιθεὶς πολέμοιο ἑῷ μέγα θάρσεϊ παιδί. [" Heyn. Hom. 7, 220." Schæf. Mss.] UNDE Ψιάζω, i. q. ψακάζω s. ψεκάζω, Roro, Minutatim stillo s. gutto, ut Hes. quoque ψιάζει exp. ψακάζει.

" Ψίαξ, i. q. ψιὰς s. ψακάς. Hes. enim ψίακα exp. " ψακάδα." " Ψίδες, Eid. ψιάδες, ψακάδες, Guttæ, " Roris guttæ."

" Ψιὰ, Suidæ χαρὰ, Gaudium, Lætitia: Hesychio " non solum χαρὰ, sed etiam γελοίασμα, παίγνια. " Sic VERB. Ψιαδεῖν, idem Hes. exp. παίζειν, Lu- " dere." [" Valck. ad Röv. 75. Ruhnk. Ep. Cr. 214. *Ψιάζω, Ludo, ibid. * Ψιάδδω, ibid. Valck. l. c. Adoniaz. p. 289. Brunck. Aristoph. 1, 73." Schæf. Mss.]

" Ψειήματα, Hes. παιγνία: forsan pro ἐψιήματα."

" Ψίης, Hes. μακάριος, εὐδαίμων, Beatus, Fortuna- " tus. Sed scr. potius Ψίεις, ut patet ex accus. " ψίεντα, quem idem Hes. et Suid. exp. μακάριον: " nec non e fem. ψίεσσα, quod eid. Hes. est μακα- " ρία, εὐδαίμων: facit enim ψίεις in accus. ψίεντα, " ut χαρίεις χαρίεντα: et in fem. ψίεσσα, ut χαρίεις " χαρίεσσα."

" Ψιαρὸν, Hesychio est εὐῶδες, Odoratum, Fra- " grans."

" Ψιῆναι, Hes. et Suidæ ψέξαι, Reprehendere, " Vituperare: a th. ψιαίνω."

" Ψιδόνες, Hes. διάβολοι, ψίθυροι, Susurratores, " Calumniatores, Obtrectatores. Pro eo ap. Sui- " dam, Ψίδωνες, per ω. Infra Ψυθῶνες, pro eodem."

Ψίθυρ, υρος, ὁ, SIVE Ψίθυρος, ὁ, Susurrus, Tenuiorem et exiliorem sonum edens, i. e. λεπτὸν ἦχον, a ψίω significante λεπτύνω, ut vult Schol. Theocr. (2, 141.) Prius legitur in Lex. meo vet. et per posterius exp., veluti notius; usitatius enim id est. Dicitur vero tam de re inanima quam animata, et significat Susurro vel Susurrus: eo modo quo Ovid. Metam. 7. dicit, Procrin adit, linguaque refert audita susurra. Soph. Aj. (148.) p. 10. Τοιούσδε λόγους ψιθύρους πλάττων Εἰς ὦτα φέρει πᾶσιν Ὀδυσσεὺς, Verba susurra et maledica: vel potius, Ejusmodi verba lingua susurra et clam maledica fingens omnium auribus ingerit. Pind. II. 2, (136.) οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν Τέρπεται ἔνδοθεν, Οἷα ψιθύρων παλάμαις ἕπετ' ἀεὶ Βροτῶν, Hominum susurratorum. Et ap. Suid. Ἀφροδίτης Ψιθύρου ἱερὸν, Veneris Susurratricis templum. Frequentius omisso substantivo ψίθυροι dicuntur Susurrones, Homines qui susurris maledicis solent alios traducere, s. lingua susurra alios deferre, ut cum Plut. Symp. (8, 7.) scribit quosdam putare Pythagoram præcepisse χελιδόνας οἰκίᾳ μὴ δέχεσθαι, symbolice, ac si id esset σύμβολον πρὸς τοὺς διαβόλους καὶ ψιθύρους τῶν συνήθων ἠνιγμένον. [" Thom. M. 927. Jacobs. Anth. 9, 70. Aristoph. Fr. 230. Lobeck. Aj. p. 238. Abresch.

Lectt. Aristæn. 295. Koen. ad Greg. Cor. 278. Alciphr. 396. Toup. Opusc. 2, 230." Schæf. Mss. * Ψιθύρως, Appian. 1, 286.] AT Ψιθύρα, Instrumentum quoddam musicum quadratum, Libyum inventum, J. Poll. 4, c. 9. (s. 60.) ubi etiam addit quosdam putare idem esse cum ἀσκάρῳ. Vide et Hes.

UNDE Ψιθυρίζω, Susurro, ἐν τοῖς ὠσὶ λεπτόν τινα ἦχον ἠχῶ, inquit Schol. Theocr. derivans ipsum a ψίω, significante λεπτύνω, ut sit quasi ψίειν ἐν ταῖς θύραις, i. e. ἀκοαῖς: sed addens, esse quosdam qui ὀνοματοπεποιῆσθαι ipsum dicant, ut κρίκω, σίζω, et hujusmodi alia. Dicitur porro quispiam ψιθυρίζειν πρός τινα aliquid, quod susurra lingua in aurem ei dicit, s. quod ei insusurrat. Plut. Ages. (3.) Τοῦτο δὲ οὐ πάνυ δυσκόλως τὴν Τιμαίαν ἐνεγκεῖν φησὶ Δοῦρις, ἀλλὰ καὶ ψιθυρίζουσαν οἴκοι πρὸς τὰς εἱλώτιδας, Ἀλκιβιάδην τὸ παιδίον, οὐ Λεωτυχίδην, καλεῖν, Susurra lingua apud ancillas puerum vocare non Leotychidem, sed Alcibiadem. Itidemque in Alcib. (23.) Τεκούσης παιδάριον ἄῤῥεν, ἔξω μὲν Λεωτυχίδην καλεῖσθαι, τὸ δὲ ἐντός αὐτοῦ ψιθυριζόμενον ὄνομα πρὸς τὰς φίλας καὶ τοὺς ὀπαδοὺς τοὺς ἀπὸ τῆς μητρὸς, Ἀλκιβιάδην εἶναι: vocans ibi ψιθυριζόμενον ὄνομα, Nomen quod palam effertur, sed susurro tantum alienis auribus committitur: quia tutius est in aurem quippiam insusurrare quam aperte et aliis etiam audientibus dicere. Itidem Demosthenem ap. Ælianum delectabat, si muliercula ὑδροφοροῦσα παριόντος αὐτοῦ ψιθυρίσαι τὸ, Οὗτός ἐστιν ὁ Δημοσθένης: ut idem ap. Cic. illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ, insusurrantisque alteri, Hic est ille Demosthenes. Et paulo post in Ψιθυριστὴς e Suida habebimus, ψιθυρίζειν ἀλλήλοις περί τινος, Susurra lingua colloqui inter se aliqua de re, ubi etiam ψιθυρίζειν τινὶ κατά τινος, Susurra lingua obtrectare alicui s. obloqui, et occulta delatione accusare. Aristoph. vero et arborem arbori ψιθυρίζειν dicit, cum sc. leni vento trepidantia ejus folia levi susurro vicinam alloqui arborem videntur: N. (1004.) Ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων ὁπόταν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ. Ubi Schol. quoque annotat arbores ψιθυρίζειν dici, cum ἀνέμου πνέοντος μαλακοῦ καὶ ἠρέμα διὰ τῶν φύλλων εἰσιόντος, ὥσπερ προσλαλοῦσι: unde et ap. Theocr. τὸ ἁδὺ ψιθύρισμα arborum, ut quidem accipiunt plerique, de Leni sc. susurro et murmure arborum vento agitatarum. J. Poll. hirundinum proprium esse τὸ ψιθυρίζειν vult, ut κιτταβίζειν picarum: quemadmodum Plut. quoque innuere videtur, cum præceptum illud Pythagoricum de non recipienda domo hirundine secundum quosdam esse ait σύμβολον ὡς πρὸς τοὺς διαβόλους καὶ ψιθύρους τῶν συνήθων ἠνιγμένον. Trinsare hoc vocat Auctor Philomelæ: Pupillat pavo, trinsat hirundo vaga. [" Lobeck. Aj. p. 238. Phryn. Ecl. 158. Thom. M. 927. Kuster. Aristoph. 219. Wakef. S. Cr. 4, 9. Jacobs. Anth. 11, 152. Toup. Opusc. 2, 303. Theocr. 2, 141. ad Mœr. 102. 132. Abresch. Lectt. Aristæn. 295. Valck. Phœn. p. 715. Ammon. 79. Valck. Anim. 121. 231. Bernard. Reliq. 75. ad Lucian. 1, 466. Alciphr. 418." Schæf. Mss.]

Ex hoc porro verbo est VERBALE Ψιθύρισμα, τὸ, Susurrus et lene murmur. Theocr. 1. Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα, Ἃ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται· ἁδὺ δὲ καὶ τὺ Συρίσδες: Dulce quippiam est levis iste susurrus arborum leni vento agitatarum: ψιθυρίζουσι γὰρ αἱ πίτυς πρὸς τὰς πνοὰς τῶν ἀνέμων σχιζομένας, earumque folia λεπτήν τινα ἀφίησιν ἀπήχησιν, ὅταν ῥιπισθῶσι, τῇ στενότητι τῶν φύλλων σχιζομένης τῆς πνοῆς. (Ea enim expositio magis consentanea est, uti dixi, quam quæ ibi intelligit μέλισμα et σύριγμα, cum paulo post dicat, ἁδὺ δὲ καὶ τὺ Συρίσδες. At magis generale est λάλημα et μινύρισμα.) Itidem vero ap. Virg. Ecl. sepes Sæpe levi somnum suadebat inire susurro." [" Jacobs. Anth. 9, 70. Exerc. 2, 152. Huschk. Anal. 120. Valck. ad Theocr. l. c." Schæf. Mss.] ET Ψιθυρισμὸς, Susurratio. Plut. (6, 165.) Καὶ νεῦμα καὶ ψιθυρισμὸς πρὸς ἕτερον, καὶ μειδίαμα, χάσμαι τε ὑπνώδεις καὶ κατήφειαι: Symp. 8, 7. rejiciens eorum opinionem, qui Pythagoricum illud præceptum de non recipienda domo hirundine, dicebant esse symbolum ὡς πρὸς τοὺς διαβόλους καὶ ψιθύρους τῶν συνήθων ἠνιγμένον, subjungit, Ψιθυρισμοῦ μὲν γὰρ ἥκιστα χελιδόνι μέτεστι, λαλιᾶς δὲ καὶ πολυφωνίας, οὐ μᾶλλον ἢ κίτταις καὶ πέρδιξι καὶ ἀλεκτορίσι: accipiens ibi ψιθυρισμοῦ nomine Obtrectatoriam susurrationem, s. Susurrationem cum occulta delatione: ut Paulus quoque Apostolus in Ep. ad Cor. 2, (12, 20.) Καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ, φυσιώσεις, Obtrectationes, Susurrationes s. Occultæ delationes, Tumores et inflationes animorum. Ita enim potius reddendum quam Susurri; nam ψιθυρισμὸς Actionem ipsam significat, susurrus Rem: ut cum alibi tum ap. Ovid. Met. 12. Seditioque recens dubioque auctore susurri. [" Toup. Opusc. 2, 302. Emendd. 3, 202." Schæf. Mss.] ITEM Ψιθυριστὴς, Susurrator; ita enim Cælius ap. Cic. vocat Occultum delatorem. Paulus Ep. ad Rom. 1, (30.) Μεστοὺς φθόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας· ψιθυριστὰς, καταλάλους. Et ap. Suid. Ψιθυριστοῦ Ἑρμοῦ καὶ Ἔρωτος καὶ Ἀφροδίτης, sc. ἱερὰ vel ἀγάλματα: quæ ideo facta fuisse existimantur, quoniam Φαῖδρα ἐψιθύριζε Θησεῖ κατὰ Ἱππολύτου, διαβάλλουσα αὐτόν. Alii vero ἀνθρωπινώτερον ajunt ψιθυριστὴν dictum παρὰ τὸ ἀνθρώπους ἐκεῖ συνερχομένους τὰ ἀπόῤῥητα συντίθεσθαι, καὶ ψιθυρίζειν ἀλλήλοις περὶ ὧν βούλονται. Intellige autem Ἑρμῆν cum ψιθυριστήν: erat enim Mercurius quidam Ψιθυριστὴς Athenis, (ubi et ψίθυρος Ἀφροδίτη colebatur, Venus Susurratrix,) quem Ψίθυρον etiam Ἑρμῆν nominabant. [" Thom. M. 927. Toup. Opusc. 2, 302." Schæf. Mss.]

[* Διαψιθυρίζω, Polyb. 15, 26. Schleusn. Lex. V. T. * Ἐμψιθυρίζω, Schol. Aristoph. Θ. 348. * Ἐπιψιθυρίζω, Gl. Insusurro, Schol. Theocr. 2, 62. Nonn. Metaphr. c. 13. * Καταψιθυρίζω, Plut. 7, 886. Vol. Herculan. Oxon. 2. p. 18. Theoph. Sim. Hist. 8, 8. * Παραψιθυρίζω, unde * Παραψιθυρισμὸς, Epiphan. Hær. 26, 1. * Περιψιθυρίζω, Suid. 3, 87.] " Προσψιθυρίζω, q. d. Adsusurro, Adsibilo, Epigr." [" Valck. Phœn. p. 715." Schæf. Mss. * Προψιθυρίζω, Eumath. 3. p. 81.] Συμψιθυρίζω, Una susurro, et q. d. Consusurro. Plut. (8, 64.) Παραβάλλουσι γειτόνων τοίχοις τὰ ὦτα, καὶ συμψιθυρίζουσιν οἰκέταις καὶ γυναίοις. Ὑποψιθυρίζω, Clanculum murmuro, Leviter susurro. Utitur Hesych. v. Ὑποτρύζω. [" Jacobs. Anth. Proleg. 51. Toup. Opusc. 1, 270. 552. Wakef. S. Cr. 2, 83." Schæf. Mss. * Καθυποψιθυρίζω, Eumath. 4. p. 118.] Affertur vero ET Διαψιθύρω pro Murmuro, Consusurro, quasi a th. ψιθύρω.

" Ψέδυρος, Hes. ψίθυρος, Susurrus, Murmurans."

Ψιλὸς derivatur et ipsum a ψίω significante λεπτύνω, teste Eust. et Moschopulo. Quos sequendo, primaria signif. ψιλὸς erit Tenuis, Exilis, λεπτός: ut Gramm. * ψιλὴν προσῳδίαν vocant Accentum tenuem s. lenem, s. Spiritum tenuem et lenem: et σύμφωνα ψιλὰ, Consonantes tenues s. lenes. Itidemque ap. Demetr. Phal. (73.) p. 48. Ἐν δὲ τῷ Οἴην, οὐ μόνον διαφέροντα τὰ γράμματά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἦχοι· ὁ μὲν, δασὺς, ὁ δὲ, ψιλός. Sed ea signif. rara est et Grammaticis peculiaris. Frequentius enim ponitur pro Nudus; interdum vero et pro Glaber. Construiturque tum interdum cum gen., interdum ponitur absolute quidem, subaudito tamen genitivo aliquo, qui loco conveniat: ut Nudus quoque ap. Latinos. Herod. (4, 21, 2.) ψιλὸς δενδρέων, Arboribus nudus: [et subintellecto subst., πεδίον μέγα καὶ ψ., idem Herod. 1, 80.] Plato de LL. ψιλὸς ὅπλων, Armis nudus, Inermis. Xen. (K. Π. 5, 3, 22.) ψιλοὶ ἱππέων, Equitibus nudi, i. e. carentes: ut Horat. dicit Numis nudus: Ovid. Mœnia nuda ducibus, et Cic. Ab his rebus vacua atque nuda est, et Nudus a propinquis. Sæpius absolute et subaudito gen., ut cum ψιλὸν δέρμα dicitur pro ψιλὸν τριχῶν, Nudum pilis vel villis, i. e. Glabrum et depile. Il. N. fin. Ἀμφὶ δέ μιν μέγα δέρμα παχείης ἔσσ' ἐλάφοιο ψιλόν. Itemque cum ψιλὴ ναῦς dicitur Quæ nuda est gubernatore et remigibus, ἡ καθ' ἑαυτὴν καὶ μόνη, inquit Schol. ejusd. Poëtæ Od. M. itidem sub fin., τὴν δὲ ψιλὴν φέρε κῦμα. Similiter

vero γῆ ψιλὴ dicitur et χωρίον ψιλὸν, et ἄρουσα ψιλή, et A ψιλὴ γεωργία, sc. δένδρων καὶ φυτῶν, Nuda arboribus et plantis. Il. I. (576.) τέμενος περικαλλὲς ἑλέσθαι Πεντηκοντόγυιον· τὸ μὲν ἥμισυ οἰνοπέδοιο, Ἥμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο ταμέσθαι: Nudum plantis vel etiam segetibus arvum. Dem. (491.) Ἑκατὸν πλέθρα γῆς πεφυτευμένης ἔδοσαν, ἑκατὸν δὲ ψιλῆς, Terræ nudæ et non consitæ. Plut. Alex. Ἐν τῷ πέριξ ἀδένδρῳ καὶ ψιλῷ χωρίῳ. Itidemque ap. Aristot. Polit. 1, 7. ψιλὴ γεωργία, Cultura agri nudi, arboribus sc. plantisque et segete: cui opp. ibid. τὴν πεφυτευμένην γεωργίαν, Culturam agri plantis consiti: ut e Theophr. quoque affertur ψιλὴ γεωργία pro Segetum cultura. (At ψιλαὶ ἐργασίαι sunt munia τῶν ψιλῶν στρατιωτῶν ap. Aristot. Polit. 6, 7. ubi dicit adolescentes debere διδάσκεσθαι τὰς κούφας καὶ τὰς ψιλὰς ἐργασίας, Munia quæ obeunt milites expediti et armis nudi, Labores velitares.) Itidem vero ψιλὸν dicitur Quod suo veluti vestimento et opertorio nudum est, ut ψιλαὶ μάχαιραι, Xen. K. Π. 4, (5, 19.) p. 66. Nudi suis vaginis gladii, vel etiam Expedi- B ti: [imo Nudos gladios Xen. intelligit: Solos gladios, nulla alia arma, neque θώρηκας, neque ξυστὰ, ut e proxime ibidem sequentibus patet.] Et ψιλὸς λόγος, Oratio suo ornamento tanquam vestimento quodam nuda: cui opp. poetica oratio, ap. Aristot. Rhet. 3. Præterea ψιλὸς dicitur pro ψιλὸς ὅπλων, Armis nudus, Nullis munitus armis, Inermis. Thuc. 3, (125.) p. 161. Ξυναγαγὼν ἐς τετράγωνον τάξιν τοὺς ὁπλίτας, καὶ τὸν ψιλὸν ὅμιλον ἐς μέσον λαβών: 3. Ὁπλίζει τὸν δῆμον πρότερον ψιλὸν ὄντα. Et rursum, Ψιλῶν ἀκοντιστῶν ἐνδεὴς ἦν μάλιστα. Itidem ψιλοὶ ἱππεῖς, Dem. quales sunt οἱ ἱπποτοξόται, qui nullis utuntur armis, nisi jaculis et arcu, (horum autem loco utimur hodie sclopetariis, qui certe et ipsi inter ψιλοὺς merito censendi esse videntur.) Et ψιλὴ δύναμις, Aristot. Polit. 6, 7. cui opp. ibid. ἡ ὁπλιτική. Rursum Thuc. 3, (94.) p. 114. Σκευῇ ψιλῇ χρώμενον, Levi armatura, ut Schol. quoque exp. κούφῃ, ἀπηλλαγμένῃ σιδήρου. Nonnunquam vero cum gen. omissum reperitur ipsum etiam substantivum, veluti C cum ψιλὴ dicitur pro ψιλὴ μαλλῶν δάπις, Tapes villis nudus; nec non ψιλὴ pro ψιλὴ δένδρων καὶ φυτῶν γῆ. Athen. 5. Ψιλαὶ δὲ Περσικαὶ τὴν ἀνὰ μέσον τῶν ποδῶν χώραν ἐκάλυπτον. Theophr. H. Pl. 3. ψιλὴν κοπρίζειν, Stercorare agros arboribus et plantis nudos, i. e. arva segeti idonea. Itidemque ap. Historicos οἱ ψιλοὶ et ὁ ψιλὸς pro οἱ ψιλοὶ στρατιῶται, et ὁ ψιλὸς στρατιώτης, ὅπλων, sc. Miles armis nudus: qui sc. vel non armatus est thorace, loricave aut telo aliquo, sed cum dimicandi tempus advenit, quovis obvio telo utitur, lapide, fuste, aliove aliquo instrumento: vel saltem qui leviter est armatus, ut qui galea tantum et arcu utitur. Velitem et Levis expeditæque armaturæ militem dicunt Latini. Suidas Auxilia vocari a Romanis scribit hujusmodi ψιλὸν καὶ κοῦφον σύστημα. Thuc. 1, (60.) p. 20. Ἑξακοσίους καὶ χιλίους τοὺς πάντας ὁπλίτας, καὶ ψιλοὺς τετρακοσίους: 2. Ὁ ἄλλος ὅμιλος· τῶν ψιλῶν οὐκ ὀλίγος. Sic Aristot. de Mundo, Ὁ δὲ ἱππεὺς ἐπὶ κέρας, ὁ δὲ ψιλὸς εἰς τὴν ἰδίαν ἐκτρέχει χώραν, Veles ad statio- D nem suam. Et Xen. Ἑλλ. 2, (4, 23.) Ψιλοὶ εὐθὺς ἐκδραμόντες ἠκόντιζον, ἔβαλλον, ἐτόξευον, ἐσφενδόνων, ubi nota, ψιλῶν nomine comprehendi ἀκοντιστὰς, Jaculatores, τοξότας, Sagittarios, σφενδονήτας, Funditores, quique alio quopiam telo βάλλουσι. Adhæc τὰ ψιλὰ dicuntur pro τὰ ψιλὰ δένδρων καὶ φυτῶν χωρία, sicut ἡ ψιλὴ pro ἡ ψιλὴ καὶ ἄδενδρος γῆ vel χώρα. Xen. K. (5, 7.) Ἐν δὲ τοῖς ὑλώδεσι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς ψιλοῖς ὄζει. Ab Eod. vero eques dicitur ἐπὶ ψιλοῦ καθίζειν Cum insidet equo sella nudo: Ἱππ. (7, 5.) p. 550. Ἐπειδάν γε μὴν καθίζηται ἐάν τε ἐπὶ ψιλοῦ, ἐάν τε ἐπὶ τοῦ ἐφιππίου, Sive super nudo equo, sive super ephippio s. sella. [" Thom. M. 928. ad Charit. 111. 419. ad Diod. S. 1, 165. 658. 719. 2, 229. 311. Dionys. H. 1, 568. Heyn. Hom. 5, 722. Musgr. Herc. F. 471. Jacobs. Anth. 9, 41. 12, 357. Brunck. Aristoph. 1, 96. Kuster. 218. Ilgen. Hymn. 603. Herod. 578. Lucian. 1, 539. ad Mœr. 419. 422. ad Longin. 334. Act. Traj. 2. p. 167. Toup. Opusc. 2, 76. Conf. c. ὑψηλὸς, Jacobs. Anth. 7, 147. ad Diod. S. 1, 719. Gronov. ad Arrian. p. 6. Tzsch. ad Strab. 4. p. 310. ad Dionys. H. 3, 1659: cum φίλος, ad Diod. S. 2, 70.: cum φυλετικὸς, ad Dionys. H. 3, 1453. Opp. δίφθογγος, Tzetz. Exeg. in Il. p. 79, 2. De voce, Phryn. Ecl. 66. ad Charit. 411. Heind. ad Plat. Gorg. 191. De loco, Jacobs. Anth. 7, 147. De terra, Heyn. Hom. 5, 663. De regione, Herod. 39. De λόγοις ψιλοῖς, ψιλομετρίᾳ, etc. Gött. Anz. 794. 189. St. p. 1893. in recens. Aristot. Poët. Ed. Tyrwh.: Cren. Mus. 1. p. 287. Tyrwh. ad Aristot. 115. 121. Ψ. αὐλητὴς, Phryn. Ecl. 66.: κεφαλὴ, Schneid. Anab. 61. Wyttenb. Select. 383.: προσῳδία, Ammon. 149.: μάχαιρα, Zeun. ad Xen. K. Π. 409.: ἅρμα, ad Diod. S. 1, 64.: κιθάρισις, ad Diod. S. 1, 227. (in loco Plutarchi legerim ψιλῷ μέλει: de μέλος, vide Diod. S. 228.) Γεωργία ψ. καὶ πεφυτευμένη, Boeckh. ad Sim. p. xx. Ἐν δὲ ταῖς ψιλαῖς, Aristot. H. A. 479. Schn. Ψιλοὶ, Duker. Præf. Thuc. p. 6. Heringa Obs. 124. Zeun. ad Xen. K. Π. 409." Schæf. Mss. Barker. ad Etym. M. 1103. Ψιλὴ, sc. στολὴ, Schleusn. Lex. V. T.]

[* Ψιλογράφος,] UNDE COMP. Ψιλογραφέω, Scribo litera ψιλῇ, ut Gramm. συκέαν dicunt ψιλογραφεῖσθαι, at ἐλαίαν διὰ διφθόγγου γράφεσθαι: illius enim media syllaba scribitur nudo ε, hujus autem αι diphthongo. [* Ψιλόδορος, Ignat. Epist. 9. p. 196. δρακόντια.] Ψιλοκιθαριστὴς, ὁ, Nudus citharista, i. e. Qui nuda cithara ludit, nulla alia adhibita melodia. [Athen. 452. 538. Sueton. Domit. 4. " Scalig. ad Varr. 121. ad Diod. S. 1, 228. Phryn. Ecl. 66. * Ψιλοκιθάρισις, ibid." Schæf. Mss.] Ψιλοκιθαριστικὴ, ἡ, Scientia et ars illa ludendi nuda cithara. Philochorus ap. Athen. (637.) scribit Lysandrum Sicyonium citharistam primum μεταστῆσαι τὴν ψιλοκιθαριστικὴν, μακροὺς τοὺς τόνους ἐντείναντα, καὶ τὴν φωνὴν εὔογκον ποιήσαντα καὶ τὴν ἔναυλον κιθάρισιν· καὶ περιελόντα τὴν συντονίαν τὴν ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς ψιλοῖς κιθαρισταῖς, χρώματά τε εὔχροα πρῶτον κιθαρίσαι καὶ ἰάμβους, καὶ μάγαδιν, τὸν καλούμενον συριγμόν. Ubi quam ψιλοκιθαριστικὴν appellat, Athen. paulo ante ψιλὴν κιθάρισιν nominat: quam ita vocare videtur respectu τῆς ἐναύλου. Ab eod. rursum ψιλὸς est COMP. Ψιλοκόρσης s. ψιλοκόρρης, ET Ψιλόκουρος, quo nomine dicitur ὁ ἐν χρῷ κουρίας: nam ἡ ἐν χρῷ κουρὰ nominatur etiam ψιλὴ, ut ex Hesychio Bud. refert: qui etiam primum ψιλοκόρσης ex Herodiano (4, 8, 13.) affert, secundum ex Hesychio, tertium tantum exp. ὁ ἐν χρῷ κουρίας, non nominato Auctore e quo desumsit: significant igitur Ita tonsus ut sit glaber et pilis nudus, Ad cutem tonsus, ut cum novacula raduntur crines, vel forfice, sine pectine, ad ipsam cutem. Aliis etiam Qui raris est pilis, Recalvaster: ac si sc. deglabratus esset et ad cutim tonsus. [" Phryn. Ecl. 18. 19. Thom. M. 318." Schæf. Mss. * Ψιλοκορρέω s. * Ψιλοκορσέω, Diogenis Epist. 19. * Ψιλόκρανος, Tzetz. ad Hesiod. Ἔργ. 376. p. 89. Heins.] Ψιλομετρία, ἡ, Metrum a ψιλῷ λόγῳ nihil differens: aliis Metri s. Carminis tenuitas. [Aristot. Poët. 2. 4.] ITEM Ψιλοτάπης, SEU Ψιλόταπις AUT Ψιλόδαπις, Tapes pilis s. villis nudus, Tapes nullos habens villos: qui ψιλὴ etiam nominatur, ut supra docui: oppositum habens μαλλωτὸν et ἀμφίμαλλον. Genus est stragulæ vestis ap. Athen. (255.) Κατέκειτο δὲ δι* ὑπερβάλλουσαν τρυφὴν ἐπὶ ἀργυρόποδος κλίνης, ὑπεστρωμένης Σαρδιανῇ ψιλοδάπιδι τῶν πάνυ πολυτελῶν. Sic alibi, (548.) Ψιλοδάπιδα ἔχοντα κρικωτὴν καθάπερ τοὺς στρωματεῖς, εὐτελῆ, ἐφ' ἧς κατακεῖσθαι. Alia vide supra post Τάπης, T. 3, 1244. [Clem. Alex. 79, 50.] NEC NON Ψιλαγὸς, Dux levis armaturæ militum, Ductor velitum, ὁ τῶν ψιλῶν ἀγός. [* ψιλαγέω, unde] Ψιλαγία, ἡ, Munus illud. In lib. de Vocab. Milit. ψιλαγία esse dicitur δύο ἑκατονταρχίαι, sc. σύστημα ἀνδρῶν διακοσίων πεντηκονταέξ, ut sit Cohors virorum ducentorum quinquagintasex. AD HÆC Ἄψιλος, ὁ, ἡ, Qui nudus vel glaber non est. Hes. ἄψιλον exp. non solum πολύπτερον, sed etiam ἄπτερον. In qua signif., sc. pro ἄπτερον, dicendum

foret potius ἄπτιλον. [* Ψίλον autem pro πτερὸν, occurrit ap. Paus. 3, 19, 6. cf. ψιλοβάφος.] Ἀκρόψιλος, In summo nudus. Gal. enim ap. Hippocr. ἀκρόψιλον exp. ἐπὶ τοῦ ἄκρου ψιλὸν, i. e. γυμνόν. [Cf. Ἀκρόψωλος.]

A ψιλὸς est et ADVERB. Ψιλῶς, quod peculiariter ap. Gramm. significat διὰ ψιλῆς προσῳδίας vel ψιλοῦ γράμματος, ut cum Athen. (369.) scribit Glaucum ἐν τῷ Ὀψαρτυτικῷ τὴν ῥάφυν, διὰ τοῦ π ψιλῶς vocare ῥάπυν: est enim π una e tribus mutis consonantibus quæ ψιλαὶ nominantur. Alioqui significat etiam Nude, Leviter, κούφως, εὐτελῶς, Hes. [" Heind. ad Plat. Phædr. 303. Ammon. 150. Argum. Soph. Aj. Simpliciter, Wakef. Eum. 751. Jacobs. Anth. 9, 183. Heyn. Hom. 4, 135." Schæf. Mss.] Ψιλότης, ἡ, Nuditas, Glabrities. Plut. Symp. 3, 4. Τὴν δὲ ψιλότητα τίς ἂν εἴποι θερμότητος, οὐχὶ μᾶλλον ψυχρότητος εἶναι τὸ πάθος; ὁρῶν τὰ θερμότατα τοῦ σώματος μέρη δασυνόμενα. Sic Idem in Galba, Ψιλότης τῆς κεφαλῆς, Glabrities et calvities capitis. NEC NON Ψιλῆται, οἱ, iidem qui ψιλοὶ supra, Levis armaturæ milites, qui sc. arma nulla gestant, nisi forte arcum aut fundam. Eust. 1222. Γυμνὸν εἶπε τὸν ἄοπλον· ἐξ οὗ λαβόντες ἀφορμὴν οἱ μεθ' Ὅμηρον, τοὺς γυμνῆτας ὠνόμασαν· οἷς ὁμόστιχοι καὶ οἱ κοινῶς μὲν ψιλοὶ, κοινότερον δὲ ψιλῆται. [" Jacobs. Anth. 9, 263." Schæf. Mss.] AT Ψιλεὺς, Suidæ ὁ ἐπ' ἄκρου χοροῦ ἱστάμενος: UNDE et Φιλόψιλος ap. Alcman. ἡ φιλοῦσα ἐπ' ἄκρου χοροῦ ἵστασθαι, teste Eod. Hesychio ψιλεῖς sunt οἱ ὕστατοι χορεύοντες, Qui postremo in chorea loco sunt.

Sunt inde et duo verba. UNUM est Ψιλίζω, Nudo, Eust. [Dio Cass.] ALTERUM, Ψιλόω, significans itidem Nudo, (sed longe priore usitatius,) s. Denudo, Deglabro, Depilo. Unde ἐψιλωμένος, Denudatus et deglabratus, Cui pili evulsi sunt. Gaza ap. Aristot. vertit Nudus et deplumis, imitatus Plinium, qui, quod Aristot. dicit, Ἤδη γὰρ ὠμμέναι εἰσὶ πολλαὶ χελιδόνες ἐν ἀγγείοις ἐψιλωμέναι πάμπαν, ita vertit, Inventæ sunt ibi hirundines nudæ atque deplumes. Interdum cum gen. rei. Ptol. ap. Athen. 2. fin. Πολλῆς δ' ἐν τοῖς τόποις κινάρας φυομένης, οἵ τε συνακολουθοῦντες ἡμῖν στρατιῶται πάντες δρεπόμενοι συνεχρῶντο, καὶ ἡμῖν προσέφερον ψιλοῦντες τῶν ἀκανθῶν. Affertur et ἐψιλωμένα τῶν ὀστέων κρέα pro Carnes ab ossibus separatæ. Dicitur vero aliquis ducem etiam exercitus ψιλοῦν, cum eum nudat copiis, et auxiliis spoliat, ut ap. Xen. K. Π. 4, (5, 6.) p. 64. de Cyaxare ira adversus Cyrum commoto, Πολλῇ σπουδῇ μᾶλλον ἔπεμπεν ἐπὶ τοὺς Μήδους, ὡς ψιλώσων αὐτὸν, Tanquam copiis eum nudaturus; nam minitabatur suis Medis, si eum sequerentur. Sic Thuc. 3, (109.) p. 119. Βουλόμενος ψιλῶσαι τοὺς Ἀμπρακιώτας τε καὶ τὸν μισθοφόρων ὄχλον τὸν ξενικὸν, Nudare s. Privare auxiliis, ut Schol. quoque exp. μονῶσαι, ψιλοὺς τῶν συμμάχων ποιῆσαι. ["Jacobs. Anth. 8, 247. Abresch. Lectt. Aristæn. 294. ad Herod. 178. * Ψιλωτέον, T. H. ad Plutum p. 384. Heyn. Hom. 6, 343." Schæf. Mss. * Ψίλωμα, Hippocr. 1162. 1218.] Ψίλωσις, ἡ, Nudatio, Denudatio, Deglabratio, Depilatio. Clearchus ap. Athen. (522.) Tarentinos scribit, εἰς τοσοῦτο τρυφῆς προελθεῖν, ὥστε τὸν ὅλον χρῶτα παραλεαίνεσθαι, καὶ τῆς ψιλώσεως ταύτης τοῖς λοιποῖς κατάρξαι. [" Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 211." Schæf. Mss.] Ψιλωτὴς, ὁ, Nudator, Denudator. ["Ad Charit. 533. Valck. ad Ammon. p. 27." Schæf. Mss.] AT VERO Ψιλωτικὸς ap. Gramm. Qui gaudet vocabulorum ψιλώσεσι, ut cum Eust. 515. dicit τὸ Ἱρεὺς ἐψιλῶσθαι ὡς Ἰωνικόν: quoniam sc. ψιλωτικοὶ καὶ οἱ Ἴωνες, ubi etiam dicit κανὼν ψιλώσεως, regula de ψιλώσει vocabulorum. [* Ψιλωτὴρ, unde * Ψιλωτήριος, e quo * Ψιλωτήριον et per contr.] NEC NON Ψίλωθρον, τὸ, Medicamentum quo utuntur in nudando pilis corpore, s. deglabrando et depilando, φάρμακον πρὸς ψίλωσιν τῶν τριχῶν. Latinis etiam Psilothrum, ut cum Plin. 22, 13. ait, Eadem psilothrum est sicca: 24, 9. A balneo illitum, psilothrum est: 28, 19. Ex aqua illitum psilothri vim obtinet. Et rursum, Sic quoque psilothri vis efficitur, si evulsis pilis triduo servetur illitum. Ψίλωθρον, inquit Gorr., Medicamentum depilatorium. Non est Unguenti genus, aut certæ cujusdam compositionis nomen, ut aliqui existimarunt, sed quæcunque medicamenta aut illita aut affricta pilos demunt, ψίλωθρα dicuntur. Cum enim, ut ait Gal., triplex sit eorum, quæ pilos corrumpunt, differentia, quod eos alia attenuent, alia auferant, alia penitus extirpent, ψίλωθρα proprie vocantur Quæ partem aliquam pilis ad tempus denudant, non etiam radicitus eos extirpant. Omnia in genere erodentem et ustoriam habent facultatem; sed erodentia quidem tutiora sunt, minorique periculo adhibentur: periculosiora autem sunt quodammodo ustoria, quod, si paulo negligentius admoveantur, bullas excitent, exulcerent et cutem adurant. Hujus generis est ἡ ἀμπελολεύκη, Vitis alba, quæ ideo a quibusdam peculiari nomine ψίλωθρον vocata fuit, auctore Diosc. et Plin. Oribasius e Menemacho refert, ψίλωθρον a dropace differre, quod ejus actio minor sit quam dropacis, quodque hoc carnem delicatam relinquat, dropax vero habitiorem magisque musculosam: additque, psilothrum carnem primo in superficie vellicare, ac tandem, si diutius immoretur, cutem ulcerare, pustulasque excitare. [" Thom. M. 691." Schæf. Mss. Gal. Comp. Med. sec. Loca 1, 4. * Ψιλώθριον, Hippocr. 889.]

Inde et verba compp. Quorum est PRIMUM, Ἀποψιλόω, Denudo, Depilo, Deglabro, [" Jacobs. Anth. 6, 81. 7, 127. Heyn. Hom. 4, 238." Schæf. Mss.] Ἀποψίλωσις τῶν ἀμπέλων, Denudatio vitium, Pampinatio. [* " Διαψιλόω, Brunck. Soph. 3, 416." Schæf. Mss.] SECUNDUM Καταψιλόω, itidem Denudo, Deglabro, Connudo, Compilo. TERTIUM, Περιψιλόω, Circumcirca denudo, orbem deglabro s. depilo, [" Herod. 730. (9, 83.)" Schæf. Mss. * Περιψίλωσις, Gl. sine interpretatione. * " Συμψιλόω, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 303." Schæf. Mss.]

[* " Ψιλικὸς, ad Diod. S. 1, 658. 2, 27. 70. 229. 311. 348. 349. * Ψίλινος, Toup. Opusc. 2, 77." Schæf. Mss. Sosibius Athenæi p. 678. στέφανος: sic ap. Hes. Ψιλός· στέφανος πτερινός.]

" Ψίλακα, Hes. ψιλὸν et λεῖον: item πτερόν." [Schn. Lex. " Thom. M. 928. Mœr. 419. et n." Schæf. Mss. Barker. ad Etym. M. 1102.]

" Ψιλὰς, Eid. πέτρα, κράσπεδον:" [vide Interprr.]

" Ψίλιον, Hes. πτερὸν, μακρὸν, ψέλλιον. Sed addit, ἢ " εἶδος ἄνθους. Apud Eund. ψιλίοις, πλαγίοις, ὑπτίοις, " Obliquis, Supinis." " Ψάγιον, Obliquum, Incur- " vum. Vide Hesych., qui alibi ψιλίοις interpr. " itidem πλαγίοις." " Ψάδιον, ab Eod. exp. κάραντες."

Ψίζω quoque e ψίω derivatur, vel e ψῶ, ut τρίβω e τρῶ, inquit Eust.: unde ψίσαι, τὸ ψωμίσαι καὶ σιτίσαι, ut Idem refert e Lex. Rhet. Suidas tamen hoc ψίσαι non e ψίζειν derivat, sed e ψίειν, quod exp. ἐμβρωματίζειν, (Cibum ingerere, Cibare,) afferens simul et ψισθεῖεν pro ψωμισθεῖεν, τραφεῖεν διὰ ψιχῶν. Veruntamen ψίζω etiam dici ostendit COMP. Ἐπιψίζω, unde est fut. Att. ἐπιψιεῖ pro ἐπιψίσει, quod Hes. exp. ἐπιψωμίσει. [* Ἐμψιοῦσα, Eid. ἐρέγματα διδοῦσα. * Διεψήσατο· διεκάθαιρε, * διεψώμισε: f. leg. διεψίσατο.] " Ψῆσαι, et Ψεῖσαι, Eid. est ψωμίσαι: " quod et ψίσαι." " Ψιζομένη, Eid. κλαίουσα, Flens, " Plorans: pro quo ap. Suid. Ψιθομένη:" [nisi leg. κλάουσα, Frangens, Comminuens.] " Ψίνδεσθαι, " Hes. κλαίειν, Flere, Plorare: quod et ψίζεσθαι " sive Ψίθεσθαι. AT Ψίνθος, Eid. τέρψις, Delectatio, " Oblectatio. Ψίνεσθαι vero aliud est, ut docui in " v. Ψινάς."

" Ψινὰς ἄμπελος dicitur quæ et ῥυὰς, Vitis cui " fructus decidit s. defluit, quæ fructum amittere " solet, ut docui T. 3, 683. Sic Hesychio etiam " ψινάδες sunt αἱ ῥυάδες ἄμπελοι: qui itidem VERB. " Ψινάζει exp. ἀποῤῥεῖ: sed addens, dici non solum " de fructu infirmiore, sed etiam de foliis. Theophr. " id ψίνεσθαι vocat, ut videbis T. 3, 683." [" Wakef. Trach. 678." Schæf. Mss. Vide Schn. Lex. v. Ψίζω.]

In Lex. meo vet. affertur ET Ψίχω pro ἐμβρωματίζω, indeque DERIVATUR Ψὶξ, quod Eust. e ψίζω deducit. Est autem ψὶξ, Mica, Minutum frustulum, panis sc. friati. Alex. Aphr. Ἐὰν ψὶξ ἢ

ποτὸν εἰς τραχεῖαν ἀρτηρίαν παραδράμῃ, πνιγμὸς ἔπεται. Sic ap. Greg. Naz. Ἡ ψὶξ παραδραμοῦσα ἀπώλεσε. Alex. Trall. in curatione lethargi, Ἀγαθὸν δὲ καὶ αἱ ψίχες μετ' ἀπομέλιτος ἢ ὑδρομήλου διδόμεναι, Micæ panis, s. Micæ e medulla panis friata. [" Ad Mœr. 331." Schæf. Mss.] Dicitur vero ET Ψίχη pro ψὶξ, ut Hes. docet: cui ψίχαι sunt αἱ ἀποπίπτουσαι τῶν ἄρτων τεμνομένων * ψιχίαι, Micæ et frustula quæ decidunt e pane, cum secatur. [* Ψίχα, Mica, Cyrill. Hier. 245. * Ψιχολόγος, unde * Ψιχολογέω, Gl. Micas lego.] Ψιχάρπαξ, ὁ, Raptor micarum, Nomen propr. muris cujusdam ap. Auctorem Batrachomyomachiæ (28.) Ψιχάρπαξ μὲν ἐγὼ κικλήσκομαι, εἰμὶ δὲ κοῦρος Τρωξάρταο πατρὸς μεγαλήτορος. Finxit autem illa nomina e re, quoniam rodunt panem et micas auferunt, ut et alia similia ibi commentus est, πτερνοτρώκτης, πτερνογλύφος, τυρογλύφος, πτερνοφάγος, λειχοπίναξ, κνισσοδιώκτης, σιτοφάγος, ἀρτεπίβουλος. Et VOX DIMIN. Ψιχίον, τὸ, Parva mica, Minutissimum frustulum. Matth. 15, (27.) Ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης φαγεῖν, Edere de micis quæ cadebant de mensa. Ψιχιώδης, [e * Ψιχοειδής,] Micæ speciem gerens, Minutus instar micæ, Eust. 1817. οἱ σμικρότατοι καὶ ψιχιώδεις ψωμοί: sc. ἄκολοι. [* Ψιχίδιον, Osann. Auct. Lexx. Gr.] Apud Hes. legitur ETIAM Ψίχηνα, pro ψωμία. NEC NON Ψιττία, itidem pro ψωμία, quod Atticum esse dicit. AD HÆC Ψιφὰ, ἑψητὰ λεπτά.

V.

Ψωμὸς a ψῶ, (ut βλωμὸς a βλῶ,) i. e. Frustum rei esculentæ quantum bucca possit semel capere, Buccea s. Buccella, Bolus, ἄκολος, ἔνθεσις, ut J. Poll. 6. quoque tradit τῶν ἄρτων τοὺς ψωμοὺς vocari ἐνθέσεις. Od. I. (374.) de Polyphemo ebrio loquens et eructante, φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος Ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι, Frusta carnis humanæ quam vorarat, λεπτὰ κόμματα τῶν ἀνδρομέων κρεῶν, Eust. Et Athen. 4. Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον σπονδὰς ἐποιοῦντο, οὐκ ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, ἀλλ' ἀποματτόμενοι τοῖς ψωμοῖς, Micis et frustulis quæ deciderant e pane vel superfuerant e cœna. Aliud exemplum habes in Ψώμισμα. [" Tyrwh. ad Aristot. 209." Schæf. Mss.]

Ψωμοκόλαξ, ὁ, Parasitus: qui sc. assentatur et adulatur alicui, ut in mensa ipsius habeat ψωμοὺς quibus ventrem saturet, Qui ventris causa adulatur. Antiphanes ap. Athen. (262.) Ποῖ φθείρεσθ' ἐπίτριπτοι ψωμοκόλακες; Philemon ibid., Ψωμοκόλαξ δ' ἔσθ' οὗτος. [" Thom. M. 689. Aristoph. Fr. 230." Schæf. Mss.] Ψωμοκολακεύω, Assentor et adulor ut habeam bucceas s. bolos ad explendum ventrem. Philippides ibid. Ψωμοκολακεύων καὶ παρεισιὼν ἀεί. AT Ψωμοκόλαφος idemne sit cum præcedente ψωμοκόλαξ, an Vorax, ambiguum est. Utitur autem eo vocab. Diphilus ibid. Σὲ μὲν καλοῦσι ψωμοκόλαφον δραπέτην. Ψωμόλεθρος, Pernicies s. Exitium buccearum, Qui exitium bucceis et bolis infert, ὁ πολυφάγος, Suidæ, i. e. Vorax, Comedo; id enim hominum genus sunt ciborum λυμεῶνες, crebros ex iis bolos auferentes. [* " Ψωμολεθρία, Matth. ad Gloss. Min. 39." Schæf. Mss.] AT PRO Ψωμοποιὸς, si vera est interpr. quæ in VV. LL. ei tribuitur, (sc. Faciendi juris artifex,) scr. Ζωμοποιός: [Plut. 8, 214.] Nam ψωμοποιὸς esset potius Qui e pane aut alio edulio ψωμοὺς facit, h. e. frusta et bolos. [* " Ψωμοπώλης, Thom. M. 654." Schæf. Mss. * Ψωμοπωλεῖον, Phav. v. Ἀρτόδειγμα.]

Ψωμίον, τὸ, Frustulum quod ori ingeritur, Particula panis vel alius escæ, Offula s. Ofella. Turundam autem Cato vocat offulam quæ avi altili datur. Jo. 13, (26.) Ὧι ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω, Cui ego panis offulam intinctam dedero. Diog. L. in Vita Diog. Cyn. Ἐξέβαλε τὸ τρυβλίον, θεασάμενος παιδίον τῷ κοίλῳ ἄρτῳ τοῦ ψωμίου τὴν φακὴν ὑποδεχόμενον. Ubi debuisset potius dicere τῷ κοίλῳ ἄρτου ψωμίῳ.

Ψωμίζω, F. ίσω, et ATTICE Ψωμιῶ, Buccea s. Turunda in os inserta pasco et nutrio, s. Cibo, ut in Lex. meo vet. ψωμιεῖ σε exp. θρέψει σε. 2 Reg. 13, (5.) Ἐλθέτω ἡ ἀδελφή μου, καὶ ψωμισάτω με, de ægroto. Solent enim ægris cibi in os indi, veluti infantibus aut aviculis quas educamus. Aristot. H. A. 8, 3. Τῶν δὲ ὀρνίθων ὅσοι μὲν γαμψώνυχοι, σαρκοφάγοι πάντες εἰσί· σῖτον δὲ, οὐδ' ἐὰν τις ψωμίζῃ, δύνανται καταπιεῖν: Avium autem quotquot aduncos ungues habent, omnes sunt carnivoræ: fruges vero nequeunt devorare, ne si turundam quidem in os eis inserat quispiam. Pass. voce et signif. Aristoph. Ἱππ. (712.) Ἐπίσταμαι γὰρ αὐτὸν οἷς ψωμίζεται. Verba Cleonis, dicentis se probe nosse quo cibo populus Atheniensis pasci gaudeat, s. qualibus bolis et turundis gaudeat: infanti eum comparans; proprie enim ψωμίζεσθαι dicitur ἐπὶ τῶν μικρῶν παιδίων, ἃ ὑπόκειται τῇ τῶν διδόντων ἐξουσίᾳ. Quamobrem Agoracritus ibid., permanens in similitudine a nutricibus petita, hæc in eum retorquet verba, Καθώς περ αἱ τίτθαι γε σιτίζεις κακῶς. Μασώμενος γὰρ, τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθεὶς, Αὐτὸς δ' ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας, Sane vero ut nutrices improbe pascis populum; nam escam mandens, illi quidem exiguam admodum in os inseris, tu vero triplo plus quam ille deglutis. Cui simile apophthegma habebis in Ψώμισμα. Nota autem eo in loco synonyma, ψωμίζειν, σιτίζειν, et ἐντιθέναι: a quo verbo ἔνθεσις est, i. significans q. ψωμός: h. e. Bolus et Turunda quæ inseritur s. inditur ori, qualem nutrices infantibus præmansam in os inserere solent. Dicitur etiam rem quampiam ψωμίζειν aliquis pro In pastum consumere, ut Bud. accipit ap. Paul. ad Cor. 13, (3.) Καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου. Sic enim vertit, Etiamsi in pastum pauperum consumsero omnem substantiam meam. Ut et noviss. Interpres, Etsi insumam alendis egenis omnes facultates meas. Qui ibid. annotat proprie ψωμίζειν esse Cibum concisum et intinctum, veluti in os indere, ut puerulis et ægrotis solemus: hic vero significare In eum usum bona avidissime impendere. Vetus sic reddiderat, Etsi distribuero in cibos pauperum. Quem sequi malunt ii, qui ψωμίζειν esse dicunt In frusta concidere, εἰς ψωμοὺς διαμερίζεσθαι, veluti cum panis frustatim divisus pauperibus distribuitur; ideoque sic reddunt locum istum, Si omnem meam substantiam frustatim egenis distribuero, Si omnes facultates meas particulatim erogaro ad usum pauperum. Sed videndum an ψωμὸς de Majoribus etiam frustis dici possit. [" Thom. M. 794. Toup. Opusc. 1, 582. ad Mœr. 360. Heringa Obs. 231." Schæf. Mss.]

Ψώμισμα, τὸ, Id ipsum quo ψωμίζομεν vel ψωμιζόμεθα, Buccea s. Buccella, Turunda, Bolus. Escæ frustulum quod quispiam vel suo vel alieno ori inserit: peculiariter vero Id quod nutrices suis infantibus et aves suis fœtibus indunt. Plut. Rom. (2.) p. 33 meæ Ed. Λύκαιναν μὲν ἐπιφοιτᾷν, μαστὸν διδοῦσαν, ὄρνιθας δὲ παντοδαποὺς ψωμίσματα κομίζοντας ἐντιθέναι τοῖς βρέφεσι. Et ap. Aristot. Rhet. 3. Democrates εἴκασε τοὺς ῥήτορας ταῖς τίτθαις, αἳ τὸ ψώμισμα καταπίνουσαι, τῷ σιάλῳ τὰ παιδία παραλείφουσι, Quæ escæ præmansæ frusta devorant, et pueris os saliva oblinunt. Ubi quod ψώμισμα nominavit, ψωμὸν etiam appellat. Pericles enim ibid. Samios dicit ἐοικέναι τοῖς παιδίοις, ἃ τὸν ψωμὸν δέχεται μὲν, κλαίοντα δέ: innuens ingratitudinem eorum, qui beneficia quidem acciperent, sed non sine fletu et querimoniis: ut infantes bolum s. escam præmansam accipiunt, quidem illi, veruntamen plorare non desinunt et lamentari. Itidem vero Xen. ψωμὸν vocat Buccellam quæ ingeritur ori, et nominatim Buccellam panis quæ præcedit vel subsequitur τὸ ὄψον: Ἀπ. (3, 14, 5.) Ἄλλον δέ ποτε τῶν συνδείπνων ἰδὼν ἐπὶ τῷ ἑνὶ ψωμῷ πλειόνων ὄψων γενόμενον, (6.) Συνεθισθεὶς τὸν ἕνα ψωμὸν ἑνὶ ὄψῳ προπέμπειν. Rursum Plut. (7, 271.) Ἐπιφοιτῶν καὶ προσκαθίζων (sc. ὁ δρυοκολάπτης, picus Martius,) ἀκρώνυχος ἐν μέρει τῶν νηπίων ἑκατέρου στόμα τῇ χηλῇ διοίγων ἐνετίθει ψώμισμα τῆς αὐτοῦ τροφῆς ἀπομερίζων, Eorum oscula unguiculis diducens, in ea turundam ingerebat consueti sibi cibi. Loquitur vero et hic de Romulo et Remo expositis, ut supra etiam.

Ἐπιψωμίζω, Insuper cibo, Insuper ingero escæ frustula et bolos in buccam, Hes. v. Ἐπιψίζω.

" Ψώμηκες, Hesychio esse videntur Vermiculi radices frumenti depascentes."

" Ψώμιγξ, Eid. σφήκωμα: aliis Linteolum quod carnes a culicibus tutatur injectum." [Cf. Θώμιγξ.]

" Ψάμματα, Hes. σπαράγματα." " Ψαμματίζουσα, " Idem exp. ψωμίζουσα. Idem alibi ψιττία ab Atti" cis dici scribit τὰ ψωμία."

Ψώθιον etiam ab eadem, qua ψωμὸς, est origine, significans itidem Frustulum, Mica, ut Hes. ψώθια esse dicit τὰ τοῦ ἄρτου * ἀποθραύσματα, et τὰ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου. Itidemque Eust. 1817. locutus de ψωμὸς, ἄκολος, πύρνος, subjungens ait, Τοιαῦτα δέ τινα καὶ παρὰ Πανσαγίᾳ ψώθια· ἅπερ ὑπερόπτων ἄρτων εἰσὶ θραύσματα, ἢ τὰ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου: cujusmodi ψῶθια vocari a quibusdam ἀτταράγους ait. Et Apollodorus Atheniensis et Theodorus ἐν ταῖς Ἀττικαῖς Γλώσσαις ap. Athen. (646.) ψώθια nominari ajunt τοῦ ἄρτου τὰ ἀποψανόμενα, (pro quo fortassis scr. ἀποψώμενα,) quæ a nonnullis appellari ἀτταράγους. Idem tamen ibid. ψώθια inter Placentarum genera referre videtur, exponens per ψαθύρια: et afferens e Pherecr. Λήψει δ' ἐν ᾅδου κραπάταλλον τριωβόλον καὶ ψώθια: ut Eust. etiam p. 1635. Ὁμοίως, inquit, ἐκ τοῦ ψῶ καί τινες πλακοῦντες, ψώθια, ἤγουν ψαθύρια κατὰ τοὺς παλαιούς. [" Heyn. ad Apollod. 1150." Schæf. Mss.]

Ψώχω etiam e ψῶ significante λεπτύνω derivatum est, ut Eust. tradit et Hes. qui tamen non solum exp. λεπτύνω, verum etiam πλύνω: itidemque ψώχοντες non solum λεπτύνοντες, sed etiam πλύνοντες, item ἀναξαίνοντες. Affert Idem præterea ψώχειν pro ἀνακινεῖν, ἀνατρίβειν. [" Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 191." Schæf. Mss. Cf. Σώχω. * Ψωχμὸς, Comminutio, Athan. 1, 839.] AT Ψωχὸς, Hes. pro γῆ ψαμμώδης, Terra arenosa: ut et Suid., ap. quem προπεπερισπωμένως scriptum ψῶχος: afferentem itidem ψώχοντες pro θρύπτοντες, λεπτύνοντες, In frusta conterentes et comminuentes, Attenuantes, In tenuia frusta redigentes.

ΨΕΓΩ, Fut. ξω, Reprehendo, Vitupero. Plato Minoë, Νεμεσᾷ γὰρ ὁ θεὸς, ὅταν τις ψέγῃ τὸν ἑαυτῷ ὅμοιον ἢ ἐπαινῇ τὸν ἑαυτῷ ἐναντίως ἔχοντα, Offenditur enim Deus cum quis sibimetipsi similem vituperat. Plut. Οὐδενὶ γὰρ οὕτως ἔοικε προστάττειν ὁ θεὸς ὡς τῷ μέλλοντι ψέγειν ἕτερον, τὸ Γνῶθι σαυτόν: (8, 121.) de Menedemo loquens, Ἀκούσας ὡς Ἀλεξῖνος αὐτὸν ἐπαινεῖ πολλάκις, Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ἀεὶ ψέγω Ἀλεξῖνον· ὥστε κακός ἐστιν ἄνθρωπος, ἢ κακὸν ἐπαινῶν, ἢ ὑπὸ χρηστοῦ ψεγόμενος. Ubi nota duo hæc verba ἐπαινεῖν et ψέγειν sibi opponi, ut et ap. Isocr. Panath. Αἰτίαι, δι' ἃς μετέλαβον τὴν πολιτείαν τὴν ὑπό τινων ψεγομένην ἀντὶ τῆς ὑπὸ πάντων ἐπαινουμένης. Rursum activa voce Aristoph. N. (1041.) τίνα γνώμην ἔχων ψέγεις τὰ θερμὰ λουτρά; [" Wakef. Alc. 708. Ammon. 94. Valck. Callim. 217. Heind. ad Plat. Gorg. 522." Schæf. Mss.]

Ἀψεγὴς, Irreprehensus, Reprehensione et vituperio carens. Soph. El. (497.) p. 105. μή ποθ' ἡμῖν ἀψεγὲς πελᾷν τέρας Τοῖς δρῶσι καὶ συνδρῶσι, i. e. τοῦτο τὸ ὄναρ οὐκ ἄψεκτον ἡμῖν προσπελάσειν· ἀλλ' ἀκουσόμεθα ψεγομένου αὐτῶν παρὰ τῶν θεασαμένων αὐτὸ, λεγόντων ὅτι ἦν κακῶν σημαντικὸν, Schol. [* Ἀψεγέως, Apoll. Rh. 2, 1024.]

Ψέγμα, τὸ, Vituperium.

Ψεκτέος, Reprehendendus, Vituperandus. Apud Suid. Ψεκτέος γὰρ ὁ ἄρχων ὁ χαίρων οἰκοδομήμασιν εὐπρεπέσι. [" Toup. Opusc. 2, 301." Schæf. Mss.]

Ψέκτης, ὁ, Vituperator, Reprehensor, J. Poll. e Plat. [" Wakef. S. Cr. 4, 34. ad Charit. 301. 393." Schæf. Mss.] Ψεκτικὸς, Vituperatori proprius, Quo reprehensor uti solet, in reprehensione uti solemus, Reprehensorius, Vituperatorius. Homo etiam quispiam ψεκτικὸς dicitur pro Reprehendere amans, Ad reprehensiones et vituperationes propensus: ut J. Poll. 5, c. 21. synonymως ponit, φιλόψογος, ψεκτικὸς, κακήγορος, φιλολοίδορος. Ubi etiam affert ADV. Ψεκτικῶς, synonyma ei addens, * φιλολοιδόρως, * διαβλητικῶς. [Eust. 149, 29. * Ψέκτωρ, unde * Παμψέκτωρ, Manetho 4, 56.]

Ψεκτὸς, Vituperatus, Vituperabilis, Vituperandus, Vituperio dignus: cui opp. ἐπαινετὸς ap. J. Poll. ibid. [* Ψεκτῶς, J. Poll. 362.] Ἄψικτος, ὁ, ἡ, i. q. ἀψεγὴς, Irreprehensus, In reprehensionem et vituperium non incurrens. Hesychio ἄμωμος, ἀμεμπτος. [" Theogn. 777. * Πάμψεκτος, Manetho 4, 316. ad Charit. 393(=439.)" Schæf. Mss. * Πολύψεκτος, Eust. 1962, 18.]

Ψόγος, ὁ, Reprehensio, Vituperatio s. Vituperium: oppositum habens τὸν ἔπαινον, Laudem, sicuti τῷ ψέγω contrarium est τὸ ἐπαινῶ. Isocr. ad Dem. Ἀρχὴ γὰρ φιλίας μὲν, ἔπαινος, ἔχθρας δὲ, ψόγος. Plut. de Laude Propr. (8, 161.) Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ περὶ τοὺς ψόγους καὶ τὰς καταιτιάσεις γένος ἐπισφαλές ἐστι, καὶ παρέχον ἐκτροπὰς τοῖς περὶ δόξαν νοσοῦσι: de Virt. Mor. Καὶ γὰρ ἡ νουθεσία καὶ ὁ ψόγος ἐμποιεῖ μετάνοιαν καὶ αἰσχύνην, quæ αἰσχύνη definitur esse φόβος δικαίου ψόγου, Timor justæ reprehensionis, ap. Gell. 19, 6. Rursum Plut. de κακοηθείᾳ Herodoti, Οἱ τοῖς ψόγοις ἐπαίνους τινὰς παρατιθέντες. Et mox, (9, 399.) Οἱ σύν τινι τέχνῃ καὶ δεινότητι κολακεύοντες, ἔστιν ὅτε πολλοῖς καὶ μακροῖς ἐπαίνοις ψόγους παραμιγνύουσιν ἐλαφροὺς, οἷον ἥδυσμα τῇ κολακείᾳ τὴν παῤῥησίαν ἐμβάλλοντες: aliquanto post, Ὡς δὲ εἰώθει παραμιγνὺς πίστεως ἕνεκα τοῖς ψόγοις ἐπαίνους τινάς. Item dicitur aliquis ψόγους ποιεῖν, et ἐπιφέρειν. Aristot. de Poët. Πρῶτον ψόγους ποιοῦντες, ὥσπερ ἕτεροι ὕμνους καὶ ἐγκώμια, Reprehensiones: quales sunt in Satyris Juvenalis et Persii. Thuc. 1, (70.) Νομίζομεν ἄξιοι εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν, Si nos esse dignos censemus, qui alios vituperemus. Nam sunt ψόγοι τινὲς οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀναφερόμενοι τοὺς ψέγοντας ὑπὸ τῆς ἀληθείας, inquit Plut. (6, 329.) et tunc turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Præterea ap. Plat. de LL. εἰς ψόγον ἄγειν et πρὸς ψόγον ἄγειν pro Vituperare. At ψόγον ἔχειν, Reprehendi et male audire. [" Wakef. Ion. 642. Musgr. 601. 630. Iph. A. 376. Markl. Suppl. 565. Ammon. 94. Conf. c. λόγος, Valck. Phœn. p. 72. Porson. v. 206." Schæf. Mss. * Ἄψογος, Suid. v. Ἀμύμων, Schol. Il. A. 92. 423. * Ἀψόγως, Eust. Il. A. p. 15, 2. 48, 41. 63, 35.] Ἐπίψογος, ὁ, ἡ, Qui reprehensionem meretur, In vituperium incurrens, Vituperabilis, J. Poll. 5, c. 44. [" Ad Charit. 580. 752. Toup. Opusc. 1, 70. Valck. Anim. ad Ammon. 66. * Ἐπιψόγως, Aristoph. Fr. 249. Wyttenb. Select. 334. Brunck. Aj. 379. * Κακόψογος, Musgr. Ion. 601. * Παράψογος, Heind. ad Plat. Phædr. 316." Schæf. Mss.] Φιλόψογος, Reprehensionem amans, i. e. Reprehendere amans. Supra in Ψεκτικός. Utitur vero et Eur. Phœn. (206.) pro φιλόμωμος et φιλαίτιος, dicens, Φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν γένος Ἔφυ. [* Φιλοψόγως, J. Poll. 3, 139. * Ψιλοψογέω, Cyrill. c. Jul. 327. in Exod. 255. in Es. 418.] Inde ET Ψογερὸς, i. q. ἐπίψογος: ET Ψόγιος, pro eod. Hes. enim ψογερὸν exp. μεμπτὸν, ἐπίψογον, αἰσχρόν: et ψόγια affert itidem pro ψογερὰ καὶ οὐκ ἄξια ἀκοῆς, ὡς λίαν μεμπτὰ, Reprehendenda nec audienda. [" Ψογερὸς, Bergler. ad Alciphr. 51." Schæf. Mss. Ψόγιος, Boëckh. ad Pind. N. 7, 102. al. * Ψέγιος. * Ψογέω, * Ψογίζω, Schleusn. Lex. V. T.]

[* Ἀντιψέγω, Schol. Æsch. Eum. 416.] Διαψέγω, Vitupero, Plato, [Ælian. V. H. 2, 2. * Καταψέγω, unde * Κατάψεκτος, e quo * Ἀκατάψεκτος, Cyrill. Alex. adv. Jul. 10. p. 326., et adv. * Ἀκαταψέκτως, ibid.]

Videtur porro Ψέγειν habere et aliam signif. UNDE Ψέγος sit, ET Ἐπιψέγειν. Hes. enim ψέγος exp. τάφος, Sepulcrum: et ἐπιψέγειν affert pro * ἐπικηδεύειν: quod itidem est Inhumare s. Funerare.

ΨΕΛΛΩ, Balbutio, Inarticulate loquor, et ita ut vix intelligi possim; sicut ii qui literas vel syllabas aliquas non bene pronuntiant. Interdum et generalius pro Absurde loqui, Blaterare, Nugari: ut Balbutire etiam ap. Lat. Sed frequentius usurpari credo ψελλίζειν, cum hujus ψέλλειν nullum afferatur exemplum, nec item pass. ψέλλεσθαι, quod pro hoc ψέλλειν usurpari traditur.

Ψελλὸς, Qui balbutit et inarticulate loquitur, ita ut vix intelligi possit, literam sc. aliquam aut syllabam non recte pronuntians, aut etiam e dictione, quam profert, eximens; Balbus s. Blæsus. Suidæ

ὁ ἀνάρθρως καὶ ἀσήμως λαλῶν, τραυλός. Non idem A tamen prorsus sunt τραυλὸς et ψελλός: si credimus ei, qui ψελλὸν esse dicit τὸν τὸ σ τραχύτερον ἐκφωνοῦντα: τραυλὸν autem, τὸν ἀντὶ τοῦ ρ, ἐκφωνοῦντα λ. Hesychio certe ψελλὸς specialiter est itidem ὁ τὸ σίγμα παχύτερον λέγων, Qui crassius pronuntiat literam σ. Generalius ap. Plut. Symp. 1, 4. Τοῖς λεγομένοις προστάγμασιν ἐξυβρίζουσι προστάττοντες ᾄδειν ψελλοῖς, ἢ κτενίζεσθαι φαλακροῖς, ἢ ἀσκωλιάζειν χωλοῖς. Apud Suid. autem Ἡ ψελλὴ οὐ πιττεύω, proverbialiter ἐπὶ τῶν τὰ οἰκεῖα ἐλαττώματα πειρωμένων ἀποκρύπτειν: veluti, inquit Erasm., si quis neget se blæsum esse, idque ipsum non possit nisi blæse dicere. Item aliquid nobis ψελλὸν esse dicimus Quod non intelligimus, non magis sc. quam balbutientis verba. Æsch. Pr. (841.) Τῶν δ' εἴ τί σοι ψελλόν τε καὶ δυσεύρετον. Athen. 8. (p. 347.) videtur sumsisse pro Eleganti, ut quidem annotant VV. LL., sed credere durum est: [imo recte Athen. pro Obscure dicto accepit. " Aristoph. Fr. 290." Schæf. Mss.]

Ψελλότης, ἡ, Balbuties s. Blæsitas, τὸ ἐξαίρειν τι B ἢ γράμμα ἢ συλλαβὴν, ut Aristot. definit in Τραυλότης. Ψελλότης, inquit Gorr., est Vitium pronuntiationis quo litera vel etiam syllaba sæpe eliditur, ut quidem definivit Aristot. Probl. scribens in eo differre ἀπὸ τῆς τραυλότητος, in qua commutatio fit literæ in literam, non etiam elisio: τραυλοὶ enim pro ρ pronuntiant λ, ψελλοὶ vero inter pronuntiandum, literam vel syllabam perdunt. Gal. autem multis in ll. annotavit ψελλότητα Vitium esse pronuntiationis καὶ διαθρώσεως, sed non vocis: nullibi tamen τραυλότητα et ψελλότητα idem esse dixit.

Ψελλίζω, Balbutio, i. q. ψέλλω, sed usitatius. Aristot. Probl. Sect. 11. Ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι πολὺν χρόνον ἐνεοὶ ἐσμὲν, εἶτα ὀψέ ποτε ψελλίζομεν: H. A. 4. Τὰ δὲ παιδία ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων μορίων οὐκ ἐγκρατῆ ἐστὶν, οὐδὲ τῆς γλώττης τὸ πρῶτον· ὥστε ψελλίζουσι καὶ τραυλίζονται τὰ πολλά. Pass. etiam voce Ψελλίζομαι dicitur pro ψελλίζω, ut τραυλίζομαι pro τραυλίζω. Aristot. de Part. Anim. 2. cap. ult. Ὅσοις μὴ λίαν ἀπολέλυται ἡ γλῶσσα, ψελλίζονται καὶ τραυλίζουσι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἔνδεια τῶν γραμμάτων, ἔν τε τῷ C πλατεῖαν εἶναι καὶ τῷ στενὴν ἐστιν. Plato in Gorgia, Ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου, ἢ παίζοντα ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἄνανδρον. Alioqui accipitur etiam pro Inepte loqui et nugari, Aristot. Metaphys. 1. Εἰ γάρ τις ἀκολουθοίη καὶ λαμβάνοι πρὸς τὴν διάνοιαν καὶ μὴ πρὸς ἃ ψελλίζεται λέγων Ἐμπεδοκλῆς, εὑρήσει τὴν μὲν φιλίαν εἶναι τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ νεῖκος τῶν κακῶν. Et rursum, Ψελλιζομένη γὰρ ἔοικεν ἡ πρώτη φιλοσοφία περὶ πάντων, ἅτε νέα τε καὶ κατ' ἀρχὰς οὖσα καὶ πρῶτον. Sic Cic. Me quidem auctore etiam Peripatetici veteresque Academici balbutire desinant aliquando. [" Jacobs. Anth. 7, 25. Boiss. Philostr. 202. Plato Gorg. 129. ad Mœr. 371. 423." Schæf. Mss.] Ψέλλισμα, τὸ, ET Ψελλισμὸς, ὁ, Balbuties, vel etiam Linguæ hæsitatio atque titubatio, i. q. ψελλότης, nisi quod actionem potius significat. Plut. Symp. 3, 3. Ἔστι γὰρ συμπτώματα μέθης ἐπιφανέστατα· τρόμοι μὲν ἄρθρων, ψελλισμοὶ δὲ γλώσσης, πλεονασμοὶ δὲ λαλιᾶς, ὀξύτητες D δὲ ὀργῆς, λῆθαί τε καὶ παραφοραὶ διανοίας. Apud Eund. legimus ποδάγρας ψελλισμὸν, in Sylla (26.) p. 856. meæ Ed. Σύλλᾳ δὲ διατρίβοντι περὶ τὰς Ἀθήνας ἄλγημα ναρκῶδες μετὰ βάρους εἰς τοὺς πόδας ἐνέπεσεν, ὅ φησιν ὁ Στράβων ποδάγρας ψελλισμὸν εἶναι. Ubi ποδάγρας ψελλισμὸν dici quidam volunt quasi Catenam et compedes, ut sit a ψέλλιον, quod nonnunquam pro Annulo et Catena ponitur. Quidam Balbutientem podagram vertit. [Ψελλισμὸς, Eust. Il. K. p. 790, 12. " Casaub. ad Athen. 83." Schæf. Mss. * Ψελλιστὴς, Gl. Balbutiator. * Ἐπιψελλίζω, Arrian. in Epict. 3, 24. p. 507. * Καταψελλίζω, Philostr. Icon. 1, 25. p. 800. * Παραψελλίζω, Strabo 1. p. 189. * " Προσψελλίζω, Chrys. Hom. 10. T. 5. p. 43, 25. * Συμψελλίζω, Idem in Ps. 6. T. 1. p. 547, 11." Seager. Mss. Method. 374. 422. * Συμψελλισμὸς, Procop. ad D. 1, 31. * Ὑποψελλίζω, Cyrill. Glaph. 1. p. 41. Liban. 4, 804. Theod. Prodr. in Notit. Mss. 8, 167. * Ὑποψέλλισμα, ibid.]

"Ωλενος autem Nomen proprium viri, nec non urbis, ap. Eust. UNDE 'Ωλένιος: ut 'Ωλενία πέτρα ap. Eund., quam esse dicit κοινὸν ὅρος 'Ηλείων καὶ Δυμαίων, denominatum ab Oleno urbe Achaiæ. Apud Arat. est et 'Ωλενίη αἶξ, alio nomine 'Αμάλθεια dicta, olim τροφὸς Διὸς, Filia Oleni, secundum quosdam: secundum alios autem id nominis sortita διὰ τὸ ἐπὶ τῆς ὠλένης τοῦ ἡνιόχου εἶναι, inquit Schol. Apud Suid. certe legitur ὠλένιος ἀγκὼν ab ὠλένη: quo teste dicitur ET 'Ωλὴν masculino genere: unde est plur. dat. ὠλέσι: sed an itidem pro ὠλένη, non indicat. Apud Herod. vero 4, (35.) est Olen Lycii Poëtæ nomen, qui hymnos quosdam composuisse dicitur: ab Eodemque, 1, (145.) fit mentio illius urbis Oleni.

" Ωλλὸν Hes. esse dicit τὴν τοῦ βραχίονος καμπήν: " quæ et ὠλέκρανον."

'ΩΜΟΣ, Humerus. Proprie dicitur, inquit Gorr., Id totum quod in articulatione brachii cum omoplata apparet sensibus. Rufus κεφαλὴν τοῦ βραχίονος appellavit. Apud Aristot. fere pro Humeri articulo accipitur, quem Celsus Scapulam vocat: sed revera non est aliud quam Articulus ipse brachii cum omoplata. Il. B. (259.) Μηκέτ' ἔπειτ' 'Οδυσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη, Θ. (325.) παρ' ὦμον, ὅθι κληῒς ἀποέργει Αὐχένα τε στῆθός τε, X. (133.) Σείων πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον, Π. (478.) Πατρόκλου δὲ ὑπὲρ ὦμον ἀριστερὸν ἤλυθ' ἀκωκὴ "Εγχεος: Od. P. (463.) βάλε δεξιὸν ὦμον Πρυμνόατον κατὰ νῶτον: Il. Σ. (538.) Εἶμα δ' ἔχ' ἀμφ' ὤμοισι δαφοίνεον αἵματι φωτῶν, Φ. (490.) Δεξιτερῇ δ' ἄρ' ἀπ' ὤμων αἴνυτο τόξα, Γ. (194.) Εὐρύτερος δ' ὤμοισιν ἰδὲ στέρνοισιν ἰδέσθαι, Latioribus humeris et latiore pectore. Non minus frequens hujus vocabuli usus est ap. prosæ Scriptt. Isocr. Φέρων ἐπὶ τῶν ὤμων, Humeris impositum bajulans. Herodian. 4, (7, 12.) 'Επιθεὶς τοῖς ὤμοις ἔφερεν αὐτός: 7, (10, 15.) 'Αράμενοι ἐπὶ τῶν ὤμων, Sublatum in humeros. Aristoph. ὦμος οὑτοσὶ πιέζεται: B. (30.) ali-

quanto post, περὶ ἐμοῦ δ' οὐδεὶς λόγος Ἐπιτριβομένου A τὸν ὦμον οὑτωσὶ σφόδρα. Verum et aliis animantibus ὦμοι tribuuntur, ut Hesiod. Ἀ. (431.) de leone, πλευράς τε καὶ ὤμους Οὐρῇ μαστιγόων, Latera et armos cauda verberans. [" Wessel. ad Herod. 151. ad Diod. S. 1, 65. Ὦ νείατος, Heyn. Hom. 7, 61. Κατὰ τῶν ὤμων, Valck. Anim. ad Ammon. 195." Schæf. Mss.]

Ὠμοκοτύλη, ἡ, Humeri acetabulum. J. Poll. 2, (137.) Ὅπου δὲ ἐνερείδεται τουτὶ τὸ ἄρθρον, (sc. ὁ ὦμος,) ἐντύπωσις καλεῖται ἡ ὠμοκοτύλη. Ὠμοκρατής, Qui validis robustisque humeris est: Αἴας, Soph. (Aj. 205.) Ubi tamen Schol. exp. non solum ὁ ἐν τοῖς ὤμοις τὸ κράτος ἔχων, verum etiam ὁ ὑπὸ ὠμότητος κεκρατημένος. Ὠμοκυδιάω, Latis humeris glorior, Effero me ob humerorum latitudinem et robur. Hesychio ὠμοκυδιᾶν est ἐπὶ τῇ τῶν ὤμων εὐεξίᾳ μέγα φρονεῖν ἢ τῇ τάξει. [Etym. M., Bekk. Anecd. 318.] Ὠμοπλάται, Scapulæ, s. potius Scoptula operta, ut Celsus docet 8, 1. Rursus, inquiens, a cervice duo lata ossa utrimque ad scapulas tendunt, nostri Scoptula oper- B ta, Græci ὠμοπλάτας nominant. Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatimque latescentia in spinam tendunt: et quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Ὠμοπλάται, ait Gorr., Scapulæ, Humeri, Scoptula, ap. Celsum, vel, ut alii legunt, Scopula operta. Sunt ossa duo, utrimque videlicet singula, post thoracem in dorso sita, clavibus et brachio inarticulata. Admodum autem inæqualia sunt, ut scribit Gal. et omnibus suis partibus dissimilia. Foris enim gibba, at intus sunt sima: item ima basi tenuia ac longa, superno fine crassa ac parva. Utraque autem omoplata duobus ossibus inarticulatur, summa quidem sua spina, s. acromio, clavi per synarthrosin, cavitate autem suæ cervicis ipsi brachio per diarthrosin. Habent omoplatæ singulæ tres apophyses: una, ῥάχις, h. e. Spina, dicitur, ab ejus basi incipiens, primum humilis et depressa, deinde sensim elatior facta et amplior, donec desinat in acromion. Altera vero, αὐχήν, h. e. Cervix, a Gal. vocatur; est enim processus omoplatæ C in cervicem admodum brevem, cui parum cavatæ inseritur brachium. Et quamvis cervix proprie sit os paulo angustius, caput rotundum sustinens, dicitur tamen hæc apophysis etiam cervix, quæ velut execto capite in tenuitatem abiit. Tertia vero apophysis interiore in parte est, cornicis et corvi rostro similis: unde κορώνη s. κορακοειδὴς vocatur, et a cavitate mucroneque anchoræ, ἀγκυροειδής, et σιγμοειδής, quod Ϲ literam Græcam curva figura repræsentet. Sed hoc loco operæpretium est distinguere nomina multum sibi vicina: de quibus Rufus in Partium Hominis Nomenclatura sic scripsit, Τὰ ἀπὸ τοῦ τένοντος ἐπὶ τοὺς ὤμους καθήκοντα, ἐπωμίδες· ὦμοι δὲ, αἱ κεφαλαὶ τῶν βραχιόνων· ὠμοπλάται δὲ, τὰ ἐπικείμενα τῷ νώτῳ πλατέα ὀστᾶ· ὧν ἡ διὰ μέσου ὑπεροχὴ, ῥαχίς· ἀκρωμία δὲ, οἱ σύνδεσμοι τῶν ὠμοπλατῶν καὶ τῶν κλειδῶν· ἐχομένως δὲ αἱ κατακλεῖδες. Gal. εἰς τὸ περὶ Ἄρθρων Comm. 1. Ὦμος, inquit, appellatur Quidquid in articulo scapulæ cum brachio apparet sensibus: ἐπωμὶς autem, pars est τοῦ ὤμου superior, D quæ ad collum vergit. Quod autem sensui non est manifestum parte postica, os est ὠμοπλάτη dictum, quam ὠμοπλάτην Gaza ap. Aristot. vertit Scapulam: Ceterum hæ omoplatæ qua parte in spinam devexæ latiores sunt et tenuiores, τράπεζαι ap. J. Poll. appellantur. Ubi autem crassiores factæ coarctantur, et tandem acutiores prominent, πτερύγια ab alarum similitudine vocantur. Qua vero parte dorso insurgunt juxta primas vertebras, κυνόλοφα, Lat. Caninas prominentias appellant: χελώνιον autem Pars gibberosa scapularum dicitur, tegmini τῆς χελώνης persimilis. In cujus medio humilis vallecula secundum spinam decurrit, quam Hyginus Interscapilium appellat; nam veteres Scapilium pro Tergo usurparunt. Nisi forte Scapulium potius scripserunt. J. Poll. id spatium inter scapulas cavum, quod secundum longitudinem ad lumbos porrigitur, κρίσιν nuncupat: Τὸ μέσον κατὰ μῆκος ἄχρις ὀσφύος ἐν τῷ νώτῳ κοιλαινόμενον, κρίσις καλεῖται: forte quod dextram partem a sinistra διακρίνει, h. e. Discernit et disterminat. [Tzetz. ad Lyc. 152. 155. Theocr. 26, 22. Ἰνὼ δ' αὐτ' ἔρρηξε σὺν ὠμοπλάτᾳ μέγαν ὦμον.] Ὠμοφόρος, Qui humeris gestat s. bajulat, ὁ ἐπὶ τῶν ὤμων φορῶν, s. ὁ ἐπὶ τοῖς ὤμοις φέρων. [* Ὠμοφορέω, Joseph. A. J. 3, 7, 2. Dionys. Alex. ap. Euseb. H. E. 7, 22. Epiphan. Hær. 66, 22. * Ὠμοφόριον, Pallium, Jo. Damasc. Ep. p. 124. (Combef. Origg. Const.) Auctor ap. Phot. Cod. 256. " Nicet. Paphl. Laud. S. Eust. 213. 220." Boiss. Mss. " Const. Manass. ap. Fabr. B. Gr. 6. p. 5. Clem. Epit. de Gest. Petr. s. 125." Kall. Mss. " Heyn. Hom. 8, 344. Valck. ad Il. 22. p. 74." Schæf. Mss.]

Ὠμαχθής, Humeris gravis, Humeros pondere suo et gravitate premens. Epigr. Σπερμοφόρον πήρην ὠμαχθέα, i. e. ἐπαχθῆ τοῖς ὤμοις, βάρος τοῖς ὤμοις παρεχομένην. Ὠμοίδης, Qui tumidis est humeris, ὁ τοὺς ὤμους ἐξωγκωμένος, Eust.

Ἀκρωμία, ἡ, VEL Ἀκρώμιον, τὸ, Summitas humerorum vel Eminentia; Pars humeri exterior prominens, hærens brachio. J. Poll. enim (2, 137.) ἀκρωμίαν esse dicit τὸ ὑπερέχον τοῦ βραχίονος: quæ et ὦμον κεφαλή, i. e. Humeri caput, item ἐπωμὶς, et ἀκροκωλία. Vide Ὠμοπλάτη. A Xen. dicitur etiam equi ἀκρωμία, (Ἱππ. 1, 11.) Καὶ αὖ ὑψηλὴ ἀκρωμία τῷ ἀναβάτῃ ἀσφαλεστέραν τὴν ἕδραν παρέχεται, Alta enim acromia sessori tutiorem sedem præbet. || Vocatur item ἀκρωμία per metaphoram Montis summitas, i. e. vertex: quæ et ἀκρωλενία. [" Koen. ad Greg. Cor. 198. * Ἀκρωμὶς, Abresch. Add. ad Aristæn. 116. Alciphr. 2, 222." Schæf. Mss.]

Ἐξωμὶς, ίδος, ἡ, Brevis et substricta tunica citra humerum desinens. Ita enim Gell. 7, 12. Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt, postea substrictas et breves tunicas citra humerum desinentes habebant: quod genus Græci dicunt Exomidas. Festo autem Exomides sunt comici vestitus exertis humeris: ut J. Poll. quoque 4, (118.) ἐξωμίδα esse ἐσθῆτα κωμικὴν ait: sed esse χιτῶνα λευκὸν, ἄσημον, κατὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν ῥαφὴν οὐκ ἔχοντα. Aristoph. Schol. ἐξωμίδας esse ait ἱμάτια δουλικὰ καὶ ἑτερομάσχαλα. Suidas ἐξωμίδα dicit χιτῶνα ἐλευθέριον οὐκ ἐπισκεπάζοντα τοὺς βραχίονας, εὐτελῆ: Hes. fuisse ait et χιτῶνα simul et ἱμάτιον: nam utriusque usum præbuisse: ac χιτῶνα quidem, διὰ τὸ ζώννυσθαι: ἱμάτιον vero, quoniam τὸ ἕτερον μέρος ἐβάλλετο: unde Comicos (reponendum enim est οἱ κωμικοὶ pro οἰκονομικοὶ) de ea dixisse modo ἔνδυθι, modo περιβαλοῦ. Ubi pro ἐβάλλετο fortasse scr. περιεβάλλετο. Ita ut ἐξωμὶς nominata videri queat, quoniam vel ex ea humeri exerebantur, vel quia ex humeris pendebat. Mentio autem hujus vestis cum ap. alios, tum ap. Xen. (Ἀπ. 2, 7, 5.) nec non ap. Aristoph. Σφ. (444.) ubi ait, οὐδὲν τῶν πάλαι μεμνημένοι Διφθερῶν κἀξωμίδων, ἃς οὗτος αὐτοῖς ἠμπόλα. Vide et Etym. [" Ad Lucian. 1, 547. Jacobs. Exerc. 1, 136. Anth. 10, 145. Aristoph. Fr. 217. Toup. Emendd. 4, 436. Opusc. 1, 13. 2, 204. Valck. ad Xen. Mem. 245." Schæf. Mss. * Ἐξωμιδοποιός, J. Poll. 7, 34. 159. * Ἐξωμιδοποιέω, unde] Ἐξωμιδοποιΐα, ἡ, Exomidis s. Exomidum confectio, [Ἀπ. 2, 7, 5.] J. Poll. e Xen.

SED ET Ἔξωμος, Hes. χιτὼν δουλικὸς, Tunica servilis: quod vocab. ap. Suid. quoque legitur, sed sine expositione: ita tamen ut ab ἐξωμόσαι derivare videatur: quamobrem in VV. LL. exp. etiam Abjuratus: nec non Exertus, et Expeditus, Accinctus. Sicut vero ἔξωμος ibi redditur Exertus, ITA Ἐξωμίας Bud. e Luciano (Vit. Auct. §. 7.) affert itidem pro Exertus: in cujus tamen Luciani Βίων Πράσει hoc ἐξωμίας dictum putatur de Eo qui est humeris altis. [" Jacobs. Anth. 10, 145." Schæf. Mss.]

Affertur vero ET Ἐξωμίδιος pro Superhumeralis: nisi potius sit Ex humeris dependens. At VERB. Ἐξωμίζω est Humeris tenus nudo, si Suidæ et Schol. Aristophanis credimus, qui in hoc Ἐκκλησιαζουσῶν loco (267.) Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ'· ὅμως δὲ * χειροτονητέον, Ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα: istud ἐξωμισάσαις exp. ἄχρι τῶν ὤμων γυμνωθείσαις. [" Ad Lucian. 1, 358." Schæf. Mss.]

'Επωμὶς, ίδος, ἡ, Superhumerale, i. e. Summa humeri pars, τὸ ὑπερέχον τοῦ βραχίονος, alio nomine dicta ἀκρωμία, ὤμου κεφαλὴ, ἀκροκωλία, J. Poll. 2.: qui alio ejusd. libri loco ἐπωμίδα esse ait κλειδῶν τὸ πρὸς ὠμοπλάτας, Jugulorum eam partem quæ cum scoptulis opertis connectitur, vicina humeris, ut Cam. interpr. qui ex Eur. Hec. (558.) affert, Λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος Ἔῤῥηξε. Apud eund. tamen Eur. ἐπωμίδας quidam simpliciter interpr. Humeros, in h. l. Iph. T. (1404.) γυμνὰς ἐκ χειρῶν ἐπωμίδας Κώπῃ προσαρμόσαντες. Itidemque ex Ezech. 41, (2.) afferunt ἐπωμίδες τοῦ πυλῶνος, pro Humeri s. Latera portæ. 'Επωμὶς, inquit rursum Cam., est Nomen etiam vestis. Jurisconsultus fortasse Humerale dixit. J. Poll. tamen l. 7. Muliebris vestis appellationem esse ait: et confirmat Chæremon Comicus ap. Athen. (608.) his verbis, Φαίνουσα μαστὸν λελυμένης ἐπωμίδος. In Epigr. Archimeli, inquit idem, ἐπωμὶς in navi nominatur Eminens pars, ubi inscriptum esset elogium. Locus est Epigr. parte ultima, p. 519. meæ Ed., ubi de Hieronis navi ait, Μανύει στιβαρᾶς κατ' ἐπωμίδος * ἀρτιχάρακτον Γράμμα τίς ἐκ χέρσου τάνδ' ἐκύλισσε τρόπιν. Ubi metaphora est ἀπὸ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπωμίδων, sicut et in Ezech. supra citato loco; nam ἐπωμίδος nomen tribuitur rei eminenti, sicut τὸ ὑπερέχον τοῦ βραχίονος, Eminens humeri s. brachii pars, nominatur ἐπωμίς. Sic enim potius interpretabimur quam cum aliis Humeri, ut Epigr. 4. p. 296. de Clitomacho pugile, Τὸ τρίτον οὐκ ἐκόνισσεν ἐπωμίδας· ἀλλὰ παλαίσας, Ἀπτὼς τοὺς τρισσοὺς * Ἰσθμόθεν εἷλε πόνους. Et ap. Athen. (414.) ex Achæo, itidem de athletis, Γυμνοὶ γὰρ ὤθουν φαιδίμους βραχίονας, Ἥβης σφριγῶντες ἐμπορεύονται, νέῳ Στίλβοντες ἄνθει καρτερὰς ἐπωμίδας. [" Toup. Opusc. 1, 102. Xen. Mem. 3, 10, 13. Valck. Phœn. p. 368." Schæf. Mss.] 'Επωμίδιον, τὸ, Parva epomis.

[* " Κατωμὶς, Valck. Anim. ad Ammon. 195." Schæf. Mss.]

Παρωμὶς quoque redditur Superhumerale, Exod. 28. ubi legimus, Καὶ ἐπιθήσεις τὰ κροσσωτὰ πεπλεγμένα ἐπὶ τὰς ἀσπιδίσκας κατὰ τὰς παρωμίδας αὐτῶν ἐκ τῶν ἐμπροσθίων. Videtur tamen aliam requirere hæc vox expositionem: præsertim cum ἐπωμίδος vocabulum itidem legatur. [* Περιωμὶς, J. Poll. 8, 54. * Ὑπωμὶς, Schleusn. Lex. V. T.]

" Ἀμφώμοις, Hes. affert pro ἀναβλήμασι, ἀναθήμασι: haud scio an intelligens Sarcinis quæ humeris suscipiuntur. Eod. teste ἀμφῶμος, ἐν ταῖς Ὀνομασίαις, (Nomenclaturis, s. Libro nomenclaturas rerum continente,) est ὁ λιβανωτὸς, Thus."

[* Ἄντωμος, Niceph. Blemm. 239. Ἄντωμοι, i. q. ἄντοικοι, ap. Cleomed. 1, 3.] Ἄνωμος, ὁ, ἡ, Humero carens: unde ἄνωμοι Πελοπίδαι, e fabula qua Ceres Pelopis humerum comedisse fingitur. Κάτωμος, Qui est demissis humeris vel armis, Bud. ex Hippiatr. de asino admissario, (262.) Ἔστω μὴ κάτωμος συνωμίαν τε ὑψηλοτέραν ἐχέτω καὶ ἴσην. Et rursum de equis, Θρᾷκες δὲ κάτωμοι. In præcedente autem loco NOTA Συνωμία, ἡ, quod valet Compages humerorum vel armorum, h. e. qua humeri committuntur, Bud. [* " Πάρωμον, Heyn. Hom. 5, 29." Schæf. Mss. * Ὕπωμος, unde * Ὑπωμαῖος, Arat. 144. 1115.]

[* " Ἐπώμιος, Jacobs. Anth. 8, 119. Bergler. Alciphr. p. 6. 8." Schæf. Mss. * Ἐπώμιον, Superhumerale, Athan. 1, 827. * Ἐπωμιαῖος, Hippocr. de Nat. Oss. 7. T. 4. p. 5. D. Conf. c. * Ἐπωμίδιος, Lobeck. Phryn. 557.] Περίωμιος, Qui circum humeros est, Humeris circumdatus. Neutro genere et subst. περιώμιον affertur pro Supparus: diciturque esse Genus togæ levis et angustæ.

Ὑπερωμία, ἡ, Excellentia humerorum: ut quidem hac voce usus esse fertur Chrys. de Sacerd. (2. T. 6. p. 8, 42.) Sed fortassis Eminentia humerorum dicendum potius fuerit. [Schleusn. Lex. V. T. * Ὑπερωμίας, Anna C. 350. 450.] " Ὑπωμίη, q. d. Subhumeralis pars. Gal. ab Hippocr. ita vocari ait τὸ ὑποκείμενον τῇ ἐπωμίδι ἢ καὶ τῷ ὤμῳ."

Ὠμαδὸν ET Ὠμαδὶς, Hesychio significant ἐπ' ὤμοις s. ἐπὶ τοῦ ὤμου, Super humero s. humeris. UNDE Ὠμάδιον Eid. τὸ ἐπ' ὤμους.

Ἐπωμαδὸν, adverbialiter pro ἐπὶ τῶν ὤμων, s. ἐπὶ τοῖς ὤμοις, Super s. In humeris. Apoll. Rh. 1, (738.) Ζῆθος μὲν ἐπωμαδὸν ἠέρταζεν, so. lapides muniendæ et cingendæ muro urbi Thebanæ, i. e. κατὰ τοὺς ὤμους ἐβάσταζεν, Schol. ἐπὶ τῶν ὤμων ἦρεν. [" Epigr. adesp. 204. et Jacobs." Schæf. Mss.] Ἐπωμάδιος, Superhumeralis, Humeris impositus, Epigr. [" Jacobs. Anth. 6, 360. Philipp. 69. Conf. c. κατωμ., Boiss. Philostr. 481. Ἐπωμαδία, Const. Manass. Chron. p. 99. Meurs." Schæf. Mss.]

Κατωμαδὸν, itidem exp. κατὰ τὸν ὦμον, afferturque κατωμαδὸν φέρειν itidem pro Humeris bajulare, Succollare. Sic Synes. Τὰς ἁπάντων φροντίδας κ. ἀράμενος. Affertur præterea ex Apoll. Rh. 2, (679.) Ἰοδόκη τετάνυστο κατωμαδὸν, ut ap. Virg. ex humero suspensa pharetra. Apud Il. quoque Ψ. (500.) Μάστιγι [Μάστι] δ' αἰὲν ἔλαυνε κατωμαδὸν, Schol. exp. κατὰ τὸν ὦμον: ut intelligamus Tydidem festinantem scutica humeros s. armos equorum verberasse ut concitatiore cursu ferrentur. [" Heyn. Hom. 7, 63. Valck. Phœn. p. 59." Schæf. Mss.]. Κατωμάδιος, Qui humeris fertur, vel ex humeris pendet. Epigr. 4. πήρην δ' εἶχε κατωμαδίην. [" Plato Jun. Epigr. 1. Musgr. Ioh. 1154. ad Callim. 1. p. 242. Valck. 295." Schæf. Mss.]

" Ὑφωμαδὸν Suid. exp. ὁμοθυμαδὸν, i. e. Unanimiter: docens aliam esse adverbii ἐπωμαδὸν signif. Sed illud ὑφωμαδὸν suspectum est."

[Ὠμίζω, unde] " Ὠμισάμενος, Suidæ εἰς τὸν ὦμον ἀγαγών." [* Ὠμιστὴς, ὁ ἀχθοφόρος, Herodian. Epimer. p. 100. * " Ἀπωμίζω, Anna C. 163." Elberling. Mss. * Ἐπωμίζω, Lucian. 3, 590.]

Κατωμίζειν, Humeris tollere. Κατωμισμὸς, ὁ, Sublatio in humeros. Peculiariter Chirurgis κατωμισμὸς est Modus unus reponendi restituendique humeri prolapsi, quo super summum humerum alterius qui major sit, hominem ægrum collocant, ut summo illius humero æger ala suspendatur: ut Gorr. tradit ex Hippocr. περὶ Ἄρθρων: in quo libro Auctor ille hunc κατωμισμὸν facit speciem τῆς ἐμβολῆς, inter alia hæc de eo præcipiens, Μείζω μέντοι εἶναι χρὴ τὸν κατωμίζοντα· διαλαβόντα δὲ τὴν χεῖρα, ὑποθεῖναι τὸν ὦμον τὸν ἑωϋτοῦ ἐπὶ τὴν μασχάλην ὀξύν· ὅπως ἀμφὶ τὸν ὦμον τὸν ἑωϋτοῦ κρεμάσαι τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν μασχάλην· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ὑψηλότερον ἐπὶ τοῦτον τὸν ὦμον ποιεέτω ἢ ἐπὶ τὸν ἕτερον· τοῦ δὲ κρεμαμένου τὸν βραχίονα πρὸς τὸ ἑωϋτοῦ στῆθος προσαναγκαζέτω· ἐν τούτῳ δὲ τῷ σχήματι * προσανασειέτω, ὁκόταν μετεωρίσῃ τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἀντιῤῥέποι τὸ ἄλλο σῶμα αὐτῷ ἀντίον τοῦ βραχίονος τοῦ κατεχομένου. Ubi satis clare explicat quid κατωμισμοῦ nomine accipiat: itidemque Gal. Com. suo, quem vide. AT Κατωμιστὴς ἵππος, Hes. ὁ ἀπὸ τῶν ὤμων ῥίπτων ἐπὶ τὴν γῆν, Equus sessorem ex humeris excutiens, Sternax Virgilio. [* Ὠμάζω, ap. Tittm. ad Zonar. p. xiii. * " Ὠμιάζω, unde * Ὠμίασις, Humerus, Philo J. 1, 158. Pf. ubi v. nott." Schleusn. Mss. " Glossator ap. Albert. Gloss. Gr. p. 212, 4." Boiss. Mss.]

[* Ὠμία, Humerus, Schleusn. Lex. V. T.] Ὠμιαῖος, Humerarius s. Humeralis: φλὲψ, Aristot. Vena s. Nervus humeralis: quam Gal. τὴν ἔξω φλέβα vocavit, ad differentiam axillaris, quam τὴν εἴσω appellant: vulgus Cephalicam nominat, quod ad capitis morbos magna utilitate soleat incidi. Sed perperam alicubi diphthongo scriptum LEGITUR Ὠμοιαῖος.

Ὠμίας, Qui repandis et amplis est humeris, ideoque Robustus; ὁ μεγάλους ὤμους ἔχων, ὁ εὐρύστερνος; Hes.

Ὤμιον, τὸ, Humerulus, Epigr. [Schleusn. Lex. V. T.]

ΩΜΟΣ, Crudus. Proprie de fructibus dicitur, teste Aristot. Meteor. 4. Per metaph. tamen non modo fructus, sed cibi, humores et morbi a Medicis ὠμοὶ appellantur. Ac in ipsis etiam cibis ὠμὸν dicitur multipliciter. Et primum quidem cibus ὠμὸς

nominatur, qui licet in suo genere perfectus sit, nullam tamen ab externo calore mutationem alterationemque perpessus est, ut cum carnem vel perdicis vel galli, vel aliam etiam optimam, vocamus crudam quæ nondum assa sit vel elixa. Aliter vero crudum cibum dicimus, qui quamvis optime ab externo calore alteratus coctusque sit, a nostro tamen calore difficillime concoqui potest, sed humores omnino crudos generat, ut Gorr. annotat. Od. Σ. (86.) Μήδεά τ' ἐξερύσας δώῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι. Il. Δ. (35.) Ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας, X. (347.) Ὤμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι. Od. M. (396.) κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμεμύκει Ὀπταλέα τε καὶ ὠμὰ, Carnes assæque et crudæ adhuc. Ubi ut ὀπταλέα et ὠμὰ κρέα sibi opponuntur, ita ὀπτὸς et ὠμὸς ἰχθὺς ap. Athen. 8. et 13. ἑφθὰ ac ὠμὰ ὠά. Itidem ap. Eund. 2. (p. 68.) legimus, Κολοκύντη δὲ, ὠμὴ μὲν, ἄβρωτος· ἑφθὴ δὲ καὶ ὀπτὴ, βρωτή: aliquanto ante, de Persicis nucibus, Ἀλυπότερα δὲ τὰ ἑφθὰ τῶν ὠμῶν καὶ πεφρυγμένων, τὰ δὲ πεφρυγμένα, τῶν ὠμῶν: 9. Ὡς μήτε κατακαῦσαι, μήτε ὠμὸν ἀφελεῖν. Legimus præterea ap. Xen. Ἑλλ. 3, (3, 6.) p. 289. Ἡδέως ἂν καὶ ὠμῶν ἐσθίειν αὐτῶν: K. Ἀ. 4, (8, 12.) p. 201. Τούτους καὶ ὠμοὺς δεῖ καταφαγεῖν. In humoribus vero, inquit rursum Gorr., crudum tribus modis dici invenio. Uno, cum crudus humor appellatur qui manat cibo perfectam concoctionem non adepto, non quod illi vitium aliquod insit, verum propter sui copiam, vel propter caloris nativi imbecillitatem. Quo modo liquidam pituitam et bilem pallidam atque aliam, quæ intra bilis flavæ naturam restiterit, crudam appellamus; hæc enim facile possunt perfectam concoctionem assequi, si calor moderatus adsit. Isque humor proprie ἄπεπτος nuncupatur, ipsaque ejusmodi cruditas, ἀπεψία. Alter vero crudus humor vocatur crassus et frigidus, qui a cibis ejusdem generis, crassis et viscosis, gignitur. Atque is est, (ut ait Gal. 10. τῶν κατὰ Τόπους, et 1 de Alim. Fac.) quem proprie ὠμὸν χυμὸν, h. e. Crudum succum s. humorem, nominare consuevimus. Is differt crassitie a pituitæ succo crudo quidem et frigido, non tamen crasso, ut qui humiditatem multam habeat et spiritum flatulentum: isque talis est quale id apparet, quod in urinis subsidet, puri quandoque assimile. Praxagoras eum vocat ὑαλώδη, i. e. Vitreum. Sed coqui et ipse tandem potest a robusto calore atque in alimentum converti, nisi aliam præterea maligniorem qualitatem errore aliquo nanciscatur, ob quam morbificus evadit, et febres, præsertim epialas, producit. Tertia vero signif. crudus humor dicitur, qui vitiosa qualitate et a natura aliena præditus morborum causa est. Secundum quam pituita tum acida tum salsa, sanguis in locum quendam præter naturam affluens, bilis utraque quam calor immodicus adusserit, atque omnis adeo putris humor et naturæ molestus, crudus dicitur. Secundum eam Hippocr. etiam in l. Περὶ Διαίτης Ὀξέων, cruda tum a capite tum a thorace attrahi biliola dixit. Ab hoc autem et morbus ipse crudus nominatur, quamdiu sc. noxius humor resistit naturæ conanti ipsum mitificare, et in meliorem statum reducere. Hæc ille inter alia, qui hanc postremam signif. universaliorem etiam esse ait, priorem vero, propriam. Apud eosdem Medicos ὠμὴ λύσις, s. comp. NOMINE Ὠμήλυσις, Farina hordeacea dicta, quasi Cruda farina, ad differentiam polentæ quæ torretur. Verum Lat. Interprr. Crudam omittunt, lectori id intelligendum relinquentes. Ac quanquam id nomen commune sit omnis farinæ, attamen κατ' ἐξοχὴν de hordeacea intelligitur: cui aliquando e superabundanti additur κριθίνη, diciturque ὠμήλυσις κριθίνη. Quod si aliis farinis id nomen aptatur, tunc apponitur frugis nomen, ut πυρίνη ὠμήλυσις, ἢ λινοσπέρμου. Ita Gorr. Galenus quoque in Lex. Hippocr. ὠμήλυσιν esse dicit τὰ ἀπὸ τῶν ἀφρύκτων κριθῶν ἄλφιτά τε καὶ ἄλευρα: nam τὸ οἷον ὠμὸν ἄλευρον proprie nominari secundum quosdam ὠμήλυσιν, abusive vero etiam omnem aliam farinam. Utitur autem tam composito quam disjuncto Diosc. ut 3, 29. de abrotono, Διαφορεῖ καὶ φύματα μετὰ ὠμῆς λύσεως λεῖον ἑψηθὲν, Tritum cum farina hordeacea decoctumque

A tubercula discutit: alibi, Τὰ δι' ὠμῆς λύσεως μαλάγματα, Quæ confecta sunt ex hordei farina: 2. Εἰς τὰς ὠμηλύσεις μίγνυται, Cum hordeacea farina cataplasmati miscetur. Itidem Gal.: ut κατὰ Τόπους 4. Ὠμηλύσει κριθίνῃ ἢ πυρίνῃ ἐν γλυκεῖ ἑψημένῃ, Crudæ farinæ hordeaceæ aut triticeæ in passo coctæ: 6, 3. Καὶ ὠμὴν λύσιν ἐπιθετέον, τὴν διὰ κριθίνου ἀλεύρου ἢ διὰ λινοσπέρμου, ἢ τήλεως, ἢ καὶ μίγμα ἐκ τούτων. Jocose Aristoph. Ἱππ. (260.) Κἀποσυκάζεις πιέζων τοὺς ὑπευθύνους, σκοπῶν Ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν, ἢ πέπων ἢ μὴ πέπων, Quinam ex ipsis crudus adhuc sit, quive maturus aut immaturus. Ubi Schol. exp. ἄωρος. Hom. vero et ὠμὸν γῆρας dixit τὸ παρὰ καιρὸν ἐπελθόν τινι κατ' ἄωρον πέπανσιν, teste Eust.: quemadmodum Schol. quoque Homeri Od. O. (356.) Ἧκαχ' ἀποφθιμένη, καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν, exp. πρὸ ὥρας γηράσαι ἐποίησε διὰ τὴν λύπην, Intempestive s. Ante tempus senem reddidit: metaph. a fruuctibs qui decerpuntur ante tempus, crudi adhuc et immaturi. Sic Hesiod. Ἔργ. (2, 323.) ἥ τ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα Εὕει ἄτερ δαλοῦ καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν. [Cf. Virg. Æn. 6, 304. cruda deo viridisque senectus.] ‖ Porro ut fructus proprie ὠμοὶ dicuntur Qui sole nondum sunt cocti, sed duri adhuc crudique ac nondum mites, ita homo quispiam metaph. itidem qui Immitis est, Durus, Cujus cor nullis precibus mollitur, Rigidus: ὁ στεῤῥὸς καὶ ἀνένδοτος, ὁ σκληρός. Item Sævus, Inhumanus, Crudelis. Xen. K. Π. 4, (5, 5.) p. 62. Λέγεται ὠμὸς εἶναι καὶ ἀγνώμων. Plut. de Virt. Mor. Ὁ δὲ δίκαιος, οὐκ ὠμὸς οὐδὲ πικρὸς ἔσται. Itidem vero res aliqua ὠμὴ dicitur: Thuc. 3, (36.) Ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι. Plut. Alex. Εἴτε μεστὸς ὢν ἤδη τὸν θυμὸν, εἴτε ἐπιεικὲς ἔργον ὠμοτάτῳ καὶ σκυθρωποτάτῳ παραβαλεῖν βουλόμενος: Pericle, Πάθος ὠμὸν ὧδε καὶ θηριῶδες. Rursum 3, (31.) p. 109. Οὕτως ὠμὴ στάσις προὐχώρησε. [" Lobeck. Aj. p. 304. Markl. Suppl. 187. Musgr. Hel. 1369. Jacobs. Anth. 9, 163. Wakef. Georg. 102. ad Mœr. 47. Valck. Anim. ad Ammon. 54. ad Callim. 1. p. 169. ad Xen. Eph. 271. ad Herod. 151. De tempore, Bibl. Crit. 2, 2. p. 43. Ὠμὸν γῆρας, Wakef. Ion. 1313. Alc. 166. S. Cr. 1, 117. Boiss. Philostr. 474. Plut. Mor. 1, 397. Heyn. Hom. 8, 518. Ὠμὰ, 359." Schæf. Mss. " Crudelis, Inhumanus, Dem. 298." Seager. Mss.]

Ὠμοβόρος, ὁ, ἡ, Crudivorus, Qui cruda vorat, ὠμοφάγος, ὠμηστής. Apoll. Rh. (1, 636.) θυάδες ὠμοβόροι. Ὠμόβυρσος, i. q. ὠμοβόειος, E crudo bovis tergore factus, ut Plut. (Crasso 25.) Θώρακες ὠμόβυρσοι καὶ σιδηροῖ. [* Ὠμοβύρσινος Paul. Æg. 1, 6. p. 211. ἀγγεῖα. * Ὠμοβύρσινον, Gl. Terginum, Pera de corio, Cetra. * Ὠμοβύρσιον, Etym. M. Zonar. Lex. v. Λαισήϊον. * Ὠμοβύσσινος, Schol. Il. E. 453.] Ὠμογέρων, Cui cruda est viridisque senectus, ut Virg. loquitur. Qui nimirum e viridi ætate in senectutem inclinat, ὁ ἄρτι παραλλάξας τὸν ἀκμάζοντα, καὶ μήπω πεπανθεὶς τῷ γήρᾳ, teste Eust. qui itidem ὠμῶς γηράσαι dici scribit τὸν μὴ ἀκριβῶς γέροντα, ἀλλὰ πρὸ ὥρας πεπανθέντα τῷ γήρᾳ. Il. Ψ. (791.) Αἴας μὲν γὰρ ἐμεῖ' ὀλίγον προγενέστερός ἐστιν· Οὗτος δὲ, προτέρης γενεῆς προτέρων τ' ἀνθρώπων. Ὠμογέροντα δέ μιν φάσ' ἔμμεναι. Hes. ὠμογέροντα quibusdam esse dicit τὸν ἀρξάμενον γηράσκειν, ἔτι δὲ ἰσχύοντα: quibusdam vero τὸν μὴ λευκαινόμενον τὴν κεφαλὴν, ὄντα δὲ πρεσβύτην. [Paul. Sil. Epigr. 10. βόστρυχος. " Jacobs. Anth. 11, 130. Heyn. Hom. 6, 439. Wakef. Georg. 102. ad Lucian. 1, 676. Thom. M. 931. ad Charit. 622. Valck. Anim. ad Ammon. 54. Eran. Philo 165. Toup. Emendd. 2, 18. ad Od. O. 356. Ruhnk. Ep. Cr. 81. ad Mœr. 181. ad Timæi Lex. 233." Schæf. Mss.] Ὠμοθάλεκτα Hes. affert pro ὠμά: sed id suspectum est. Ὠμοθετέω, Crudum impono aræ. Il. A. (461.) Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν, Μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσσῃ ἐκάλυψαν, Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν. Καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων. Ubi Schol. legit ἀπὸ, et sic exponit hemistichium istud, ἀπ' αὐτῶν δὲ ὠμῶν τῶν ἱερείων ἀπαρξάμενοι ἔκοψαν μικρὸν ἀπὸ παντὸς μέρους, καὶ ἐπέθηκαν ἐπὶ τὰ μηρία, ὡς δοκεῖν ὅλα τὰ μέρη τοῦ ἱερείου καρποῦσθαι. Quam expositionem Eust. quoque sequitur;

sic enim ille p. 134. in illum ipsum Homeri locum, Τῶν δὲ λοιπῶν, inquit, τοῦ ζώου μελῶν μικρά τινα ἐκτέμνοντες, οἷόν τινας ἀπαρχὰς τοῦ ὅλου ζώου, ἐπετίθουν αὐτὰ τοῖς διπτύχοις· καὶ τοῦτο ὠμοθετεῖν ἐκάλουν, τὸ τοῖς μηροῖς ὠμὰ πάντοθεν ἀκρωτηριάζοντας, κρεάτων ἐπιτιθέναι τμήματα. Esse tamen quosdam ait idem Eust., qui aliter hoc verbum interpretentur, ab ὦμος derivando. Sic enim legi in Lex. Rhet. Ὠμοθέτησαν, τὸ ἀφ' ἑκάστου μέλους τοῦ ἱερείου ἀπετέμοντο, καὶ ἀπήρξαντο ἀπ' ὤμου, καὶ ἐνέβαλον εἰς τὰ μηρία, κατὰ τὴν θυσίαν· καὶ οὕτω μέν πως ὠμοθέτουν θύοντες. Sed prior exp. longe simplicior est et verisimilior: eamque Hes. ex ipso Poëta manifestam esse scribit, sc. ὠμοθετεῖν esse τὸ ἀφ' ἑκάστου μέρους τοῦ ἐσφαγμένου ἱερείου ἀφαιρεῖν, ἔτι ὠμοῦ ὄντος, καὶ ἐπιτιθέναι ἐπὶ τὴν θυσίαν. Porro et ὠμοθετεῖσθαι dicitur pro ὠμοθετεῖν, ut Od. Ξ. (427.) Αἶψα δέ μιν (sc. porcum mactatum et ustulatum) διέχευαν· ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης, Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων ἐς πίονα δημόν. Ubi rursum Schol. ὠμοθετεῖτο exp. ὠμῶν ὄντων τῶν κρεῶν ἀπήρχετο τοῖς θεοῖς: recte; ex omnibus enim membris primitias diis crudas apponebat, quæ postea in ignem conjectæ adolerentur. [Apoll. Rh. 3, 1033.]

Ὠμόλινον, τὸ, Linum crudum. Hippocr. in lib. quem περὶ Παθῶν inscripsit, Καῦσαι τὰς φλέβας τοῦ δακτύλου ὑπὲρ τοῦ κονδύλου ὀλίγον· καίειν δὲ ὠμολίνῳ: de Fistulis, init. Ὠμόλινον λαβὼν ὡς λεπτότατον, συμβάλλειν ὅσον σπιθαμιαῖον πεντάπλουν, καὶ ξυμπεριλαβεῖν ἱππείην τρίχα· ἔπειτα ἐνείρας ἐς τὴν μήλην τὴν ἀρχὴν τοῦ ὠμολίνου συμβεβλημένου, καθιέναι τὴν μήλην ἐς τὴν σύριγγα. Idem Γυναικ. 2. dicit μοτὸν ὠμολίνου καθετῆρι indere, pro Linamentum e crudo lino intortum, quod Paulus στρεπτὸν μοτάριον appellat 6, 5. Legitur vero et ap. Gal. hoc ὠμολίνου vocabulum, cum alibi tum in libris ad Gl., et τῶν κατὰ Τόπους 1. Sic vero Aët. 10, 19. probat frictiones ex ὠμολίνῳ. Apud Paul. Ægin. ὠμόλινον Bud. interpr. Linum, Filum, Filamentum. Erat vero hujus ὠμολίνου usus in extergendis etiam a lotione manibus. Nam Athen. (410.) χειρόμακτρον vocari ait ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο ὠμολίνῳ, quod a Philoxeno nominari ἔκτριμμα: mentionem autem ὠμολίνου fieri a Cratino in Archilochis, Ὠμολίνοις κόμη βρύουσ' ἀτιμίας πλέως. [Schn. Lex. "Plut. Opp. Mor. T. 3. p. 50, 5. Ed. Wytt." Seager. Mss. * Ὠμολόγος, ap. Osann. Auct. Lexx. Gr.] Ὠμομηλὶς, Arbor dicta a quibusdam ἀμαμηλὶς, nec non ἀπομηλὶς et ἐπιμηλίς: de quibus supra. Sunt, ut refert Athen. (650.) qui Piri genus crediderint: alii vero, Malum sylvestrem et montanam intelligunt, quod Theocr. ὀρομαλίδα appellarit. Gorr. Quod si vera est ea scriptura, videtur ὠμομηλὶς dicta quod mala cruda producat. [* Ὠμοποιὸς, unde * "Ὠμοποιέω, Crudelitatem exerceo, Sævio, Orig. c. Cels. 4. p. 208." Schæf. Mss,] Ὠμόσιτος, Qui crudis utitur cibis, Qui crudis vescitur, ὁ ὠμὰ σιτούμενος. I. q. ὠμοβόρος et ὠμοφάγος. [Æsch. S. c. Th. 526. Lycophr. 654. Eur. Bacch. 337. * Ὠμοσιτία, Cruditas ciborum.] Ὠμοτύραννος, Crudelis tyrannus, 2 Macc. 7, [27. * Ὠμόφαξ, h. e. ὁ ὠμὸς εἰς τὸ φαγεῖν, Suid. v. Ὄμφαξ.] Ὠμόφρων, Qui crudeli mente est, ὠμόθυμος, σκληρογνώμων. Soph. (Aj. 931.) Ἀνεστέναζες ὠμόφρων, Immiti pectore tollebas gemitus. ["Musgr. Tro. 436. Wakef. Trach. 975." Schæf. Mss. * Ὠμοφρόνως, Æsch. Pers. 905.] Ὠμοχάρων, Crudelis Charon, Epigr. ["Jacobs. Anth. 7, 359. ad Charit. 622. Valck. Anim. ad Ammon. 85." Schæf. Mss.]

Ὠμαλθὴς, Qui curatus fuit cum crudus adhuc esset neque coctione ad maturitatem pervenisset: ὠμαλθὲς ἕλκος, quod Hes. exp. πρὸ καιροῦ συναχθέν. Ὠμοργὸς, q. d. ὠμοεργὸς, Qui crudelia patrat facinora, ideoque Crudelis, Sævus. Vel etiam Qui crudelia patravit, ὁ ὠμὰ ἐοργώς. Hes. ὠμοργὸν exp. σκληρόν. Affertur ET Ὠμοργὴς pro Acerbus, Durus; sed haud scio undenam. [Bekk. Anecd. 318.]

Ἔνωμος, ὁ, ἡ, Qui cruditatis aliquid adhuc inest, Crudiusculus. Diosc. 1. Ἔνωμος καρπὸς pro Fructus acerbus.

Ὠμῶς, Crudeliter, Sæve. Unde superl. ὠμότατα, Crudelissime. ["Ad Xen. Eph. 271." Schæf. Mss.]

Ὠμότης, ἡ, Cruditas: quam Aristot. Meteor. 4. definiens, esse ait ἀπεψίαν τῆς ἐν τῷ περικαρπίῳ τροφῆς: est enim eo auctore species τῆς ἀπεψίας, contraria τῇ πεπάνσει: quæ ἀπεψία non est aliud quam humor fructuum indefinitus. Facit autem ὠμότητα duplicem, πνευματικὴν et ὑδατώδη, pro rerum sc. quæ coquuntur differentiis: potest vero et ex utrisque mixta esse: et provenit ob defectum caloris nativi, aut ejus quod in fructu coqui debet, immensam copiam. Verum, ut Idem ait, quemadmodum ἡ πέπανσις, sic etiam ἡ ὠμότης, multipliciter dicitur. Nam et alvi excrementa et urinæ et catarrhi ὠμοὶ dicuntur, quod a proprio calore non vincantur neque consistant. Sed et testa et fictile etiam dicuntur cruda, quod ab externo calore non sint evicta. Gorr. Diosc. 3, 1. de agarico, Ποιοῦν πρός τε στρόφους καὶ ὠμότητας. Sic Plut. Symp. 4. Ἐπισφαλῆ πρὸς τὰς νόσους ἐστὶ, καὶ ῥᾳδίως ταῖς ὠμότησιν ἁλίσκεται, Et facile in cruditates incidunt. ‖ Crudelitas, Sævitia, ἀπηνότης: oppositum habens τὴν πραότητα. Isocr. Panath. Θηρίων τῶν ἀγριωτάτων καὶ πλείστης ὠμότητος μεστῶν. Phalar. Ep. ad Athen. Κινδυνεύετε πανδημεὶ πικροτάτην ὀφλῆσαι ὠμότητα, In acerbissimæ crudelitatis crimen incurrere. Demosth. (289.) Ἐπὶ πολὺ προάγει τῇ τε βίᾳ καὶ ὠμότητι, Magnopere in violentiam crudelitatemque evadit. Et Clearch. ap. Athen. (396.) scribit Phalarin εἰς τοῦτο ὠμότητος ἐλάσαι ὡς γαλαθηνὰ θοινᾶσθαι βρέφη. Apud Plut. vero περὶ Ἀοργησίας quidam τὴν ὀμότητα, μεγαλουργίαν, καὶ τὸ δυσπαραίτητον, εὐτονίαν, καὶ μισοπονηρίαν, τὸ δύσκολον οὐκ ὀρθῶς τίθενται. ["Markl. Suppl. 187." Schæf. Mss.]

[* Ὠμόομαι, Gl. Crudesco.]

[* Ὠμάδιος, i. q. ὠμηστὴς s. ὠμοφάγος, Epith. Bacchi, Evelpis ap. Porph. de Abst. 2. p. 200. Orph. H. 29, 5. 51, 7. Vide Schn. Lex. Suppl.]

Ὠμηστὴς, ὁ, Crudivorus, Qui crudis vescitur, i. q. ὠμοβόρος, ὠμόσιτος, ὠμοφάγος: dictum παρὰ τὸ ὠμὰ ἔδειν. Il. Λ. (454.) ἀλλ' οἰωνοὶ Ὠμησταὶ ἐρύουσι. Opp. K. 3. (111.) Θήρεσιν ὠμηστῇσι καὶ ὑψιπόλοις ἀγέλαισιν Οἰωνῶν. Itidem in Epigr. legimus ὠμηστὴς θὴρ, et αἰετὸς ὠμηστὴς ap. Apoll. Rh. 2, (1261.) nec non ὠμηστὴς ὄφις ap. Hesiod. (Θ. 300.) Rursum Il. Ω. (82.) ὠμηστῇσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσαι, Crudivoris piscibus exitium afferens. Est vero et ὠμηστὴς Διόνυσος, Crudivorus Bacchus: cui Themistocles in navi prætoria jussu vatis tres captivos adolescentes immolavit, ut in Vita ipsius refert Plut. (13.) Nisi potius significet Crudelis Bacchus; nam aliquando et in crudelitatem erumpit Lyæus, et μαινόλου nomen accipit: unde ap. Eund. (7, 811.) Ὁ τοῦ θεοῦ νάρθηξ ἱκανὸς κολαστὴς τοῦ μεθύοντος, ἂν μὴ προσγενόμενος ὁ θυμὸς ὠμηστὴν καὶ μαινόλην ἀντὶ λυαίου καὶ χορείου ποιήσῃ τὸν ἄκρατον. Ac certe homo etiam quispiam ὠμηστὴς nominatur Qui adeo sævus est et immitis, ut eum, adversus quem excanduit, crudum, si possit, devorare non vereatur. Il. Ω. (207.) Εἰ γάρ σ' αἱρήσει καὶ ἐσόψεται ὀφθαλμοῖσιν Ὠμηστὴς καὶ ἄπιστος ἀνὴρ ὅγε, οὔ σ' ἐλεήσει, Crudelis iste et infidus homo: ad Priamum de Achille. Sic Epigr. Ἄγριον ὠμηστὴν τοῦτον Ἀναστάσιον, Ferum et crudelem hunc Anastasium. ["Heyn. Hom. 6, 199. 8, 609. Alcæus Mess. 8. Jacobs. Anth. 10, 410. Wakef. S. Cr. 1, 165. ad Herod. 663. De acc., Heyn. Hom. 8, 251." Schæf. Mss. Epith. Bacchi, Mich. Apost. Prov. 21, 13.] Affertur ET Ὤμηστος, pro Crudelis: nec non ADV. Ὠμηστῆ, pro Crudeliter. Sed suspecta mihi ea sunt.

ὨΝΕΟΜΑΙ, οῦμαι, Fut. ήσομαι, Emo, Mercor, i. q. ἀγοράζω, πρίαμαι. Lucian. in sua Βίων Πράσει, vel potius Mercurius, (§. 2.) Βίον ἀνδρικὸν πωλῶ βίον ἄριστον καὶ γεννικὸν, βίον ἐλεύθερον· τίς ὠνήσεται; Et paulo post, Βίος οὗτος ἡδὺς, βίος τρισμακάριστος· τίς ἐπιθυμεῖ τρυφῆς; τίς ὠνεῖται τὸν ἀβρότατον; Ibid. Καίτοι οὐχ εἷς, ἀλλὰ τριακόσιοι σχεδὸν ἑώνηνται κατὰ κοινὸν αὐτὸν, Emerunt ipsum in commune, s. ut communem habeant. Synes. Ep. ad Anys. Παρ' ὧν ἠξίωσε καὶ ἀκόντων ὃν κέκλοφεν ἵππον ὠνήσασθαι. Pretium autem et quicquid est quo emi-

mus aliquid, modo in dativo casu ponitur, modo in gen., et quidem frequentius: et tunc *ὠνέομαι* reddi potest non solum Emo, sed etiam Comparo mihi, Impetro, Obtineo. Greg. Naz. in sacrum Pascha, *Ὤνησαι τῷ θανάτῳ τὴν σωτηρίαν*, Morte salutem eme s. redime. Theophyl. Ep. 17. *Χρυσῷ τὴν νίκην ὠνήσατο.* Itidem affertur, *Τἄχθιστα τοῖς φιλτάτοις ὠνούμεθα*, pro Rem maxime invisam redimimus re carissima. Cum gen. Lucian. in Vit. Auctione, quam *Βίων Πρᾶσιν* nominat, (§. 18.) *Ὠνησάμην ὅσου φῄς· τἀργύριον μέντοι ἐς αὖθις καταβαλῶ.* Plut. Erot. *Ὅ, τι γὰρ ἂν θελήσῃ, καὶ ψυχῆς ὠνεῖται καὶ χρημάτων καὶ δόξης.* Theophyl. Ep. 38. *Οἴνου καὶ τὸν Κύκλωπος ὀφθαλμὸν ὠνήσασθαι τὸν Ὀδυσσέα φασί.* Demosth. Philipp. 3. (p. 123.) *Οὕτω δ' ἀρχαίως εἶχον, μᾶλλον δὲ πολιτικῶς, ὥστε οὐδὲ χρημάτων ὠνεῖσθαι παρ' οὐδενὸς οὐδὲν, ἀλλ' εἶναι νόμιμόν τινα καὶ προφανῆ τὸν πόλεμον.* Idem paulo alia constr., pro Cor. *Ὠνεῖται παρ' αὐτῶν ὅπως μὴ ἀπίωσιν ἐκ Μακεδονίας*, Pecunia ab ipsis impetrat; vel, Ab ipsis emercatur: ut Polit. vertit ap. Herodian. 6, (7, 23.) *Ἐπειρᾶτο ὠνήσασθαι μᾶλλον τὰς πρὸς αὐτοὺς σπονδὰς ἢ διὰ πολέμου κινδυνεύειν*, Pacem fœderaque ab illis emercari quam periclitari bello tendebat. At *ὠνεῖσθαι τὰ τέλη* non est *ἀγοράζειν*, sed *μισθοῦσθαι*, Redimere s. Conducere, ut Bud. tradit ex Interpr. Græco Demosth. in Or. *κατὰ Τιμοκρ.* 298. Passiva quoque signif. usurpatum reperitur hoc verbum, sed in aor. 1. ut ap. Xen. (*Ἀπ.* 2, 7, 12.) *Ἐωνήθη δ' ἔρια*, Lana emta est et comparata. Item vero præt. *ἐώνημαι* poni non solum pro *ἠγόρασα*, sed etiam pro *ἠγοράσθην*, testatur Bud. afferens *ἐωνημένος σῖτος* e Lysia, p. 156. 107. Verum et activi VERBI *Ὠνέω* usus aliquis est. Hes. enim *ὠνεῖν* affert pro *πωλεῖν, ἀπολαύειν*, Vendere, Frui. [" *Ὠνέομαι*, ad Charit. 568. Markl. Iph. p. 162. T. H. ad Plutum p. 12. Phryn. Ecl. 6. 56. Thom. M. 403. 931. Paus. 1, 344. Ammon. 79. 150. Valck. ad Eund. p. 4. Anim. p. 10. Herodian. Philet. 453. et n., ad Xen. Eph. 280. Cupio mercari, ad Diod. S. 1, 544. Coray ad Plut. 1, 357. Gesner. ad Horat. 481. Zeun. De perf., Brunck. Aristoph. 1, 238. Porson. Hec. p. 83. Ed. 2. Passiv., Jambl. Pr. 192. Kiessl. Plato de LL. 326. Ast. *Ἐωνηθῆναι*, Emi, Kiessl. ad Jambl. V. P. 407. *Ὠ. τινὶ*, Aristoph. *Εἰρ.* 1261. *Ἀ.* 815.: *τῆς ψυχῆς*, Toup. ad Longin. 384. De act., Pierson. ad Mœr. 14. 156." Schæf. Mss.]

Ὤνημα, τὸ, Res emta, Bud. ex Appiano.

Ὤνησις, ἡ, Emtio; interdum et Redemtura, *ἀγόρασις*. Hes. vero *ὤνησις* exp. non solum *ἀγορασία*, Emtio, sed etiam *πρᾶσις*, Venditio: præterea *μέμψις*, Reprehensio, Incusatio: nec non *ὠφέλεια, σωτηρία*, Utilitas, Salus. Quas expp. satis mirari nequeo; nam pro *ὤνησις* significante *μέμψις*, scr. *ὄνοσις*, ab *ὀνόσασθαι*: pro eo autem quod significat *ὠφέλεια, σωτηρία*, reponendum *ὄνησις* ab *ὀνήσασθαι*.

Sicut autem *βοὴ* pro *βόησις* dici putatur, ITA *Ὠνὴ* quoque pro *ὤνησις*. Plut. Coriol. *Ὠνὴ καὶ πρᾶσις ἐπεισῆλθε, καὶ συνεμίγη ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ψήφοις ἀργύριον*: Alcib. (5.) *Εἰωθότες ταῖς δευτέραις ὠναῖς χρεωλυτεῖν τὰς προτέρας.* Et ap. Plat. de LL. *ὠνὴν ποιεῖσθαι* pro *ὠνεῖσθαι*, Emere. Bud. interpr. etiam Redemtura, afferens ex Andoc. p. 13. *Ὠνὴν πριάμενος ἐκ τοῦ δημοσίου*, pro *τέλος*: ut *ὠνὴν πριάσθαι* hic i. sit q. *τέλος ὠνήσασθαι*. [" T. H. ad Plutum p. 447. Brunck. Soph. 3, 486. ad Dionys. H. 2, 659. Pierson. ad Mœr. p. 5. Matth. ad Gloss. Min. 45. Toup. Opusc. 2, 126." Schæf. Mss.]

Ὠνητέος, Emendus. Plato de LL. Et *ὠνητέον*, Emendum, sc. *ἐστί*. Lucian. in Hermot. (§. 58.) *Μάθοιμι ὅστις ἀμείνω τὸν οἶνον ἔχει, καὶ ὅθεν μοι ὠνητέον.* [Clem. Alex. 255.]

Ὠνητὴς, Emtor. Lucian. in Vit. Auct. (§. 1.) *Καὶ συγκάλει ἀγαθῇ τύχῃ τοὺς ὠνητὰς ἤδη παρεῖναι πρὸς τὸ πωλητήριον.* Utitur et Xen. (Œc. 2, 3.) et Isæus ap. J. Poll. 3, (81.) Ubi et COMP. *Ἀντωνητὴς* affert e Dinarcho, sed sine expositione.

Ὠνητικὸς, Propensus ad emendum, Emax, ut Varro et Ovid. loquuntur, [Gl. Emax. * *Ὠνητικῶς*, Philo J. 883. Ed. Par. 1640.]

Ὠνητιάω, Emturio, ut Varro loquitur, h. e. Emere cupio. Unde infin. *ὠνητιᾶν*, Suidæ *ὠνήσασθαι βούλεσθαι*: et particip. *ὠνητιῶν*, quod idem cum Hes. exp. *ἀγοραστικῶς ἔχων*. [" Pierson. ad Mœr. 14. * *Ὠνησείω*, ibid." Schæf. Mss.]

[* " *Ὠνήτωρ*, Phryn. Ecl. 88. Thom. M. 653." Schæf. Mss.]

Ὠνητὸς, Emtus, Pretio comparatus, *τιμῇ κτητός*. Od. Ξ. (202.) *ἐμὲ δ' ὠνητὴ τέκε μήτηρ Παλλακίς*, Emta s. Emtitia et serva mater, *ἐξ ἀγορασίας δούλη*. Item *ὠνητὸς χρήμασι*, Pecuniis emtus. Copiæ etiam *ὠνηταὶ* dicuntur Quæ pecunia et mercede comparatæ conductæque sunt, s. mercenariæ. Thuc. 1, (121.) *Ὠνητὴ γὰρ Ἀθηναίων ἡ δύναμις μᾶλλον ἢ οἰκεία.* || Emtitius, Qui emi potest, vel etiam Venum expositus, Venalis; ut J. Poll. quoque synonymως ponit *ὠνητὰ, ὤνια, ἀγοράσματα, πιπρασκόμενα*. Isocr. cum gen., ad Nic. *Καὶ δόξῃ μὲν χρήματα κτητὰ, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή.* Itidem et Chrys. de Sacerd. *ὠνητὰ χρημάτων* dixit Quæ pecuniis comparari possunt. [" Eur. Hel. 822. Musgr. 892. ad Mœr. p. 2. Wessel. Probab. 337. Toup. Opusc. 1, 297." Schæf. Mss.] *Ἁλώνητος, ὁ, ἡ*, Sale emtus. Eust. 692. exponens hæc verba Homeri Il. H. (472.) *οἰνίζοντο ἀνδραπόδεσσι*, Notandum, inquit, *ὅτι καθάπερ οἱ Λήμνιοι οἴνου ὠνοῦντο ἀνδράποδα, οὕτω ποτὲ καὶ οἱ Θρᾷκες ἅλατος· ὅθεν ἁλώνητα δουλάρια, τὰ εὔωνα.* Itidemque alibi dicit, *Ἀνδραπόδων ἁλωνήτων, ἅπερ ἁλὸς ὠνοῦντό τινες.* Suidas quoque *ἁλώνητον* dici scribit *τὸ ἁλῶν ἐωνημένον*: et Proverbio dici *Ἁλώνητον ἀνδράποδον* de iis quæ *οὐδενὸς λόγου ἄξια* sunt: nimirum *παρόσον οἱ ἔμποροι κομίζοντες εἰς τὴν μεσόγαιαν ἅλας, ἀντὶ τούτου οἰκέτας ἐλάμβανον.* Idem *ἁλώνητος* exp. etiam *βάρβαρος*: quoniam, inquit, *οἱ Θρᾷκες ἀνδράποδα ἁλῶν ἀπεδίδοντο.* Eadem forma *ἀργυρώνητος* dicitur et *χαλκώνητος*, de quibus supra. [" Kuhn. ad Paus. 235. * *Δυσώνητος*, Valck. Diatr. 109. Kuster. Aristoph. 107. (*Ἱππ.* 35.)" Schæf. Mss. * *Εὐώνητος*, Strabo 5. p. 334.] *Νεώνητος*, Nuper emtus, Recens emtus, Novitius: ut *νεώνητος δοῦλος* habes supra in *Κατάχυσμα*. [" Valck. ad Phal. p. xv. Ammon. 78. Valck. Anim. 124. ad Lucian. 1, 275." Schæf. Mss.]

Δεκατώνης, ὁ, Qui decimas redimit, ut *τελώνης* Qui vectigalia redimit. Ambo ap. J. Poll. 6, c. 31. ubi etiam *ὀπωρώνης*. [" Ad Mœr. 165." Schæf. Mss. * *Δεκατωνία*, J. Poll. 9, 29.]

Δυσώνης, ὁ, Difficilis emtor, h. e. Qui morosus est in emendo, et plus semper de pretio indicato detrahere vult quam æquum sit, Qui licitando gravatur ad justum pretium pervenire, ut ap. Athen. (228.) Lynceus Samius *τέχνην ὀψωνητικὴν συνέγραψε πρός τινα δυσώνην.* Meminit J. Poll. quoque hujus vocabuli, sed dubitat an ap. probatum Auctorem reperiatur, quanquam in Proverbio usurpetur. *Δυσωνέω*, s. *Δυσωνέομαι*, Difficilem me præbeo in emendo, Difficilis sum in emendo, noloque tantum quantum petitur dare: Budæo Tenaciter mercor illiberali adjectione pretii. Plato Comicus ap. J. Poll. *Παῦσαι δυσωνῶν.* Nicand. Epigr., de quodam, qui tam avarus erat ut cum suspendere se vellet, ne sex quidem obolos exponere vellet ad emendum laqueum, *ἀλλ' ἐδυσώνει, Εὔωνον ζητῶν ἄλλον ἴσως θάνατον.* Athen. (348.) *Καὶ ὅτε οἱ καταβάντες ἐκ τῆς πόλεως δυσωνοῖντό τι τῶν πωλουμένων, ἔθος ἦν τοῖς πωλοῦσι λέγειν ὅτι μᾶλλον ἂν προέλοιντο * Τελεσταγόρᾳ δοῦναι ἢ τοσούτου ἀποδόσθαι*: erat enim Telestagoras ille dives et spectatus in plebe vir. Ubi etiam nota *δυσωνεῖσθαί τι* pro Nimium de indicato pretio detrahere, Licitando gravari ad justum pervenire pretium. [" Jacobs. Anth. 10, 33." Schæf. Mss.]

Ἀντωνέομαι, Liceor adversus alium, Ementi quippiam in licendo me oppono et supra eum liceor, ut fit in auctionibus, ut et Bud., *Ἀντωνοῦμαι*, inquit, est Liceor, sed *ὑπερβάλλω*, Supra omnes liceor, h.e., non solum *τιμῶμαι*, sed *ὑπερτιμῶμαι*. Idem *ἀντωνεῖσθαι* interpr. Certatim emere, in hoc Lysiæ loco, (718.) *Ἀλλὰ μὴ ἀλλήλοις ἀντωνεῖσθαι.* " *Ἀνθωνέομαι*, Redimo, Licitor, VV. LL. perperam pro *ἀντωνέομαι*," [" Huschk. Anal. 252." Schæf. Mss.

* Ἀπωνέομαι, Theopompus ap. J. Poll. 3, 124. Bekk. Anecd. 432.] Ἐξωνέομαι, Redimo. Aristot. Œc. 2. *Καὶ χρημάτων ἐξεωνοῦντο τοὺς συνειλημμένους*, Pecuniis captivos redimebant. Longin. (36, 2.) *Ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἕκαστος ἅπαντα τὰ σφάλματα ἐνὶ ἐξωνεῖται πολλάκις ὕψει καὶ κατορθώματι.* Ubi nota dat., cujus loco in præcedenti est genitivus: quas constrr. *ὠνέομαι* etiam habet. Bud. quoque *ἐξωνέομαι* interpr. Redimo, afferens e Greg. Naz. Ὁ *μὲν καὶ κατὰ ἀλήθειαν εὐσεβῶν, ὁ δὲ τὸν καιρὸν ἐξωνούμενος καὶ κρύπτων ἐν ἐπιεικείας πλάσματι τὸ κακόηθες*, cum hac interpr. Temporaria simulatione fallens. Idem vero Greg. *ἐξωνεῖσθαι* passive etiam usurpavit pro Redimi, p. 100. de Platone loquens, Πιπράσκεται, *καὶ οὐδ' ὑπό τινος ἐξωνεῖται τῶν αὐτοῦ μαθητῶν.* Alibi autem rursum activa signif. pro Pecunia data concilio, Corrumpo, teste eod. Bud. qui pro Licitor quoque poni annotat. [" Ad Lucian. 1, 632. Paus. 321. ad Charit. 568. Valck. Adoniaz. p. 337." Schæf. Mss.] Ἐξώνησις, ἡ, significans vel Redemtionem vel Licitationem, ut in Pand. Περὶ *τοῦ προτιμᾶσθαι τῶν πενήτων τοὺς δυνατοὺς εἰς ἐξώνησιν τῶν παρὰ τῶν δυνατῶν πιπρασκομένων κτημάτων.* Bud. [" Casaub. Athen. 397." Schæf. Mss. * Προσωνέομαι, Dem. 823, 18.] Συνωνέομαι, Coëmo. Herodian. 1, (12, 9.) *Καὶ σίτου πλεῖστον συνωνούμενος καὶ ἀποκλείων*, Plurimum frumenti coëmens et recondens. Itidem *συνεωνήσαντο χώρας* affertur pro Coëmerunt agros: et *Συνεωνημένος* pro Eo qui coëmit. [* Συνωνὴ, Gl. Comparatio, Commercio, Coëmtio: * Συνωνητής· Comparator, Commerciarius. * " Συνωνητὸς, Cod. Theodos. p. 819. Ed. Berol." Schæf. Mss. * Συνωνὸς, Synes. Hymn. 341. * Ὑπερωνέομαι, Themist. 261.]

Ὤνιος, ὁ, ἡ, Emtoribus expositus, Venum expositus, Venalis. Lucian. in Nigr. (§. 25.) *Τὴν ἀρετὴν ὤνιον ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων.* Herodian. 8, (6, 6.) *Προὔθεσάν τε ὑπὲρ τῶν τειχῶν ἀγορὰν ὤνιον, παρέχοντες πάντων τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονίαν*: 2, (6, 7.) de militibus prætorianis, *Προεκήρυττον ὤνιον τὴν βασιλείαν.* Plut. Symp. 5. *Οἰκέτας ἐκεῖθεν ὠνίους ἐξάγοντες.* Ubi ut sunt *οἰκέται ὤνιοι*, sic et ap. Synes. Ep. 130. *ὤνιος ἄνθρωπος*, Venalis homo, 59. *γλῶττα ὤνιος*, Lingua venalis. Quemadmodum vero aliquid *ὤνιον προτιθέναι* vel *παρέχειν*, ita *ἀποδίδοσθαι*, dicitur, ut ap. Suid. quædam *Οὐ προσεῖτο τὴν δόσιν, ἑταιρικὸν φάσκουσα εἶναι τὸ μίσθωμα, τὸ ἑαυτὴν παραβαλεῖν ἀνδρὶ ἀγνῶτι, καὶ ὥσπερ ὤνιον τὸ κάλλος ἀποδόσθαι*, Meretricium esse quæstum dicens homini ignoto sese indulgere, et tanquam venalem formam pretio addicere. Bud. Interdum cum dat. vel gen. ponitur pro *ὠνητὸς*, Qui emitur vel emi potest, Venalis, ut cum Apollon. in Epist. dicit *ὤνιος χρημάτων*, Qui pecuniis emitur, Pecunia venalis. Sic Æschin. (76.) *Αἵματός ἐστιν ἡ ἀρετὴ ὠνία.* Aristot. Rhet. 2. Ὁ *γὰρ πλοῦτος οἷον τιμή τις ἐστὶ τῆς ἀξίας τῶν ἄλλων· διὸ φαίνεται πάντα ὤνια εἶναι αὐτοῦ.* Plut. in suo *περὶ Εὐθυμίας* libello, *Πρῶτον μὲν ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν καθίστησι, γινομένην ὤνιον ἀπραξίας.* Lucian. (1, 528.) *Εἰκάζειν δὲ χρὴ, πολλὰ εἶναι λιβανωτοῦ μόνου παρ' αὐτοῖς ὤνια.* Epigr. *ψυχῆς ὤνιον μέλι*, Mel anima et vita comparabile: quemadmodum ap. Plut. supra quidquid aliquis voluerit, *ψυχῆς ὠνεῖται.* Rarius cum dat., ut ap. Greg. Naz. de Baptismo, *Ὤνιόν σοι τοῦτο τῷ θελῆσαι μόνον τὸ ἀγαθὸν*, Hoc comparare tibi potes solo boni desiderio et voluntate. Plurali numero *τὰ ὤνια*, Res venales, Quæ in foro emtoribus exponuntur. Dem. (144.) Τὸ *τῶν ὠνίων πλῆθος ὁρῶντες καὶ τὴν εὐετηρίαν τὴν κατὰ τὴν ἀγοράν.* Athen. 6. fin. *Σμικρᾶς δὲ πάνυ τῆς δαπάνης ὑπαρχούσης, διὰ τὸ τοὺς παρανομοῦντας καὶ ἀφειδῶς ἀναλίσκοντας ἀνατετιμηκέναι τὰ ὤνια.* Aristot. Polit. 8. *Οὐχ ἵνα ἐν τοῖς ἰδίοις ὠνίοις μὴ διαμαρτάνωσιν, ἀλλ' ὦσιν ἀνεξαπάτητοι πρὸς τὴν τῶν σκευῶν ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν.* [" Ὤνιος, Thom. M. 735. 854. Huschk. Anal. 252. Jacobs. Anth. 11, 313. ad Mœr. 423. Ruhnk. ad Xen. Mem. 227. Subaud., Jacobs. Anth. 8, 239. Ὤνια, Fischer. ad Palæph. p. 7. Theogn. 129. ad q. l. Brunck. p. 278. Toup. Opusc. 2, 229." Schæf. Mss. * Ὤνεια, Phot. Ep. 1. p. 30.]

[* " Ὠνικὸς, Emtitius, Ad emtionem pertinens, Pseudo-Chrys. Serm. 88. T. 7. p. 515." Seager. Mss.]

Ὦνος, ὁ, Pretium quod emtor persolvit venditori pro re quam emit, *τιμή*. Od. O. (386.) *Ἄνδρες δυσμενέες νηυσὶν λάβον, ἠδ' ἐπέρασαν Τοῦδ' ἀνδρὸς πρὸς δώμαθ', ὁ δ' ἄξιον ὦνον ἔδωκεν.* Sic Il. Φ. (41.) *Καὶ τότε μέν μιν Λῆμνον ἐϋκτιμένην ἐπέρησε Νηυσὶν ἄγων, ἀτὰρ υἱὸς Ἰήσονος ὦνον ἔδωκε.* Rursum Od. O. (452.) *ὁ δ' ὑμῖν μυρίον ὦνον Ἄλφοι ὅπῃ περάσῃ τε πρὸς ἀλλοθρόους ἀνθρώπους*: Ξ. (297.) *Κεῖθι δέ μ' ὡς περάσειε καὶ ἄσπετον ὦνον ἄροιτο*: (462.) *Ὦνον ὑποσχόμεναι.* At *βιοτήσιος ὦνος*, ap. Apoll. Rh. 2, (1006.) *Ὦνον ἀμείβοντας βιοτήσιον*, Schol. accipit pro *τῆς τροφῆς τίμημα.* Suidas quoque *ὦνον* pro *τιμὴν* accipit in hoc loco, *Τί σοι τὸ κέρδος, ἢ τίνων ὦνον εὑρήσεις;* nec non Schol. Theocr. Ὃ *δίδωσί τις ἵνα λάβῃ τι τῶν πωλουμένων*, in expositione loci cujusdam, quem in *Τυρόεις* supra attuli. ‖ Interdum tamen et pro *ὠνὴ* accipitur, h. e. pro Emtione, ut Hes. quoque *ὦνον* esse dicit non solum *τὴν καταβαλλομένην ἀντί τινος τιμὴν*, sed etiam *τὴν ὠνὴν, τὴν ἀγοράν*: atque ita Schol. Hom. accipit ap. Od. O. (444.) *Ἀλλ' ἔχετ' ἐν φρεσὶ μῦθον, ἐπείγετε δ' ὦνον ὁδαίων*, sic exponens hemistichium istud, *σπουδάζετε δὲ περὶ τὸν ἀγορασμὸν τῶν φορτίων.* [" Theocr. 1, 58. ubi v. Valck., Toup. Cur. Post. in Theocr. p. 3. Ruhnk. Ep. Cr. 211. Ilgen. Hymn. 598. Matth. ad Gloss. Min. 45. Heyn. Hom. 8, 122." Schæf. Mss.]

[* Δύσωνος, ὁ, ἡ, ad Greg. Cor. 593. ex Herodiani Epim.] Εὔωνος, Qui boni pretii est, Qui vili pretio exponitur. Nisi malis Qui facile emi potest. Dem. (255.) *Ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις*, (409.) *Σῖτον εὔωνον ὠνούμενοι.* Sic in *Δυσωνέω* supra, *ζητῶν εὔωνον θάνατον*, Quærens mortem quam vili pretio consciscere sibi posset, quæque non tanto sibi constaret. Vide et Ἐκτιμάω. [" Ad Charit. 124. Huschk. Anal. 254. ad Mœr. 56. Herodian. Philet. 453. Plut. Mor. 1, 14. Toup. Opusc. 2, 89. Thom. M. 80. ad Lucian. 1, 261. Εὐωνέστερος, ad Mœr. 25." Schæf. Mss. * Ὑπερεύωνος, Ælian. V. H. 14, 44.] Εὐώνως, Bono s. Vili pretio. Εὐωνία, ἡ, Vile pretium, Vilitas mercium, J. Poll. 7. Εὐωνίζω, ET Ἀπευωνίζω, Vilem facio, et contemnendum reddo. Ita Bud. qui *εὔωνον* quoque a Greg. Naz. dici scribit hominem nihili. Lucian. (1, 62.) *Ἐχρῆν οὖν ταύτῃ τοι καθαιρεῖν αὐτῶν καὶ ἀπευωνίζειν τὴν δυναστείαν*, Vilem reddere, *ἐξευτελίζειν* et *ἐξουθενίζειν.* [" Εὐωνίζω, Jacobs. Anth. 7, 337. Huschk. Anal. 254. Ἀπευωνίζω, ad Lucian. 1, 261." Schæf. Mss. * Ἐξευωνίζω, unde * Ἐπεξευωνίζω, Gal. 9, 833.] " Ἐπευωνίζω, Vilem s. Viliorem reddo. " Plut. Cicerone (8.) *Ὧν οὐδὲν ἐποιήσατο κέρδος, ἀλλ' " ὅσον ἐπευωνίσαι τὴν ἀγορὰν, ἀπεχρήσατο τῇ φιλο" τιμίᾳ*, Ut annonam viliorem redderet, Bud. Idem " alioqui ab Eodem accipi *ἐπευωνίζω* tradit pro Vili " licitor; sed locum non affert. At in VV. LL. red" ditur Vili pretio emo s. vendo; et affertur ille " Plut. locus, cui tamen illa potius, quam attuli, in" terpretatio, convenit." [Idem in Coriol. 20. Dem. 687. " Ad Lucian. 1, 262. Abresch. Lectt. Aristæn. 37." Schæf. Mss. " Caro pretio vendo, Philo J. 2, 66." Schleusn. Mss.]

" Ἰσωνία, Suidæ *ἰσοτιμία*, s. *ἡ ἴση ἀγορὰ*, Cum " sc. pari s. æquali pretio res emuntur," [Aristoph. Elρ. 1226.] " Εἰσωνία, Vectigal quod penditur no" mine mercium quæ venduntur, J. Poll. e Lysia." [* Πανωνία, Zosim. 2, 38.]

Ἐπώνιον, τὸ, Id quod aliqua re emta penditur. Scribit enim J. Poll. 7. *ἐπώνια* nominari *τὰ καταβαλλόμενα ὑπὸ τῶν πιπρασκομένων τέλη.* Ut sint *τὰ ἐπὶ τῇ ὠνῇ διδόμενα, ὁ ἀποδιδόμενος ὦνος.* [" Valck. Diatr. 289." Schæf. Mss.]

ὨΟΝ, τὸ, Ovum. Athen. 2. *Ὥσπερ ὠόν τις ῥοφῶν*: 14. e Comico quodam, *καὶ ὠὸν καταπίνοιμ' ἄν*: 4. *Ὠῶν ἐπικεχυμένων λέκιθοι*: 2. (p. 57.) Τὸ *ἐν τοῖς ὠοῖς λευκὸν*, quod esse *τὸ καλούμενον ὄρνιθος γάλα*, ibid. ait Anaxagoras. Sic Aristot. dicit *τὸ λευκὸν τοῦ ὠοῦ*, Albumen ovi: cui opp. *τὸ ὠχρὸν τοῦ ὠοῦ*, Ovi ea pars quæ pallida s. flava est, quod et *χρυ-*

σοῦν nominatur, ab aureo colore: unde ap. Athen. 9. Τὰ τῶν ὠῶν χρυσᾶ. Vocatur idem et λέκιθος, ut in Ejusd. loco paulo ante e l. 4. Apud Eund. 13. ὠὰ ὠμὰ, Ova cruda, nondumque cocta: quibus ibid. opp. τὰ ἑφθὰ, Cocta: ut et ap. Plut. (6, 499.) legimus, Τῶν ὠῶν τὰ ἑφθὰ προσφέρεσθαι, Ovis coctis vesci. Ipsa autem avis τὰ ὠὰ dicitur τίκτειν, Parere: item θάλπειν, cum ἐπωάζει, Incubando fovere: item κολάπτειν, Excludere, sc. ut pulli exeant: interdum vero συντρίβειν, Confringere: ut ap. Athen. (389.) perdix mas τὰ ὠὰ τῆς θηλείας συντρίβει, ἵνα ἀπολαύῃ τῶν ἀφροδισίων. Apud Plat. vero in Symp., aliquis τὰ ὠὰ ταῖς θριξὶ δίχα τέμνει καὶ ταριχεύει. At πότερον ἡ ὄρνις πρότερον ἢ τὸ ὠὸν ἐγένετο, disputat Plut. Symp. 2, (3.) || Piscium genus etiam sua habet ὠὰ, nec non serpentes, ut ap. Latinos quoque. Athen. 7. (p. 303.) de thynnide, Τοῦ θέρους τίκτει περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα θυλακοειδὲς, ἐν ᾧ πολλὰ γίνεται μικρὰ ὠά. Et rursum (316.) de polypo, Τίκτει ὠὰ βοτρυδόν. Et mox, Ἐκ τῶν ὠῶν πολυπόδια ἐξέρπει. Vide et Ὠοσκύφιον. [" Jacobs. Anth. 7, 46. 8, 234. Casaub. ad Athen. 117. ad Lucian. 1, 182. Amst. Ὠὸν ἐκ καθαρσίου, 330. ad Dial. p. 31. 42. Ἐπικάθημαι ὠοῖς, Thom. M. 362. De ovis sectis in veterum mensis, ad Timæi Lex. 189. Toup. Opusc. 1, 465." Schæf. Mss.]

A ὅτ' οὖν χρόνος ὥριος ἡμῖν, Dum nobis tempus opportunum est et occasio. Et rursum, Γρῆυν ἔγημε Φιλῖνος, ὅτ' ἦν νέος· ἡνίκα πρέσβυς, Δωδεκέτιν· Παφίη δ' ὥριος οὐδέποτε: Nunquam autem tempestiva usus est Venere. Prosæ quoque Scriptt. utuntur hoc vocab., interdum pro Tempestivus itidem; s. Qui stato solemnique anni tempore fieri solet, ut Synes. Ep. 148. Ταυτά σοι καὶ τὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῖν ὥρια; Hæc et talia apud nos tempestiva. Interdum vero pro Maturus, ut Greg. Naz. Ἀπαργμάτων ὡρίων καιριώτερον. Ibi enim interpr. Maturis primitiis tempestivius. ["Hymn. in Bacch. Jacobs. Anth. 8, 14. 103. 9, 250. 10, 414. 12, 236. Huschk. Anal. 202. 211. Leon. Alex. 7. Antiphanes 2. Philipp. 34. Epigr. adesp. 691. Corai. ad Heliod. 331. ad Diod. S. 2, 8. Theocr. 15, 112. Ruhnk. ad H. in Cer. 108. Mitsch. 149. Valck. Adoniaz. p. 399. Hipp. p. 284. Voss Myth. Br. 1. p. 126. Toup. Opusc. 1, 500. Emendd. 2, 154. Musgr. Hipp. 1117. Bacch. 71. Ἔτος ὥριον, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 114." Schæf. Mss. * Ὡριόκαρ-
B πος, Orph. H. 55, 11. * Ὡριώπαις, Anon. H. in Virg. 25.] Videtur accipi etiam pro Venustus, indeque esse VERB. Ὡριαίνω, ut ὡραΐζω ab ὡραῖος. Idem enim hoc ὡριαίνω signif. quod ὡραΐζω, ut Hes. quoque testatur, ὡριαίνεις exponens ὡραΐζεις. Passiva quoque voce utitur Athen. 13. [imo 12. p. 554.] dicens, Ἡ πάντες οἱ ἐρῶντες οἷον ἐκτρυφῶντες ὑπὸ τοῦ πάθους καὶ ὡριαινόμενοι, τοῖς ὡραίοις ἁβρύνονται. Ubi etiam dixerat, Δηλοῖ δὲ τὸ τῶν καλῶν ἐρᾶν καὶ πρὸς τὰ ὡραῖα φιλικῶς ἔχειν. Nomen certe SUBST. Ὡρία, quod itidem inde derivatum est, non solum pro Maturitas, sed etiam pro καλλοσύνη affertur ex Epigr. Præterea inde ADV. Ὡρίως, Tempestive; Suidæ, κατὰ καιρὸν, afferenti, Ὡ. ἔχουσι θέσεως. Ubi tamen potius pro Venuste et Eleganter accipiendum videtur. [* Ὡριὰς, ἡ, i. q. ὡρία, Orph. H. 9, 19. φύσις.]

Ὡριαῖος autem, Qui est unius horæ, Horæ spatium et mensuram æquans: διαστήματα, Ptol.

[* Ὡρίτης, Horarius, Lycophr. 352.]

C "Ὡρητὺς, Hes. πήρωσις: forsan ab ὥρη, quod esse "dicit πάθος."

¶ Ὧρος, ὁ, i. q. Annus, ἐνιαυτὸς, ut Hes. testatur, qui itidem ὧροι exp. οἱ ἐνιαυτοὶ, derivans inde ὡρογράφος. Similiter Suidæ quoque ὧρος est ἐνιαυτὸς, et Nomen propr.: Eustathioque itidem, qui tamen et Apollinem vocari ὧρον ait ab Ægyptiis. Erot. vero generalius ὧρον dici scribit τὸν χρόνον, (indeque ὡρογράφους nominari τοὺς περὶ χρόνων γράψαντας: ut ὡρογράφοι iidem sint qui χρονογράφοι.) Quo modo usus esse videtur hoc vocabulo Hippocr. initio secundæ præfationis περὶ Ἑπταμήνου, dicens, Πολλὰ δὲ καὶ διὰ παντὸς ὥρου, διὰ τὴν πολυφιλίην τῆς γῆς. Et sic ὧρος i. fuerit q. ὥρα. ["Non idem sonat ὧρος atque ὥρα. Ὥρα enim est Pars quædam temporis; sigillatim Pars definita anni, aut Pars definita diei: ὧρος autem vel generatim Tempus significat, ut Erotianus in Expos. Voc. Hippocr. docet, scribens, Ὧρος γὰρ ὁ χρόνος, sigillatim vero Annum, teste Diod. S. 1, 26. Plutarcho Quæst. Conv. 5, 4. Athen. 10. p. 423.
D denique post hos Hesychio, Suida, et Etym.: qua notione usurpatum hoc nomen fuisse ἀρχαϊκῶς, ait Plut., i. e. Antiquitus; Diodorus vero ait παρ' ἐνίοις τῶν Ἑλλήνων, ap. Græcorum nonnullos, sc. ap. Iones potissimum. Inde per metonymiam, Ὧροι plurali numero Annales dicebantur, Eorumque scriptores Ὡρογράφοι, quod diserte Censorin. de D. N. 19. annotavit. Itaque Ionici præsertim Scriptores, qui civitatum suarum annales scripserunt, titulum libris suis inscripserunt Ὧροι, quorum magnus numerus ab Athen. citatur, quorum nomina uno sub conspectu posuit Schw. in Indice Titulorum quos præferunt Opera ab Athenæo citata, p. 278. Cf. ejusd. Schw. Animadv. ad Athen. 175. 540. et 696. ubi brevi Animadversioni adjici poterat, quod idem Duridis liber, qui ap. Athen. vulgo ita citatur quasi ejus titulus fuisset Ὅροι, a Schol. Eur. Hec. 934. in hunc mod. citatur, Δοῦρις ἐν τῷ ιβ' τῶν Ὡρῶν: nempe τῶν Ὥρων scripserat scholii auctor, quod in τῶν Ὡρῶν mutarunt librarii aut editores. Omnino quæ

de vitioso ἐν Ὅροις, quod passim ap. Athen. pro ἐν Ὥροις vulgo legebatur, a Schw. monita sunt, ita sunt clara atque certa, ut mireris vitiosæ scripturæ patrocinium nihilo minus a Creuzero, doctissimo viro, in Historicorum vett. Fragmentis p. 122. fuisse susceptum." Schw. Mss. "Jacobs. Anim. 268. Callim. 1. p. 501. Tzetz. ad Lyc. 651. ad Diod. S. 1, 30. Voss. Myth. Br. 1. p. 203." Schæf. Mss.] UNDE Ἐννέωρος, ὁ, ἡ, Novennis, Qui novem annorum est. Eust. enim ἐννέωρον ἔλαιον exp. ἐνναετὲς, derivans ab ὧρος significante ἐνιαυτός: ap. Hom. Il. Σ. (351.) Ἐν δ' ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο. Itidemque ap. Eund. in h. l. Od. K. (390.) Ἐκ δ' ἔλασεν σιάλοισιν ἐοικότας ἐννεώροισιν, idem hoc ἐννεώροισιν exponendum ait vel ἐνναετέσι, vel etiam τοῖς ἐννέα ὡρῶν, h. e. ἐτῶν δύο καὶ ἑνὸς μηνός: addens tamen, primam expositionem esse meliorem, secundum illud, Ἐννέωροι γάρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες: veluti ab ὧρος significante ὁ ἐνιαυτός: qui, inquit, συνώνυμος ὥρῳ ἡλίῳ ἐστί. Clarius adhuc Od. T. (179.) Ἔνθα τε Μίνως Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστὴς, Ubi Minos novem regnabat annis. Ita enim et Plato accipit in suo Minoë, ubi cum attulisset hunc versum, subjungit, Ἐφοίτα οὖν δι' ἐννάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως. Rursum Od. K. (19.) Δῶκε δέ μ' ἐκδείρας ἀσκὸν βοὸς ἐννεώροιο, Bovis novennis. Perperam ap. Hes. Ἐννεωρὸς, θετης: primum enim scr. ἐννέωρος: deinde ἐνναέτης pro θέτης: errore nato, ut quidem credibile est, e compendiaria nota. [" Matth. ad Gloss. Min. 47. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 24. Voss Myth. Br. 1. p. 203. ad Diod. S. 1, 30. 394. Jacobs. Anim. 268. Heyn. Hom. 5, 361. Boeckh. ad Sim. p. xxiii." Schæf. Mss.]

Præterea ab ὧρος significante χρόνος est etiam VERBUM Ὡρέω. Erot. enim in suo Lex. Hippocr. ὡρέοντα exp. χρονίζοντα, quoniam, inquit, ὧρος dicitur ὁ χρόνος. Ex Ὧρος autem, quod Apollinem significat, COMP. Ὡραπόλλων, quod est Nomen propr. ap. Suid. et Eust.

ὭΡΑ, ἡ, tenui notatum spiritu, signif. Cura, φροντὶς, ut annotant cum alii, tum Eust. cum Suida, et Schol. Soph. Tr. p. 332. hoc in loco (57.) εἰ πατρὸς Νέμοι τιν' ὤραν, exponens εἰ φροντίζει τοῦ πατρός: afferensque ex Hesiodo in ead. signif., (Ἔργ. 1, 30.) Ὤρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε Ὧτινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται, Parum curant lites et fora. Sic ap. Suid. ex Æliano, Ἀνδρὶ ἐπιόρκῳ καὶ τὰ θεῖα ἐν μηδεμιᾷ ὤρᾳ τιθεμένῳ. Itidemque ὤραν ἔχειν περί τινος dicitur pro Curare aliquid, ap. eund. Suid. e Plat. Vide et Ἄωρος. [" Wakef. Trach. 57. ad Dionys. H. 5, 15. Bergler. Alciphr. 113. Ammon. 150. Valck. ad Herod. 276. Græv. Lectt. Hes. 511. Brunck. Œd. C. 277." Schæf. Mss.]

Ἄωρος, ὁ, ἡ, Curam non gerens, Negligens. Annotat Hes., ἄωροι, si ω in eo δασέως scribatur, hoc modo ἄωροι, significare ὠμοὶ, Crudi, Immaturi, (cum ὥριμοι significet πέπειροι, Maturi,) sin ψιλῶς, denotare ἀφύλακτοι, Incustoditi. Quibus verbis subjungit, Βέλτιον δὲ, οἱ μὴ δυνάμενοι ὀρούειν· ἐνερρίζωται γὰρ ταῖς πέτραις ἡ σκύλλα, καθάπερ οἱ κοχλίαι: respiciens ad Od. M. 89. de Scylla, Τῆς ἤτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι. Ubi alii aliter acceperunt hoc vocab.; nam et brevium Scholl. Auctor annotat, ἄωροι hoc loco a quibusdam accipi pro λεπτοὶ, a quibusdam pro παραιωρούμενοι καὶ ἀσθενεῖς: a quibusdam pro δυσφύλακτοι, οὓς οὐδεὶς ἂν δυνηθείη φυλάξασθαι, διὰ τὴν περὶ αὐτοὺς δεινότητα: ὠρεῖν sc. significante φυλάσσειν: quosdam vero δασέως legisse ἀῶροι, intelligentes ὠμοὶ, ἄγριοι, e metaphora τῶν ἀώρων καὶ μὴ πεπείρων καρπῶν: nonnullos accepisse pro οὐδεμιᾶς φροντίδος ἄξιοι, ab ὤρα significante φροντίς: alios, τοὺς ἐμπροσθίους, ut ap. Comicum quoque, Οὐ τοὺς ἀώρους εἶπά σοι μαστιγία Πόδας κομίζειν; σὺ δὲ φέρεις ὀπισθίους. Sed rectius ἀώρων nomine loco isto intelligi posse τοὺς χαλεποὺς καὶ δυσφυλάκτους, ab ὠρεῖν significante φυλάσσειν: vel etiam τοὺς δυσορμήτους, ab ὀρούειν: quia sc. ἡ σκύλλα οὐ χρῆται αὐτοῖς εἰς πορείαν. Quæ expositiones ab Eust. quoque commemorantur iisd. pene verbis, addente et has: quosdam sc. intelligere ὧν πολλὴ φροντὶς, ut α hic significet ἐπίτασιν: Aristarchum et alios, τοὺς πλεκτανώδεις, ideoque κωλῆν μὴ ἔχοντας, (ὤρα s. ὠρὴ oxytonως ap. Ionas significante τὴν κωλῆν:) alios, τοὺς ἀορίστους, διὰ τὸ μέγεθος, aut μεγάλους, o per ἔκτασιν in ω converso: Apoll. Rh. τοὺς συνεσταλμένους. Sed rectius intelligi τοὺς χαλεποὺς καὶ δυσφυλάκτους, vel etiam τοὺς ἀκινήτους καὶ δυσορμήτους καὶ μὴ ὀρούειν δυναμένους, itidem ἐκτάσει literæ o, quia ipsis scylla ad incessum non utitur. Ἀωρέω, Non curo, Negligo, ut Hes. ἀωρεῖν exp. ὀλιγωρεῖν: addens tamen et ἀπειθεῖν, φυλάσσειν. Suid. vero ἀωρῶ affert pro ἀλογῶ. [* "Ἀωρία, Incuria, ad Herod. 473." Schæf. Mss.] Et BICOMP. Πανάωρος, Quem omnino nulla dignamur cura, Prorsus neglectus et incustoditus. Ex Æsch. Pr. (371.) Καὶ νῦν ἀχρεῖον καὶ πανάωρον δέμας, Prorsus neglectum et abjectum: [al. παρήορον.]

Δύσωρον Suidas esse dicit Montis nomen, forsan a difficili aut mala custodia sic appellati. Certe VERB. Δυσωρέω significat Difficulter custodio, δυσφυλακτῶ, κακοπαθῶ ἐν τῷ φυλάσσειν, ut Eust. exp. Il. K. (183.) Ὡς δὲ κύνες περὶ μῆλα δυσωρήσονται ἐν αὐλῇ, Θηρὸς ἀκούσαντες κρατερόφρονος: et Hom. ipse ita intelligendum docet. Nam in comparationis redditione ait, Ὣς τῶν νήδυμος ὕπνος ἀπὸ βλεφάροιϊν ὀλώλει Νύκτα φυλασσομένοισι κακήν: quod enim ante dixerat δυσωρεῖσθαι, hoc loco vocat νύκτα φυλάσσεσθαι κακὴν, Malam et laboriosam excubiis agendis noctem transigere. Recte itaque Hes. δυσωρήσωνται exp. * δυσφυλακτήσωσι, κακὴν νύκτα διαγάγωσι φυλάσσοντες: derivans tamen ab ὧρος, significante φυλακή. Sed et Plut. ita accipiendum ostendit (9, 124.) his verbis, Ὡς δὲ κύνες περὶ μῆλα δυσωρήσονται ἐν αὐλῇ, Θηρὸς ἀκούσαντες κρατερόφρονος· οὐχ ὑπὲρ αὑτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν φυλαττομένων. [" Heyn. Hom. 5, 695. 6, 37." Schæf. Mss.]

Εὔωρος, Male curatus, Neglectus: per ἀντίφρασιν: ut Suid. quoque εὔωροι exp. ἀπαραφύλακτοι, Incustoditi, in hoc Euphorionis loco, Οὐδέ τοι εὔωροι θυέων: annotans et ipse κατ' ἀντίφρασιν dici παρὰ τὸ εὖ ὠρεῖν καὶ φυλάσσειν. Hes. activam quoque ei signif. tribuit, eamque et propriam et antiphrasticam: εὔωρος enim exp. φροντιστής: item καταφρονητικός: itidemque ap. Soph. in Eride quosdam εὔωρος γάμος accipere annotat pro ὀλίγωρος. [" Villois. ad Long. 27." Schæf. Mss. Blomf. Gloss. Æsch. Prom. 17.] Εὐωρία, ἡ, Negligentia, Incuria, ὀλιγωρία, ἀμέλεια, eid. Hes.: ut Suid. quoque εὐωρία scriptum ψιλῶς significare ait τὸ μὴ πάνυ φροντίζειν, ἀλλὰ ῥαθυμότερόν πως ἔχειν. [" Villois. l. c." Schæf. Mss.] Εὐωριάζειν, itidem ὀλιγωρεῖν, μὴ ἔχειν φροντίδα, παρακούειν, teste eod. Hes., Sophoclemque auctorem citante. [" Ad Mœr. 85." Schæf. Mss.] ITEM Εὐωρεῖν, ei synonymum, ut Hes. docet, exponens et ipsum μηδενὸς ἔχειν λόγον, μηδενὸς φροντίζειν: εὐωρεῖ tamen exponens etiam παίζει, ut Suidas quoque. [" Brunck. Antig. 368. Villois. l. c." Schæf. Mss.]

Verum ET Ἐξωριάζειν reperitur ea signif. qua εὐωριάζειν, ut ap. Æsch. Pr. (17.) p. 6. Πάντως δ' ἀνάγκη τῶνδέ μοι τόλμαν σχέθειν. Ἐξωριάζειν γὰρ πατρὸς λόγους βαρύ: Omnino tamen audenda mihi sunt hæc; namque nihil morari atque negligere patris dicta grave fuerit. Ubi quod ἐξωριάζειν dicit, pag. seq., ἀνηκουστεῖν vocat: Σύμφημ', inquiens, ἀνηκουστεῖν δὲ τοῦ πατρὸς λόγων Οἷόν τε πῶς; quemadmodum Hes. quoque ἐξωριάζειν exponere ὀλιγωρεῖν et παρακούειν, h. e. Negligere et maligna aure prætermittere, paulo ante annotavi: [sed v. Blomf. ad h. l., qui post Porsonum εὐωριάζειν reposuit.] "Ἐπωριάζω, Curo, Solicitus sum: ab ὤρα, habente ω tenuatum, ead. forma qua ἐξωριάζω."

Ὀλίγωρος, (q. d. Cui est ὀλίγη ὤρη, alicujus rei, ut Hesiod. loquitur,) Negligens, Incuriosus, Qui aliquid parum curat. Aristot. Rhet. 3. Οὐκ οἴονται δὲ παθεῖν οὔτε οἱ ἐν εὐτυχίαις μεγάλαις ὄντες καὶ δοκοῦντες· διὸ ὑβρισταὶ καὶ ὀλίγωροι καὶ θρασεῖς. Isocr. Panath. Τοιαύτην ἐποιήσαντο τὴν εἰρήνην, ἧς οὐδεὶς ἂν ἐπιδείξειεν οὔτ' αἰσχίω ποτὲ γενομένην, οὔτ' ὀλιγωροτέραν τῶν Ἑλλήνων: [" quo loco passive accipitur voc. Ὀλίγωρος, Neglectus, Neglectim habitus, sicut Athen.

291. Ὀλίγωρον πεποίηκάς τι, Neglectim, Parum curate fecisti quidpiam." Schw. Mss.] Et superl. gradu, Ὀλιγωρότατος τοῦ πρέποντος, Maximus honestatis et decori contemtor. [Herod. 3, 89.] Unde ADV. Ὀλιγώρως, Negligenter, vel etiam Contemtim. Dem. (189.) Ὀ. βουλεύεσθαι, Consultare negligenter, ἀμελῶς. Xen. (Ἑλλ. 1, 6, 14.) Ὀ. εἶχον, Negligentes erant. Demosth. Ὀ. εἶχον τούτων, Hæc negligebant et parum curabant. [" Ad Herod. 276. Ὀ. ἔχειν, de constr., ad Xen. Mem. 2, 6, 29. Ὀ. ἔχειν περί τινος, Diod. S. 1, 393." Schæf. Mss.] Ὀλιγωρέω, significans ὀλίγην τὴν ὥραν ἔχω, Suid. Parvam curam habeo, Parum curo, Negligo: i. q. ἀμελῶ, oppositum habens κήδομαι s. φροντίζω. Isocr. Paneg. Οὐ γὰρ ὠλιγώρουν τῶν κοινῶν, οὐδ' ἀπέλαυον μὲν ὡς ἰδίων, ἠμέλουν δὲ ὡς ἀλλοτρίων· ἀλλ' ἐκήδοντο μὲν ὡς οἰκείων, ἀπείχοντο δὲ ὥσπερ χρὴ τῶν μηδὲν προσηκόντων. Sic Xen. (Ἀπ. 2, 4, 3.) Τῶν φίλων ὀλιγωρεῖν, Amicos non curare, sed neglectui habere. Aristot. vero non cum gen., sed cum εἰς, Rhet. 2. Τοῖς εἰς τὰ τοιαῦτα ὀλιγωροῦσιν ὑπὲρ ὧν αὐτοῖς αἰσχρὸν μὴ βοηθεῖν, ut parentes sunt, liberi, uxores, magistratus quorum imperio subsunt. [" De constr., Steinbr. Mus. Turic. 1. p. 156." Schæf. Mss.] Ὀλιγωρητέος, Contemnendus, [Athen. 545. * Ὀλιγώρησις, Themist. Or. 10. p. 136, 10.] Ὀλιγωρία, ἡ, Negligentia, Incuria, vel etiam Neglectus, Contemtus, i. q. ἀμέλεια, ut patet ex Aristot. Rhet. 2. Ὀλιγωρίας γὰρ δοκεῖ καὶ ἡ λήθη σημεῖον εἶναι· δι' ἀμέλειαν μὲν γὰρ ἡ λήθη γίγνεται· ἡ δ' ἀμέλεια ὀλιγωρία ἐστίν. Idem in eod. l. ὀλιγωρίαν esse dicit ἐνέργειαν δόξης περὶ τὸ μηδενὸς ἄξιον φαινόμενον: tresque ejus esse species, καταφρόνησιν, ἐπηρεασμὸν, et ὕβριν. Legitur vero vocab. hoc aliquando absolute positum et solum, ut cum dicunt ἐν ὀλιγωρίᾳ ποιοῦμαι, Neglectui habeo et contemno: itidemque τῶν ἰατρῶν ὀλιγωρία, Medicorum incuria et negligentia. Interdum cum gen. rei quæ negligitur et contemnitur Plut. Camillo, Ὀλιγωρία τῶν θείων καὶ περιφρόνησις, Neglectus contemtusque rerum divinarum: de Disc. Adul. ab Amico, Γονέων δὲ ὀλιγωρία, καὶ παίδων ἀμέλεια, καὶ ἀτιμία γαμετῆς. Thuc. 2, (52.) Ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων ὁμοίως· νόμοι τε πάντες συνεταράχθησαν, οἷς ἐχρῶντο πρότερον περὶ τὰς ταφάς: Negligere cœperunt jus fasque. [" Toup. Opusc. 2, 24. ad Herod. 276. Ὀλιγ. εἰς, Boiss. Philostr. 471.: περί τινος, Jambl. V. P. 64. Kiessl." Schæf. Mss. * "Ἀπολιγωρέω, Schol. Thuc. 1, 208. Bekker." Dindorf. Mss.] Rursum ex ὀλιγωρέω est verbum BICOMP. Ἐξολιγωρέω, Prorsus negligo et contemno, ut ἐξουθενίζω est Prorsus nihili facio. " Κατολιγωρέω, ut καταμελέω, Ad- " modum parum curo, Prorsus s. Penitus negligo, " Polyb. Cum gen. construi annotat Suid." [" Lysias p. 331. Longin. §. 13. * Παρολιγωρέω, 33." Seager. Mss.]

Οὐδενόσωρος, Nulla cura dignus, Minime curandus, Cujus nulla habenda cura s. ratio, ideoque Despiciendus, Aspernabilis. Il. Θ. (178.) Νήπιοι, οἳ ἄρα δὴ τάδε τείχεα μηχανόωντο, Ἀβλήχρ', οὐδενόσωρα· τὰ δ' οὐ μένος ἀμὸν ἐρύξει: i. e. οὐδεμιᾶς φροντίδος ἄξια, inquit Schol., derivans ab ὥρα significante φροντίς. Itidemque Hes. qui Appionem exponere ait οὐδενὸς φυλακτικά: quoniam ὠρεῖν non solum φροντίζειν, sed etiam φυλάσσειν significat. Valla tamen interpretari maluit Quæ ne uno quidem momento durabunt. [" Heyn. Hom. 5, 444. Valck. Adoniaz. p. 218. Bergler. Præf. Od. p. 22." Schæf. Mss.]

Πολυωρέω, opp. superiori ὀλιγωρέω: ut enim illud signif. Parum curo, Levi cura dignor, ita hoc Multa cura dignor, Magnam alicujus curam gero; vel etiam Cum multa cura servo et tueor: ut Suidas πολυωρήσεις exp. non solum πολλὴν φροντίδα ποιήσεις, sed etiam φυλάξεις, in Ps. 137, (4.) Πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου, δυνάμει σου, Curam geres animæ meæ, et diligenti cura tueberis eam virtute tua. *Bud. vertendum fuisse censet, Abunde mihi suppeditabis copias in anima mea, virtute tua. Nam πολυωρεῖν τινα, dicitur etiam Qui eum accurate et diligenter tractat, καὶ κηδεμονικῶς ἔχει, Qui cum aliis in rebus aliquem multa cura dignatur, tum vero in iis quæ

A ad victum pertinent; ideoque exp. non solum Honoro, In honore et pretio habeo, [ut ap. Athen. 211.] sed etiam Laute et accurate accipio: [" ut ap. Athen. 1. p. 4. ubi perperam olim πυλωρῶν pro πολυωρῶν." Schw. Mss.] Generaliter autem, uti dixi, Cura multa dignor, Magnam curam gero. Æschin. (8.) Καὶ κατὰ τὴν γνῶσίν μοι τὴν πρὸς αὐτὸν, πολυωρῶν εἰς τὴν νῦν οὐ διέλιπον, Ad hunc usque diem ejus curam habere non desii: sc. domi meæ. Diog. L. in Antisth. Ποντικοῦ νεανίσκου πολυωρήσειν αὐτὸν ἐπαγγελλομένου εἰ τὸ πλοῖον ἀφίκοιτο τῶν ταρίχων, Promittente sese ipsum laute accurateque accepturum, s. multa cura dignaturum, si veniret navis qua advehi salsamenta Pontica curabat. Joseph. A. J. Ἐτετηρήκει δὲ αὐτῇ ἀπὸ μοίρας βρωμάτων τινῶν, οἷς αὐτὴν ἐπολυώρουν οἱ γειτονεύοντες, Quæ vicini multa ipsam cura dignantes, ipsi conferebant. (Sed repono ἀπομοίρας conjunctim pro ἀπὸ μοίρας.) Athen. (211.) de Diogene Epicureo, Ἐπολυώρει οὖν αὐτὸν ὁ Ἀλέξανδρος, καίπερ ὄντα τῷ βίῳ φαῦλον. Pass. voce

B et signif. Aristot. Rhet. 2. Προσήκειν δ' οἴονται πολυωρεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἡττόνων κατὰ γένος, κατὰ δύναμιν, κατ' ἀρετὴν, Observari, Honorari, Honorem sibi deferri: cui ibid. ὀλιγωρεῖσθαι ut oppositum statuit Bud. [" Ad Diod. S. 1, 69. 469. 2, 306. Casaub. ad Athen. p. 12. ad Herod. 276. Villois. ad Long. 27." Schæf. Mss. * Πολυωρητής, unde] Πολυωρητικός, Multam curam gerens, Solicitus. Plut. (7, 116.) de dea quadam, quæ olim Orta dicta fuit, s. Horta, Ἣ μᾶλλον ὡς νῦν ὀνομάζουσιν αὐτὴν ὥραν, μηκυνομένης τῆς πρότερας συλλαβῆς, ἐπιστρεφῆ τινα καὶ πολυωρητικὴν θεόν· ἣν διαφυλακτικὴν καὶ φροντιστικὴν οὖσαν, οὐδέποτε ῥᾴθυμον οὐδὲ ὀλίγωρον εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων ἐνόμιζον. [" Villois. l. c." Schæf. Mss.] Πολυωρία, ἡ, Multa cura, vel etiam Ratio et Observatio: ea signif. qua dicimur Rationem habere alicujus et Observare aliquem, pro Non negligere. Suidæ est ἐπιμέλεια: afferenti hunc locum e quodam Anonymo, Ὁ δὲ ἐδεῖτο τοῦ θεοῦ πολυωρίας τυχεῖν τῆς ἐξ αὐτοῦ. Et hunc ex Æliano, Δεομένῳ δὲ πολυωρίας

C τυχεῖν καὶ ῥοπῆς εἰς τὸ κρεῖττον, οὐκ ἐπένευσε, Curam rationemque aliquam sui haberi, et sese non negligi. [" Villois. l. c. ad Diod. S. 1, 69. 102." Schæf. Mss.]

Ὠρέω, Curo, Curam gero, Cura dignor, φροντίζω. Interdum et Custodio, φυλάσσω: quarum signiff. omnes Lexicographi et Scholiastæ quamplurimorum Poëtarum meminere: ipse etiam Gal., ap. Hippocr. ὠρεόντων exponens φροντιζόντων. Itidemque ὠρεῖν Hes. affert pro φυλάσσειν. Sed rarior est hujus verbi usus, frequentior compositorum. Inde enim non solum ἀωρεῖν, εὐωρεῖν, δυσωρεῖν, ὀλιγωρεῖν, πολυωρεῖν, sed etiam ἀρκυωρεῖν, σκοπιωρεῖν, φρυκτωρεῖν, θυρωρεῖν, et alia plurima, quæ cum substantivis suis reperies. [" Musgr. Hel. 1579. Ammon. 69." Schæf. Mss.] Est vero inde et VERBALE Ὦρημα: a quo gen. plur. ὠρημάτων, Hes. et Suidæ φυλαγμάτων.

Ὠρήσσω, i. q. ὠρέω, Curo, Custodio: unde ὠρήσσοντα, quod Hes. exp. φυλάσσοντα, et ὠρήσσονται quod idem, et cum eo Suidas, exp. φυλάσσονται.

D Ὠρίζω, idem. Nam Hes. ὠρίζει exp. itidem φροντίζει, μεριμνᾷ, addens tamen et ὁμιλεῖ, ἀδολεσχεῖ, ὑπνεῖ. [Ruhnk. Ep. Cr. 30. Ernest. ad Hom. 5, 30." Schæf. Mss.] At VERB. Ὠρεύειν, Hes. τὸ τῶν ἀγρίων νομῶν καὶ ἐθνῶν ἐπιμελεῖσθαι. [" Ruhnk. Ep. Cr. 100. Musgr. ad Eur. Hel. p. 570. Valck. Adoniaz. p. 394. Wolf. ad Hesiod. p. 133. Heyne ad Pariser Abhandl. p. 361." Schæf. Mss.]

Ὠρακιάω quoque ab ὥρα derivatum putatur, et significare ἐκ τῶν φροντίδων ἐκλύομαι, Curis nimiis confectus animo concido. Schol. certe Aristoph. B. (481.) ubi Bacchus territus Æaci minis et viso aliquo monstro insolito, dicit, ἀλλ' ὠρακιῶ· Ἀλλ' οἶσε πρὸς τὴν καρδίαν μου σπογγιάν: hoc ipsum aperte declarat; nam ὠρακιῶ derivans ab ὥρα significante φροντὶς, exp. φροντίζω, ἐκ φροντίδων ἐκλύομαι: (itidemque Eust. ὠρακιᾷν esse ait τὸ φροντίζειν.) Addit tamen et aliam exp. cum alia etymologia: ὠρακιάσαι sc. dici τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριάσαι, ἀπὸ τοῦ τὴν ὥραν αἰκίζειν: idque a Soph. in Amphiarao dici ὠχριάσαι θλιβομένης τῆς καρδίας, Corde præ metu

compresso et coarctato pallescere: quæ expositio longe melior est; e sequentibus enim patet eum metu perculsum animo concidisse: eique δείσαντι τὴν καρδίαν εἰς τὴν κάτω κοιλίαν καθερπύσαι. Itidem certe pro Animo concidere et linqui, Idem accepit Eip. (702.) ubi cum Trygæus dixisset Cratinum vita excessisse "Οθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον, Mercuriusque interrogasset, τί παθὼν, respondet ille, Ὠρακιάσας· οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο Ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων: h. e. λειποψυχήσας, ἀθυμήσας, s. μετ' ἐκλύσεως ἐσκοτωμένος, καὶ ὠχριάσας: nam τρέπεται ἡ τῶν λειποθυμούντων χρόα, inquit iterum Schol.: qui Lycophronem ὠρακιᾶν usurpasse rursum ait pro ὠχριᾶν, et Eratosthenem pro ὑπὸ ἐκλύσεως ἐσκοτῶσθαι: Cratinum vero ibi perstringi uti φίλοινον. Hes. quoque ὠρακιᾶν exp. ἐν τοῖς βαλανείοις ἐκλύεσθαι, λειποψυχεῖν, ἐκλύεσθαι, καὶ σκοτοῦσθαι, μετ' ὠχριάσεως ἢ καὶ ἱδρῶτος, s. σκοτοῦσθαι καὶ ὠχριᾶν, aut ναυσιᾶν καὶ σκοτοῦσθαι. Ubi nota tenuari: ap. Schol. vero Aristoph. alicubi tenuari, alicubi aspirari. [" Thom. M. 591. 936. Brunck. Aristoph. 1, 172. Soph. 3, 398. Mœr. 425. et n." Schæf. Mss. Themist. 314. Φρίκης ἐμπίπλανται καὶ ὠρακιῶσι.] Suidas autem meminit et THEMATIS Ὠρακίζω: cujus tamen nullum exemplum affert, nec etiam expositionem. [Glossa ad Aristæn. 1, 10. p. 370.]

ὨΡΥΩ, SIVE Ὠρύομαι, Ululo: vox canum proprie et luporum e dolore aliquo ingemiscentium, s. miserabilem vocem gemitui s. ejulatui similem edentium. Hes. annotat ὠρύεσθαι peculiariter dici ἐπὶ λιμῷ κλαιόντων λύκων ἢ λεόντων ἢ κυνῶν. Polluce tamen dicente ursos, pantheras, leones et similes feras βρυχᾶσθαι: minores autem, ut vulpes, lupos cervarios, aliosque lupos, atque canes, ὑλακτεῖν et ὠρύεσθαι. Lucian. (1, 375.) Ἀκούσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομένων οἴκτιστον ἐπ' ἐμοί. Apoll. Rh. 4, (1339.) de leone, ὅς ῥά τ' ἀν' ὕλην Σύννομον ὃν μεθέπων ὠρύεται. Petrus Ep. 1, cap. ult. (8.) Διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, Ut leo rugiens. Proprie enim Rugire leonum est: quibus et Frendere tributum videmus hoc in loco Cic. Tusc. 2. Nemeæus leo frendens efflavit graviter extremum halitum. Metaphorice vero et homo quispiam ὠρύεσθαι dicitur Cum erumpit in ejulatus similes canum luporumque ululatibus et leonum rugitibus: unde ab Hes. exp. etiam κράζειν et κλαίειν. Activi autem ὠρύω Suidas meminit, exponens ipsum per pass. ὠρύομαι. [" Jacobs. Anth. 8, 20. 9, 218. Villois. ad Long. 130. Aristoph. Fr. 265. Theocr. 1, 71. Wakef. ad Bion. 1, 18. Ammon. 144. Valck. Anim. 229. 231. ad Callim. 1. p. 157. ad Herod. 315. * Ὠνάομαι, ad Lucian. 1, 375." Schæf. Mss.]

Ὠρύωμα, Rugitus. Ezech. 19, (7.) de leone, Ἠφάνισε γῆν καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς ἀπὸ φωνῆς ὠρυώματος αὐτοῦ, A voce rugitus sui. Sed hoc verbale est quasi a verbo ὠρυόομαι.

Ὠρυθμὸς, Ululatus, vel etiam Rugitus. Theocr. in Hercule leontophono, (25, 217.) de Nemeæo leone, καὶ οὐδ' ὅπῃ ἴχνια τοῖο Φρασθῆναι δυνάμην, οὐδ' ὠρυθμοῖο πυθέσθαι. Pro Ululatu s. Ejulatu et planctu, ap. Quint. Sm. [" Valck. ad Röv. p. xliii. Wakef. ad Bion. 1, 18." Schæf. Mss.]

Ὠρυγὴ, ἡ, idem. Plut. (335.) "Οθεν ἀκούεσθαι μυρίας μὲν ὠρυγὰς καὶ στεναγμοὺς ζώων, μυρίων δὲ κλαυθμὸν βρεφῶν, καὶ μεμιγμένους ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὀδυρμοὺς, ψόφους δὲ παντοδαποὺς καὶ θορύβους ἐκ βάθους πόρρωθεν ἀμυδροὺς ἀναπεμπομένους, de barathro quodam infernali. Et [Hermesianax] ap. Athen. (598.) Ὠρυγὴ ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως. [" Jacobs. Anth. 8, 20. Ruhnk. Ep. Cr. 295. Valck. Anim. ad Ammon. 229. 232." Schæf. Mss.] Apud J. Poll. 5, c. 13. legitur non solum ὠρυγὴ, SED ET Ὠρυγμός: proprieque luporum esse dicitur. [" Valck. Anim. ad Ammon. ll. cc. * Ὤρυγμα, Jacobs. Anth. l. c. et 9, 218." Schæf. Mss. Symm. Theod. Esaiæ 5, 29.]

Ὠρυδὸν, Cum ululatu, Ululando canum luporumve more. Nicander Ἀ. (222.) de eo qui toxicum hausit, "Ὡς ὁ νόον λύσσῃ ἐσφαλμένα βρυχανάαται Ὠρυδὸν, i. e. ὡς λύκος ὠρυόμενος, inquit Schol. Paulo ante dixerat,

A μηκάζει μανίης ὕπο μυρία φλύζων.

[* Ἀντωρύομαι, Schol. Lucian. Paras. 51.] Ἀνωρύομαι, Magno cum ululatu exclamo, Vehementer ululo. Interdum et Graviter ejulo ac lamentor, Graviter defleo. [" Jacobs. Anth. 6, 138." Schæf. Mss.] Ἐπωρύω, SIVE Ἐπωρύομαι, Ululo, Infremo. De cane in Epigr. [* Κατωρύομαι, Apollod. 3, 4, 4. p. 189.]

" Ὀρύομαι, Fremo, βρυχῶμαι: Hes. ὀρύεται, ὑλακτεῖ:" [* Ὀρυῶμαι, Gl. Rugio, Fremo, Gannio. * Ἀνορύομαι, Meleagr. 124.] " Ὀρυγμὸς affertur " pro Fremitus, Tumultus; sed ἀμαρτύρως."

" Ὀρυνθεῖ, Hes. γρυλλίζει, Grunnit."

" Ὀρυμαγδὸς, ὁ, Strepitus, Fragor. Il. Φ. (256.) " de Scamandro, ὁ δ' ὄπισθε ῥέων ἕπετο μεγάλῳ ὀρυ" μαγδῷ: P. (741.) "Ὡς μὲν τοῖς ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν " αἰχμητάων Ἀζηχὴς ὀρυμαγδὸς ἐπήϊεν ἐρχομένοισι: Π. " (633.) Τῶν δ' ὥστε δρυτόμων ἀνδρῶν ὀρυμαγδὸς ὄρωρεν " Οὔρεος ἐν βήσσῃς· ἕκαθεν δέ τε γίνετ' ἀκουή. Ubi quem " ὀρυμαγδὸν dicit, mox δοῦπον appellat. Itidem alibi " sæpe tum idem Hom. tum Hesiod. (Ἀ. 401.) πολὺς δ'

B " ὀρυμαγδὸς ὀρώρει. Rursum Hom. Od. I. (235.) de " Cyclope fascem lignorum ante antrum dejiciente, " "Ἔκτοσθεν δ' ἄντροιο βαλὼν ὀρυμαγδὸν ἔθηκεν." [" Heyn. Hom. 5, 584. 6, 37. 105." Schæf. Mss. Schn. Lex. v. Ὠρύω.]

" Ὀρυγμαδὸς, transpositis literis pro ὀρυμαγδὸς, " Hes. ψόφος, κτύπος, Strepitus, Fragor: item ταραχὴ, " θόρυβος, Tumultus. Apud Eund. et Ὀρυγμάδες, " θόρυβοι."

ὨΣ, Particula est plurimos et valde inter se diversos usus habens: adeo ut aliquando inter adverbia, nonnunquam potius inter conjunctiones, interdum inter præpp. numerari debeat. Incipiam autem ab iis locis, in quibus est Similitudinis adverbium: quod frequentissimus hic ejus usus esse videatur. Quibus subjungam eos, in quibus est temporis adverbium: (sicut particulam Ut bis etiam duobus officiis ap. Lat. fungi videmus.) Ab illis veniam ad eos, ubi particula ὡς causam finalem indicat. Deinde de illis

C agam, in quorum nonnullis dubium esse possit adverbiumne an conjunctio censeri debeat. De iis, in quibus præpositionis πρὸς locum obtinet, postremo dicam.

Ὡς igitur, (ut institutum ordinem sequar,) interdum et quidem sæpissime, est Similitudinis adverbium: et redditur Ut, Sicut, Velut, Tanquam, Quasi, pro loco. Lucian. Λαθὼν, ὡς ᾤετο, Ut putabat. Apud Eund. et alios frequens est, ὡς φῄς. Item ὡς εἰκὸς, Ut par est, credibile est. Apud Eund. ὡς τὸ εἰκὸς et ὡς λόγος, in uno eodemque loco posita habentur, (1, 257.) Σὺ γὰρ, ὡς τὸ εἰκὸς, ἔμπειρος εἶ τοῦ χωρίου, πολλάκις, ὡς λόγος, κατελθοῦσα πρὸς Ἀγχίσην. Interdum ei subjungitur οὕτως in altera parte orationis, veluti, Ὡς ἂν σὺ ποιήσῃς, οὕτω καὶ ἐγὼ ποιήσω, (vel omisso posteriore hoc verbo, utpote quod subaudiri possit,) Ut tu feceris, ita etiam ego. Cum autem * exempla hujus signif. ὡς passim obvia sint, ex Hom. addere contentus ero. Is igitur Il. B. (139.) Ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω, πειθώμεθα πάντες, Pareamus

D omnes ut dixero: Ω. (398.) Ἀφνειὸς μὲν ὅδ' ἐστὶ, γέρων δέ μοι, [δὲ δὴ,] ὡς σύ περ ὧδε. Invenitur ET Ὣς cum accentu ap. Eund. interdum quidem et ipsum positum pro ὡς, Ut, Sicut, Velut, Tanquam; (cum sc. postponitur, ut Il. Γ. 60. Αἰεί τοι κραδίη, πέλεκυς ὥς, ἐστὶν ἀτειρής:) interdum vero, et quidem frequenter, respondens illi ὡς sine accentu, quod aliquanto ante præcesserit. Et Ὡς quidem est Ut, Sicut: at vero Ὣς, accentum additum habens, Ita, Sic. Occurrunt certe passim in comparationibus exempla: Υ. (490.) Ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθέ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ Οὔρεος ἀζαλέοιο—Ὣς ὅγε πάντῃ θῦνε σὺν ἔγχεϊ δαίμονι ἶσος, Κτεινομένους ἐφέπων. Et statim post, Ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας—Ὣς ὑπ' Ἀχιλλῆος. Idem Il. Π. (356.) quatuor versibus incipientibus ab hac particula ὡς, quorum primus est, Ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον κ. τ. λ., subjungit, Ὣς Δαναοὶ Τρώεσσιν ἐπέχραον. Atque ut eadem opera de hac particula assumente accentum dicam et reliqua quæ dicenda supersunt, sciendum est non assumere eum tunc duntaxat, cum

illi ὡς subjungitur, aut certe cum postponitur, (ut in πέλεκυς ὥς.) Passim enim ap. eum legitur, Ὣς εἰπὼν, et Ὣς εἰποῦσα, Ita locutus, Ita locuta. Quibus simile est, Il. Π. fin. Ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψε. Et paulo post, Ὣς ἄρα φωνήσας. Quibus addendum et Ὣς φάτο. Neque tamen hujusmodi duntaxat locis adhiberi istam particulam putandum est. Legimus enim ap. eum, Ὣς οἱ μὲν κατὰ ἄστυ πεφυζότες ἠΰτε νεβροὶ, Ἱδρῶ ἀπεψύχοντο, πίον τ' ἀκέοντό τε δίψαν: a quibus versibus suæ Iliadis librum X inchoat. Tale est initium libri Z Odysseæ, Ὣς οἱ μὲν ἔνθα κάθευδε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς, Ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος. Quin etiam initio libri I Iliadis hæc particula apponitur, Ὣς οἱ μὲν Τρῶες φυλακὰς ἔχον. Extat præterea particula ista ὣς pro οὕτως ap. Eund., alibi etiam quam in principio orationis posita: Il. B. (364.) Εἰ δέ κεν ὣς ἔρξεις, καί τοι πείθωνται Ἀχαιοὶ, (vel potius per conjunctivum, Εἰ δέ κεν ὣς ἔρξῃς, καί τοι πείθωνται Ἀχαιοὶ, ut habet vetus meum exemplar,) Si ita feceris. Quem usum parum frequentem esse puto, cum contra in principio orationis frequentissime reperiatur. Quin etiam legitur ap. Eund. hæc particula ὣς præfixam habens copulam καί: nec solum ap. eum atque alios Poëtas, sed ap. prosæ etiam Scriptt. interdum, (et quidem ap. Thuc. potissimum,) legitur ITIDEM Καὶ ὥς. Prius autem ex illo exempla proferam. Il. A. cum Agamemnon de Chryseide dixisset, ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν Οἴκοι ἔχειν· καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα κ. τ. λ., subjungit (116.) Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τό γ' ἄμεινον. Idem Poëta Il. Π. (362.) cum dixisset de Hectore cum alia, tum hæc, Ἦ μὲν δὴ γίνωσκε μάχης ἑτεραλκέα νίκην, subjungit, Ἀλλὰ καὶ ὣς ἀνέμιμνε, σάω δ' ἐρίηρας ἑταίρους. Qui duo loci non eand. prorsus interpretationem videntur admittere; sed in priore illo, ἀλλὰ καὶ ὣς posse reddi Quod quamvis ita sit. Alioqui non improbo eam interpr. qua redditur Veruntamen; sed posteriori loco magis necessaria est, (nisi quis malit, Nihilominus tamen,) quod altera, quæ alioqui magis ad verbum respondet propter particulam Ita, illi convenire non possit. Venio ad locos Thuc. in quibus et ipse καὶ ὣς usurpat, parum (quod quidem meminerim) ab aliis usurpatum. Sed hoc animadvertendum, ap. eum καὶ ὥς, nisi ego valde fallor, esse quod dicimus Gallice Aussi bien ainsi qu'en ça: 1, (44.) p. 16. meæ Ed. Ἐδόκει γὰρ ὁ πρὸς Πελοποννησίους πόλεμος καὶ ὣς ἔσεσθαι αὐτοῖς: 7, (81.) p. 262. Καὶ ἐνόμιζον καὶ ὣς ταύτῃ τῇ ἰδέᾳ καταδαμασάμενοι λήψεσθαι αὐτούς. Quo in loco duplex mendum habent quædam exempl., nimirum ὡς sine accentu, et τελείαν στιγμὴν post ἐνόμιζον. Ut porro καὶ ὥς, ita ETIAM Οὐδ' ὣς legitur, ap. ambos istos Scriptt.: Hom. dico et Thuc. Habemus enim ap. Od. initio, ubi cum de Ulysse dixisset, Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμὸν, Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων, subjunxit, Ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐῤῥύσατο ἱέμενός περ. Ubi vulgata ad verbum interpr. habet, Sed neque sic: cum potius reddi debeat Sed ne sic quidem. Possumus enim hic particula Sic uti cum particula Quidem: cum in καὶ ὣς non ita commode adverbium illud Sic usurpare possimus. Talem autem usum οὐδ' ὣς ap. Isocr. et Thuc. habet 5. Οὐδ' ὣς ἐδυνήθησαν ξυμβῆναι, 1, (132.) Ἀλλ' οὐδ' ὣς οὐδὲ τῶν εἱλώτων μηνυταῖς τισι πιστεύσαντες. Legitur ETIAM Μηδ' ὣς in ead. signif. ap. eund. Thuc. Existimo autem licere nobis, habita ratione rei de qua agitur, pro Ne sic quidem, aliis verbis uti, particularius (ut ita dicam) declarantibus id quod verba illa Ne sic quidem generalius significarent. Veluti si pro Ne sic quidem dicam, Ne his quidem conditionibus, Ne his quidem auditis, Ne his quidem pollicitis solicitati, minis perterrefacti. His ADDO Ἔστιν ὥς, quod Bud. interpr. Quodammodo, Quadantenus: afferens ex Aristot. Polit. 1. Ἐπεὶ δ' ἔστι μὲν ὣς τοῦ οἰκονόμου καὶ τοῦ ἄρχοντος καὶ περὶ ὑγείας ἰδεῖν, ἔστι δ' ὣς οὔ, ἀλλὰ τοῦ ἰατροῦ· οὕτω καὶ περὶ τῶν χρημάτων, ἔστι μὲν ὣς τοῦ οἰκονόμου, ἔστι δ' ὣς οὔ, ἀλλὰ τῆς ὑπηρετητικῆς. Aliud autem exemplum ex eod. Aristot. allatum, in ipsis Bud. Comm. videndum tibi relinquo, p. 1098, quædam vero et p. 1100. eod. pertinentia habes. Sed in illa p. 1098. dicitur præterea, ὣς cum accentu significare ὅπως, Quomodo. Afferturque ex eod. Aristot. Eth. 6, (9.) Οὐκοῦν οὐδ' ἐκείνη που εὐβουλία, ἀλλ' ὀρθότης τῆς βουλῆς, κατὰ τὸ ὠφέλιμον, καὶ οὗ δεῖ, καὶ ὣς, καὶ ὅτε. Sed mihi parum placet h. in l. ista scriptura, quippe qui in aliis quamplurimis inveniri sciam hanc particulam hunc ipsum usum habentem, sine accentu tamen scriptam. Creditur porro particula Ὣς accentum habens, facta esse e VOCULA Τώς: cujus usus pro οὕτως, i. e. Ita, Sic, (cum alioqui DORICE Τὼς sit etiam articulus pro τοὺς,) ap. Hom. extat, et quidem habens sibi redditam particulam ὡς, Il. Γ. (415.) Τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα. Et ap. Soph. (Aj. 841.) τὼς αὐτοσφαγεῖς ὀλοίατο. Postremo de ὣς istud quoque dicendum superest, quosdam alicubi exposuisse ὅμως, i. e. Tamen: (ad quam signif. pertinent quædam exempla quæ supra attuli:) nonnullos autem hoc etiam addidisse, debere tum SCRIBI Ὦς circumflexo: quod, ut opinor, existimarent ibi hanc particulam esse ex ὅμως, per sync. Sed isti me sibi assensorem non habebunt.

["Ὣς, Thom. M. 932. Markl. Iph. p. 204. 302. Wakef. Ion. 909. S. Cr. 1, 50. Aristoph. Λ. 804. Steph. Dial. 26. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 259. Villois. ad Long. 225. Heyn. Hom. 6, 132. Toup. Opusc. 2, 210. Ilgen. ad Hymn. 314. Valck. Callim. 156. Heind. ad Plat. Phædr. 199. (an in Charmide p. 88. ἔστιν ὥς?) Ὣς, ὡς, Reiz. Acc. 29. Brunck. ad Æsch. Pers. 563. Ὣς, Tanquam, Porson. Phœn. 1138. Heyn. Hom. 6, 132. 325. Quare, 5, 37. Omissum in apodosi comparationis, Wakef. Phil. 808. Ὣς, propter anastrophen, Sylb. ad Paus. 259. Koen. ad Greg. Cor. 210. Heyn. Hom. 4, 448. 488. Οὐδ' ὣς, Diod. S. 2, 194. 442. Heyn. Hom. 6, 164. Ἄρ' ὣς, 158. Ὣς, διὸ, 5, 693. Ὣς δὲ, ad Herod. 586. Ὣς δὲ παραπλησίως, 557. Ὣς — παραπλησίως, Idem 7, 119. Ἀλλ' ὣς γενέσθω, Brunck. ad Hec. p. 302. Ὦς, Heyn. Hom. 4, 50. 74. 481. 674. 698. 5, 458. 6, 249. 7, 691. 807. Τὼς, Markl. Suppl. 1145. ad Charit. 735. 737. Jacobs. Anim. 26. Anth. 6, 395. 7, 194. 8, 263. Clark. et Ernest. ad Hom. 2, 770. Heyn. 4, 259. 540. 6, 289. 531. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 215. Apoll. Rh. 2, 345. Callim. 1. p. 425. 475. Kuster. Aristoph. 124. Canter. ad Æsch. p. 353. Musgr. Hipp. 115. Il. B. 330. Ξ. 48. Wolf., Greg. Cor. 112. Ilgen. Hymn. 612. Brunck. ad Soph. Œd. T. 80. Pro ὡς, Jacobs. Anth. 2, 1. p. 263. Τῶς, Heyn. Hom. 4, 698." Schæf. Mss.]

Ὡς, (ad illud enim tandem revertor, multis de ὣς interjectis, propter occasionem dicendi de eo quæ se obtulit,) sciendum est non solum admittere illas interprr. de quibus dixi, sed nonnunquam reddi etiam posse Perinde ac si: et quidem in iis præsertim locis, in quibus jungitur participio impersonaliter posito, veluti cum dicitur ὡς ἐξόν. In h. tamen l. Xen. (K. Π. 3, 2, 4.) Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν ὅτι ἤδη τοῦτο παρηγγύησε τοῖς Πέρσαις παρασκευάζεσθαι, ὡς αὐτίκα δεῆσον ἐπιδιώκειν, commode redditur ὡς a Bud. per particulam Tanquam; sic enim vertit, Edixit Persis ut itineri se accingerent, sc. tanquam confestim cedentes essent ipsi consecuturi. E Theophr. autem affertur, Οὐχ ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλως, pro Non quia non possit et alio modo fieri. Sed ego non video quid obstet quominus et hic reddamus Tanquam, Quasi, Perinde ac si. At vero ap. Aristidem, Ὡς ταυτὸν ὂν εἰπεῖν τὴν Ἀθηναίων πόλιν καὶ τὴν Ἑλλάδα, redditur Tanquam utique idem sit. Fortassis tamen rectius quis interpretaretur, Quippe cum idem sit.

Ὡς infin. quibusdam junctum, huc pertinet, veluti cum dicitur ὥς γέ μοι δοκεῖν ab Aristoph. Πλ. (736.) pro Ut quidem mihi videtur. Et ὡς εἰκάσαι, s. ἀπεικάσαι, Ut conjicere est, s. licet.

Ὡς eum etiam habet usum particulæ Ut, quem videmus habere in isto Ciceronis, Ut apud nos perantiquus, ut apud Athenienses non ita sane vetus: Aristot. Eth. 10, 7. Καὶ τὸ αὔταρκες δὴ καὶ σχολαστικὸν, καὶ ἄτρυτον, ὡς ἀνθρώπινον, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπονέμεται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα.

Q. l. unus e posterioribus Interpr. ita vertit, Relinquitur profecto ut copia bonis omnibus cumulata, nihilque præterea desiderans, et libera cessandi otiandique facultas, et vita defatigationis expers, prout res humanæ ferunt, et quæcunque alia viro beato tribuuntur, in hac functione muneris comparere videantur. Alter vero ita reddidit, Tum vero et illa seipsa contenta rerum abundantia, et otium et vacuitas defatigationis, quantum natura humana patitur, cetera denique omnia quæ beato viro tribuuntur, &c. Bud. autem *ὡς ἀνθρώπινον* interpr. Ut est humanus captus, Ut sunt humana, Pro humana conditione. Sed afferam usum particulæ *ὡς* magis etiam convenientem cum eo quem habet particula Ut in illo Cic. loco. Est autem Thucydidis, 4, (84.) p. 148. meæ Ed. *Ἦν δὲ οὐδὲ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰπεῖν.*

Ὡς ad Similitudinis signif. pertinet et ubi de proportione dicitur, ut Aristot. H. A. 8. de sue, *Τάχιστα δὲ ἐπιδίδωσιν εἰς παχύτητα, ὡς κατὰ μέγεθος*, i. e. *κατά γε λόγον τοῦ μεγέθους*, Proportione magnitudinis. Apud Thuc. autem legitur *ὡς πρὸς τὸ μέγεθος*, 3. *Διότι ἄπληστον τὸ πλῆθος λέγεται ἀπολέσθαι, ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως*, ubi quidam interpr. per particulam Ut, hoc modo, Propterea quod incredibilis memoratur periisse multitudo, ut pro magnitudine civitatis. Sed absque particula Ut, idem fuerit sensus. Illi autem præpositioni *κατὰ*, non huic *πρὸς*, jungitur particula *ὡς*, cum præfixam habet voculam *ἢ* cum nomine comparativi gradus: *Μείζων ἢ ὡς κατὰ ἄνθρωπον*, Major quam pro humana statura. Nec a similitudinis signif. abhorret *ὡς* et in iis locis in quibus comparationi adhibetur, veluti cum dicit Lucian. (1, 498.) *Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμὲ*, Si mecum comparetur, Si præ me æstimetur. Xen. K. Π. 1, (5, 7.) *Ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίσασθαι*, Si nobiscum comparentur, vel Si nobiscum committantur, Si certare nobiscum instituerint, Bud. Tale est hoc Luciani (1, 824.) *Ἄγροικος ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα.* Locum hic habere potest et istud loquendi genus, *Ὡς μεγάλῳ παρεικάζοντι μικρὸν*, quod Bud. ap. Aristot. reddit, Quatenus magna cum parvis comparare licet. Eodem referri possit fortassis *ὡς* in ea etiam signif. qua ponitur pro Circiter; quod enim, exempli gratia, est stadiorum circiter quinquaginta, similitudinem habet cum mensura stadiorum quinquaginta. Redditur alioqui et Ferme, Fere, Propemodum. Herod. (3, 25.) *Ἀπέκρινε τοῦ στρατοῦ ὡς πέντε μυριάδας.* Thuc. *Ὡς πεντήκοντα.* Dem. *Ὡς τριάκοντα.* Rursum Thuc. 5. *Τεμόντες τῆς Ἐπιδαυρίας ὡς τὸ τρίτον μέρος.* Apud Plut. autem huic particulæ adjicitur alia, sc. *που*: quin etiam præter eam sibi adjunctam habet voculam *ἂν*, *Καὶ τόπον τινὰ οὐ λίαν μικρὸν, ἀλλ' ὡς ἂν εἴκοσί που σταδίων.*

Ὡς, pro Ut vel Quam, vide infra.

Ὡς, Ut, longe tamen diversa signif., cum sc. de tempore dicitur, pro Postquam, aut Simulatque: veluti Ut vidi ap. Virg. pro Postquam vidi. Sic Il. Φ. (207.) *Ὡς εἶδον τὸν ἄριστον κ. τ. λ.* P. (199.) *Τὸν δ' ὡς οὖν ἀπάνευθεν ἴδεν νεφεληγερέτα Ζεὺς Τεύχεσι Πηλεΐδαο κορυσσόμενον θείοιο.* Aristoph. Πλ. (669.) *ὡς ἡμῖν παρήγγειλε καθεύδειν.* Thuc. 7. *Ὡς δ' οἰχόμενος ἀπήγγειλε πάλιν παραδεδωκότας.* Interdum autem *ὡς* in ista signif. infin. pro indic. habet. Herod., illam de Crœso historiam narrans, (1, 86.) *Ὡς δὲ ἄρα μιν παραστῆναι τοῦτο, ἀνενεικάμενόν τε καὶ ἀναστενάξαντα ἐκ πολλῆς λειποψυχίης, ἐς τρὶς ὀνομάσαι τὸ Σόλων*, Simul autem eum hoc subiit, resipiscentem et respirantem e multo animi deliquio, ter nominatim exclamasse, Solon. Sic Plato, *Εὐθὺς οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα.* Et Dem. *Ὡς δὲ ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας.* Nonnunquam geminatur hæc particula, et in priore quidem loco significationem Temporis, at in posteriore aliam habet. Il. T. init. *αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς Ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος*: hic enim Eust. posteriore loco positam particulam *ὡς* exp. *λίαν.* Bud. autem reddit, Ut vidit, sic eum subiit ira. Revocat certe mihi h. l. in memoriam illum Theocriti 2, (82.) *Χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη Δειλαίας*: (dixerat autem paulo ante,

A *Εἶδον Δέλφιν ὁμοῦ τε καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας*:) nam particulæ *ὡς* in duobus posterioribus locis conveuire omnino videtur eadem exp. quæ illi Homerico convenit. Sed non valde mihi placet adverbii *λίαν* signif. illi eo in loco dare cum Eust. Non minus certe placeret exponere *ὄντως*: quam signif. non solum ille ipse Schol. alicubi ei dat ap. eund. Hom., sed et Schol. Thuc., ap. ipsum. Apud Virg. autem in hoc Pharmac. versu, quo illum Theocriti expressit, Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error, Servius scribit unum Ut esse temporis, aliud esse qualitatis; hoc enim dici, Mox ut vidi, quemadmodum perii. Sed malim, Proh quomodo perii.

Ὡς in signif. Temporis, jungitur frequenter adverbio *τάχιστα*, et DICITUR *Ὡς τάχιστα* pro Simulac, Simulatque, Cumprimum. Eur. Hec. *Οἱ δ' ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὄπα, Μεθῆκαν.* Æschin. de Legat. peram Obita, *Ὡς δὲ τάχιστα ἥκομεν ὡς Μακεδονίαν, συνετάξαμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τοὺς πρεσβυτάτους πρώτους λέγειν.* At vero addito verbo *δύνασθαι* aliud interpretationis

B genus ei tribuitur, Xen. *Πάλιν δὲ πορευθεὶς ὡς ἐδύνατο τάχιστα εἰς τὴν Τέγεαν*, Quam celerrime potuit, Quam potuit celerrime. Jungitur autem hæc particula *ὡς* aliis quoque adverbiis superlativi gradus; dicitur enim *ὡς ἄριστα*, et *ὡς κάλλιστα*, itidemque cum aliis superlativis: sed tunc pertinet ad *ὡς*, quod pro Quam ponitur.

Ὡς alio etiam modo adhibetur significando Tempori, si Eustathio credimus. Is enim in Od. P. (358.) *Ἤσθιε δ' ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄειδεν*, exp. *ἕως ὅτου.* Quin etiam addit, particulam *ὡς* in ista signif. videri esse *προτότυπον* particulæ *ἕως.* Convenit certe cum illo Homeri loco iste Sophoclis, *ὡς ἂν ᾖς οἷός περ εἶ*, Donec fueris, Quamdiu fueris.

Ὡς tertium etiam particulæ Ut habet usum: illum sc. quo ponitur pro *ἵνα*, et causam finalem indicat; interdum cum optativo, nonnunquam cum conjunctivo. Il. Φ. fin. *δόλῳ δ' ἄρ' ἔθελγεν Ἀπόλλων Ὡς αἰεὶ ἔλποιτο κιχήσεσθαι ποσὶν οἷσιν.* Eand. constr. habet ap. Lucian. (1, 228.) *Καὶ ἐπειδὴ ἐποίησα, διελὼν*

C *τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν, ἐντίθησιν, ὡς ἀποτελεσθείη ἐνταῦθα.* Cum conjunctivo, Soph. (Aj. 530.) *Κόμιζε νῦν μοι παῖδα τὸν ἐμὸν ὡς ἴδω.* In isto etiam loco qui e Plut. Lycurgo affertur, *Φυλάττει τὴν πόλιν ὡς ἠθῶν οὐκ ἀναπλησθήσεται πονηρῶν*, fortassis *ὡς οὐκ ἀναπλησθήσεται*, accipi possit pro *ἵνα μὴ ἀναπλησθῇ.* Adhibetur præterea *ὡς* aliis etiam locis diversis a præcedentibus, quibus particula Ut a Latinis adhiberi solet. Herodian. 1, (13, 12.) *Φιλοτιμησαμένης, ὡς ἄν τις εἴποι, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως κ. τ. λ.*, ubi Polit. Ut ita dixerim. Greg. Naz. de Pentecoste, *Οὐκέτι ἐνεργείᾳ παρὸν, ὡς πρότερον· οὐσιωδῶς δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, συγγινόμενόν τε καὶ πολιτευόμενον.* At VERO *Ὡς εἰπεῖν* interdum quidem est Ut ita dicam, Ut ita loquar, Ut eo verbo utar; nonnunquam significat Prope dixerim, Fere. Plut. Symp. 4. *Οὐδὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, πολυχρόνιόν ἐστι*, Nullum enim, prope dixerim, diuturnæ vitæ est. Aristot. *Καὶ διὰ τοῦτο ἔχει πάντα τὰ ἔναιμα ἐγκέφαλον, τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, πλὴν ὅτι κατὰ τὸ ἀνάλογον.* In illo quoque

D Greg. Naz. loco, *Ὡς ἂν εἴποι τις*, Bud. existimat posse verti Prope dixerim; vel Ut ita dicam, Ut dicere possis. Idem *ὡς κατὰ παντὸς εἰπεῖν* a Gaza verti tradit, In universum dixerim. (In VV. LL. affertur ex Aristot. de Mundo, pro Atque ut in universum dicam. Ibid. *Ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν*, Ut summatim dicam, Ut uno verbo dicam. Item, *Ὡς ἔπος εἰπεῖν*, Ut ita dicam, Ut paucis dicam.) Idem præterea affert ex Aristot. de Part. Anim. 2. *Ὡς ἄξιον εἰπεῖν*, pro Quod quidem dictu dignum sit: *Ἔνια δ' οὐκ ἔχει τῶν ζώων, ὡς ἄξιον εἰπεῖν, μυελὸν, ὅσων τὰ ὀστᾶ ἰσχυρά.* Ex Eod. affert *Ὡς κατὰ λόγον εἰπεῖν*, quod vertit Pro portione: *Πολὺ γὰρ μείζω τὰ τοιαῦτα τῶν ζωοτόκων, ὡς κατὰ λόγον εἰπεῖν τῶν σωμάτων.*

Ὡς μὴ, Ut ne, vel simpliciter Ne; (ut dicitur *ἵνα μὴ* pro *μή.*) Xen. (Ἑλλ. 2, 3, 17.) *Ὡς μὴ καὶ ἡμᾶς ταὐτὸ δυνασθῇ ποιῆσαι.* Greg. Naz. *Ὡς ἂν τὸ τῆς σοφίας βάθος μὴ ἀγνοῇς.* Idem, *Ὡς ἂν μὴ βλάπτῃ τοῖς γεγραμμένοις.* Apud Synes. cum optativo, *Ἐγὼ μὲν καὶ σοῦ κήδομαι καὶ τοῦδε· σοῦ μὲν, ὡς μὴ ἀδικοίης· τοῦ δὲ,*

ὡς μὴ ἀδικοῖτο. At in VV. LL. affertur ὡς sine adjectione particulæ μὴ positum pro Ne, e Soph. (El. 1427.) μὴ ἐκφοβοῦ ὡς ἀτιμάσῃ, Ne time ne afficiat ignominia. Et ὡς ὄψεται μὴ δείσῃς, Noli timere ne videat. Sed paulo diversum usum habet particula ὡς in his duobus Soph. locis ab eo quem habet ὡς μὴ in proxime præcedentibus: adeo quidem ut in illis ὡς μὴ reddi possit vel simpliciter Ne, vel Ut ne: at in his solum reddere possimus Ne.

Ὡς pro ὥστε, Ita ut, Adeo ut. Paus. Τὰς δὲ ἐκείνων ἀνεῖλεν πόλεις· ὡς Φοίνικα ἰάμβων ποιητὴν θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν. Xen. (Ἀπ. 1, 4, 10.) Τὸ δαιμόνιον μεγαλοπρεπέστερον ἡγοῦμαι ἢ ὡς τῆς ἐμῆς θεραπείας προσδεῖσθαι, Magnificentius quam ut meo cultu egeat, s. mea observantia.

Ὡς cum ponitur pro εἴθε, Utinam, potest et tum reddi particula Ut. Hom. Od. A. (47.) Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. Il. Σ. (107.) Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο: Z. (282.) sequentem habet particulam κεν, ubi canit, ὥς κέν οἱ αὖθι Γαῖα χάνοι. Quibus in ll. imprecationi servit, sicut particula Ut ap. Lat. interdum. Plautus Persa, Ut istum dii deæque perdant; Terent. Adelph. ut Syre te cum tua Monstratione magnus perdat Jupiter; Catullus, Jupiter, ut Chalybωn omne genus pereat. Catullus, inquam, hunc Callimachi versum interpretans, Ὦ Ζεῦ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος. Sciendum est autem inveniri interdum scriptum ὧς hac in signif.; sed hanc scripturam alia exempl. refellunt. Atque adeo cum in Editione Romana Homeri adjunctos habente Eustathii Commentarios legatur ὧς in illo primo loco, in secundo eadem habet ὡς sine accentu. Cum vero dicitur ὡς ὄφελον, tunc ὡς aliter debere reddi, docebo ubi agam de hac particula præstante usum particulæ Quod.

Ὡς, Quam. Sed interdum quidem non solum per particulam Quam reddi potest, sed etiam particula Ut, (et tum quidem ad Similitudinis signif. pertinere dici potest, quamvis inde huc te remiserim,) nonnunquam vero solam particulam Quam ejus interpretationi adhibere possumus. Ut enim Græce dicitur ὡς ἄριστα δύναμαι, ita Latine dicere queas, Ut optime possum, Quam possum optime. Quintil. Non omittenda pars hæc orationis, sed exigenda ut optime possumus. Sed cur e Quintil. exemplum proferam, cum ipse ita usus sit Cicero? Ep. ad Treb. 7. Sic ei te commendavi et tradidi ut gravissime diligentissimeque potui. Idem pro Cluentio, Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus ut blandissime potest. Invenitur autem et nomen δυνατὸν interjectum inter ὡς et superlativum. Isocr. Panath. Ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν ἀπολελεῖφθαι τὴν ἐμὴν φρόνησιν τῆς σῆς ὡς δυνατὸν πλεῖστον. Sed neque in hoc aliisque hujusmodi ll., neque in iis qui non habent additum verbum δύνασθαι, commode uti possimus particula Ut: ac potius utendum fuerit particula Quam. Greg. Naz. Καὶ τὴν συμφορὰν ὡς κάλλιστα διατίθεται, Quamoptime, Quampulcerrime. Nec vero solum cum adverbio superlativi gradus, sed etiam cum nomine; ut enim dicitur ὡς κάλλιστα, sic quoque ὡς κάλλιστος. Tale est ὡς βέλτιστος ap. Xen. (Ἀπ. 3, 2, 3.) Quamoptimus: Ἵν' ὁ βίος αὐτοῖς ὡς βέλτιστος ᾖ. Nonnunquam particulæ ὡς subjungitur ὅτι: cujus loquendi generis antequam exempla proferam, aliqua dicam DE Ὡς τάχιστα: de quibus vocibus inter se junctis antea quidem verba feci; sed iis, quæ dixi, adjiciendum est: cum ὡς τάχιστα unicum verbum habet, tunc et ipsum admittere usum particulæ Ut; (est autem ea differentia inter ὡς τάχιστα unum habente verbum, et ὡς τάχιστα habente duo, quæ est inter Quamprimum et Cum primum;) veluti cum dicitur, Πορεύσομαι ὡς τάχιστα, Proficiscar quamprimum, celerrime, Ut potero celerrime. Interdum autem Latini, (sed cum aliis adverbiis potius,) inter Ut et adverbium interjiciunt particulam Qui, veluti si ita loquar, Se gessit ut qui optime, i. e. Ita se gessit ut qui optime. Venio ad ὡς habens adjectum ὅτι. Tum autem vel illam particulam ὡς, vel hanc ὅτι vacare dicendum est: cum utraque superlativo juncta eand. vim obtineat: adeo ut perinde sit ac si præfigens alicui Latino participio particulam Quam, ea non

A contentus, adjungeres illi aliquam quæ eandem vim haberet: ut sc. Per interdum hoc officio, sed cum positivo gradu, non cum superlativo, fungitur. Dicitur enim Quam beatissimus, non item Perbeatissimus, sed Perbeatus. Exempla autem usus illarum particularum conjunctarum ap. vett. etiam Scriptt. extant. Nam ὡς ὅτι μάλιστα extat ap. Plat. Δοκιμάζειν δὲ τὸν ἀεὶ λαγχάνοντα πρῶτον μὲν, ὁλόκληρον καὶ γνήσιον, ἔπειτα ὡς ὅτι μάλιστα ἐκ καθαρευουσῶν οἰκήσεων. Idem, Οὕτω δὴ χρηστέον ἀναγκαίως μὲν ταῖν ἰσοτήτοιν ἀμφοῖν, ὡς δ' ὅτι μάλιστα ἐπ' ὀλιγίστοις τῇ ἑτέρᾳ, τῇ τῆς τύχης δεομένῃ, Sed in quam paucissimis altera, ea utique quæ fortunæ suffragatu indiget. Sic ap. Gal. Ὡς ὅτι μαλακώτατα, ubi scribit, Πρῶτον μὲν ἐπαίροντας τὸ ἄνω βλέφαρον ὡς ὅτι μαλακώτατα. Itidemque superlativis nominum jungitur, ut, Ὡς ὅτι βέλτιστον, ap. Plat. Symp. 2. Sic Diosc. Ὡς ὅτι πλεῖστον χρόνον. Apud Eund. Ἀλὸς ὀρυκτοῦ ἢ θαλασσίου ὡς ὅτι λευκοτάτου.

Ὡς interdum subjungitur, præsertim adverbio
B θαυμαστῶς, s. θαυμασίως: interdum et cum ὑπερφυῶς. Plato Phædone (45.) Θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ubi Bud. vertit Mire admodum: quod nescio an satis usitatum sit Latinis. Dem. (969.) Θαυμαστῶς ὡς ἐλυπήθην. Rursum Plato Phædone, Νῦν δὲ θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν. Idem in eod. Dialogo (47.) Ὑπερφυῶς μὲν οὖν ὡς βούλομαι, Magnopere cupio. Idem in Symp. Ὑπερφυῶς ὡς χαίρω, Mirifice lætor. Nonnunquam vero σφόδρα additur particulæ ὡς præcedente adverbio, ut ap. eund. Plat. Εὖ οὖν λέγει θαυμαστῶς ὡς σφόδρα. (Tale est ap. Eund. Νὴ Δί' ἀμηχάνως γε ὡς σφόδρα. Tale, inquam, esse dico, quoniam præcedentes loci faciunt ut particulam ὡς potius cum priori quam cum posteriori adverbio jungendam esse censeam: licet alii aliter judicent.) Invenitur autem et θαυμαστὸν ὡς. Fortassis autem scribi debere ὧς cum accentu his in ll., docebo aliquanto post.

At vero ὡς cum adverbio ἑτέρως, item ἀληθῶς, minime huc pertinet, nisi quatenus hic agitur de ejus
C usu cum adverbio. Neque enim idem valet ὡς cum his adverbiis, quod cum præcedentibus, sed potius vacat, ideoque Budæum exempla hujus usus ceteris immiscuisse miror. Neque aliud EST Ὡς ἑτέρως quam ἑτέρως, Aliter: ITEM Ὡς ἀληθῶς, quam ἀληθῶς, Vere. Dem. pro Cor. Ἐάν τε καλῶς ἔχῃ, χάριτος τυγχάνει· ἐάν θ' ὡς ἑτέρως, τιμωρίας: (298.) Ὧν κατορθουμένων, μεγίστοις ἀναμφισβητήτως ὑπῆρχειν εἶναι· ὡς ἑτέρως δὲ συμβάντων, τὸ γοῦν εὐδοκιμεῖν περίεστιν. Idem ibid. (p. 269.) Ἧς (παιδείας) τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς τετυχηκότων. Plato de Rep. 1. Τὸν ὡς ἀληθῶς ἰατρὸν ὁριζόμενος. Apud Eund. et cum gradu COMPAR. Ὡς ἀληθεστέρως, ubi scribit, Καὶ πότερον ὡς ἀληθεστέρως δοκεῖ σοι λέγεσθαι. Loquens porro de particulæ istius pleonasmo Eust., ab Hom. originem hunc traxisse scribit. Exponens enim Il. B. (258.) Εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι ὡς νύ περ ὧδε, annotat Oratores sæpe ponere ὡς tanquam παρέλκον: ut, πρᾶγμα εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως ἔχον, pro καὶ ἑτέρως ἔχον. Quibus subjungit, Δέδωκε δὲ καὶ τούτου Ὅμηρος τὴν
D ἀρχὴν, εἰπὼν, εἴ σε ἀφραίνοντα κιχήσομαι ὡς νύπερ ὧδε: pro, ἐάν σε εὕρω οὕτως ἀφραίνοντα. Sed addit, Nisi forte ὡς pro λίαν positum sit. Hæc ille; at ego non video quid obstet quominus et tertia exp. utraque harum simplicior afferatur. Ceterum ut ad particulæ ὡς pleonasmum redeam, quidam annotant talem esse pleonasmum voculæ Ut ap. Cic. Invitus feci ut C. Flaminium ejicerem. Sed hic dici non potest πλεονάζειν particula Ut, cum sermonis Latini consuetudo vix patiatur ut omissa illa dicamus, Invitus feci ejicerem, pro Invitus ejeci. Et quamvis ita dici posset, quid commune habet particula Ut verbo juncta cum ὡς juncta adverbio?

Ὡς habet nonnunquam et alium particulæ Quam usum; ponitur enim interdum et pro illo Quam quod significat Quantum, admirative: ut, Ὡς ἱερὸν καὶ σεμνόν. Aristoph. Πλ. init. Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου, Quam molesta res est, dura res est, aut, acerba. Possit forsitan reddi etiam, Proh quam dura res est: vel, Durum et acerbum est.

Schol. autem scribit, Τοῦ δὲ ὡς πέπλεκται ἡ διάνοια ἐκ τοῦ θαύματος καὶ σχετλιασμοῦ.) Lucian. (§. 3.) Dial. Jovis et Ganymedis, Ὡς ἀφελὴς ὁ παῖς ἐστὶ καὶ ἁπλοϊκὸς, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο, παῖς ἔτι. Apud eund. Lucian. invenio particulam hanc subjunctam in hac signif., simulque SCRIPTAM Ὧς: quod observatione dignum est, et addendum iis quæ de hac particula dicta fuerunt accentum assumente. Locus illius est in Piscatore s. Reviviscentibus (§. 33.) p. 85., ubi non simpliciter est admirantis, sed cum indignatione, Τὸν Δία δὲ ἢ τὸν Ἡρακλέα, μὴ κατ' ἀξίαν ἐπιδείξασθαι τοῖς θεαταῖς, ἀποτρόπαιον ὡς, καὶ αἰσχρόν. Quibus in ll. habere locum potest etiam particula Ut. Atque adeo Bud. vertit hic, Vt aversandum. (Venit tamen mihi aliquid in mentem de hoc posteriore loco, quod lectorem celare nolim: sc. posse fortassis ἀποτρόπαιον ὧς ita dictum esse ut θαυμαστὸν ὡς: quamvis hic non addatur accentus isti particulæ. Sed θαυμαστὸν ὧς scribere rationi fortasse consentaneum fuerit.) In exemplum particulæ ὡς significantis θαυμασμὸν, i. e. Admirationem, affertur hic versus, Ὡς ἀγαθαί φρένες ἦσαν ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ. Dicetur autem de hac signif. ex Hom. et ubi agetur de ὡς fungente officio præp. πρός. Sed hoc supradictis addendum est, interdum huic particulæ usum istum habenti adjici et aliam. Greg. Naz. Τί οὖν γίνεται; ὡς λίαν γελοῖον καὶ ἐλεεινόν.

Ὡς interdum i. valet q. particula Quod: quem usum frequentissime habet et ὅτι. Sed intellige de Quod significante apud nos Que. Veluti cum ita loquimur, Il a dit que ce n'est pas merveille, εἶπεν ὡς οὐδὲν θαυμαστόν ἐστι, ubi si verbum verbo reddere velimus, particula Quod utendum fuerit: at si Latine potius quam ad verbum (i. e. singulas voces singulis vocibus) interpretari libeat, utendum fuerit infinitivo, Dixit mirum non esse. Scimus alioqui veterem Testamenti Novi Interpretem et Scriptores Eccl. talem omnino usum particulæ Quod tribuisse. Quin etiam inveniuntur aliqui loci ap. nonnullos eorum qui inter postremos Latinitatis Auctores non sunt, ubi particula Quod usum illum habere videtur. At locus hic Plinii Ep. 3, 5. Quod lectitas, mihi pergratum est, affertur quidem pro illius usus exemplo, sed minime convenit. Nam resolvi quidem potest itidem in infin. hoc loquendi genus, sed particulam ὅτι locum ibi habere, nequaquam dixerim. Ac profecto si in eo Plinii loco Quod esset Græcum ὅτι, s. ὡς, et Gallicum Que, possent e Cic. quoque loci Pliniano illi similes afferri. Linacer, (cujus non minor est ap. me quam ullius Grammaticorum nostri sæculi auctoritas,) particulam Quod ait poni διαβεβαιωτικῶς pro ὅτι: ut in talibus, Scio quod scribis, vel scribas: sed nullo id exemplo confirmat. Idem alibi cum definitivas conjunctiones esse dixit quæ præcedentis verbi signif. determinant: talem usum particulæ Quod tribuit: et locum Plinii, nec non Ciceronis, quibus id probet, subjungit: Plinii, in Ep. Gaudeo et gratulor quod Fusco Salinatori filiam tuam destinasti. Ciceronis in Sallustium, Credo quod non omnes tui similes incolumes in urbem venissent. Sed quod ad hunc posteriorem locum attinet, in hoc certe talem omnino esse usum particulæ Quod fateor, qualis est is, quem habere dixi particulam ὅτι et ὡς: sed Ciceronis esse orationem e qua depromtus fuit ille locus, neque fateor, neque hodie fatentur quorum postremæ extant Ciceronis Orationum Edd. Adde quod suspectam illius loci fidem reddere possunt et quæ præcedunt. Totus enim locus est ita scriptus, Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus, (non hanc dico popularem ambitionem, cujus me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cujus primos ordines Sallustius duxit,) aut in gerendis magistratibus, aut in vindicandis maleficiis tam severus, aut in tuenda republica tam vigilans, quam tu proscriptionem vocas: credo quod non omnes tui similes incolumes in hac urbe vixissent. Quis enim non videt hic Vixissent cum illo Fuerim non cohærere? Nemo certe est qui non statim animadvertere

A possit ita scribendum fuisse, Sed si fuissem ita ambitiosus, aut, etc. credo quod non omnes tui similes incolumes in hac urbe vixissent. Sed quamvis totius loci fidem suspectam mendum illud reddere possit, potius tamen (ne levi argumento niti dicat) auctoris fidem suspectam mihi esse profiteor. Venio tandem ad quendam Cic. locum, qui ex ejus pro Roscio Amerino Oratione affertur: tanquam in eo dixerit, Respondit quod, ea signif. qua Gallice diceremus, Il a répondu que, Græce, ἀπεκρίνατο ὅτι, vel ὡς. Sed longe aliter se res habet; neque enim particula Quod jungi debet aut potest cum verbo Respondit: sed intelligendum est e præcedentibus Respondit se accusaturum esse quod etc. Verum libet et locum illum proferre totum, ut tu quoque, lector, de eo judicium ferre possis. Cum ab eo quæreretur quid tandem accusaturus esset eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset: ajunt hominem, ut erat furiosus, respondisse, quod non totum telum

B corpore recepisset. Quod si ne ex iis quidem aliquis illi meæ exp. subscribit, at e præcedentibus et sequentibus subscribere illi cogetur. De hoc autem usu particulæ Quod ideo latius disserui, quia multos, et quidem Germanos præcipue, in ea opinione esse scio ut Latinum esse arbitrentur: adeo ut nonnulli in reddendis particulis ὅτι et ὡς (eam de qua nunc agitur signif. habentibus) illa utantur: et quidem ibi quoque, ubi vitari facile potest; alioqui enim locos posse occurrere scio, in quibus ea uti necesse sit: atque adeo ne me quidem, in vertendis quibusdam ad logicam Philosophiam pertinentibus, vitare eam potuisse, sine maximo et ambiguitatis et obscuritatis periculo, memini. Sed venio ad aliquot exempla usus particulæ ὡς, de quo agitur, ut λέγω ὡς αὐτὸς ποιεῖ, vel ἐποίει, vel πεποίηκε, etc. Je dis qu'il fait, vel qu'il faisoit, vel qu'il a fait. Itidemque cum aliis personis et modis: Herod. 4, (36.) p. 147. Τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβορέω, οὐ λέγω, λέγων ὡς

C τὸν οἰστὸν περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, οὐδὲν σιτεόμενος: pag. proxime sequente, Καὶ ἔλεγον ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ, ἄλλῳ δὲ δή τεῳ, ὡς περιπλώοντες ἐς τὴν Λιβύην, τὸν ἥλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιά: quo in loco (ut et de hoc obiter lectorem admoneam) hæc verba ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ, ἄλλῳ δὲ δή τεῳ, commode parenthesi includentur, cum ἔλεγον feratur ad ὡς. Talem certe parenthesin et alibi ap. Eund. observasse videor. Subjungam et e Demosth. exempla, (non quod ap. reliquos quoque, qui Herodoti sæculo proximiores sunt, ea non extent; sed quod mihi in præsentia non sint ad manum:) Philipp. 3. Ὡς δ' οὐ προσήκων, ἢ ὡς οὐ κληρονόμος τούτων ὢν, ταῦτα ἐποίει, οὐκ εἶναι λέγειν, ubi observa præcedere hanc particulam. Itidem certe et in h. l. principium huic particulæ, at finem dedit participio λέγων, ita scribens, Philipp. 1. Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέλοντας, ὑπάρχειν ἅπαντας ἑτοίμους, ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων, παύομαι λέγων. Jungitur enim partic. λέγων non cum posteriore ὡς, (utpote

D alium usum habente,) sed cum priore. Plut. Lycurgo, Ἐπαμινώνδαν εἰπεῖν λέγουσιν ὡς τὸ τοιοῦτον ἄριστον οὐ χωρεῖ προδοσίαν. Ceterum non cum λέγω tantum s. φημὶ, vel alio hujus generis verbo jungi putandum est hanc voculam, sed et cum alio quolibet quocum jungi particula ὅτι consuevit. Dicitur enim ὁμολογῶ ὡς, et νομίζω vel ἡγοῦμαι ὡς κ. τ. λ. Atque adeo Xen. dixit etiam τεκμηρίῳ ὡς, sicut diceretur τεκμαίρομαι ὡς, Ἀπ. 1. init. Πρῶτον μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐνόμιζεν οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ; Paulo post autem habes exemplum illius usus frequentioris, Διετεθρύλλητο γὰρ ὡς φαίη Σωκράτης τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν. Sed quid attinet in exemplis satis obviis diutius immorari? Potius de ὡς ὅτι, quæ non itidem passim occurrunt, dicenda mihi sunt. Quemadmodum enim antea PARTICULAM Ὡς ὅτι simul poni docui, cum loquerer de ὡς cum superlativo; ita etiam hac in signif. sibi adjunctam interdum habere particulam

ὅτι sciendum est. Xen. Ἑλλ. (3, 2, 12.) Εἰπὼν τῷ Φάρακι ὡς ὅτι ὀκνοίη μή. Hanc autem istarum particularum hac in signif. geminationem e recentioribus maxime usurpavit Eust., si bene memini.

Ὡς interdum potest reddi particula Quod, non eum, de quo proxime dictum fuit, sed longe diversum, usum habente: nimirum ubi præfigitur adverbio Utinam. Itidemque Gallica illa particula Que hic quoque locum habet; nam cum pro Utinam Gallice dicatur Plût à Dieu, interdum præfigitur Que, et dicitur, Que plût à Dieu. Lucian (1, 830.) Ὡς εἴθε γε καὶ ἐξεμέσαι δυνατὸν ἦν, Quod utinam, vel, Atque utinam: sic vero jungitur et cum Ὤφελον, Ὤφελες, Ὤφελε, Ὄφελον, Ὄφελες, Ὄφελε, ut videbis supra, T. 2, 1560. Sed et ipsum ὡς per se ac sine adjectione poni pro Utinam, e præcedentibus didicisti. Quoniam tamen ibi exempla e Poëtis duntaxat habes, exemplum insuper unum afferam, idque e soluta oratione petitum: Synesii sc. Ὡς εἴη γε τοῦτον ἡμῖν εἶναι τῶν παρ' αὐτοῦ πώποτε στρατηγῶν εὐσεβέστατον. Convenire autem ὡς in ista signif. cum particula Ut, docui ibid.

Ὡς, Nam, Enim; interdum, Quandoquidem. Pro hujus autem significati exemplo quidam ex Hom. attulerunt hunc versum, Il. Φ. 291. Ὡς οὔτοι ποταμῷ γε δαμήμεναι αἴσιμόν ἐστιν. Sed controversa eo in loco signif. ista esse potest, meo quidem judicio: possunt vero non itidem controversa exempla ex eod. Poëta proferri, cum alibi, tum Od. B. (233.) Ὡς οὔτις μέμνηται Ὀδυσσῆος θείοιο Λαῶν οἷσι ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦρχε. Hic enim ὡς esse Siquidem, s. potius Quandoquidem, e præcedentibus versibus satis apparet: qui ita scripti sunt, Μήτις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς, Ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη, καὶ αἴσυλα ῥέζοι. Quibus subjungitur, Ὡς οὔτις μέμνηται, κ. τ. λ. Nullus rex, inquit, posthac mitem se et clementem in suos exhibeat, sed contra severum et asperum: quandoquidem clementiæ Ulysseæ memoria periit apud eos in quos illam exercuit. Sed quamvis tam bene quadret huic loco significatio ista particulæ ὡς, ut convenientior nulla esse possit, atque adeo ne dubitari quidem posse de illa videatur, Interprr. tamen aliam ei interpretationem dederunt; ita enim Raph. Volaterranus, Nullus deinceps rex sceptrum tenens, placabilis mitisque existat, neque animo sibi æqua decentiaque proponat, sed durus immitisque ac aliis incommodus. Heu quam nullus meminit Ulyssis, populorum quibus imperavit, quam dulcis existeret pater. Altera autem illa interpr., quæ e regione ipsius Homeri solet excudi, habet, Nec quisquam amplius benevolus, mansuetus et mitis sit Sceptriger rex, neque in mente pia opera cogitans, sed semper infestus sit, et injusta perpetret. Ut nullus recordatur Ulyssis divini Populorum quibus præfuit, et velut pater mansuetus erat. At quam convenientius sit ὡς interpretari Quandoquidem, ut melius perpendere posses, lector, libuit et mihi locum istum interpretari, sed carmine, (quod, ut extemporaneum, boni consulas velim,) Nemo suos posthac regum clemente gubernet. Imperio, neu sit recti studiosus et æqui, Sed præbens se durum illis mala multa facessat: Quandoquidem populos oblivio cœpit Ulyssis. Molles ille quibus, pater ut, laxabat habenas. Sunt porro et alii loci ap. hunc Poëtam, in quibus eund. usum hæc particula obtinet; sed his contentus, ad exempla e prosæ Scriptt. petita transibo, a Thuc. initium sumens: ap. quem legimus 1, (124.) p. 39. meæ Ed. Ὡς οὐκέτι ἐνδέχεται, i. e. οὐκέτι γὰρ ἐνδέχεται, inquit Schol. Idem in alio ejusd. Scriptoris loco exp. ἐπεί: 2, (64.) p. 68. Ὡς οἵτινες πρὸς τὰς ξυμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται κ. τ. λ. His subjungam ea quæ Bud. de hac particulæ ὡς signif. scripta reliquit. Ὡς, inquit, ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ, h. e. ἀμέλει, Etenim, Nam. Lucian. (2, 185.) Πλὴν ἔχεταί γε, καὶ οὐκ ἂν ἐκ τῶν παρόντων ὑπ' ἰατροῦ θεραπευθῆναι δύναιτο· ὡς εἴ γε ἄλλος τις ὑπόσχοιτο, ἤ τις ἀπαλλάξειε, μίσει τότε ὡς ἀδικοῦντά με, Quod si quis eam curarit, licet jam ut me oderis: (270.) Ὡς νῦν γε καί σε ἐλεῶ, τελέως ἤδη A ἐκβεβακχευμένον, Nam nunc quidem te miseror, ut bacchari cœpisti. Cui non absimile illud videtur Ciceronis de Oratore, Ut non jam sine causa Demosthenes tribueret primas et secundas et tertias actioni. Plin. l. 22. Ut non sit mirari satis naturæ providentiam. Est enim illativa e præcedentibus conjunctio. Plato Phædro, Βούλει οὖν ἐν τῷ Λυσίου λόγῳ, ὃν φέρεις, ἰδεῖν τι ὧν φαμὲν ἄτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον εἶναι. ΦΑΙ. Πάντων γε μάλιστα· ὡς νῦν γε ψιλῶς πως λέγομεν, οὐκ ἔχοντες ἱκανὰ παραδείγματα: Etenim nude nunc quodammodo disserimus. Et in Euthyd. Οὐκ ἂν φθάνοις ἀκούων· ὡς οὐκ ἂν ἔχοιμί γε εἰπεῖν ὅτι οὐ προσεῖχον νοῦν αὐτοῖς: Quandoquidem excusare non queo. Sic ap. Dem. c. Lept. Οὐδὲ γὰρ εἰ πάνυ χρηστός ἐστιν, (ὡς ἐμοῦ γε ἕνεκα ἔστω,) βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος, Nam esto quidem ille per me. His autem cum multa addi possint, et accuratius fortassis in significationem hujus particulæ, (quam sc. in locis hujusmodi obtinet,) inquiri: addam tamen pauca in præsentia, utpote ad alia festinas. Ac primum B afferam locum in quo ὡς subjunctam habet particulam νῦν: ut e pluribus exemplis melius usum harum particularum conjunctarum perspicere queas. Chrys. in Ep. ad Rom. 6. λόγῳ ια', p. 47. init. Ὥστε εἰ δόξης ἐρᾷς, ἀπόστηθι τούτων ὧν νῦν ποιεῖς, καὶ μὴ τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν καλλώπιζε, ἵνα γένῃ λαμπρὸς καὶ περιφανής· ὡς νῦν γε οὐδέν σου γένοιτ' ἂν εὐτελέστερον, ἐρήμην ἔχοντος τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ τῆς οἰκίας προβαλλομένου κάλλος. In VV. LL. ὡς poni dicitur etiam pro Quare, Quamobrem; sed nullum hujus usus exemplum affertur. Additur videri accipi et pro Alioqui, a Plut. Rom. in fine, Ὡς ἔδει γε καὶ τοῦτο ψεῦδος εἶναι, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων. Sed in h. l. interpretatione multum variant Interprr.; ita enim quidam, Alioqui oportebat et hoc falsum esse et alia plurima. Quidam, Quod utinam sit cum aliis plerisque mendacium. Quidam denique hoc modo, Quæ quidem conficta esse præstiterit, sicut et pleraque alia. Bud. certe in quodam ejusd. Scriptoris loco, hæc verba, Ὡς ὤνατό γ' ἂν ἐνταῦθα τοῦ βίου C παυσάμενος, vertit, Ut præstabilius ei fuerit vitam hic finire.

Ὡς vice præpositionis πρὸς nonnunquam fungitur, i. valens q. Ad, et accusativum itidem habens. Extatque et ap. Hom. hujus signif. exemplum, cum alibi, tum in illo versu qui Proverbiorum numerum auxit, Od. P. (218.) Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Nam ὡς isto in versu, priore quidem loco admirantis vim habet, in posteriore autem i. valet q. πρὸς, s. εἰς. Manifestum enim est non posse aliud significare quam Ad. (In priore autem loco licet θαυμαστικὸν esse non dubitem, itidemque apud multos pro indubitato ac confesso id habeatur, exponendo sc. per Ut: hoc modo, Ut semper Deus similem ad similem adducit: vel Proh ut etc. vulgata tamen ad verbum interpretatio reddit Sic.) Existimatur porro hic usus particulæ ὡς, pro præpositione πρὸς s. εἰς, esse Atticus. Aristoph. (Πλ. 153.) ὡς τοῦτον, Ad hunc. Isocr. Ὡς βασιλέα. Sic Thuc. Ὡς αὐτὸν βασιλέα. Xen. Ἀπ. 2, (7, 2.) Συνεληλύθασιν ὡς D ἐμέ: (ibid.) Πολλῶν φυγόντων ὡς τὸν Πειραιᾶ. Dem. Λέγεται οἴχεσθαι πρεσβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους. Æschin. (31.) Ὡς δὲ τάχιστα ἥκομεν ὡς Μακεδονίαν, συνετάξαμεν ἡμᾶς αὐτούς.

Ὡς quemadmodum interdum abundare dictum est, sic etiam interdum deese sciendum est; sed intellige de ὡς Similitudinis significationem habente. Nam ab Hom. μάχοντο δέμας πυρὸς dici pro ὡς δέμας πυρὸς, pro confesso a multis Gramm. habetur: adeo quidem ut aliis in locis Ejusd. ubi itidem subaudiri particulam ὡς existimant, loci illius auctoritate nitantur, ut Il. E. (4.) Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ: T. (298.) ἀλλά μ' ἔφασκες Ἀχιλλῆος θείοιο Κουριδίην ἄλοχον θήσειν, pro ὡς κουριδίην ἄλοχον, secundum quorundam expositionem: quæ tamen parum mihi probatur. Apud Hebræos quidem certe כ, quæ est itidem Similitudinis particula, frequentissime subaudienda relinquitur.

COGOR autem, (ne quid omisisse dicar,) etiam quæ supervacanea sint, de hac particula supradictis

adjicere: quæ sc. quidam e Tryphone de triginta signiff. particulæ *ὡς* retulerunt: ita incipientes, *Ἰστέον ὅτι τὸ Ὡς τριάκοντα σημαίνει παρὰ* Τρύφωνι,

Ὡς παραβολὴν, Ιλ. Γ. (23.)

Ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας,

Ὡς ἀνταπόδοσιν, Ιλ. Γ. (36.)

Ὡς αὖτις καθ' ὅμιλον ἔδυ Τρώων *ἀγερώχων*.

Primum quidem ista loquendi forma non video qui probari merito queat, ut dicamus particulam *ὡς* significare *παραβολὴν*, i. e. Comparationem: pro eo quod est, Adhiberi comparationi, seu, Usurpari in comparatione. Idemque et de iis, quæ proxime subjunguntur, dicendum est: sc. *ὡς* significare *ἀνταπόδοσιν*, i. e. Redditionem: pro Adhiberi redditioni comparationis s. similitudinis. Quin etiam aliud hic peccatur, sc. quod non admonetur lector de scripturæ mutatione; cum enim est *ἀνταποδοτικὴ* hæc particula, non Ὡς simpliciter, sed Ὧς scribitur, assumto accentu, ut supra docui. Quod etiam videre est in illo Homeri versu; scriptum est enim *ὧς*, non *ὡς*, in omnibus quæ quidem usquam viderim exempl., ut omittam Gramm. quosdam de hac scriptura præceptum tradidisse. Sic autem et in versu qui hunc paucis interjectis præcedit, *Ὧς ἐχάρη* Μενέλαος Ἀλέξανδρον *θεοειδέα Ὀφθαλμοῖσιν ἰδών*. Qui versus (ne fallatur lector) ille est qui continet *ἀνταπόδοσιν* illius qui primus allatus fuit in exemplum significationis *παραβολῆς*, sc. *Ὥστε λέων ἐχάρη κ. τ. λ.* Qui etiam versus non satis apte selectus inter tam multos fuit: utpote in quo non simpliciter Ὡς, sed *Ὥστε* scriptum sit, ut etiam scribi debet. Aut saltem admonendus erat lector, particulam *τε* nihil de significatione hic mutare. Sed cum passim ap. Hom. occurrat *ὡς* sine hac particula adhibitum *παραβολῇ*, sive inchoans *παραβολὴν*, multo satius erat alium quempiam locum afferre. Hæc certe faciunt ut parvo cum judicio scripta hæc fuisse existimem.

Ὡς tertio loco ibi dicitur significare *ὑπερβολὴν*, i. e. Superlationem: ut in hoc versu, *Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός*. Hic autem non video quomodo excusari hæc signif. possit. Neque enim ut dictum est *ὡς* significare comparationem et redditionem, (comparationis sc.,) i. e. adhiberi comparationi et redditioni, sic etiam ausim dicere significare hyperbolen, i. e. adhiberi hyperbolæ; cur enim potius dicamus hoc in versu particulam *ὡς* adhiberi hyperbolæ, i. e. superlationi, quam exclamationi, aut admirationi, vel utrique simul? Alioqui certe nihilo magis superlationem debuit dicere quam comparationem: imo vero simplicius multo erat hanc quàm illam dicere. Latine certe reddendo utendum fuerit aliqua particula earum quibus exclamantes utimur. Raph. Regius vertit, O quam nihil est deterius aut atrocius femina. Quidam interpr. Ut nihil est, etc. Ego malim, Adeo nihil est, etc. Ceterum ne hoc quidem silentio prætereundum fuerit, hic quoque in quibusdam exempl. *ὧς* scribi cum accentu.

Ὡς ibi pro quarta signif. habet *ἀναφορὰν*, Od. Δ. (620.) *Ὡς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον*, Ita quidem isti talia inter se loquebantur. Sed vix mihi possum persuadere eum a quo hæc scripta sunt, (nam a Tryphone profecta esse minime credo,) usum esse appellatione *ἀναφορᾶς*, verum aliud potius scripsisse. Aut certe quæpiam nova omnino signif. voci huic *ἀναφορὰ* tribuenda fuerit, cum nihil *ἀναφορᾶς*, i. e. Relationis, agnoscatur in hujusmodi dicto, *Ὡς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον*, (vel potius *Ὧς οἱ μὲν, κ. τ. λ.* ita enim e consensu omnium exempl. scr. est, sicut et ubi *ὧς* significare dicebamus *ἀνταπόδοσιν*,) nihilo certe magis quam ubi dicitur *Ὧς εἰπὼν*, *Ὧς φάτο*, *Ὧς ἄρα φωνήσας*, &c. At quis in hujusmodi ll. *ἀναφορὰν* esse dixerit? Aliud certe non videmus hic quam claudi sermonem, quem ab aliquibus inter se habitum retulerit, et inde alio transiri.

Ὡς quintam signif. habere traditur *θαυμασμὸν*, i.e. Admirationem. Afferturque hic versus, *Ὡς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἐχέφρονι* Πηνελοπείῃ. De qua signif. plura non dicam, cum antea quomodo hæc particula *ὡς* admirationi adhibeatur, satis superque docuerim.

Ὡς sexto loco, (sequendo ordinem qui ap. Urbanum et aliquos alios habetur,) *βεβαιώσεως* significationem illic obtinet. In cujus exemplum affertur hoc dictum, *Ὡς χάριέν ἐστ' ἄνθρωπος ἀνθρώποις*, Sic gratiosum est homo hominibus. Sed si *ὡς* ibi significaret *βεβαίωσιν*, interpretandum potius esset Profecto, Certe, ut i. esset q. *ὄντως*: ut certe Schol. Soph. exp. ap. ipsum in hoc Ajacis versu, non procul a principio, *Ὡς ἐστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι*: ait enim esse *ὡς* positum pro *ὄντως* et *ἀληθῶς*. Cam. vertit, Plane sunt viri istius hæc opera tibi.

Ὡς pro septima signif. ibi habet *ὁμοίωσιν*, confirmaturque hoc versu, Od. Δ. *Ὡς ὅδ' Ὀδυσσῆος μεγαλήτορος υἷι ἔοικεν.* Minime autem debebat distingui *ὡς* significans *ὁμοίωσιν*, ut illorum verbis utar, ab eo quod *παραβολὴν* declarat. Quin etiam illud, quo *ἀνταπόδοσις* significatur, (sc. *ἀνταπόδοσις παραβολῆς* s. *ὁμοιώσεως*,) simul poni debuerat. Sed magis etiam in eo peccatur, quod *ὡς* redditur Ita: dando illi versui hanc interpr., Ita hic Ulyssis magnanimi filio assimilatus est. Præcedit enim ap. Hom. in priore parte orationis particula *ὧδε*, cui respondet *ὡς*: ut Latine particulæ Ita respondet sæpe Ut. Ita enim Hom. vel Helene ap. Hom., Od. Δ. *Οὐ γάρ πω τινά φημι ἐοικότα ὧδε ἰδέσθαι Οὔδ' ἄνδρ', οὔτε γυναῖκα, (σέβας μ' ἔχει εἰσορόωσαν,) Ὡς ὅδ' Ὀδυσσῆος μεγαλήτορος υἷι ἔοικε* Τηλεμάχῳ. Omitto errorem qui in eo commissus est, quod *ἔοικε* redditur Assimilatus est, cum reddi debeat Similis est: Neminem ita similem ut hic similis est. Posset etiam verti, Neminem tam similem quam &c. vel, Neminem adeo similem.

Ὡς in octavæ signif. ordine dicitur esse *οὕτως*, Sic, Ita. Il. H. (1.) *Ὡς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ*. Quæ etiam signif. (cujus multa exempla habuisti supra) cum iis de quibus modo dictum est collocari debuerat. Multa certe ejus exempla fuerunt a nobis allata; sed ubique addito accentu: *Ὧς φάτο*, *Ὧς ἄρα φωνήσας*, &c. Sic, *Ὧς εἰπών*.

Ὡς nono loco dicitur i. valere q. *ὅμως*, i. e. Tamen. Afferturque ex Od. A. (6.) Ἀλλ' *οὐδ' ὡς ἑτάρους ἐρρύσατο, ἱέμενός περ*. Ita enim redditur hic versus, Sed neque tamen socios liberavit, cupiens quanquam. Quæ sane interpr. inepta est, si Latini sermonis consuetudinem spectemus, Sed neque tamen liberavit. Neque enim bene conveniunt secum hæ tres particulæ, Sed neque tamen. Atque adeo ut *ὡς* alicubi a Gramm. expositum fuisse *ὅμως* fateor, (de qua etiam expositione dictum a me fuit,) ita hoc loco sic debere vel posse exponi nego, cum sciamus *οὐδ' ὧς* (ita enim scr., non *οὐδ' ὡς*, sine accentu,) nonnunquam esse quod Latini dicunt, Ne sic quidem: et hanc interpr. optimo huic loco, sicut aliis nonnullis, convenire videamus; cum enim dixisset, de Ulysse, Πολλὰ *δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμὸν*, Ἀ*ρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων*, subjunxit, Ἀλλ' *οὐδ' ὧς ἑτάρους ἐρρύσατο, ἱέμενός περ*, Sed ne sic quidem socios servavit. I. e. Sed ne has quidem ærumnas perferendo, efficere potuit ut socios servaret, vel, incolumes conservaret. Ceterum in quibusdam libris eund. significationum particulæ *ὡς* catalogum habentibus, significationi isti duæ sedes tribuuntur, sc. quinta et decima septima. Et in illa quidem quinta sede illud idem exemplum affertur, ex initio Od. A. Ἀλλ' *οὐδ' ὡς ἑτάρους*: in altera autem affertur pro exemplo hic locus, *Ὡς πρῶτον* Κί*κονας δαμάσσατο*. Cujus loci depravata scriptura restitui hoc modo debet ex Od. Ψ. (310.) *Ἤρξατο δ' ὡς πρῶτον* Κί*κονας δάμασ'*. Subjungitur enim, *αὐτὰρ ἔπειτα* Ἦλθ' *ὡς* Λ*ωτοφάγων ἀνδρῶν πίειραν ἄρουραν*. Nullam autem expositionem minus convenire particulæ *ὡς* isto in loco quam illam, qua dicitur poni pro *ὅμως*, luce clarius est. Cum *ἤρξατο* enim subauditur e præcedenti versu verbum *καταλέξαι*, quod cum *ὡς* jungitur: hoc modo, *ἤρξατο καταλέξαι ὡς πρῶτον δάμασε* Κί*κονας*, (vel *καταλέξαι πρῶτον ὡς δάμασε*, ut sit trajectio hujus particulæ,) Narravit initio quomodo Ciconas domuisset, vel, Ut domuisset. Debuerat certe potius in exemplum significationis

particulæ ὡς, qua ponitur pro ὅμως, afferri versus, in quo et Schol. quidam de signif. illa consenserunt, Il. A. (116.) Ἀλλὰ καὶ ὡς ἐθέλω δομέναι πάλιν, εἰ τόγ' ἄμεινον: et scribi debere ὣς cum circumflexo, et quidem e Grammaticorum Herodoti et Apionis auctoritate, ut antea docui. Verum ego aptius hujus signif. exemplum desidero; nihil enim video quod obstet quominus ἀλλὰ καὶ ὣς simplicius accipiamus pro Sed et sic, i. e. Sed quamvis etiam hæc ita sint.

Ὡς decimo loco exp. ὅπως, Ut. Afferturque ex Il. Z. (259.) Ὡς σπείσῃς Διὶ πατρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι. At vero pro ἵνα (cui signif. vicesima sexta sedes assignatur) affertur hic ejusd. Poëtæ versus, ex Il. Γ. (166.) Ὥς μοι καὶ τόνδ' ἄνδρα πελώριον ἐξονομήνῃς. Sed perperam ex una eademque signif. fiunt duæ; perinde est enim sive ὅπως, sive ἵνα dicamus particula ὡς significari: cum utraque eod. modo valeat quod ap. Latinos vocula Ut, cum est conjunctio causativa, s. causam finalem indicans. De hac autem signif. particulæ ὡς, non ap. Poëtas tantum, sed ap. prosæ Scriptt. quoque, abunde dictum in præcedentibus fuit. Verum et hoc obiter in utroque horum locorum animadversione dignum est, ὄφρα in priore sermonis parte, ὡς in posteriore poni.

Ὡς undecimam signif. ibi habet eam, qua ponitur pro ὁμοίως, i. e. Similiter, Od. A. (47.) Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. Sed plane alium usum hic habere particulam ὡς, satis apparet ex iis quæ a me antea dicta fuerunt. Neque enim quisquam, qui locum illum vel per transennam aspexerit, non animadvertat εὐκτικὴν σημασίαν aptissimam ibi esse particulæ ὡς, sicut et in isto ejusd. Poëtæ loco, Il. Σ. (108.) Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο, Καὶ χόλος, ὅστ' ἐφέηκε κ. τ. λ., ubi Eust. Τὸ δὲ, Ὡς ἔρις ἀπόλοιτο, inquit, ὅμοιόν ἐστι κατὰ τὸ σχῆμα τῷ, Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅπερ ἐν Ὀδυσσείᾳ κεῖται· τοῦ Ὡς καὶ ἐνταῦθα εὐκτικὴν σημασίαν ἔχοντος. Sic autem et particulam Ut, Optandi aut Imprecandi, (quod minus generale est,) vim habere interdum ap. Latinos, aliquot exemplis antea probatum fuit: item particulam Quod interdum particulæ Utinam præfigi. Sciendum est porro quosdam ex iis qui hasce particulæ ὡς signiff. in catalogum redegerunt, non versum illum afferre pro exemplo particulæ ὡς significantis ὁμοίως, sed istum, Μνήσομαι ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης. Quem locum, ut ostendam minime interpr. illam admittere, altius repetere necesse habeo: ita igitur Achilles ad Ajacem Telamonium, Il. I. (643.) Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων Μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην. Nulla certe orationis cohærentia esse potest, si ὡς reddatur hic Similiter; cum nemo negare possit quin orationis structura hanc interpr. poscat, Sed mihi turget cor ira, cum illorum recordor, i. e. illarum contumeliarum, quomodo Atrides talem me reddiderit. Valla reddidit per Quod, non male, modo satis Latine: locum illum ita reddens, Ceterum cor meum irarum æstu toties fervet, quoties reputo, quanta me contumelia Agamemnon affecit, quod me inter Græcos loco gregarii cujusdam militis habuit. Verum et alia invenitur lectio, sc. ἐκείνου pro ἐκείνων, et ὅς pro ὥς.

Ὡς duodecimam expositionem ibi habet per particulam ὅσον: dicitur enim ὡς i. valere q. ὅσον, in Od. P. (344.) Καὶ κρέας ὥς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον ἀμφιβαλόντι. Ubi expositionem illam admitti posse existimo: quidam tamen interpr. non Quantum capiebant manus, s. capere poterant complexu suo; sed, Ut capere poterant. Inveniri autem ὡς pro ὅσον et in aliis quibusdam loquendi formulis, sciendum est.

Ὡς decimamtertiam explicationem ibi habet per particulam quæ præcedenti ὅσον respondet, sc. per τόσον, Od. H. (108.) Ὅσσον Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες ἀνδρῶν Νῆα θοὴν ἐνὶ πόντῳ ἐλαυνέμεν, ὡς δὲ γυναῖκες Ἱστὸν τεχνῆσαι. Eod. modo exp. ὡς isto in loco brevium Scholl. auctor. Eust. quoque ita explicat, ὅσον οἱ Φαίακες ναυτικοί, τοσοῦτον αἱ γυναῖκες τεχνικαὶ ὑφαίνειν. Subjungit tamen, Ἴδριες δὲ ἐκεῖνοι περὶ πάντων ἀνδρῶν, οὕτω δὲ καὶ αὗται πασῶν γυναικῶν. Sed pro ὅσσον initio prioris versus quædam exempl. habent τόσσον: cum qua lectione stare exp. illa non posset. Ac certe quamvis habeatur illa lectio in textu qui est insertus Eustathii Commentariis, non videtur ipse eam agnoscere. De hoc quoque monendum lectorem censeo, in multis exempl. legi ὥς, cum accentu.

Ὡς decimoquarto loco dicitur esse i. q. ὡσαύτως, i. e. Eodem modo: Od. E. (129.) Ὡς δ' αὖ νῦν μοι ἄγασθε θεοὶ βροτὸν ἄνδρα παρεῖναι. Sed nihilo magis ὡς potest hoc in loco significare ὡσαύτως, quam in præcedentibus: Ὡς μὲν ὅτ' Ὠρίων' ἕλετο κ. τ. λ. Item, Ὡς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι κ. τ. λ. Atque adeo Eust. Τὸ δὲ ὡς μὲν, inquit, καὶ ὡς δὲ, καὶ ὡς δ' αὖ, ταυτόν ἐστι τῷ ὡσαύτως. Ubi etiam animadvertendum est, ab eo scribi ὡς sine accentu, cum alioqui in quibusdam exempl. duo posteriora additum habeant accentum: in nonnullis, duo priora: quædam vero in tribus illis locis hanc scripturam habeant. Ceterum minime censuissem separandam hanc signif. ab ea qua ponitur pro οὕτως.

Ὡς decimamquintam signif. ibi habet ἕως, Donec, ex Od. Γ. (301.) Ὡς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων. Sed ad confirmationem hujus expositionis addenda fuerant hæc, quæ sequuntur, ubi etiam est particula τόφρα illi ὡς respondens. Ita enim ibi legitur, Ὡς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων Ἠλᾶτο ξὺν νηυσὶν ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους, Τόφρα δὲ ταῦτ' Αἴγισθος ἐμήσατο οἴκοθι λυγρά. Raphael ὡς vertit Dum, (quod malo quam Donec,) et τόφρα, Interim s. Interea: pro quorum alterutro perperam in typogr. Edd. legitur Iterum. At vero interpretatio ad verbum, quæ Homero adjecta est, ὡς vertit Sic. Nec certe deesse alios locos similes puto, in quibus ὡς reddatur Sic, s. Ita.

Ὡς dicitur etiam poni pro ἀλλὰ, i. e. Sed, daturque huic signif. decimussextus locus, ex Od. X. (319.) Κείσομαι, ὡς οὐκ ἔστι χάρις μετόπισθ' εὐεργέων. Pertinet autem Κείσομαι ad proxime præcedentem versum, Αὐτὰρ ἐγὼ μετὰ τοῖσι θυοσκόος οὐδὲν ἐοργὼς Κείσομαι. Ubi plane non video quomodo ὡς significare possit ἀλλά: sed dixerim potius esse Quandoquidem, Quoniam. Aut certe esse exclamantis cum indignatione, ut Raph. vertit, O quam nulla est gratia impensi beneficii. Ab aliis autem, qui has signiff. particulæ ὡς collegerunt, affertur ὡς ex illo ipso versu tanquam i. valens q. οὐκέτι: sed nullo modo rationi consentaneam esse hanc expositionem, καὶ τυφλῷ δῆλον. Apud Eosd. pro exemplo particulæ ὡς significantis ἀλλὰ, habetur, ὡς τούτου ἀλήθειά τις: additurque Ἀττικὸν τοῦτο.

Ὡς affertur et pro ὅτι, sc. quod Gallice dicimus Que, ex Il. X. (10.) οὐδένι πώ με Ἔγνως ὡς θεός εἰμι. A quibusdam adjungitur et hoc exemplum, Ὡς δὴ τοῦδ' ἕνεκά σφιν Ἑκηβόλῳ, ubi male scriptum est Ἑκηβόλῳ pro Ἑκηβόλος. Est enim pars versus qui extat Il. A. (109.) ubi Calchanti dicit Agamemnon iratus, Καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις Ὡς δὴ τοῦδ' ἕνεκά σφιν Ἑκηβόλος ἄλγεα τεύχει, Οὕνεκ' ἐγὼ κ. τ. λ. Dicitur autem eod. modo ἀγορεύεις ὅτι, quo λέγεις ὅτι: cujus exempla habuisti supra ex oratione soluta.

Ὡς exp. etiam ἐπεὶ, Postquam, ex Il. K. (520.) Ὡς ἴδε χῶρον ἐρῆμον ὅθ' ἕστασαν ὠκέες ἵπποι. Sed hujus signif. satis multa fuerunt a nobis allata exempla.

Ὡς pro decimanona signif., dicitur esse i. q. εἴθε, Utinam, Il. Γ. (428.) Ἤλυθες ἐκ πολέμου· ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι. Sed debuerat potius afferri locus in quo ὡς sine illius verbi adjectione haberetur: cujusmodi a me allatum reperies supra.

Ὡς vicesimum usum ibi habet eum quo ponitur pro particula εἰ, quæ est σύνδεσμος συναπτικός, ut Od. Γ. (347.) Ὡς ὑμεῖς παρ' ἐμεῖο θοὴν ἐπὶ νῆα κίοιτε. Sed plane aliena est ab illo loco ista expositio, cum talis sit ibi Nestoris oratio, Ζεὺς τόγ' ἀλεξήσειε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι, Ὡς ὑμεῖς παρ' ἐμεῖο θοὴν ἐπὶ νῆα κίοιτε, Ὥστε τευ ἢ παρὰ πάμπαν ἀνείμονος ἠὲ πενιχροῦ;

et ὡς ὑμεῖς κίοιτε commode per infinitivum resolvi possit, Deus hoc avertat s. prohibeat, vos a me ita discedere. Raphael ita, Jupiter diique reliqui hoc non faxint, ut vos ad navem revertatis, a me discedentes tanquam paupere omnino. At vero ὡς pro εἰ quomodo convenire posset? Ut autem hic non posse sic accipi, ita nec usquam alibi, existimo.

Ὡς vicesimo primo loco dicitur esse τὸ διηγηματικὸν κεφάλαιον, i. e. Narrativum caput, Od. Γ. (184.) Ὡς ἦλθον, φίλε τέκνον, ἀπευθής· οὐδέ τι οἶδα. Sed ὡς, vel potius ὣς, assumto accentu, manifestum significare οὕτως, i. e. Ita: (perinde ac si diceret, Ita factum est ut venerim rerum omnium inscius.) Signif. igitur particulæ istius facile est intelligere, quam huic loco cum aliis plerisque communem habet: at vero quo sensu aut quorsum dicatur esse διηγηματικὸν κεφάλαιον, non sane cujuslibet fuerit divinare. Ab aliis autem in exemplum ὡς quod sit διηγηματικὸν κεφάλαιον, affertur non ille versus, sed hic qui illum non longo intervallo sequitur, Ὡς τ' ἦλθ', ὥς τ' Αἴγισθος ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον: cum ὡς pertineat ad ἀκούετε, quod habetur in proxime præcedente versu, Ἀτρείδην δὲ καὶ αὐτοὶ ἀκούετε νόσφιν ἐόντες. Nunc vide, lector, utro in loco malis ὡς esse διηγηματικὸν κεφάλαιον: nisi potius tam ineptam observationem prorsus explodendam censeas.

Ὡς vicesimasecunda signif. exp. καθάπερ: afferturque in exemplum, ex Od. Ψ. (310.) Ἤρξατο δ' ὡς πρῶτον Κίκονας δάμασ'. Qui versus ab aliis earundem signiff. collectoribus allatus fuit in exemplum ὡς significantis ὅμως, ut supra docui, ubi etiam vide quæ de illo versu dicta fuerunt, i. e. de signif. quam particula ὡς ibi obtinet.

Ὡς vicesimamtertiam signif. ibi habet εὐθέως, i. e. Statim, ex Il. Ξ. (294.) Ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν: nam priore quidem loco ὡς dicitur esse Ut, s. Postquam: at posteriore, Statim. Eand. certe explicationem affert et brevium Scholl. Auctor. Alioqui de h. l. idem dicendum fuerit quod et de aliis superius allatis, in quibus itidem ponitur bis particula ὡς, utrobique cum verbo.

Ὡς dicitur præterea esse ἀλλὰ μὴν, Atqui. Afferturque in exemplum hic Aristophanis locus, N. (209.) Ὡς τοῦθ' ἀληθῶς Ἀττικὸν τὸ χωρίον. Sed videndum an non locus ille expositiones alias admittat. Debuerat certe ὡς significans ἀλλὰ μὴν, ei vicina esse, quam significare ἀλλὰ dictum fuit.

Ὡς vicesimamquintam signif. ibi habet λίαν: afferturque ex Il. T. (16.) αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς Ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος. At ego non video cur ὡς in posteriore loco aliam habere exp. debeat quam in loco qui paulo ante ex eod. Poëta allatus fuit, Il. Ξ. Ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν. Fateor alioqui Eust. quoque in illo loco Il. T. ὡς posterius exponere λίαν: vult enim ὥς μιν ἔδυ χόλος, esse λίαν ἐχολώθη. Sed quomodo λίαν cum μᾶλλον convenire possit videndum est: ut omittam alia quæ supra de h. l. a me dicta fuerunt. Ab aliis pro hujus signif. exemplo affertur, ex LXX. Interprr. Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε. Quasi vero (præterquam quod aliunde potius afferri exemplum debuit) non magis conveniat hic ὡς reddi particula Quam, quæ exclamationi s. admirationi adhibetur.

Ὡς vicesimasexta significatione dicitur esse ἵνα, Ut: de qua signif. vide quæ dixi in ea quæ decimum locum habet.

Ὡς est etiam διὸ, Ideo, Eapropter. Cujus signif. (quæ vicesimaseptima est) exemplum hoc affertur ex Il. I. (444.) Ὡς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, οὐκ ἐθέλοιμι Λείπεσθαι. Cui expositioni astipulatur brevium Scholl. Auctor, explicans, Διὸ οὐκ ἀπολειφθήσομαί σου. Eust. tamen ὡς exp. ὄντως, nullam alterius expositionis mentionem faciens: quæ alioqui ratione non carere videtur.

Ὡς dicitur esse etiam πρὸς præpositio, ut Od. P. (218.) Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Cujus signif. (quæ ibi est vicesimaoctava) multa e soluta etiam oratione exempla habuisti supra.

Ὡς pro γὰρ, vicesimamnonam ibi sedem habet ex Il. Φ. (291.) Ὡς οὔτοι ποταμῷ γε δαμήμεναι αἴσιμόν ἐστιν. Ceterum et de hoc usu particulæ ὡς dicta fuerunt abunde multa.

Ὡς pro tricesima signif. (triginta enim habere dictum est) videtur habere illam, qua usurpatur ἀντὶ τοῦ ὠτίου, i. e. de Auricula. Ceteris enim, quæ retuli, hæc ibi subjunguntur, Τὸ ὡς πάντοτε ὀξύνεται, καὶ ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν μέσῳ καὶ ἐν τέλει· χωρὶς ὅτε σημαίνει τὸ οὕτως, καὶ τὸ ὅμως· καὶ δασύνεται, πλὴν ὅτε σημαίνει τὸ ὠτίον. Ut autem quam vera sint cetera omittam, non satis fuit ὦς significans Aurem, spiritu a particula ὡς distinguere, cum etiam accentu differat. Nisi forte pro οὕτως quoque et pro ὅμως circumflecti putarunt: cum enim dixissent ubique ὀξύνεσθαι, nisi cum significat οὕτως et ὅμως, addiderunt, καὶ δασύνεται, πλὴν ὅτε σημαίνει τὸ ὠτίον. Quid vero particulæ ὡς commune cum nomine ὦς quod Aurem significat? Opus eo fuit sc. ad implendum trigenarium significationum particulæ ὡς numerum. Quo quid ineptius fieri potuit?

Hæ sunt igitur illæ triginta signiff. particulæ ὡς: (nam triginta duas falso pollicentur:) quas quicunque collegit, quam parum judicio valuerit, aut etiam quam omni judicio caruerit ex iis quæ plerisque signiff. a me subjuncta fuerunt, facile quivis perspicere poterit. Quatuor certe potissimum modis ab eo peccatum est: primum, quod huic particulæ signiff. ab eo prorsus alienas tribuit: deinde, quod ab iis signiff., quæ alioqui certæ atque indubitatæ sunt, abhorrentia omnino exempla affert: tertio, quod ex una signif. plures facit, aut saltem omnino inter se affines signiff. et eod. pertinentes, tanquam omnino diversas, separat. Postremo, quod signiff. tribuit nonnullas isti particulæ, quarum ne umbram quidem agnoscere quisquam possit in iis, quæ subjungit, exemplis: sed quid ibi valeat particula ὡς, primo fere aspectu cognoscere queat, at expositionem, quam ipse illi dat, ne multum quidem ac diu cogitando intelligat: veluti cum dicit ὡς esse ἀναφορὰν, esse ὑπερβολὴν, esse διηγηματικὸν κεφάλαιον. Interim hæc illa sunt de signiff. particulæ ὡς, quæ vulgarium Lexicorum consarcinatores in calce eorum prætermittere religioni habuissent, tanquam sc. summam auctoritatem certissimamque fidem habentia. Vel ex his autem æstimari potest, quæ esse debeat aliorum multorum illis infartorum auctoritas, et quali adhibito judicio, qualique examine, recepta fuisse putanda sint.

Nunc vero superest ut de usu particulæ ὡς dicam, ubi aliquam aliam vel aliquas alias sibi adjungit. Et cum duobus modis hæc adjunctio fiat, (interdum enim particulam aliquam ita sibi adjungit, ut eam sibi annexam et adhærentem habeat, ut videre est in Ὡσεὶ, Ὥσπερ, Ὥστε, atque aliis nonnullis vocibus: interdum contra disjunctim scribitur, ut in Ὡς γε, Ὡς δὲ, Ὡς δὴ, etc.) duas itidem esse hujus tractationis partes necesse est. Sed priorem locum dabo ei usui particulæ ὡς, quem cum particulis habet a quibus disjungitur. Sequar autem ordinem alphabeticum, ut lectori ad invenienda statim ea, quibus opus habebit, commodiorem. Alioqui certe sequi maluissem præcedentem significationum hujus particulæ ordinem: præsertim cum etiam nunc singula quæ dicentur, ad singulas referre necesse futurum sit. Hoc etiam scire te volui, quædam hic a me poni quæ omittenda putassem, vel quod alibi commodior sit de iis dicendi locus, (ut certe de nonnullis alibi dictum esse comperies,) vel quod alibi fortassis ea quæsiturus sis; sed malui quædam in hoc libro superesse, (præsertim ex iis quæ jam ab aliis collecta fuissent,) quam deesse dici.

Ὡς ἂν, sequendo eum quem dixi ordinem, primum locum sibi hic vindicat. Cum autem de ὡς ἂν loquor, non adjecto verbo, huic aliquam injuriam facere mihi videor: huic, inquam, verbo, (quodcunque id sit,) utpote ad quod potius quam ad particulam ὡς pertinere dici debeat, meo quidem judicio. Illud tamen Budæi auctoritate tueri possum, qui ubi de ὅπως ἂν locutus est, et pro ἵνα usurpari docuit, i. e. Ut, subjungit, Hoc idem ὡς ἂν significat. Xen.

(Ἱππ. 9, 1.) Ὡς ἂν ἥκιστα ἐξαπατῷτο καὶ ἵππον καὶ πῶλον ὠνούμενος: (ibid.) pro Quonam modo, Καιρὸς δὲ γράψαι ὡς ἂν ὀρθότατα ἑκατέρῳ χρῷτο. Ex eod. Xen. Ὁπότε γεμὴν οἱ ἵπποι εἰσὶν οἵους δεῖ, ὡς ἂν ἄριστοι αὐτοὶ οἱ ἱππεῖς γένοιντο, τοῦτο διηγήσομαι. Quibus subjungit locum quem primo illi subjunxisse potius debuit: hunc sc. Gregorii Naz. Ὡς ἂν τῆς σοφίας βάθος μὴ ἀγνοῇς: est enim hic ὡς, sicut et ibi, pro Ut: diciturque ὡς ἂν μὴ pro ἵνα μὴ, Ut ne, vel simpliciter Ne. Similis est hic Ejusd. Ὡς ἂν μὴ βλάπτῃ τοῖς γεγραμμένοις. At vero sine particula μὴ ap. Eund. legimus, Ὡς ἂν θεὸς καὶ κτίσις ὑβρίζηται τῇ καινῇ ταύτῃ θεολογίᾳ. Jam vero et cum infin. ὡς ἂν εἶναι, ex Eod. Ἅπτεται μὲν γὰρ οὐ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων, ὁ μῶμος· ὡς ἂν μόνον εἶναι τοῦ θεοῦ τὸ ἄπταιστον καὶ ἀνάλωτον πάθεσι. Quæ ille vertit, Adeo solus Deus extra periculum est erroris. Ego malim, Adeo ut solus Deus extra periculum sit erroris.

Ὡς ἂν sequente δύνωμαι, vel δύνῃ, s. δύνηται, cum superl. πλεῖστα, aut alio, pertinet ad eam signif. B particulæ ὡς, in qua dictum est eam respondere Latinæ voculæ Quam. Xen. Ἕως ἂν κτήσωμαι ὡς ἂν δύνωμαι πλεῖστα, Donec comparaero, (s. Quoad acquisiero, aut habuero, s. habeam,) quam potero plurima. Tale est ap. Eund. Παισὶ προπαρασκευάζει ὡς ἂν δύνηται πλεῖστα. Hic autem memoria repetendum est quod paulo ante dixi, sc. particulam ἂν non ad ὡς, sed ad verbum referri. Neque enim hic particulam ἂν proprie dicere queas jungi cum ὡς, sed potius ἂν quidem ad δύνηται, at ὡς ad superl. πλεῖστα pertinere: ut vel e multis locis patere potest, in quibus superlativo itidem junctam hanc particulam vidisti.

Ὡς ἂν ad aliam signif. pertinet, ubi DICITUR Ὡς ἂν εἴποι τις, vel ὡς ἄν τις εἴποι: (de quibus supra, sicut et de ὡς cum infin.) Quod quidem loquendi genus prout interpretabimur, ita particulæ ὡς hunc vel illum usum tribuemus. Si enim ὡς ἄν τις εἴποι reddamus, Ut dixerit quispiam, vel Ut quis dixerit, i. e. Ceu quis dixerit, vel dicere possit, aut C etiam Ut dicitur, tunc particulæ ὡς plane Similitudinis significationem damus: at vero si reddas Ut ita dicam, vel Ut sic dixerim, tunc existimet aliquis ὡς esse ἵνα: si, inquam, ex hujusmodi interpretatione significationem illius metiatur. Sed nullo modo id fieri debere vel hinc liquet, quod non dicitur vicissim ἵνα ἂν εἴποι τις, vel ἵνα ἄν τις εἴποι, in eod. loquendi genere. Bud. in illo Greg. Naz. l. quem attuli supra, p. 803. de Pentecoste, Οὐκέτι ἐνεργείᾳ παρὸν ὡς πρότερον· οὐσιωδῶς δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, συγγινόμενόν τε καὶ πολιτευόμενον, (vel συμπολιτευόμενον,) verba illa ὡς ἂν εἴποι τις, vertit, Ut ita dicam, et Prope dixerim. Item, Ut dicere possis: in qua demum interpretatione particulæ ὡς significatio retinetur. Perinde enim esse videtur ὡς ἂν εἴποι τις, ac si diceremus, Quo loqui modo quis possit, Quo verbo quis uti queat: si quidem particula ἂν potentialem suam vim hic retinere existimetur. Invenitur etiam Ὡς ἂν εἰ, ut Aristot. de Mundo, Ὡς ἂν εἰ λέγοιμεν: ubi minime controversa esse potest particulæ ὡς significatio. Manifestum est enim illa verba sonare, Tanquam si dicamus, vel Perinde ac si dicamus. Sic et cum præt. imperfecto indicativi, Ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, Perinde ac si diceret. Chrys. exponens illa verba Pauli ad Rom. Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν· ὥσπερ γὰρ κ. τ. λ. Ἀνθρώπινον λέγω, inquit, ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ἀπὸ ἀνθρωπίνων λογισμῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐν συνηθείᾳ γινομένων· τὸ γὰρ σύμμετρον τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ἀνθρωπίνου δηλοῖ. At vero sequentibus aliis verbis aliam etiam interpretationis formam postulant hæ particulæ ὡς ἄν: veluti ὡς ἂν ποιήσῃς redditur Utcunque et Qualitercunque feceris, in hoc Soph. versu, (Aj. 1369.) Ὡς ἂν ποιήσῃς πανταχοῦ, χρηστός γ' ἔσῃ. Huc pertinet quod DICUNT Ὡς ἂν τύχοι: tunc enim pro loco possumus etiam adverbio quopiam uti: sc. vel Temere, vel Quoquomodo, vel alio. AT VERO Ὡς ἄν, particula ὡς habente quidem Similitudinis itidem significationem, sed nullo sequente verbo, nemo, ut opinor, mihi negarit supervacaneam habere particulam ἄν. Aristot. de Mundo, Τὸν εἴσρουν εἰς τὴν ἔσω θάλασσαν, ὡς ἂν εἰς λιμένα, ποιεῖται: pro ὡς εἰς λιμένα, In mediterraneum mare, quasi in portum, influit. E Xen. autem affertur ὡς ἂν παῖς pro Ut puer, Utpote puer. Apud Thuc. quoque legimus 6, (57.) p. 216. Εὐθὺς ἀπερισκέπτως προσπεσόντες, καὶ ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς, ὁ μὲν ἐρωτικῆς κ. τ. λ. Videor certe mihi ap. Lucian. præsertim ὡς ἂν observasse, vacante particula ἄν. Nisi potius in hujusmodi ll. scr. sit conjunctim ὡσὰν, (ut etiam ὡσανεὶ scribitur,) in qua opinione olim fui, et nunc quoque vix de illa possim deduci.

Ὡς ἂν Temporis significationem habens, pro Quamdiu, Donec. Soph. Aj. (1116.) τοῦ δὲ σοῦ ψόφου Οὐκ ἂν στραφείην ὡς ἂν ᾖς [ἀνῇς] οἷός περ εἶ. (SED ET Ὡς per se poni pro ἕως, i. e. Quamdiu, docui supra. Potestque hujus signif. istud exemplum addi, e Synes. Τοιγαροῦν ὡς οὐδὲν δεινὸν ἦν ἡμῖν, ἐκομψεύοντο.) B E Cebete Thebano pro Postquam, Cum, Τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. Ex Eod. Ὁρᾷς οὖν, ὡς ἂν παρέλθῃς τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον περίβολον;

Ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, vide in Ἁπλῶς.

Ὡς ἄρα, in admiratione, Od. O. (380.) Ὢ πόποι, ὡς ἄρα τυτθὸς ἐὼν, Εὔμαιε συβῶτα, Πολλὸν ἀπεπλάγχθης σῆς πατρίδος ἠδὲ τοκήων, Quam parvus eras, vel, O quam parvus eras cum cœpisti vagari.

Ὥσγε, interdum cum infin.: ut ὥς γε μοι δοκεῖν, Ut quidem mihi videtur, Ut mihi quidem videbatur. Aristoph. Πλ. (736.) Τὰ βλέφαρα περιέλειχεν, ὥς γέ μοι δοκεῖν. Interdum sine infin., ut ὥσγε καθ' ἡμᾶς, Ut temporibus nostris. Sic ap. Cic. in Bruto, At hi quidem, ut Atheniensium sæcula numerantur, adolescentes debent videri, Bud. vertit, Ὥσγε κατὰ τοὺς τῶν Ἀθηναίων χρόνους. Item, Ὥσγε προτοῦ ἐγένετο, pro Præut dudum fuit, VV. LL. Affert vero Bud. et Ὥσγε δὴ e Greg. Naz. pro Duntaxat: Ὥσγε δὴ ὁ ἐμὸς λόγος, Duntaxat ut mea est opinio.

C Ὡς δὲ, interdum ἐλλειπτικῶς positum, ut e Plat. de Rep. 2. affertur, Ὡς δὲ, δῆλον, Quod autem ita sit, apertum est.

Ὡς δ' αὔτως vide in Ὡσαύτως.

Ὡς δὲ εἰπεῖν, vide Ὡς εἰπεῖν, supra.

Ὡς δὴ, e Plat. pro Nempe, VV. LL. Ex Aristoph. autem Πλ. (893.) pro Utinam, ὡς δὴ διαῤῥαγείης, Utinam crepes medius. Sed huic expositioni, nisi inspecto loco, fidem adhibere non ausim. Interdum Ὡς δὴ sonat Ut igitur, Postquam igitur. Vel simpliciter, Postquam. Polyb. Ὡς δὴ ἡ ἱπποδρομία ἔληξε. Cum autem DICUNT Ὡς δή τι τοῦτο; significant Quorsum hoc? Lucian. (1, 467.) Ὡς δή τι τοῦτο, ὦ Μένιππε; οὐ γὰρ συνίημι τὴν αἰτίαν, (255.) Ἀλλ' ἤρετό με εἰ ἄγαμος ὁ Πάρις ἐστίν. Ad quæ respondetur, Ὡς δή τι τοῦτο πολυπραγμονοῦσα; (Affertur ex Eod. et Πρὸς δή τι, eadem signif.) In VV. LL. alio particularum ordine, Ὡς τί δὴ, Ad quidnam.

Ὡς δυνατὸν, vide Ὡς οἷόντε paulo post.

D Ὡς ἔγωγε, in VV. LL. e Greg. Naz. pro Equidem: additurque videri vacare ὡς.

Ὡς εἰκάσαι, Ut conjicere licet, Quatenus conjicere licet, Ut assequi conjectura possum. Synes. Μήνιμα Ἀφροδίτης, ὡς εἰκάσαι, κατέχει τὴν χώραν. Pro eod. Ὡς γοῦν εἰκάσαι, Lucian. (1, 519.) Soph. Trach. (141.) dixit eod. modo ὡς ἀπεικάσαι. Invenitur et per dativum participii, ap. Aristot. Ὡς μεγάλῳ παρεικάζοντι μικρὸν, pro Quatenus magna cum parvis comparare licet.

Ὡς εἰκὸς, vide in Εἰκός.

Ὡς εἰπεῖν, vide supra, ubi agitur de particula ὡς infinitivo juncta.

Ὡς εἶχε, vide in Ἔχω.

Ὡς ἐμοὶ, subaudiendo δοκεῖ, Mea sententia, VV. LL. quibus dubito quantum fidei adhibendum hic sit, cum subjungant exemplum e Themist., in quo non ὡς ἐμοὶ, sed ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, legitur: Ὡς ἐμοὶ δοκεῖν κατέλιπε.

Ὡς ἔνι μάλιστα, Quammaxime fieri potest, Quoad ejus fieri potest. Herodian. (3, 2, 1.) Ὡς ἔνι μάλιστα

σὺν τῇ στρατιᾷ ἠπείγετο. Sic ὡς ἔνι ἥδιστα, Xen. (Ἀπ. 4, 5, 9.) Ἕως ἂν ταῦτα ὡς ἔνι ἥδιστα γένηται, Quamsuavissima fiant. At pro ὡς ἔνι τάχιστα dicitur etiam ὡς ἔνι διὰ τάχους, Synes. Διὸ δοτέον ὡς ἔνι διὰ τάχους.

Ὡς ἐν τοσούτῳ, pro Interea, VV. LL. sine exemplo. Subaudietur autem χρόνῳ, si hanc signif. habeat.

Ὡς ἔξεστι, Quantum licet, Quantum conceditur, Quantum fieri potest. Vide Ἔξεστι.

Ὡς ἔοικε, vide in Ἔοικε. Bud. ὡς ἔοικε vertit Nimirum, in isto Dem. loco, 147(=351.) Εἰ δ' οἱ μὲν τὰ δίκαια ἔπραττον ἡμῶν, οἱ δὲ τἀναντία, διὰ τοὺς πεπονηρευμένους, ὡς ἔοικε, τοῖς ἐπιεικέσι συμβεβηκὸς ἂν εἴη ταύτης τῆς ἀτιμίας μετεσχηκέναι. Aliquando autem ὡς ἔοικε vacare omnino existimatur, ut Lucian. Alcyone (§. 6.) Ἄνθρωπος, ὡς ἔοικεν, ἀνθρώπου τοσούτῳ διαφέρει. VV. LL.

Ὡς ἐόντι, Tanquam revera esset, VV. LL. sine exemplo.

Ὡς ἐπέχει λόγος, vel ἔχει λόγος, Ut fama est, fertur.

Ὡς ἐπὶ πολὺ, vel Ὡς ἐπιπολὺ, una voce, Ut plurimum, vel Plurimum, quod Latinius est, Plerumque. Ex Alexide J. Poll. affert ETIAM Ὡσεπιταπολλὰ pro eod.: Ὡσεπιταπολλὰ τοῦτο ποιῶ. Dicitur etiam per COMPAR. Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον, et per SUPERL. Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον: q. d. Majori e parte, et Maxima e parte. Alioqui redduntur et hæc adverbiis, Plurimum, Fere. (Sed invenitur ETIAM Ὡς ἐπιπλεῖστον: et quidem interdum alia quoque in signif., sc. pro Quamplurimum, ut Bud. vertit ap. Thuc. Ἧς φείδεσθαι δεῖ ὡς ἐπιπλεῖστον.) J. Poll. postquam enumeravit ἐκ τοῦ αὐτοῦ ταὐτὸν δηλοῦντας σχηματισμοὺς hosce, Ταχὺ, Ταχέως, Διαταχέων, κ. τ. λ. subjungit itidem illius loquendi generis varios modos: PRIM. Ὡς τοπολύ. SEC. Ὡς ἐπιπολύ. TERT. Ὡς τὸ ἐπίπαν. QUART. Ὡς ἐπιτοπλεῖστον. QUINT. Ἐπιτοπολύ. SEXT. Ὡς ἐπιτοπλῆθος. SEPT. Ὡσεπιταπολλά. Hoc enim, inquit, Alexis in Poëtria dixit, ὡς ἐπιταπολλὰ τοῦτο ποιῶ: alterum autem in Didymis: sc. illud ὡς ἐπιτοπλῆθος. Sed in hoc posteriore loco repetens non scribit conjunctim, ut prius, sed seorsim, τὸ δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, ὁ αὐτὸς ἐν Διδύμοις. Rarum alioqui usum postremi hujus loquendi generis fuisse puto: sicut et ὡς ἐπιταπολλὰ, minus frequens, quam HOC Ὡς ταπολλὰ, SIVE Ὡς τὰ πολλὰ, ut ap. Xen. scriptum invenitur pro Plurimum, Plerumque. Quod autem attinet ad ὡς τὸ ἐπίπαν, (quod potius ultimo loco collocare Pollux debuerat,) sciendum est scribi ETIAM Ὡς τοεπίπαν. Quin etiam inveniri alicubi SCRIPTUM Ὡς ἐπίπαν: Synes. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀποθνήσκοντας ὡς ἐπίπαν ἐν τοῖς τοιούτοις ὁρῶ τοὺς περὶ πλεῖστον ποιουμένους τὸ ζῆν. Hic enim liquet ὡς ἐπίπαν habere significationem illam de qua nunc agitur, sc. Plurimum: pro quo dicitur etiam Ut plurimum, sed minus Latine, ut paulo ante admonui. Alioqui Ὡς ἐπίπαν alium præterea usum habet, ut vidisti aut videre potes, T. 3, 50. D.

Ὡς ἔπος εἰπεῖν, vide Ἔπος.

Ὡς κἂν εἰ, pro Perinde ac si, ex Aristot. de Mundo, Ὡς κἂν εἰ θαυμάζοιέν τινες, Perinde ac si mirarentur aliqui. Sed particula κἂν suspecta hic esse queat.

Ὥς κεν, in imprecatione, Il. Z. (282.) ὥς κέν οἱ αὖθι Γαῖα χάνοι, Utinam ibi terra illi dehiscat: εἴθε οἱ αὐτόθι ἔνθα νῦν διάγει, γαῖα χάνοι, Eust.

Ὡς κατὰ τὸ μέγεθος, Pro magnitudinis portione. Vide et μείζων ἢ ὡς κατὰ ἄνθρωπον, supra.

Ὡς μὲν, ὡς δὲ, affertur pro ὅτι μὲν, ὅτι δέ.

Ὡς μὴ, (ut dicitur ὡς ἂν μὴ,) Ut ne, Ne: Synes. Ἐγὼ μὲν καὶ σοῦ κήδομαι καὶ τοῦδε· σοῦ μὲν, ὡς μὴ ἀδικοίης· τοῦ δὲ, ὡς μὴ ἀδικοῖτο. Ex Epigr. autem affertur cum constructione valde rara, sc. cum indic. Ὡς μὴ ἐγειτόνεον, pro Ut non essem propinquus. ITEM Ὡς μηκέτι e Luciano, cum optativo, in signif. futuri.

Ὡς οἷόν τε cum superl., ut Ὡς οἷόν τε πλεῖστον: Isocr. ad Phil. Ἀλλ' ὡς οἷόν τε πλεῖστον ἀφεστῶτα τῆς τούτων διανοίας, in Symm., Ὡς οἷόν τε πλεῖστον τοῦ συμφέροντος διαμαρτανούσας. Sic ὡς οἷόν τε μάλιστα,

A Dem., Quam maxime fieri potest: Καὶ χρώμεθ' ἀλλήλοις ὡς οἷόν τε μάλιστα. Cui prorsus simile EST Ὡς δυνατόν: ut ὡς δυνατὸν πλεῖστον, ap. eund. Isocr. Panath. Ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν ἀπολελεῖφθαι τὴν ἐμὴν φρόνησιν τῆς σῆς ὡς δυνατὸν πλεῖστον. Affertur etiam, Ὡς δυνατὸν μετριώτατον ἑαυτὸν παρέχων. Rursum ex Isocr. Ὡς δυνατὸν κάκιστα.

Ὡς ὀλίγου δεῖν, pro ὀλίγου δεῖν, Fere, Propemodum.

Ὡς ὅτι πλεῖστον, In longissimum tempus. Diosc. Ἐπιδιαμένων τῇ εὐωδίᾳ ὡς ὅτι πλεῖστον.

Ὡς οὐ, Ut non, Quin. Xen. (K. Π. 2, 2, 8.) Ὥστε οὐδεμία σοι πρόφασίς ἐστιν ὡς οὐ παρεκτέον σοι ἡμῖν γέλωτα, i. e. μὴ οὐ παρέχειν, Quin nobis exhibendum risum habeas, Bud. Invenitur autem Ut non ap. Cic. itidem pro Quin, ut observavit Idem, ubi agit de μὴ οὐχί: et Linacer quoque ante illum.

Ὡς οὐκ ἄλλος, Ut nemo alius, Quantum nemo alius. Lucian. (1, 163.) Ἀνὴρ οὐ μόνον καλὸς κἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ σοφὸς ὡς οὐκ ἄλλος ἐν τῇ Ἑλλάδι. Ead. si- B gnif. DICITUR Ὡς οὐδεὶς, vel ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ, Aristoph. Πλ. (247.) Χαίρω τε γὰρ φειδόμενος ὡς οὐδεὶς ἀνήρ. Apud Eund., interroganti, σὺ φιλόπολις; respondetur, Ὡς οὐδεὶς ἀνήρ. Plato Apol. (24.) Θεοὺς νομίζω ὡς οὐδεὶς τῶν ἐμῶν κατηγόρων. Rursum autem ex Aristoph. affertur in VV. LL. Ὡς οὐδὲν οἶδ' ἐγὼ, sub. οὕτω χαίρω, Tantum quantum ob nihil aliud novi me gaudere, et memini. In Iisd. Ὡς οὐδὲν χρῆμα, Ut nihil magis, absque Auctoris nomine. Huc certe PERTINET, Ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τι τῶν ἄλλων, pro Ut si quid aliud, ap. Greg. Naz. ITEM Ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος, (optime conveniens cum præcedente ὡς οὐκ ἄλλος vel ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἕτερος,) Athen. Ἦν γὰρ αἰσχροκερδὴς, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἕτερος: quod Bud. exp. itidem simpliciter, Ut si quis alius: ut perinde sit ac si diceretur ὡς οὐχ ἕτερος, vel ὡς οὐκ ἄλλος, de quo modo agebam. Quod si quis vellet ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος, vel ἕτερος, ad verbum interpretari, vix Latini sermonis consuetudo, ut opinor, id pateretur. Sonat certe, Ut nesciam an quisquam alius; vel C potius, Quantum nescio an quisquam alius: ut in illo Athenæi loco, Ἦν γὰρ αἰσχροκερδὴς ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἕτερος.

Ὡς οὖν, pro ὡς, (vacante particula οὖν,) Postquam. Paus. Ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων, ὡς οὖν τὰ γράμματα ἀπεδόθη, συνήγαγε τοὺς ἐν τέλει. Cui loco subjungit Bud. hunc Platonis de LL. 5. fin. Καὶ γὰρ, ὦ Μέγιλλε καὶ Κλεινία, μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω περὶ τόπων, ὡς οὖν εἰσὶν ἄλλοι τινὲς διαφέροντες ἄλλων τόπων πρὸς τὸ γεννᾷν ἀνθρώπους ἀμείνους καὶ χείρους. Sic enim leg. puto, inquit, contra fidem exemplarium, in quibus ὡς οὐκ legitur, sensu refragante. Comprobant autem hanc ejus lectionem, (quam et Ficinus secutus est, nisi potius illam particulam οὐκ expunxit, nihil in ejus locum substituens,) plerique aliorum quoque Scriptorum loci: de iis autem loquor, ubi vacat post illam ipsam particulam ὡς: (nam de aliis alius postea sermo erit.) Hunc autem pleonasmum ipsi etiam Homero notum fuisse probat ex his ejus versibus, Il. Π. (419.) Σαρπηδὼν δ' ὡς οὖν ἴδ' D ἀμιτροχίτωνας ἑταίρους Χέρσ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμέντας, Κέκλετ' ἄρ κ. τ. λ. Sciendum est vero hunc pleonasmum particulæ οὖν post ὡς, et ὥσπερ, quibusdam Interpr. incognitum, in errorem eos induxisse. Atque adeo recordor ipse alicubi me ὡς οὐ pro ὡς οὖν scriptum legere, eodem errore, quo in illo Platonis de quo paulo ante agebatur. Sed quoniam reperitur VOCULA Οὖν abundare et post multas alias particulas, in quarum unaquaque lector fortassis a me admonitus non fuerit, istam dicendi hac de re occasionem minime prætermittendam censeo. Ut igitur ad Hom. revertar, ap. eum LEGITUR Ἐπεὶ οὖν pro ἐπεὶ, cum alibi, tum Il. N. init. Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε, Τοὺς μὲν ἔα παρὰ τῇσι πόνον τ' ἔχεμεν καὶ ὀϊζύν: Π. (394.) Πάτροκλος δ' ἐπεὶ οὖν πρώτας ἐπέκερσε φάλαγγας. Quod si quis evidentius etiam pleonasmi hujus exemplum sibi afferri postulet, non deerit ex ejusd. operis lib. Δ. (244.) Τίφθ' οὕτως ἔστητε τεθηπότες, ἠΰτε νεβροί;

Αἴτ' ἐπεὶ οὖν ἔκαμον πολέος πεδίοιο θέουσαι, Ἑστᾶσ'· οὐδ' ἄρα κ. τ. λ. Non sine causa autem hunc locum ceteris addo, cum videam Eust. in illo loco Il. Π. Πάτροκλος δ' ἐπεὶ οὖν, non aperte fateri ἀργὸν esse οὖν, (ut alibi fatetur,) sed dicere οὖν esse pro δή: ut i. sit ἐπεὶ οὖν q. ἐπειδή. Et subjungere, Δύναται δὲ καὶ * αἰτιολογικῶς κεῖσθαι, ὡς ἂν ἐκ παραλλήλου ταυτίζηται τὸ ἐπεὶ καὶ τὸ οὖν. Sic ap. eund. Poëtam INVENITUR Οὔτ' οὖν pro οὔτε, vacante hac particula οὖν, Od. A. (415.) Οὔτ' οὖν ἀγγελίης ἔτι πείθομαι, εἴποθεν ἔλθοι, Οὔτε θεοπροπίης ἐμπάζομαι, ubi Eust. Τὸ δὲ οὔτ' οὖν, ταυτόν ἐστι τῷ οὔτε δή· οὐ γὰρ ἀεὶ αἰτιολογεῖ ὁ οὖν σύνδεσμος, ἀλλ' ἐν μυρίοις καὶ παραπληροῖ. (Sed obiter aliquid de hoc ipso loco dicam, in quo ab hoc Schol. dissentio, et ab aliis qui eum exposuerunt. Putant enim ἀγγελίῃς hic scr. esse cum η habente ι subscriptum, ut sc. sit pro ἀγγελίαις: ideoque illud, εἴποθεν ἔλθοι, ipse Eust. ait ἐλλελεῖφθαι τῇ φράσει: cum τὸ πλῆρες sit οὔτ' ἀγγελίαις ἔτι πείθομαι, εἴποθεν ἔλθοι ἀγγελία δηλαδὴ ἀγαθὴ περὶ τοῦ 'Οδυσσέως. Quibus addit idem Schol., posse etiam esse ἀγγελίης gen.; sed tunc dici ἀγγελίης πείθομαι pro ὑπὸ ἀγγελίης. At ego gen. manere posse crediderim, etiam absque hujus præpositionis subauditæ adminiculo: ut nimirum Hom. ita junxerit VERB. Πείθομαι genitivo, sicut Herod. aliquot in locis junxisse reperio, qui alioqui dativo alibi et ipse junxit. Unum esse scio quod minus verisimilem sententiam meam reddere possit: quod nimirum πείθομαι ap. Herod. sit Pareo; at in h. l. Hom. videatur omnino accipiendum pro Fidem adhibeo, Credo. Verum ego nullam talem necessitatem impositam nobis esse, sed posse et alteri signif. locum hic dari, existimo: ut nimirum dicatur Non parere nuntio, qui nuntium aliquod ita negligit, ut ne pedem quidem propter ipsum movere velit. Quæ tamen exp. sic afferri a me putetur tanquam eam aliis perpendendam proponente, potius quam pertinaciter tueri volente.) Ut autem οὔτ' οὖν dixit Hom. pro οὔτε, sic prosæ Scriptt. dixerunt ETIAM Εἴτ' οὖν pro εἴτε, illius exemplum, ut opinor, sequentes. Vide exemplum e Plat. Apol. T. 1, 1103. Sic vacat hæc particula cum DICITUR 'Εάν τ' οὖν: ut ap. eund. Plat. de LL. 11. Μαινομένους δ' ἂν οἱ προσήκοντες φυλαττόντων ὅτῳ ἂν ἐπιστῶνται τρόπῳ, ἢ ζημίαν ἐκτινόντων, ἐάν τ' οὖν δοῦλον, ἐάν τ' οὖν ἐλεύθερον περιορῶσι. Ubi observa ἐάν τ' οὖν utraque in sede, i. e. tam in posteriore quam in priore, cum in illo Apologiæ loco prius quidem ponatur εἴτ' οὖν, posterius vero εἴτε. Videri possit alioqui rationi magis consentaneum, ut posterius quidem εἴτ' οὖν s. ἐάν τ' οὖν, prius autem ponatur εἴτε. Vacat porro hæc particula et cum ὅπερ, nec non cum ὥσπερ: et sicut cum ὥσπερ, ita etiam cum καθάπερ. Dicitur enim ὅπερ οὖν pro ὅπερ, et ὥσπερ οὖν pro ὥσπερ: eodemque modo καθάπερ οὖν pro καθάπερ. Paus. Lacon. Τοὺς ἀπογόνους οἱ τοὺς Μεμβριάρου παραχωρήσεσθαι τῆς βασιλείας ἐλπίζων ἑκόντας· ὅπερ οὖν καὶ ἐποίησαν. Adverbii ὥσπερ οὖν exemplum habebis infra. Alterum autem ILLUD Καθάπερ οὖν affertur e Themist. (licet et ap. antiquiores ejus exempla non desint) in 2 Phys. Καθάπερ οὖν ἐλέχθη καὶ πρότερον. Eod. pleonasmo utuntur etiam in οἷος et ὁποῖος: nam DICUNT Οἷος οὖν pro οἷος, ET 'Οποῖος οὖν pro ὁποῖος. Themist. Τούτων γὰρ τὰ μὲν φαίνεται ἔχειν τὴν ἀναλογίαν, τὰ δὲ οὐ δύναται· οἷον οὖν καὶ τὸ τελευταῖον τῶν εἰρημένων. Basil. vero dixit ETIAM 'Οποῖος οὖν δὴ pro ὁποῖος δή, vel potius ὁποῖος simpliciter: ita scribens, Καὶ γὰρ φύσει ἀρετὴ λόγου, μήτε ἀσαφείᾳ κρύπτειν τὰ σημαινόμενα, μήτε περίττον εἶναι καὶ μάταιον· ὁποῖος οὖν δή ἐστιν ὁ ἀρτίως ὑμῖν ἀνεγνωσμένος. Jam vero invenitur et cum articulo juncta hæc particula ap. Theophr. cum alibi, tum C. Pl. 3. Ταῖς δ' οὖν ἀμπέλοις ἢ διὰ τεττάρων ἢ πλειόνων ἐτῶν παραβάλλουσι κόπρον. Sed hic cum Bud. putet accipi posse ταῖς δ' οὖν pro ταῖς δὲ simpliciter, nequaquam ego itidem vacare particulam istam crediderim: sic tamen ut liberum lectori suum judicium relinquam. Unum est, de quo eum, antequam hunc de particula οὖν sermonem finiam, admonendum esse puto: sc. eam aliquos jungere nomini ita ut cohæreat, aliis contra disjungentibus: ut ὡσπεροῦν et ὥσπερ οὖν: manente alioqui hac particula itidem supervacanea, utrolibet modo adjungatur. Interdum vero eam, cum cohæret, signif. aliam nomini dare. SICUT Οἱοσοῦν aliud est quam Οἷος οὖν. " Οὖν, alias significat Igitur, " Ideo, Itaque. Item Tandem tamen, præcedente " μέν. Plut. Galba, Χαλεπῶς μὲν καὶ μόλις, ἔπεισε " δ' οὖν τοὺς στρατιώτας αὐτοκράτορα τὸν Γάλβαν " εἰπεῖν. Exp. etiam Certe, Quidem, Utique, ut " γοῦν." " Ὦν, Ionice et Dorice pro οὖν dicitur, " q. e. Igitur. Apud Herod. sæpe παρέλκει, qui ipso " etiam intercidit verba composita, interjecto sc. inter " præp. et verbum, quæ alias conjuncta esse so- " lent. Dicit enim ἀπ' ὧν ἔδοντο pro ἀπέδοντο, et ἐξ " ὧν εἷλον pro ἐξεῖλον: itemque κατ' ὧν ἐκάλυψε pro " κατεκάλυψε, et ἀπὸ ὧν ἔβαψε pro ἀπέβαψε." [" Οὖν, Thom. M. 663. Lennep. ad. Phal. 117. Diod. S. 1, 276. Ergo, post sententiam injectam, Wolf. in Add. ad Xen. 'Ελλ. Schneid. p. 115. ad Lucian. 1, 323. ad Herod. 435. 473. 475. 531. 565. 665. (prava interpr.) Valck. Orat. 396. Abresch. Lectt. Aristæn. 58. Tandem, Reiz. Acc. p. 13. De vi hujus particulæ relativa, Heidenb. ad Xen. Mem. 1, 1, 20. Conf. c. αὖ, Porson. Med. p. 33. Schneid. Anab. 110.: cum δὲ, ad Diod. S. 2, 14.: cum ἂν, Brunck. Aristoph. 1, 291.: cum δή, ad Dionys. H. 1, 94.: cum εἶναι, ad Lucian. 1, 207. Subaud., ad Diod. S. 2, 11. In apodosi, Heind. ad Plat. Lys. p. 52. In interrog., Jacobs. Anim. 129. Redordiendo sermoni inserviens, Abresch. Æsch. 2, 27. ad Lucian. 1, 839. 2, 68. Schneid. Anab. 209. Heind. ad Plat. Charm. 68. 359. De sede hujus particulæ, T. H. ad Lucian. Dial. p. 51. Δ' οὖν, ad Diod. S. 1, 264. 286. Porson. Med. p. 33. ad Dionys. H. 2, 708. Fischer. ad Palæph. 108. Valck. Diatr. 124. ad Charit. 296. Diod. S. 1, 310. 337. 338. 387. Eur. Andr. 257.: post parenthesin, Boeckh. in Plat. Min. 133. Heusing. ad Cic. p. 7. Εἰ δ' οὖν, Wakef. Herc. F. 211. Meleager 126. Γ' οὖν, δ' οὖν, Wakef. Trach. 1157. Σὺ δ' οὖν, Wakef. Eum. 226. 890. Abresch. Æsch. 2, 119. Δ'—οὖν, Il. Λ. 575. 581. Οὖν δή, Lucian. 3, 115. Boeckh. in Plat. Min. 134. Οὔτε—οὔτ' οὖν, Wakef. Eum. 415. Apoll. Rh. 4, 320. 321. ubi v. Brunck. Οὔτ' οὖν—οὔτε—, Eur. Andr. 329. 731. Οὔτ' οὖν, μήτ' οὖν, Heyn. Hom. 7, 157. Abresch. Æsch. 2, 61. Stanl. Eum. 529. Apoll. Rh. 4, 1086. Brunck. Aristoph. 2, 85. Hymn. in Cer. 236. Γὰρ οὖν, Il. Λ. 754. 'Αλλ' οὖν, T. H. ad Plutum p. 339. Lennep. ad Phal. 132. ad Charit. 296. Brunck. Aristoph. 1, 288. Εἴτ' οὖν, Apoll. Rh. 4, 1412. Ἂν οὖν, οὐκ οὖν, Schneid. ad Xen. Mem. 192. 244. Ed. 3. Herod. 4, 114. Καὶ—οὖν—, Palæph. p. 29. ubi v. Fischer. Ἦ ῥ' οὖν, Quin imo, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 66. Ταῦτ' οὖν πάνυ μὲν οὖν —, Plato Charm. 116.: Soph. Aj. 34. τά τ' οὖν πάρος, Τά τ' εἰς ἔπειτα. Doricus: κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν, ubi errat Jacobs. Sic sæpe ὦν ap. Herod.: v. Porti Lex. Ion. v. Τμῆσις: (an sic vindicanda lectio C. V. ap. Jacobs. Anth. 10, 109.?) Brunck. Aristoph. 1, 199. Kuster. 72. Porson. Hec. p. xlix. Ed. 2. Ὦν, T. H. ad Plutum p. 287. Lennep. ad Phal. 67. Koen. ad Greg. Cor. 126. 184. ad Herod. 240. 308. 344. 444. 514. 585. 700. 703. Brunck. ad Poët. Gn. 312. 313. Interjectum inter præp. et verbum in Herodoto, Wessel. Diss. Herod. 105. Koen. ad Greg. Cor. 209. 'Εξ ὧν εἷλον, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 64. Δ' ὦν, ad Herod. 225. 237. 435. 585." Schæf. Mss.]

Ὡς ὄφελον, itidemque ὡς ὄφελες, et ὡς ὄφελε: vel Ὡς ὤφελον, ὡς ὤφελες, ὡς ὤφελε, vide supra, T. 2, 1560. Quibus addere potes et quæ ap. Bud. habentur de his: afferentem ex Il. Γ. (428.) Ἤλυθες ἐκ πολέμου.

Ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχε, vide paulo post Ὡς τάχος.

Ὡς πόθι pro πόθι, ex Apoll. Rh. 2, (1138.) κατάλεξον ἐτήτυμον ὡς πόθι γαίης Ναίετε, Vere mihi commemora ubi terrarum habitetis.

Ὡς πολλοὶ pro Plurimi, VV. LL. sed absque ullo testimonio, quod tamen omnino desidero. At de Ὡς τὰ πολλὰ dictum fuit supra in Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον.

Ὡς τάχος, Quamcelerrime, Quamcitissime, Quamprimum. Soph. ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου. Dicitur alioqui potius ὡς τάχιστα, (et quidem non tantum pro Quamprimum, sed et pro Cumprimum, Simulatque, cum duobus verbis,) cujus exempla habuisti supra. Interdum vero DICITUR Ὡς τάχους εἶχε, (sicut ETIAM Ὅσον τάχους εἶχε,) pro Quantum velocitate poterat, Quanta maxima velocitate poterat. Pro quo Herod. DIXIT Ὡς ποδῶν εἶχε: sc. Ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχε, s. εἶχον, ut affertur ex 9, (59.)

Ὡς τὸ εὐθέως, Statim, VV. LL. sed absque ullo exemplo.

Ὡς τὸ ὅσον, simpliciter pro Quantum, ut quidem annotatur in iisd. Lexicis; sed me nequaquam fidem illis adhibente: sicut nec de eo quod ibid. sequitur, Ὡς τὸ τόσον pro Tantum.

Ὡς τὸ πολὺ, vel Ὡς τοπολὺ, vide in Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον.

Ὡς τὸ πρῶτον εὐθὺς, Simulatque, VV. LL. ex Aristoph. (B. 939.) Sed puto male adjungi εὐθὺς, quasi cohærens cum τὸ πρῶτον, cum potius ab eo disjungi per interpunctionem debeat.

Ὡς τύπῳ εἰπεῖν, vide in Τύπος.

Ὡς φιλεῖ, vide in Φιλέω.

[" Ὡς, Thom. M. 932. Wakef. Trach. 530. Steph. Dial. Att. p. 11. Hoogev. Part. Præf. 10. Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 303. Heyn. Hom. 8, 482. ad Herod. 507. 585. 663. 675. Postquam, Eur. Ion. 253. Soph. Phil. 759. Herod. 558.: de ordine, ad Dionys. H. 1, 228. Brunck. ad Æsch. S. c. Th. 982. ubi et de ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην: cum præsenti, Philipp. Thess. 3.: in medio periodi, Pierson. Veris. 185. Cum, Quando, Markl. Suppl. 645. Musgr. Hel. 1500. Arion Epigr. Jacobs. Anth. 12, 372. Brunck. Phil. 1330. Quia, Eur. Iph. A. 420. Alc. 205. Wakef. Eum. 311. Jacobs. Anth. 6, 369. Dionys. H. 1, 75. 100. Il. A. 182. Herod. 1, 44. Xen. K. 'A. 113. et Schn. Nam, Musgr. Suppl. p. 359. Markl. Iph. p. 27. 140. (1624.) Eur. Heracl. 473. Ion. 295. 892. Herc. F. 500. Soph. Trach. 385. 387. 391. Phil. 117. 914. Wakef. 1043. Herod. 586. Huschk. Anal. 67. Heind. ad Plat. Gorg. 113. 218. Theæt. 334. Lys. 357. Quare, ad Charit. 104. Eur. Iph. A. 1005. et Markl. Idem p. 140. 157. Tro. 889. Herc. F. 290. et Musgr. Soph. Trach. 445., (sed v. Brunck.,) ad Lucian. 2, 271. Heyn. Hom. 5, 37. Alciphr. 392. Itaque, Quare, ad Xen. Eph. 165. Soph. Phil. 1395. Itaque, Lucian. 1, 811. Quandoquidem, Musgr. Ion. 929. Jacobs. Anim. in Eur. p. 16. Anth. 8, 69. Heyn. Hom. 4, 587. Plut. de S. N. V. p. 21. Soph. Œd. T. 922. Trach. 921. Athen. 1. p. 7. Valck. Phœn. p. 474. 690. Quoniam, Etenim, Porson. Phœn. 848. 858. 1094. (de sede,) Brunck. Aristoph. 1, 267. Heyn. Hom. 6, 241. Pro ἐπεὶ, Brunck. Œd. T. 365. Quod tam, Theocr. Epigr. 18. Il. K. 116. Simul ac, Luzac. Exerc. 21. Valck. Phœn. p. 475. 484. Veluti, subaud., Steph. Dial. 22. ad Diod. S. 1, 663. 2, 251. T. H. ad Plutum p. 98. Villois. ad Long. 162. Heyn. Hom. 5, 709. 717. Koen. ad Greg. Cor. 153. Brunck. Aj. 169. Valck. Hipp. p. 228. Tanquam, cum opt., Xen. K. Π. 81. Ferme, Circiter, ad Charit. 118. ad Herod. 414. 734. Diod. S. 1, 55. 324. Paus. 1, 422. Heringa Obs. 55. Toup. Opusc. 1, 70. Xen. Eph. p. 4. Xen. K. Π. 339. Utpote, Herod. 706. Brunck. Bacch. 840. Quippe, Musgr. 800. Dum, Brunck. Phil. 1330. Wakef. 636. Donec, Brunck. El. 571. Utinam, Valck. Adoniaz. p. 323. Hipp. p. 185. (1412.) Callim. p. 149. Ruhnk. Ep. Cr. 28. Unde, Musgr. Phœn. p. 190. Quam, Quantum, Valck. p. 51. 235. Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 164.: cum indignatione mirantis, Valck. Callim. p. 105. Pro λίαν, Steph. Dial. 26. Lucian. 1, 602. T. H. ad Plutum p. 211. 263. 270. 291. 296. 306. 413. 453. Brunck. Soph. 3, 533. Œd. C. 15. 808. El. 1438. Heind. Præf. ad Plat. Libr. Quat. p. xx. Pro ὃς, Wyttenb. Select. 358. 405. Mitsch. Cer. 154. 161. 187. 211. Ilgen. Hymn. 533. 536. 544. 557. Soph. Œd. C. 1124. Pro πῶς, Quomodo, ad Herod. 225.: cum optat., 623. An pro ἕως? Zeun. ad Xen. K. Π. 494. negat Brunck. Aristoph. 3, 150. Pro ὅτι, Eur. Heracl. 296. ad Lucian. 1, 446. Herod. 672. 688. Fischer. ad Palæph. p. 11.: de constr., Markl. Iph. p. 394. Brunck. Aristoph. 3, 162. ad Dionys. H. 1, 232. ad Joseph. 1. p. 368.: cum inf., Diod. S. 1, 723. ubi male Wess.: Fischer. ad Palæph. 14. 99. Zeun. ad Xen. K. Π. 717. ad Herod. 612. 708: cum optat., Soph. Œd. T. 843. Trach. 933. 940. Herod. 625. 627. 631. 653. 654. 665. 672. 678. Pro ὅτι οὕτως, Epigr. adesp. 420. Ut, de constr., Markl. Iph. p. 209. 216. 286. 376. 384. 402. Musgr. 1533. Eur. Bacch. 1097. 1105. Brunck. ibid. Musgr. 1048. Eur. Hel. 39. 48. 873. Ion. 1145. 1205. Herc. F. 478. 931. 1031. 1271. El. 1242. Dan. 32. Brunck. Œd. T. init. Phil. 24. El. 57. Aristoph. 1, 77. ad Eur. Med. 1316. Zenodot. 2. Epigr. adesp. 202. Leon. Tar. 96. Porson. Hec. p. 73. Ed. 2. Lucian. 3, 369. ad Dionys. H. 1, 116. Boiss. Philostr. 178. 204. Schneid. Anab. 86. Hermann. Obss. Cr. 20. Herod. 716. Xen. K. Π. 16.: cum indic., Valck. Hipp. p. 264. Diatr. 176. Brunck. Aristoph. 1, 193. Œd. T. 1392.: cum fut. indic., Œd. C. 1725. Cycl. 243. Musgr. Alc. 75. ad Xen. Eph. 241. Valck. Phœn. p. 35., ubi ante ὡς subaud. ἴσθι, p. 273.: sequ. infin., Fischer. Palæph. 27.: cum optat., conjunct., Valck. Hipp. p. 304. 306. Brunck. Œd. C. 11. Herod. 626. 655. Ὡς, Ut finale significans, non solet Noster (Aristoph.) sine particula ἂν cum subjunctivo adhibere, Brunck. Aristoph. 2, 7. Dawes. M. Cr. 300. Eo consilio, ut —, ad Lucian. 1, 394. Ita ut, sequ. fut. indic., Buttm. ad Plat. Gorg. 526. Pro ὥστε, Diod. S. 2, 523. 531. 533. 534. 535. 554. Xen. 'Ελλ. 335. Thiem., Œc. 6, 11. Dionys. H. 5. p. 250. Bast Lettre 214. Boiss. Philostr. 360. Pro πρὸς, Steph. Dial. 26. Ὡς Attice non i. q. εἰς, sed i. q. πρὸς, Reiz. Acc. 56. Valck. Phœn. p. 234. ad Herod. 269. Thom. M. 933. Abresch. Præf. ad Cattier. p. 6. Kuster. Aristoph. 6. ad Dionys. H. 2, 1038. 3, 1308. Julian. Or. 1. p. 11. D. ἄγειν ὡς τὰς μάχας, ad q. l. Wyttenb. in Bibl. Crit. 3, 2. p. 5.: — 'Porro ὡς mutandum in εἰς, si quidem Julianus Atticam rationem secutus est. Multi quidem in editis Auctorum libris sunt loci, ubi ὡς pro πρὸς rebus inanimatis adjungatur, corrigendi illi ad Atticæ consuetudinis legem, quæ ὡς inanimatis jungi vetat; judicibus summis Viris, Hemsterhusio Obs. Misc. Vol. v. T. iii. Valckenærio ad Eur. Phœn. p. 474. ad Herod. 169. quorum, ut in hac re, auctoritatem præferam auctoritati J. A. Ernesti, summi ceterum et ipsius, sed alio in genere, viri, ad Xen. Mem. 2, 7, 2.:' — v. omnino Porson. Phœn. 1415. Heidenb. ad Xen. 100. Zeun. ad K. Π. 417. ad Herod. 161. 382. 729. Brunck. Aristoph. 3, 68. Œd. T. 1178. 1481. Trach. 365. Thom. M. 933. Bergler. Alciphr. 68. 114. 319. ad Xen. Eph. 221. Eurip. 3. p. 294. Lennep. ad Phal. 49. 64. Koen. ad Greg. Cor. 32. ad Od. P. 218. Markl. Suppl. 321. Iph. p. 268. Musgr. Iph. T. 335. Rhes. 128. Barnes. Ion. 608. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 7. Coray Theophr. 255. Duker. Præf. Thuc. p. 5. Boiss. Philostr. 448. Eichst. de Dram. 146. Reiz. Acc. 56. Ὡς ἐπὶ, ad Diod. S. 1, 640. 720. 2, 563. Villois. ad Long. 157. Aristoph. 'Ιππ. fin. ad Lucian. 2, 45. ad Herod. 735. Brunck. Phil. 58. Markl. Iph. p. 369. Bergler. Alciphr. 193.: cum gen., Diod. S. 1, 655. Ὡς εἰς, Boiss. Philostr. 86. ad Diod. S. 1, 73. ad Herod. 607. 735. Ὡς πρὸς, Dionys. H. 5, 47. ad Lucian. 1, 368. T. H. ad Dial. p. 93. Brunck. Phil. 58. Ὡς —, Ut solet —, Heind. ad Plat. Phædr. 293. Postpositum adjectivo, Musgr. Heracl. 88. Sic Lat. Ut, Wakef. S. Cr. 4, 3. Repetitum, Trach. 394. Abund., Markl. Suppl. 745. Jacobs. Anim. 140. Steph. Dial. 26.: ante ὤφελον, ἐχρῆν, Markl. Suppl. 174.: in ὡς λέγουσι, ὡς πυνθάνομαι, vide me ad finem Tomi I. Herod. Reiz.: in ὡς ἀληθῶς, Abresch. Æsch. 2, 10. 82. ad Charit. 609.

Bergler. Alciphr. 126. (ubi et de ὡς ἄλλως, ὡς καλῶς, abundante ὡς,) 181. 214. Lucian. 1, 537. 797. Eur. Or. 736. ad Xen. Eph. 233.: ὡς μάλα, Valck. Diatr. 292. cf. omnino Koen. ad Greg. Cor. 31. Soph. Œd. T. 1218. et Schol.: Antig. 735. El. 1437. 1452.: Brunck. ad 1438. ad Diod. S. 1, 440. Burm. ad Phædr. 345. De talibus, ὄλωλεν ὡς ὄλωλεν, Markl. Iph. p. 91. Musgr. 649. Eur. Iph. T. 575. Tro. 626. El. 289. 1122. Brunck. Soph. 3, 452. Ὡς cum conj., subaud. ἂν, Jacobs. Anth. 11, 228. Cum superl., ad Lucian. 1, 670. Heind. ad Plat. Phædr. 198. Zeun. ad Xen. K. Π. 34. Lennep. ad Phal. p. 12. Cum compar., Schneid. ad Xen. K. Π. 19. Post comparativos pro ἤ, Heind. ad Plat. Apol. p. xx. Fut. indic. cum ὡς comparativo, Brunck. Apoll. Rh. 185. Comparandi particula ὡς et cum indic. et cum subjunct. construitur, Eur. Hec. 1015. Brunck. ad Bacch. 1056. Heyn. Hom. 5, 32. 99. 292. 637. 6, 97. 135. (Il. Λ. 155.) 170, 171. 175. 193. 352. 473. 521. 605. 7, 52. 59. 117. 215. 246. 303. 333. 682. Ὡς conf. c. ὅσα, ad Phalar. 376. Jacobs. Anth. 8, 262. 12, 259. ad Dionys. H. 1, 107. Brunck. Apoll. Rh. 58. Callim. 1. p. 466.: cum ὅσσ', Græv. Lectt. Hes. 582. Mitsch. Cer. 161. 187. 211. Ilgen. Hymn. 533. 536. 544. 557. Markl. Suppl. 460. Musgr. Iph. A. 1523. T. 514. cum ὥστε, Markl. Iph. p. 265. 402. ad Diod. S. 1, 206. 2, 355. Wakef. Herc. F. 946. Brunck. Aristoph. 1, 6. 69. 145. 3, 22. Heyn. Hom. 4, 250.: cum καὶ, Markl. Iph. p. 26. Jacobs. Anim. 225. ad Paus. 276. T. H. ad Plut. p. 194. Schol. Soph. Trach. 251. Erf., Porson. ad Od. p. 70. ad Dionys. H. 1, 420. (in Xen. K. 'A. 6, 4, 18. p. 235. Weisk. leg. καὶ γάρ:) Lex. Gr. Tittm. 454.: cum ὧν, Wakef. Eum. 200. Luzac. Exerc. 22.: cum ὃς, Brunck. Aristoph. 3, 155.: cum οὓς, Schneid. Anab. p. 10.: cum οὗτος, ad Lucian. 2, 308.: cum ὅτι, ad Diod. S. 2, 379. Ὡς οἱ et ὅσοι conf., Heind. ad Plat. Phædr. 351. Ὡς pro ἐφ' ᾧτε, Diod. S. 2, 375. Post verba metus, de constr., Brunck. El. 1427. Cum gen. particip. ἀνακολούθως, Tyrwh. ad Aristot. 211. Particularum ὡς, ὡς ἂν, ὥς κεν, ὡσεὶ, ὡς ὅτε, ὥστε, usus Homericus, Heyn. Hom. 5, 692. 7, 188. 189. Ὡς, ὥσπερ, ubi expectabas ὃς, Heind. ad Plat. Phædr. 339.: item ὅσα, Soph. Œd. C. 1124. Ὡς cum fut., Valck. ad Theocr. x. Id. p. 41. Eur. Hec. 1203. Supplendum, ad Charit. 378. Valck. Adoniaz. p. 378. ad Callim. 1. p. 56. Cum accus. absol., Zeun. ad Xen. K. Π. 72. Cum infin., in stylo historico, ad Herod. 11. 282. Cum particip. fut., Valck. Phœn. p. 400. omnino Kœn. ad Greg. Cor. 31. Zeun. ad Xen. K. Π. 354. Sententiam inchoans, Musgr. ad Eur. 202. Cycl. 471. Med. 612. Andr. 254. 587. Or. 93. Hel. 837. Aristoph. Λ. 1018. De ὡς in illo loco Thuc. init., ὡς ἐπολέμησαν, Bibl. Crit. 3, 1. p. 35. ubi laudantur similes aliorum loci: add. Wyttenb. Select. 358. Artemid. 399. Philostr. 100. Boiss. De ὡς a Poëtis voci postposito, cui in prosa præmittitur, Toup. Opusc. 1, 485. etiam a prosaicis, Valck. Hipp. p. 318. cf. Eund. ad Herod. 27. Ὡς in fine vocabulorum haud raro latet vitiatum, Koen. ad Greg. Cor. 218.: Valck. Phœn. p. 475.:—'Vellem tantum meminissent, ὡς multis loquendi formis adjici, quibus, siquidem abesset, quod ad sensum, nihil aut perparum decederet:' cf. Wess. ad Herod. 106. 480. 730. Markl. Iph. p. 120. Soph. Phil. 253. 415. 567. Ὥς γε, Abresch. Æsch. 2, 104.: sequ. infin., Heind. ad Plat. Phædr. 199. Ὡς μὴ, Musgr. Heracl. 1222. Brunck. Soph. 3, 460.: sequ. infin. post ἂν μαινοίμην, Longus p. 106. Pass. Ὡς οὖν, Quomodocunque, Kiessl. ad Jambl. Pr. 163. Ὡς τί, Cur? Eur. Phœn. 624. ubi v. Valck., qui et de ὡς τί δράσων. Ὡς, ἴδ' ὡς, Valck. Adoniaz. p. 332. Ὅτι ὡς, Thom. M. 909. Ὡς αὐτοῦ βαδίζειν, Coray Theophr. 255. Ὡς ἕκαστος, Herod. 451. 474. Ὡς δὴ, T. H. ad Plutum p. 304. Valck. Callim. p. 24. Ὡς δή τι τοῦτο πολυπραγμονοῦσα; Quid ita tandem hoc curiose sciscitata? Lucian. 1, 255. vide T. H. ad p. 467. Brunck. Œd. C. 1725. Alcest. 540. Ὡς τί δή; Eur. Iph. A. 1342. cf. Iph. T. 557. Ion. 537. Ὡς τί δράσων; Eur. Rhes. 99. Ὡς πρὸς τί χρείας; Soph. Œd. T. 1174. et Brunck.: cf. Œd. C. 71. Trach. 1182. Phil. 1206. Eur. Med. 683. Or. 793. Thom. M. 477.: Eur. Iph. A. 1367. ὡς τοῦδ' οὕνεκ' οὐ σφαγήσεται; An propter hoc non mactabitur? cf. Wakef. Ion. 983. Phil. 1206. Ὡς, ἅτε, Heind. ad Plat. Apol. p. xx. Ὡς ὅτε, Jacobs, Anth. 9, 374. ad Il. O. 680. Ὡς ὅτε τε, Heyn. Hom. 6, 296. Ὡς δ' ὁπότε, 363. Ὡς δ' ὅτε, 7, 116. Ὡς δ' ὅταν, 6, 282. 363. Ὡς—τόσσα—, 5, 515. Ὡς τίς, Plato Gorg. p. 11. Πάντα, ὡς ἐβούλετο, Toup. ad Longin. 374. Ὡς δοκεῖν etc. ad Xen. Mem. 2, 3, 19. Οὐκ ἔσθ' ὡς —, Dawes. Misc. Cr. 276. Ὡς ἄλλος οὐδεὶς, Valck. Phœn. p. 537. Ὡς τὸ πρῶτον, Hesiod. Θ. 188. Ὡς πολλάκις, Crusius ad Sueton. 148. Ὡς ἂν, Rhien. 6. Antist. 1. et Jacobs., Brunck. Apoll. Rh. 52. 215. (1, 258.) Aristoph. 1, 54. Œd. C. 188. Aj. 1117. Alcest. 743. ad Diod. S. 1, 271. 286. 313, 326. 660. Jacobs. Anim. 167. Anth. 7, 321. 322. 8, 250. 9, 364. Thom. M. 934. Markl. Iph. p. 26. Eur. Hel. 1198. Herc. F. 840. 727. et Wakef. (errat:) Wakef. S. Cr. 4, 43. Porson. Hec. p. 59. Ed. 2. Phœn. 89. Heind. ad Plat. Phædr. 198. 201. Heyn. Hom. 7, 678. Utpote, Diod. S. 1, 555. 614. 647. 661. 2, 345. ad Dionys. H. 2, 1259. Prout, Diod. S. 2, 527. Nunquam signif. Donec, semper Ut, Valck. Hipp. p. 236. Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 318. De constr., Cyrus Epigr. 1. Brunck. Apoll. Rh. 157. Aristoph. 2, 10. Paul. Sil. 54. Heyn. Hom. 4, 175. Heind. ad Plat. Gorg. 25. ad Herod. 622. 716. Hermann. Obs. 22. Ὡς ἂν, ὡς ἂν οἷον, Circiter, Toup. Opusc. 2, 163. Ὡς ἂν, ὡς, v. c. ὡς Λακεδαιμόνιος, H. Steph. de Dionys. Imit. Thuc., ad Dionys. H. 1, 251. 4, 2072. ad Herod. 168. 319. 749. C. Gesner. Proleg. in Ælian. p. xxiii. ad Lucian. 1, 329. Wyttenb. Select. 68. Soph. Œd. T. 1118. C. 20. Eur. Bacch. 446. Alc. 1053. Ion. 1209. (ubi ἐσθλοὶ sunt Periti,) 1541. ad Charit. 86. 529. Paus. 1, 581. (male Facius:) Macedon. 12. Ὡς οὐκ ἂν εἰδῇς, Eur. Or. 527. Pors.: Xen. K. Π. 96. Ὡς οὐδένα ἂν λήσαντα τὰ τοῦ μεγίστου θεοῦ σημεῖα. Ὥς κεν, de constr., Heyn. Hom. 5, 515. Il. A. 32. Od. Θ. 21. 101. Ὡς—ὡς—, Jacobs. Anth. 10, 123. (est hexam.) Valck. Phœn. p. 315. ad Callim. 1. p. 254. Heyn. Hom. 8, 98. Ὡς —, ὡς —, Brunck. Apoll. Rh. 189. Wakef. ad Mosch. 2, 74. ad Xen. Eph. 190. ad Il. Ξ. 294. T. 16. Heyn. Hom. 7, 599. Ὡς μὲν, ὡς δὲ, ad Thom. M. 2. ad Xen. Eph. 137. ad Charit. 609. Ὅτι — ὡς —, ὡς — ὅτι —, Heind. ad Plat. Hipp. 122. Ὡς — διότι —, Polyb. 2, 435. Διανοοῦμαι, ὡς ποιήσων τι, vel de alio ὡς ποιήσοντος, Bibl. Crit. 3, 2. p. 29. cf. Dionys. H. 2, 1045. 1057. 1077.: Herod. 7, 17. Ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν, ὡς λέγουσι Πραίσιοι, ἐσοικίζεσθαι —. Hæc mihi contra Valck. genuina videntur, meminique similem constr. alibi in Herod. reperire: vide p. 164, 31. 730, 39. Lex. Hederic. v. Δοκῶ, Erf. ad Soph. Ant. p. 314. Heind. ad Plat. Phædr. 334. Reiz. ad Viger. 738. Jacobs. Anth. Pal. 437. Sic etiam Latini: v. Gernhard. ad Cic. Off. 29. 449. An sic etiam ὥς γέ μοι δοκεῖν? Plato Gorg. 119. coll. Heind. Sic etiam δοκέειν ἐμοὶ, Herod. 613, 90. (7, 229.) cf. Nicandri Θ. 826." Schæf. Mss.]

Nunc de Ὡς habente sibi adjunctas particulas cum quibus cohæret, dicendum mihi superest. In quibus non video quem ordinem potius quam alphabeticum tenere debeam. Scribam autem illas majusculis literis, quod licet signif. particulæ ὡς sequantur, sui tamen quodammodo juris esse censeri possint. Cum porro omnes, præter unam, plane retineant signif. particulæ ὡς, qua Similitudinem declarat, de illa ultimo loco agam, præsertim cum etiam alphabetica series id patiatur.

ὩΣΑΝΕΙ, Velut, Tanquam, Quasi. Plut. de Prud. Anim. Μηδὲ βλέπειν μηδὲ ἀκούειν, ἀλλ' ὡσανεὶ βλέπειν αὐτὰ καὶ ὡσανεὶ ἀκούειν. Ibid. Ὡσανεὶ θυμοῦσθαι τὸν λέοντα, καὶ ὡσανεὶ φοβεῖσθαι τὴν ἔλαφον. Habent VV. LL. etiam Ὡσὰν, sed absque ullo exemplo. Ego plerisque in ll. ὡς ἂν divisim scriptum esse scio, quibus magis altera illa scriptura conveniret. Vide Ὡσεί. [" Ὡσανεὶ, Argum. Aristoph. Σφ. Jacobs. Anth. 9, 196. Thom. M. 398. 645. 877. T. H. ad Plutum p. 349. 452. Musgr. El. 180.

'Ωσὰν, Dionys. H. 2, 1259. Boiss. Philostr. 170. ad Charit. 124. 133. 141. Huschk. Anal. 24. Lucian. Ep. 20. Bergler. Alciphr. 165. ad Diod. S. 1, 41. 193. 195. 364. 413. 454." Schæf. Mss.]

'ΩΣΑΥΤΩΣ, pro ὡς αὔτως, vacante particula αὔτως, Itidem, Similiter, Eodem modo. Plato de LL. 12. Ξύλου δὲ, μονόξυλον, ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ τις, ἀνατιθέτω· καὶ λίθου ὡσαύτως, πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά. Quæ Cic. ita vertit, de LL. 2. Ligneum autem, quod quis voluerit, uno e ligno dedicato, itemque lapideum, in delubris communibus. Idem in ejusd. Philosophi Timæo τὸ ὡσαύτως ἔχον reddit Sui simile; hæc enim verba: Τόδε δ' αὖ πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ· πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο· πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἢ πρὸς τὸ γεγονός: ita interpr., Rursus igitur videndum, ille fabricator tanti operis utrum sit imitatus exemplar: idne quod semper unum et idem et sui simile, an id quod generatum ortumque dicimus. Plut. Pericle, Τοῦ δὲ μὴ λυθῆναι τὸ ψήφισμα πάντες ὡσαύτως τὴν αἰτίαν ἐπιφέρουσι τῷ Περικλεῖ. Apud Xen. uno eodemque in loco habetur 'Ωσαύτως, et DIVISIM 'Ως δ' αὔτως, (K. Π. 2, 1, 9.) 'Ωσαύτως δὲ λοχαγῷ τὸν λόχον, ὡς δ' αὔτως ταξιάρχῳ, ὡς δ' αὔτως δὲ ἑκάστῳ τῶν ἄλλων ἀρχόντων. Invenitur autem et ap. Hom. ὣς δ' αὔτως, Od. I. 30. 'Ως δ' αὔτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν. [" 'Ωσαύτως, Phryn. Ecl. 48. Thom. M. 241. 934. ad Mœr. 425. 'Ωσαύτως οὕτω, Scheller. Præf. ad Æl. p. xxiv. Zeun. ad Xen. K. Π. p. 7. ubi et de κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως. "Ως — αὔτως, Od. I. 31. Wolf. Sic et ego in Herodoto: Huschk. Anal. 62. Sylb. Ind. in Paus. Append. 'Ως δ' αὔτως, Brunck. Phil. 1167. Athen. 1. p. 30. Eur. Med. 321. Andr. 673. 'Ως δ' αὔτως, Porson. Med. 320. p. 100. ad Diod. S. 2, 359. Bredow Ep. Par. p. 75. Ionice, ad Herod. 135. 628. Wessel. Diss. Herod. 151." Schæf. Mss.]

'ΩΣΕΙ, Quasi, Tanquam, Velut. Usus hujus particulæ communis est Poëtis cum prosæ Scriptt. Sed Poëtæ dicunt ETIAM 'Ωσεί τε. Hesiod. 'A. (194.) Αἵματι φοινικόεις, ὡσεὶ ζωοὺς ἐναρίζων, (189.) Καί τε συναΐκτην, ὡσεὶ ζωοί περ ἐόντες, (198.) Τῇ ἰκέλη ὡσεί τε μάχην ἐθέλουσα κορύσσειν: quod loquendi genus valde notandum est, pro ἰκέλη τῇ ἐθελούσῃ, κ. τ. λ. vel perinde ac si pro τῇ ἰκέλη præcederet οὕτως. Sic ap. Hom. particulæ ὡσεὶ respondet ὧς, i. valens q. οὕτως: Od. P. (113.) ὡσεί τε πατὴρ ἑὸν υἷα 'Ελθόντα χρόνιον νέον ἄλλοθεν, ὧς ἐμὲ κεῖνος 'Ενδυκέως ἐκόμιζε σὺν υἱάσι κυδαλίμοισι. Sed ap. hunc Poëtam sæpe in hac particula scribenda peccarunt Librarii; quippe qui ὡσεὶ scripserint, ubi ὡς εἰ disjunctim scribi debebat: et vicissim ὡς εἰ disjunctim, ubi conjunctim scribendum erat ὡσεί. Quod etiam de ὡσεί τε et ὡς εἴτε intelligendum est. Sic certe in illo loco Od. P. pro ὡσεί τε quædam Edd. habent ὡς εἴτε: itidemque in alio loco, de quo paulo post agam, ὡς εἴτε κατάῤῥοον, ubi scribendum est ὡσεί τε. Vicissim autem Il. B. in ea parte quæ Bœotia vocatur, cum ita scribi debeat, 780. Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν ὡς εἴτε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο, scriptum fuit a librariis ὡσεί τε: quam lectionem fateor et in mea Ed. relictam fuisse: quod in contextu etiam illo qui Eustathii Commentariis insertus est, scriptura ista habeatur. Sed postea ipsum Eust., cum ad loci illius expositionem venit, ὡς εἴτε legere comperi, non ὡσεί τε. Ita enim ille, Καί φησιν ὅτι ἐπορεύοντο ὡς εἴτε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο· ἤγουν κατεσθίοιτο. Tale est autem ὡς εἴτε (vacante particula τε in VOCE Εἴτε) quale ὡς εἰ, Il. Λ. 389. Οὐκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάϊς ἄφρων, ubi itidem pro ὡς εἰ in quibusdam exempl. memini me legere ὡσεί. Proderit autem et ad plerosque alios locos hæc mea de permutatione harum scripturarum admonitio. Est vero ex isto 'Ωσεὶ factum 'Ωσανεὶ, (de quo supra,) interjecta particula ἄν. Est enim ὡσανεὶ pro ὡς ἂν εἰ: quæ tamen particula nullum usum habet, cum conjunctim scribitur. Disjunctim autem scripta, i. e. in tres particulas divisa, invenitur cum alibi, tum in isto Aristot. loco de Mundo, 'Ως ἂν εἰ λέγοιμεν, Tanquam si dicamus. Eund. usum habet ὥσπερ ἂν εἰ, in isto Dem. loco, (500.) "Ωσπερ ἂν εἴ τις μεγάλας τὰς τιμωρίας τάττοι. Quæ tres particulæ in unam et ipsæ interdum coëunt, sc. ὡσπερανεὶ, quæ i. prorsus valet q. illud ὡσανεί. || 'Ωσεὶ videtur plane esse quod dicitur a Latinis utpote, in isto Hom. loco, Od. Ξ. (253.) 'Επλέομεν βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ καλῷ, 'Ρηϊδίως, ὡσεί τε κατὰ ῥόον. In hac autem interpretatione comperio Raphaëlem mihi subscribere; qui reddit, Utpote secundum undas. Alia tamen interpr. habet, Veluti secundo flumine: quæ nullo modo stare posse videtur. Eust. quidem certe exp. ὡς, sed κατὰ ῥόον secus accipiens. Exp. enim ita, ὡς ἐν ὕδατι κάτω ῥέοντι καὶ οὐ στατῷ κατὰ ἰσότητα ἐπιφανείας. Hic autem rursum ὡς εἰ (sicut dixi) quædam exempl. habent: in quibus et κατάῤῥοον (ut de hoc quoque obiter admoneam) perperam pro κατὰ ῥόον legitur. Ceterum ut hic ὡσεὶ interpretor Utpote, ita etiam ὥστε ap. eund. Poëtam istam interpr. poscere mihi videri docebo, ubi de hac particula agam. || 'Ωσεὶ commune prosæ cum carmine esse dixi supra; sed ita tamen ut in prosa frequentius esse putem pro Circiter, Ferme. (Qui usus est interdum et particulæ ὡσπερανεί.) Habet certe et ap. Xen. istam signif. Apud Lucam interdum pro Circiter, nonnunquam pro Tanquam s. Veluti, invenitur. Legimus enim 22, 41. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν, Avulsus est ab eis circiter jactum lapidis. Erasmus, Ferme ad jactum lapidis. Quidam vero et hic per particulam Quasi interpr. Quasi ad jactum lapidis: non male, cum Quasi non in Gallica tantum lingua, sed in Latina etiam pro Ferme interdum ponatur. Vet. Interpres, Quantum jactus est lapidis; sed perperam, nisi addatur particula Fere, vel Ferme. Talis usus est hujus particulæ ap. Eund. 1, 56. "Εμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς. Nec non 3, 23. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ 'Ιησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. Alteram autem signif., qua ponitur pro Tanquam, Veluti, Sicut, ap. Eund. habet: 22, 44. 'Εγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν. Itidem 3, (22.) Καὶ καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰν, ἐπ' αὐτόν. In cujus rei narratione particula eadem ceteri quoque Evangelistæ usi sunt, Matth. et Marcus: quorum ille et aliis aliquot locis utitur: ut 28, (3.) Τὸ δὲ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών. Ibid. Καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί: ubi vel hanc vel alteram illam signif. habere potest. Item 9, (36.) Καὶ ἐῤῥιμμένοι ὡσεὶ πρόβατα. || 'Ωσεὶ τυχὸν autem, quod in VV. LL. redditur Prout accidit, (ex Hes., qui exp. καθὼς ἔτυχεν, ἢ συνέβη,) mihi suspectum est. [" Brunck. Aristoph. 2, 69. 144. ad Dionys. H. 5, 372. Heyn. Hom. 5, 680. 695. 714. 6, 189. 202. 8, 210. 331. 474. Dawes. M. Cr. 103. 'Ως εἰ, Quasi, Phalar. 28. 'Ωσείπερ, Eichst. de Carm. Theocr. p. 43. Dawes. M. Cr. 390. Τῇ ἰκέλη, ὡσεὶ — ἐθέλουσα, Hesiod. 'A. 198." Schæf. Mss.]

"ΩΣΠΕΡ, Quemadmodum, Sicut, Ut. "Ωσπερ φησὶν ἡ παροιμία, Ut dicit proverbium, Ut est in proverbio. Vel omisso verbo, "Ωσπερ ἡ παροιμία. (Quo sensu dicitur etiam κατὰ τὴν παροιμίαν.) Sæpe autem ὥσπερ in hac signif. subjunctum sibi habet οὕτω: ut adverbio Quemadmodum subjungitur Ita. Isocr. "Ωσπερ οὖν ἐν κοινῷ θεάτρῳ τῶν 'Ελλήνων, διδοὺς ἔλεγχον ἕκαστος ὑμῶν τῆς αὐτοῦ φύσεως, οὕτω διακείσθω τὴν γνώμην. Dem. autem dixit, Τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ, (cum ἀκολουθία sermonis magis posceret τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ, aut certe ὥσπερ simpliciter,) subjungens itidem illud οὕτω: (13.) Δέδοικα, ὦ ἄνδρες 'Αθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις, μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς κ. τ. λ. Pro οὕτω invenitur eidem adverbio subjuncta particula ταύτῃ, in isto Plat. loco, de Rep. 1. "Ωσπερ γὰρ οἱ ποιηταὶ τὰ αὐτῶν ποιήματα καὶ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας ἀγαπῶσι, ταύτῃ τε δὴ καὶ οἱ χρηματισάμενοι περὶ τὰ χρήματα σπουδάζουσιν, ὡς ἔργον ἑαυτῶν, καὶ κατὰ τὴν χρείαν, ᾗπερ οἱ ἄλλοι. Interdum vero vocula καὶ subjungitur isti adverbio pro οὕτω

καὶ, ut ap. Aristot. Ὥσπερ ἐν τῷ φλέγματι, καὶ ἐν τῷ σπέρματι, Ut in pituita, ita etiam in semine. Alicubi ὥσπερ non simpliciter redditur Ut, sed potius Ita ut, vel Sicut: Xen. Ἑλλ. (4, 1, 13.) Κατεκλίνθη οὖν καὶ αὐτὸς ὥσπερ εἶχε, χαμαί. Sic ap. Thuc. 1. Ἀνίστησί τε αὐτὸν, μετὰ τοῦ υἱέος, ὥσπερ καὶ ἔχων αὐτὸν ἐκαθέζετο. Ubi observa voculam καὶ vacantem post ὥσπερ. Eadem vacat ap. hunc ipsum Scriptorem, in alio loquendi genere, cum sc. scribit, 1, (142.) Τὸ δὲ ναυτικὸν τέχνης ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἄλλο τι, Res autem navalis est artis, ut quicquam aliud. Sed magis Latine fortasse, Artis est ut si quid aliud, veluti cum dicitur, Vir doctus ut si quis alius. Vel certe, Doctus si quis alius, omissa particula Ut. Tale est quod affertur ex Aristot. H. A. 9. Ὥσπερ ἄλλος τις. Atque ut particula hæc καὶ otiosa est ante ὥσπερ, sic otiosa censeri possit particula οὖν interdum post hoc ipsum ὥσπερ. Synes. Ep. 31. Εἴ τινές εἰσι ψυχαὶ, τῶν πόλεων, ὥσπερ οὖν εἰσὶν, ἔφοροι, θεῖαί τε καὶ δαιμόνιοι. Neque enim hic ὥσπερ οὖν interpretari possis Quemadmodum igitur, (sicut in illo Isocr. loco quem attuli cum de hoc adverbio agere cœpi,) sed simpliciter Quemadmodum. Nisi malis, Quemadmodum certe sunt; vel Ut certe sunt. Sic ap. Soph. (Aj. 991.) ὥσπερ οὖν μέλει. Sed videndum ne scr. sit ὡσπεροῦν conjunctim, cum in hujusmodi locis inveniatur ita etiam scriptum; ut docebo infra, cum agam de isto adverbio ὥσπερ cum aliis particulis cohærente.

Ὥσπερ, Veluti, Quasi, Tanquam. Thuc. 4, (73.) p. 145. Ἐπειδή γε ἐν φανερῷ ἔδειξαν ἕτοιμοι ὄντες ἀμύνεσθαι, καὶ αὐτοῖς ὥσπερ ἀκονιτὶ δικαίως ἂν τὴν νίκην τίθεσθαι Aristid. 114. Οὕτω καὶ οὗτος ὁ χῶρος ὥσπερ ἀνιέναι δοκεῖ τὴν τοῦ δικαίου γνῶσιν ἐναργῆ, Videtur hic locus velut summittere, vel quasi summittere. Interdum vero ὥσπερ alium hujus particulæ Quasi habet usum: eum sc. quem obtinet addita particula Vero: et tunc initio orationis ponitur. Isocr. Ὥσπερ οὐ μετὰ τῶν ἐπαινεῖν βουλομένων ἡμᾶς τοὺς λογους ὄντας τοὺς τοιούτους, Quasi vero non eo nomine commendari debeamus, Bud. Idem tamen in alio non dissimili ejusd. Scriptoris loco, vertit Tanquam: in Paneg. Ὥσπερ ὁμοίως ἀμφοτέρους δέον ἔχειν, ἀλλ' οὐ τοὺς μὲν ἀσφαλῶς, τοὺς δ' ἐπιδεικτικῶς, Tanquam oporteat.

Ὥσπερ ἂν εἰ, Tanquam si, Quasi, Perinde ac si. Isocr. Ὥσπερ ἂν εἰ πρὸς πάντας ἐπολέμησαν, Tanquam si adversus omnes bellum gessissent. Vel, Perinde ac si. Aristot. Probl. Ὥσπερ ἂν εἰ πόῤῥω ἐφέρετο, Quasi procul ferretur. Chrys. Ταὐτὸν ποιήσεις ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἰχθὺν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξήγαγες. Dem. ὥσπερ ἂν εἴ τις, sequente optat: (500.) Ὥσπερ ἂν εἴ τις μεγάλας τὰς τιμωρίας τάττοι. Tale est ap. Eund. (308.) Ὥσπερ ἂν εἴ τις ἰατρὸς ἀσθενοῦσι μὲν τοῖς κάμνουσιν εἰσιὼν μὴ λέγοι μηδὲ δεικνύοι δι' ὧν ἀποφεύξονται. Sic ap. Xen. (K. Π. 1, 3, 1.) Ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀσπάζοιτο. Et ap. Aristot. de Mundo, Ὥσπερ ἂν εἴ τις ῥίψειε. E Dem. affert Bud. et ὥσπερ ἂν sine particula εἰ: sc. Ὥσπερ ἂν ἔχῃς pro Tanquam si haberes, Ac si haberes. Apud Aristidem autem tres illas particulas ὥσπερ ἂν εἰ sonare ait Similiter atque si.

Ὥσπερ οὖν vide paulo ante in fine primi de signiff. particulæ ὥσπερ tmematii. Sed iis quæ ibi dicta sunt adde, solere nonnunquam adjici et tertiam particulam δή: et DICI Ὥσπερ οὖν δή. Greg. Naz. Διαλεχθῆναί σοι, ὥσπερ οὖν δὴ καὶ ὁ τῆς φιλίας ὑποτίθεται νόμος. Ubi ὥσπερ οὖν quidam interpr. non simpliciter Quemadmodum, sed Quemadmodum quidem; vel, Ut quidem: quæ interpr. non displicet. Fortassis autem itidem reddi possit οὖν particula Quidem, in isto Galeni loco, Therap. 1. Ἀλλ' εἴπερ μεθόδῳ τινὶ ταῦτ' ἐξεῦρες, ὥσπερ οὖν ἀλαζονεύῃ, τί οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἔφρασας αὐτήν; Ut quidem jactanter prædicas, (si ita hic reddi debet verbum ἀλαζονεύῃ.) Verum sciendum est scribi ὥσπερ οὖν in plerisque ll., ubi conjunctim etiam possit ac fortasse debeat scribi ὡσπεροῦν: qua de re dicam, ubi agam de ὥσπερ cum aliis particulis coalescente.

Ὥσπερ interdum etiam ita jungitur cum aliis particulis, ut cum iis coalescat, suam interim signif. retinens: quod videmus in Ὡσπερεὶ et Ὡσπερανεὶ, item Ὡσπεροῦν. PRIMUM Ὡσπερεὶ extat ap. Xen. K. Π. 4, (3, 2.) Ὡσπερεὶ κατεμέμφετο ἑαυτὸν, Velut accusabat seipsum, et ap. Demosth. (520.) Δύο ταῦτα ὡσπερεὶ κεφάλαια ἐπέθηκε. Longin. (32, 3.) Διόπερ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Θεόφραστος μειλίγματά φησί τινα τῶν θρασέων εἶναι ταῦτα μεταφορῶν, τὸ ὡσπερεὶ φάναι καὶ οἱονεί. Diosc. 5. Ὡσπερεὶ ἐκπτύεται, Velut expuitur. SECUNDUM Ὡσπερανεὶ, a Dem., sicut et ὡσπερεὶ, usurpatur, (299.) Ὑμᾶς δὲ δέδοικα, μὴ παρεληλυθότων τῶν καιρῶν ὡσπερανεὶ κατακλυσμὸν γεγενῆσθαι τῶν πραγμάτων ἡγούμενοι, μάταιον ὄχλον τοὺς περὶ τούτων λόγους νομίσητε. Sed in vulg. Edd. legitur divisim ὥσπερ ἂν εἰ, perperam. Neque enim ut convenit iis locis quos attuli supra, ita etiam isti convenire potest: cum hic particulas ἂν et εἰ vacare videamus, eod. modo quo in ὡσανεὶ nonnunquam vacant. Quin etiam illud obiter addam, in veteri quodam exemplari me legisse ὑμεῖς: quæ lectio magis mihi placet quam ὑμᾶς. Scio enim interdum ita loqui solere Atticos, ut dicant ἀγνοῶ vel οὐκ οἶδα σε τίς εἶ, pro οὐκ οἶδα τίς σὺ εἶ, Ignoro te quis sis, pro Ignoro quis tu sis: itidemque cum aliis verbis ita hoc accusativo utantur, (quod et Latini imitati sunt alicubi,) sed quoniam δέδοικα cum accus. ὑμᾶς, primo aspectu longe alium sensum efficere potest, ideo alteram lectionem isti præfero: ut sc. dictum sit ὑμεῖς δὲ δέδοικα μὴ, pro δέδοικα δὲ μὴ ὑμεῖς: cujus structuræ orationis alibi quoque exemplum extat. TERTIUM Ὡσπεροῦν cum ap. alios tum ap. Plat. legitur; sed in hoc adverbio minus etiam quam in duobus præcedentibus rectam scripturam servari sciendum est: et ὥσπερ οὖν scribi disjunctim, ubi potius conjunctim vel ὑφ' ἓν, ut Gramm. Græci loquuntur, scribi deberet. Ipsemet certe Bud. locum e Plat. affert in suis Comm., ubi ὥσπερ οὖν disjunctim scribit, cum eo ipso in loco ὡσπεροῦν scr. esse alibi dicat: annotetque præterea, ὡσπεροῦν pro ὥσπερ, Quemadmodum, vacante particula οὖν, ap. Xen. sæpe legi, et ap. Greg. Naz. Platonici illius loci verba hæc sunt, Τριχῇ διαστησώμεθα τῷ λόγῳ δημοκρατουμένην πόλιν, ὡσπεροῦν καὶ ἔχει. Sic et ap. Synes. non dubito quin ὡσπεροῦν scr. sit, hoc in loco, Εἴ τινές εἰσι ψυχαὶ, τῶν πόλεων, ὡσπεροῦν εἰσὶν, ἔφοροι, θεῖαί τε καὶ δαιμόνιοι: eum tamen locum supra attuli, aliam scripturam in ista voce habentem: sc. ut particula οὖν seorsum scribatur, et pro Certe vel Quidem accipiatur. Sed profecto altera scriptura esse commodior videtur: licet pro hac facere videatur Ὅπερ οὖν, divisim scriptum itidem. Quin etiam ὥσπερ οὖν δὴ (quarum particularum facta fuit mentio) ab illorum partibus stare existimari potest: itemque ὡς οὖν; in quo interdum vacat οὖν eod. modo, nec tamen ita scribitur ut οὖν cum eo cohæreat. Exemplum ejus extat (quod et suo loco me protulisse existimo) ap. Paus. Ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων, ὡς οὖν τὰ γράμματα ἀπεδόθη, συναγαγὼν τοὺς ἐν τέλει. Equidem utro modo scribamus non magni refert, modo particulam οὖν otiosam s. velut otiosam esse intelligamus. Sed ex hac re ignorata (cum parvi alioqui momenti esse videri possit) errores ap. Plut. esse ortos scio.

["Ὥσπερ, Musgr. Herc. F. 1419. Heyn. Hom. 5, 697. Jacobs. Anth. 9, 183. Xen. K. Π. 64. Bergler. Alciphr. 183. Dawes. M. Cr. 247. Quasi, Plato Phædro p. 298. Heind.: postpositum, Lucian. D. D. p. 64. Lehm. Exempli gratia, Quia, ad Xen. Mem. 4, 5, 9. Conf. c. ὅπερ, Boiss. Philostr. 427. Boeckh. in Plat. Min. 170. Zeun. ad Xen. K. Π. 380.: cum ὥστε, Heyn. Hom. 7, 479. In comparatione post ὥσπερ modo casus præcedenti convenit, modo nominativus ponitur, intellecto verbo ex antecedentibus, ad Charit. 554. 599. Xen. K. Π. 1, 4, 15. Ὥσπερ, ταὐτὸν, Bibl. Crit. 2, 4. p. 66. Ὥσπερ ἄλλος τις, Aristot. H. A. 434. ubi v. Schn. Τὸ ὥσπερ κάρυον, τὸ ὥσπερ ἔριον, J. Poll. 2. p. 741. (τὴν οἷον γειτνίασιν, Phot. c. 144.) cf. Schn. ad Vitruv. 2. p. 306. Heyn. Hom. 7, 114. Ὥσπερ καὶ, Schneid. Anab. 36. Plato Hipp. 155. Ὥσπερ γε, ad Dionys. H. 2, 699. Ὥσπερ εἴποι

τις, Invern. ad Aristoph. 1. p. 374. Οὐχ ὥσπερ, sequ. verbo finito, Heind. ad Plat. Gorg. 259. Ταὐτὸν ὥσπερ, Plato Hipp. 155.: de talibus, v. Heinrich. de Platonis Protag. p. 9. Ὥσπερ ἂν, Plato Phædro 323. ἂν εἰ, ἐὰν, Erf. ad Soph. Aj. p. 289. Ὡσπερὰν, Dionys. H. 1, 70. 2, 1202. 1252. Circiter, 1, 41. Ὡσπερανεὶ, 176. Ὡσπερεὶ, Brunck. Aristoph. 1, 12. Kuster. 237. ad Lucian. 1, 268. Circiter, Demosth. 539, 26. Ὡσπεροῦν, Wakef. S. Cr. 4, 247. Ὥσπερ post τήλικος, Heyn. Hom. 8, 696. In Dialogis respondens particulæ πῶς; Schneid. ad Xen. Mem. 248. Ed. 3. Ad ὥσπερ subaud. καὶ vel γὰρ, Heind. ad Plat. Theæt. 385.: Xen. Symp. 1, 11. Ὥσπερ τοῦτο ἐπιτεταγμένον —, Quasi hoc imperatum esset. Ὡς καὶ ἐγώ περ, Il. Z. 477." Schæf. Mss.]

Ὥστε, Ut, Ita ut, Adeo ut. Varie autem construi docebunt sequentes loci: inter quos primi erunt ii ubi infinitivo jungitur, (hæc enim est omnium maxime recepta et tanquam prima constr., ut opinor, quam itidem particulæ Ut Horatius tribuens, ad hunc vocis ὥστε usum respexisse existimatur,) et quidem frequenter præcedente particula οὕτως. Dem. 39(=98.) Νῦν δὲ δημαγωγοῦντες ὑμᾶς καὶ χαριζόμενοι καθ' ὑπερβολὴν, οὕτω διατεθείκασιν ὥστ' ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις τρυφᾶν καὶ κολακεύεσθαι, πάντα πρὸς ἡδονὴν ἀκούοντας. Apud Eund. 10(=32.) in una eademque periodo subjungitur prius quidem nomini τηλικοῦτον, posterius autem adverbio illi οὕτως. Plut. Themist. (3.) Λέγεται οὕτω κατάφορος πρὸς δόξαν εἶναι, ὥστε νέος ὢν ἔτι, σύννους ὁρᾶσθαι τὰ πολλὰ πρὸς ἑαυτῷ, καὶ τὰς νύκτας ἀγρυπνεῖν, Fertur adeo amori gloriæ deditus fuisse ut etc. Obiter autem et hoc observa, οὕτως, cui respondet ὥστε, in hisce ll., non eund. usum habere, sed in isto quidem Plutarchi sonare Ita, quod est Adeo: itidemque in isto Demosthenico, (32.) Μηδ' οὕτως ἀνόητον ὥστε εἰς προὖπτον κακὸν αὑτὸν ἐμβαλεῖν: at vero in illo ejusd. Oratoris, Οὕτω διατεθείκασιν ὥστε κ. τ. λ., adverbium οὕτω suam primam signif. retinere, sc. Ita, pro Sic, Hoc modo, In hunc modum. Idem de h. Thuc. l. dici potest, 4, (64.) p. 142. Καὶ μὴ τοὺς ἐναντίους οὕτω κακῶς δρᾶν ὥστ' αὐτοὺς τὰ πλείω βλάπτεσθαι. His porro omnibus in ll. præsenti tempori infinitivi jungitur; sed invenitur et ejus futuro juncta hæc particula. Æschin. (31.) Τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη ὁ Δημοσθένης ὥστε ἀποῤῥάψειν τὸ στόμα τοῦ Φιλίππου. Quam constr. ibi obtinere existimatur e vi verbi φημὶ, (sicut in alio ejusd. Oratoris loco particula ὡς eand. constr. habere e vi verbi ἐπαγγέλλομαι,) utpote quod futuro gaudeat. Ceterum in his quidem ll. ὥστε est simpliciter Ut: tribuendo ei illam signif. quam habet præcedente adverbio Adeo, vel Ita, locum illius Adeo obtinente. Sic et in illo Æschinis loco, ubi præcedit τοιαῦτα. Eod. enim modo Latine dixeris Talia, sequente particula Ut. Quod dicendum est et de illo Dem. loco, in quo præcedit τηλικοῦτον. Sed cum nihil tale præcedit, tum reddi debet non simpliciter Ut, sed Ita ut, vel Adeo ut. Thuc. 2, (51.) Δὶς γὰρ τὸν αὐτὸν, ὥστε καὶ κτείνειν, οὐκ ἐπελάμβανε. Plato Timæo, Φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὥστ' εἰς ταὐτὸν αὑτῷ ξυνελθὸν ἄλυτον γενέσθαι, (ubi observa obiter et constructionem cum aoristo infinitivi,) Adeo ut redditum sit indissolubile. Cic. tamen talem interpr. dedit præcedentibus hujus loci verbis, (particulam Ita illi adhibens,) ut convenire ei potuerit et sola particula Ut. Alicubi vero ὥστε redditur Ut quidem. Plato, Ἡμεῖς γὰρ ἔτι νέοι ὥστε τοσοῦτον πρᾶγμα διελέσθαι, Nos enim adhuc juvenes sumus, ut quidem est tantæ rei explicatio et judicium. Præcedente autem comparativo cum vocula ἢ, reddi debet particula Ut, præcedente Quam: Βαρύτερον φορτίον ἢ ὥστε δύνασθαι φέρειν, Gravius onus quam ut ferre possim.

Indicativo quoque jungitur hæc particula ὥστε: quæ constr. Attica esse censetur: ejus certe exempla passim ap. Scriptt. Atticos extant. Thuc. (3, 104.) Ἀπέχει δὲ ἡ Ῥήνεια οὕτως ὀλίγον, ὥστε ὁ Πολυκράτης τύραννος ἐλθὼν ἀνέθεικε τῷ Ἀπόλλωνι ἁλύσει δήσας. Sic Isocr. cum alibi, tum hic, Οὕτω δὲ τὰς ἀληθείας τῶν πραγμάτων φεύγουσιν, ὥστε οὐδὲ τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἴσασι. Nec non in isto loco Enc. Hel. Τοσούτῳ μᾶλλον Ἑλένην Ἡρακλέους προὐτίμησεν, ὥστε τῷ μὲν ἰσχὺν ἔδωκεν. Xen. in una eademque periodo cum indicativo pariter et infinitivo junxit, Ἀπ. 1, (3, 5.) Οὕτω γὰρ εὐτελὴς ἦν ὥστε οὐκ οἶδ' εἴ τις οὕτως ἂν ὀλίγα ἐργάζοιτο, ὥστε μὴ λαμβάνειν τὰ Σωκράτει ἀρκοῦντα. Denique et ap. Dem. constr. illius cum indic. exempla extant, cum alibi, tum in Oratione quæ Περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ inscripta est, Ἀλλ' ὑμεῖς οἱ καθήμενοι οὕτως ἤδη διάκεισθε, ὥστε ἂν μέν τις εἴπῃ παρελθών ὅτι—εὐθέως φατὲ, καὶ θορυβεῖτε ὡς ὀρθῶς λέγει. Sed nec ex Aristoph. hujus Atticæ constr. omittendum nobis exemplum est; quippe quem sciamus esse Ἀττικώτατον. Ita igitur ille, N. (832.) Σὺ δ' εἰς τοσοῦτο τῶν μανιῶν ἐλήλυθας Ὥστ' ἀνδράσιν πείθει χολῶσιν. Animadverte autem, non solum præsenti indicativi jungi, sed et aoristo, ut vides in illo Thuc. loco, item in illo Isocratis qui ex Enc. Hel. allatus fuit. (Alterius mentionem non facio, quoniam ἴσασι, quod in eo legitur, signif. præsentis habere scimus, ut Latine Novi, Memini.) Sic ap. Synes. in Ep. ad Fratrem, Ὅτι τοιοῦτός ἐστιν, ὥστ' εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ἐποίησεν ἂν, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις αἰτίαν πρέπουσαν ἐδέξατο. Itidemque cum præterito junctum inveniri putandum est. Sed et cum fut. indicativi, præcedente τοσοῦτον, usus esse Greg. Naz. traditur. Est præterea animadvertendum his in ll. idem quod et in exemplis particulæ ὥστε infinitivo junctæ: sc. Latine reddi simpliciter Ut, ob præcedens vocab. οὕτω, aut certe aliud quod eand. orationi formam tribuit: cujusmodi est τοσοῦτο in Aristophanis versu. Latine enim quemadmodum præcedente Ita vel Adeo, sequitur Ut, (veluti cum ita loquor, Nemo ita ferus est, vel adeo ferus est, ut non mansuescere possit,) sic etiam dicitur Tantus ut, Talis ut. Sed aliquos etiam locos esse sciendum est, in quibus nihil tale præcedit; et tunc ὥστε reddi simpliciter non potest hac particula Ut: sed illa quæ eam præcedebat in priore parte orationis, in iis qui allati fuerunt locis, (sc. Ita vel Adeo,) ei præfigenda est: interpretando Ita ut, vel Adeo ut. Cujus rei exemplum suppeditare potest h. l., qui e Plat. affertur, de Rep. 1. Προσέβλεψα αὐτὸν πρότερος: ὥστε αὐτῷ οἷός τ' ἐγενόμην ἀποκρίνεσθαι: Ipsum prior aspexi, ita ut ei respondere potuerim.

Cum partic. etiam pro infinitivo, usum esse Isocr. hac particula ὥστε: Lucianum autem cum participio futuri temporis, accus. casus, testantur VV. LL., sed neutrius locum afferentia.

Ὥστε, Quamobrem, Itaque. Quæ interpr. Ciceroniano quoque testimonio comprobari potest. Hæc enim Platonis in Timæo verba, Ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐκ ἴσασι χρόνον ὄντα τὰς τούτων πλάνας, ita vertit, Itaque nesciunt hos siderum errores id ipsum esse, quod rite dicitur tempus. Quæ interpr. adverbii ὥστε non magis loco illi convenit, quam isti ejusd. Philosophi, in eod. lib. Ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν. Cic. tamen aliam interpretationis formam secutus est, connectendo cum præcedentibus; ita enim vertit, Ut si probabilia dicentur, nil ultra requiratis.

Ὥστε, (pro ὡς,) i. valens q. Ut, cum habet Similitudinis significationem, ap. Apoll. Rh. invenitur, sequente ὡς pro Sic. Sic autem usus est, Homerum imitans: ap. quem legimus Il. Γ. non procul ab initio, Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησεν ἀρηΐφιλος Μενέλαος Ἐρχόμενον προπάροιθεν ὁμίλου, μακρὰ βιβῶντα, Ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας, Εὑρὼν ἢ ἔλαφον—Ὣς ἐχάρη Μενέλαος Ἀλέξανδρον θεοειδέα Ὀφθαλμοῖσιν ἰδών. At in eod. lib., non procul a fine, τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη Ῥεῖα μάλ', ὥστε θεὸς, dico ὥστε esse Utpote, (sicut particulæ ὡσεὶ ap. hunc ipsum Poëtam hanc interpretationem supra dedi,) et ita reddi hæc debere, Sed hunc eripuit Venus perfacile, utpote dea. Crediderim certe Ovid. ad hunc locum allusisse, cum ista cecinit, De Arte Amandi 1. de Baccho, Implicitamque sinu, (neque enim pugnare valebat,) Abstulit: ut facile est omnia posse deo. Nec dubitem si mihi Græce ista reddenda

sint, ita interpretari, ῥηϊδίως ἥρπασεν, ὥστε θεός.

[" "Ωστε, Eur. Bacch. 1177. Alc. 411. Soph. Trach. 255. Diod. S. 1, 479. Schol. Aristoph. Πλ. p. 142. Hemst., Heyn. Hom. 5, 697. Scheller. Præf. ad Æl. p. xxii. Reiz. Acc. 29. Valck. Adoniaz. p. 369. Bibl. Crit. 1, 4. p. 73. Musgr. Hipp. 1337. Brunck. Trach. 577. El. 444. Velut, Eur. Iph. A. 1082. Heracl. 424. Musgr. Hel. 1363. Herc. F. 107. El. 748. Soph. Trach. 112. 367. Wakef. 530. 699. 703. 768. 1071. Simmias 5. Lobeck. Aj. p. 305. Comparandi particula ὥστε et cum indic. et cum subjunct. construitur, Brunck. ad Bacch. 1056. Heyn. Hom. 4, 282. 6, 134. 303. 322. 7. 52. 67. 71. I. q. καθάπερ, Brunck. ad Æsch. S. c. Th. 13. Toup. Opusc. 2, 102. Quamobrem, Itaque, Wakef. Eum. 736. Diodor. Zen. 9. ad Lucian. 1, 808. ad Phalar. 283. Markl. Iph. p. 140. Eur. Ion. 653. Herc. F. 599. Soph. Phil. 75. Trach. 943. Longi Past. p. 1. 5. Vill. Ut, de constr., Xen. Mem. 1, 2, 1.: sequ. conj. Dionys. H. 1, 428. Heyn. Hom. 7, 48.: sequ. aor. 1. indic., Eur. Phœn. 1629. Porson. Med. 373.: sequ. præs. indic., 569. Utpote, Longi Past. p. 7. si lectio sana; vide Villois. p. 21. qui recte, credo, emendat: Valck. ad Theocr. x. Id. p. 178. ad Herod. 428. 675. 710. Subaud. ante infin., Markl. Suppl. 378. 385. 535. Iph. p. 186. 188. 203. (Iph. T. 761.) Musgr. Alc. 1075. Iph. T. 1445. Tro. 974. Wakef. Phil. 60. Eum. 58. 220. 483. Ion. 403. 1273. Herc. F. 142. 195. (325.) 646. 1321. 1359. El. 540. Alc. 1094. Abresch. Æsch. 2, 7. 18. 27. 95. 113. ad Xen. Mem. 3, 9, 4. 3, 13, 3. 4, 3, 8. "Ωστε, ὡς omissum post compar. et ἢ, v. c. βελτίους ἢ—παρατρέπεσθαι, Bibl. Crit. 3, 2. p. 64. interdum simul ἢ deest; interdumque pro compar. ponitur positivus, tumque aut ἢ omittitur, retento ὥστε, aut utrumque, ἢ et ὥστε, omittitur. Est etiam, ubi utrumque retinetur: cf. Steinbr. Mus. Tur. 1. p. 327. Xen. K. Π. 391. Philostr. 30. Boiss., ad Herod. 200. Wyttenb. Select. 400. ad Il. Ω. 369. Soph. Œd. T. 1293. Eur. Cycl. 632. Markl. Suppl. 844. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 3, 326. Abundat ante infin., Markl. Suppl. 581. Eur. Iph. A. 918. Soph. Phil. 656. Æsch. Eum. 228. Abresch. Æsch. 2, 30. Valck. Hipp. p. 307. De constr., ad Charit. 124. 631. Eur. Tro. 973. El. 918. Luzac. Exerc. 159. Diod. S. 2, 549. Lucian. 2, 90. Schn. ad Aristot. H. A. 266. Cum infin. et nomin., Zeun. ad Xen. K. Π. 161. "Ωστε et ὣς δὲ conf., Brunck. Apoll. Rh. 19.: ὥστε et ὥσπερ, Porson. Hec. p. xxxii. Ed. 2. Med. p. 84. G. O. Reizii Glossar. Theophil. p. 1301. Lucian. 3, 22. "Ωστε sequ. interrog., Lucillius 84. Hoogev. Part. Præf. 13. Rufinus 18.: sequ. imper., Hoogev. l. c. Post συνθέσθαι, Diod. S. 2, 466. Post πίστις, Diod. S. 2, 589. Post ἐθέλω, Eur. Hipp. 1327. Post πάρεστι, Soph. El. 1454. Post ἐστὶ, Licet, Soph. Phil. 656. Pro ἐφ' ᾧτε, Demosth. 515, 16. Koen. ad Greg. Cor. 219. Xen. Ἑλλ. 5, 3, 14. 5, 4, 1. Spalding. ad Quint. 4. p. 57. In conclusione, Porson. Hec. p. xlvii. Ed. 2. "Ωστε et ὥς τε, Zeun. ad Xen. K. Π. 305. "Ως τε, Et sic, Strabo 5, 393.: Dawes. M. Cr. 334.:— '"Ωστε θέμις εἶναι purus putus est barbarismus: corrig. θέμιν.' "Ωστ' οὐχ, Eur. Phœn. 1377. "Ωστε μὴ, ὥστε, abund., Markl. Iph. p. 404. "Ωστε, ὥς γε ἡμᾶς εἰδέναι, *Albert.* ad *Hesych. Epist.* ad *Eulog. not. 13." Schæf. Mss.]*

" *Καθὼς, i. q. ὡς, Ut.* Ac interdum quidem pro " Postquam, Cum. Act. Apost. 7, (17.) Καθὼς δ' " ἤγγιζεν, Cum autem appropinquaret. Interdum " pro Velut, Veluti, Sicut, Sicuti, Quemadmodum, " Qualiter. Aristot. de Mundo, Καθὼς ἄνω λέλε" κται. Phryn. prohibet dicere καθὼς, sed καθό." [" Zeun. ad Xen. K. Π. 71. ad Mœr. 212. omnino Dawes. M. Cr. 247. Sturz. Dial. Alex. 1. p. 38. Jacobs. Anth. 9, 110. 10, 49. Mazocch. Tab. Heracl. 285. Diod. S. 2, 577. Lucian. 3, 671. Strato 1. Valck. Aristot. 86. Phryn. Ecl. 188. Thom. M. 488. * Καθώσπερ, 794. Brunck. Aristoph. 3, 28.

A ('Ιππ. 713.) ad Diod. S. 2, 349. omnino Dawes. l. c." Schæf. Mss.' Tzetz. ad Lyc. 1217. " Psellus in Cant. Cantic. 3, 2. Nicet. Eugen. 8, 103. Jo. Diacon. in Bandini Anecd. v. 140." Boiss. Mss.]

"ΕΩΣ, et POETICE Εἵως, (interjecto ι, ut fit in quibusdam aliis vocabulis,) Donec, Usquedum, Tantisperdum, Quoad. (Primam enim esse hanc significationem arbitror: ut, sc. exponatur μέχρις οὗ, quibus verbis respondet Latina vox Quousque, sed in interrogatione potius adhiberi solita pro μέχρι τίνος.) Item pro Donec significante Quamdiu. Nisi hoc ipso adverbio Quamdiu, aut illo Tantisperdum, uti malis. Hom., nam et hic ab eo initium more meo sumam, (Od. I. 232.) μένομέν τέ μιν ἔνδον "Ημενοι, ἕως ἐπῆλθε νέμων: sed quædam exempl. habent εἵως. Apud Eund. Il. H. (264.) itidem pro Donec, Usquedum, Quoad: 'Αλλ' ἀναχασσάμενος νῆχον πάλιν, ἕως ἐπῆλθον 'Ες ποταμόν. Utitur etiam sequente adverbio τόφρα, et ei respondente. Exemplum hujus usus habemus Od. M. (328.) B Οἱ δὲ ἕως μὲν σῖτον ἔχον καὶ οἶνον ἐρυθρὸν, Τόφρα βοῶν ἀπέχοντο, Quamdiu habuere frumentum et vinum, tamdiu ab esu boum abstinuerunt. Vel, Dum habuere frumentum et vinum, tantisper abstinuere. Vel, Abstinuere tantisperdum habuere. Vel, Tamdiu abstinuerunt, quoad habuerunt: (nisi adverbium Quoad, præcedente Tamdiu, futuro potius gaudere existimandum sit.) Vel, Abstinuerunt interim dum habuerunt; s. brevius, Dum habuerunt. Possis vero et illud adverbium Donec hic usurpare: sequendo Ovid. præsertim. Ceterum quod ad prioris versus scripturam attinet, sciendum est scribi etiam Οἱ δ' εἵως pro Οἱ δὲ ἕως: ap. Eust. vero, ubi verba contextus affert, Οἱ δ' ἕως: sed hanc scripturam rejiciendam, e reliquis duabus alteram eligendam esse dico. Nunc ad exempla e soluta oratione sumta venio. Synes. Δύο ἑξῆς ἐπιμείναντες ἡμέρας, ἕως ἂν ἀφυβρίσῃ τὸ πέλαγος, Donec mare desævisset, Dum desævisset. Ubi observa etiam ἐπιμείναντες, sequente isto adverbio C ἕως: sicut in eo Hom. loco, quem primum protuli, legitur μένομεν, sequente hoc eod. vocab. Plut. Artax., 'Υπ' ὀργῆς ἀναστάντα καὶ σπασάμενον τὸν ἀκινάκην, τύπτειν, ἕως ἀπέκτεινεν. Apud Eund. cum præsenti indicativi, in Lycurgo, "Εως ἐπάνεισιν ἐκ Δελφῶν αὐτὸς, οὐδὲν ἀλλάσσειν. Cum optativo etiam, ut ap. Aristoph. ἕως ἀφίκοιτο. Quibus omnibus in ll. commode redditur Donec, Quoad, sicut et in illo Synesii, cum itidem convenire non possit Quamdiu. Quæ interpr. alioqui plerisque locis convenit, ubi tamen reddi etiam possit Tantisperdum, Interim dum. Hac autem in signif. jungitur ἕως vel indicativo vel subjunctivo: Dem. (15.) "Εως ἐστὶ καιρὸς, ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων. Tale est, "Εως ἐμπνεῖ τε καὶ δύναται, Quamdiu spirat et potest. Sic ap. Jo. 12, (36.) "Εως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς. Præcesserat autem, Περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε. Sic ap. Greg. Naz. "Εως εἶ, Quamdiu es. Nec tantum præsenti indicativi, sed ejus quoque imperfecto junctum D reperitur: ut ἕως περιῆν. Synes. Sic, "Εως ἔζη, Aristot. Et cum aoristo, Dem. "Εως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν. Sed et constructionis cum subjunctivo multa exempla inveniuntur. Herod. Νῦν γὰρ ἄν τι καὶ ἐπιδέξαιο ἔργον, ἕως νέος ἦς, Quamdiu es juvenis, pro ἕως νέος εἶς, s. εἶ. Sic Greg. Naz. Καταγελῶνται δὲ πρὸς τὸ παρὸν εὐσεβεῖς, ἕως ἡ χρηστότης τοῦ Θεοῦ κρύπτηται, Interim dum bonitas Dei occultatur, s. clementia Dei: pro κρύπτεται. Sæpius tamen sequente particula ἂν: et tunc rarius subjunctivus pro indicativo positus dici potest. Demosth. Phil. 4. Οὐδὲν ἔστ' αὐτῷ βεβαίως ἔχειν, ἕως ἂν ὑμεῖς δημοκρατῆσθε. H. equidem in l. subjunctivus pro indic. positus existimari queat, nisi quis malit dictum esse ἕως ἂν δημοκρατῆσθε pro ἕως δημοκρατήσεσθε. Cui tamen ego facile assentiar, cum præcedat ἔστ' quod valet ἐστὶ, non ἔσται. At vero in his Greg. Naz. verbis, Οὐ γὰρ περὶ ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ

συλλαβαὶ φέρωσι, cum præcedat futurum, non videtur ita commode dici potuisse φέρουσι: sed esse potius Quamdiu ferent, quam Quamdiu ferunt. Affertur alioqui ex Eod. pro indicativo, sed cum negatione: Ἕως ἂν μὴ λέγωται, Tantisper dum non dicuntur. Item, Ἕως ἂν μηδεὶς πείθῃ με λόγος. (At vero cum hac particula simul et cum indicativo, allatus ex Eod. hic locus, Ἕως δ' ἂν μὴ τοῦτο δεικνύεις, οὐδὲν τῷ περιληπτικῷ βοηθῇ πρὸς ἀσέβειαν, Indignus est qui aliis adjungatur, cum δεικνύῃς reponendum esse, nemo vel paululum in hac lingua versatus, ignorare possit, aut certe debeat.) Sæpe et cum aoristo conjunctivi: et tum nullo pacto hic modus indicativi usum habere dici potest, neque, Latine interpretando, in eum resolvi; atque adeo adverbio Donec, Usquedum, Quoad, reddi debet, potius quam illo Quamdiu, Interim dum. Matth. 5, (26.) Οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην: quæ verba habet et Luc., nisi quod pro ἂν post ἕως ponit οὗ. Idem Matth. Κἀκεῖ μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε. Habenturque eadem et ap. Marc., nisi quod ἐκεῖ pro κἀκεῖ, et μένετε pro μείνατε legitur. Verum et absque particula ἂν, Luc. Ἕως φάγω καὶ πίω. Sic et ap. Marc. Ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον: (at Matth. interjicit particulam οὗ inter ἕως et αὐτός: de quo usu postea dicetur.) Non ignoro tamen, adhiberi interpretationi hujus loci verbum præsentis temporis; atque adeo posse adhiberi non nego: sed hoc addo, cum redditur, Dum dimitteret turbam: perinde sonare ac si diceretur Dum dimisisset. Affertur ἕως ἂν junctum etiam infinitivo pro Quamdiu, in VV. LL. Ἕως ἂν μάχεσθαι, Quamdiu pugnat. Sed horum verborum auctor tacetur.

Ἕως ἂν redditur etiam Quin, in isto Matth. loco, (10, 23.) Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, Non feceritis finem peragrandi, (ita enim existimo reddi apte posse verbum τελέσητε,) urbes Israëlis quin venerit filius hominis. E Greg. Naz. autem in VV. LL. affertur, Ἕως ἂν φέρησθε, pro Modo s. Dummodo eatis. Item, Ἕως ἂν ἀναφέρηται, (non nominato Auctore,) pro Siquidem refertur. Sed si loci isti a nobis adirentur, (quod fieri non potest, donec fuerint indicati,) minime talem exp. poscere comperiremus, ut opinor: aut certe minime illis necessariam esse.

Ἕως ap. Hom. interdum non est Interim dum, sed simpliciter Interim; vel, Ad tempus aliquod: ita ut dici possit locum occupare alterius particulæ τέως, quæ huic respondet. Il. M. (142.) Οἱ δ' ἤτοι εἵως μὲν ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς Ὄρνυον ἔνδον ἐόντες ἀμύνεσθαι περὶ νηῶν· Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῖχος ἐπεσσυμένους ἐνόησαν Τρῶας, ἀτὰρ Δαναῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε. Ubi Eust. vocem istam ἕως exp. τέως, item πρὸς τὸ παρόν; nec non πρὸς ὥρας τινάς. Utitur, inquit, vocabulo ἕως, sicut et alibi, pro τέως et πρὸς τὸ παρόν: dicit enim, Ὡς οἱ Λαπίθαι ἕως μὲν, i. e. πρὸς ὥρας τινὰς, ὤρνυον Ἀχαιοὺς ἀμύνασθαι περὶ νηῶν· ἐπεὶ δὲ Τρῶας ἐνόησαν κ. τ. λ. Talis est hujus particulæ usus Il. N., ubi tamen non sequitur αὐτὰρ, quod ei respondeat, sed ἀλλ' ὅτε δή. Loci illius verba sunt hæc, (145.) Ὡς Ἕκτωρ, εἵως μὲν ἀπείλει μέχρι θαλάσσης Ῥεῖα δ' ἐλεύσεσθαι κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν, Κτείνων· Ἀλλ' ὅτε δὴ πυκινῇς ἐνέκυρσε φάλαγξι, Στῆ ῥα μάλ' ἐγχριμφθεὶς, ubi idem Gramm. exp. τέως et μέχρι τινός. Quibus verbis illud expositum habemus ab eod. Eust. Il. Θ., ubi rursum τῷ ἕως redditur Αὐτὰρ ἐπεί. Eund. usum et in aliquot aliis hujus Poëtæ ll. habet. An autem et in soluta oratione receptus sit, nondum mihi constat; sed vel nullum vel perrarum esse arbitror.

De ἕως juncto alicui adverbio.

Ἕως sibi adjunctum habet interdum adverbium aliquod, vel cui temporis significatio vel cui alia inest. Tunc autem sonat Usque, s. Usque ad: veluti cum dicitur ἕως ὅτε: sonat enim ad verbum, Usque ad quando, s. Usque ad cum. I. e. Usque ad id tempus quo. Tale est ap. Latinos Usquedum, Quousque; sed hoc interrogative potius usurpatur, pro ἕως πότε, ut mox docebo. LEGITUR Ἕως ὅτε ap.

A Xen. K. Π. 5, (1, 11.) p. 70. meæ Ed. Καὶ γὰρ εἰς Πέρσας ὅτε παρ' ἡμῶν ἀπῄεις, τίς Μήδων ἢ νέος ἢ γέρων σοῦ ἀπελείφθη τοῦ μή σοι ἀκολουθεῖν, ἕως ὅτε Ἀστυάγης ἡμᾶς ἀπέστρεψεν; Ubi certe ἕως ὅτε non aliud est quam Donec, Quoad: et ita ἕως ὅτε est pro ἕως simpliciter. Vacare tamen non videbitur ὅτε, si ἕως ὅτε reddamus Usque dum: tanquam adverbio Usque, respondente illi ἕως: at Dum, huic τότε. Sed prætereundum non est, ap. Xen. legi ETIAM Εἰς ὅτε pro ἕως ὅτε: habetque illam lectionem margini ascriptam mea Ed. Illud autem ALTERUM Ἕως πότε frequentiore in usu est: quod interrogative ponitur, sonatque itidem q. d. Usque ad quando: accipiendo sc. Quando interrogative, non autem ut supra, cum interpretarer ἕως τότε. Apud Matth., Marc., et Luc. Ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς; (ap. Matth. μεθ' ὑμῶν.) Et, Ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; Sic ap. Jo. 10, (24.) Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; Jungitur et aliis temporis adverbiis. Legitur enim Ἕως νῦν, q. d. Usque nunc, ad nunc. (Pro quo di-
B citur et ἕως τοῦ νῦν.) Item, Ἕως ἄρτι, ap. Jo. non semel. Quin etiam Ἕως σήμερον, ap. Paulum: (pro quo dicitur etiam ἕως τῆς σήμερον: vel ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.) Nec vero cum adverbiis duntaxat quæ Temporis signif. habent, sed et cum adverbiis loci, atque aliis: ut Ἕως ὧδε ap. Luc.: et Ἕως ἔξω τῆς πόλεως, ap. Eund. Item cum ἄνω et κάτω, Jo. 2, (7.) Καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω: Matth. 27, (51.) et Marc. 15, (38.) Ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. His adde ἕως ἔσω, e Marco 14, (54.) Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, ubi pro supervacaneo haberi possit istud adv. ἔσω, ideoque non male ab Erasmo prætermissum fuit: ita interpretante, Et Petrus eminus sequebatur illum, donec (venisset) atrium summi sacerdotis. Vetus Interpres omnino ad verbum, Secutus est eum usque intro in atrium. Sed dure hoc dici videtur Latine; ideoque aut omittendum et ipse hoc adverbium ἔσω censuerim, aut permutato ordine dicendi, Secutus est intro usque in atrium:
C ut habet novissima Interpretatio. Item cum præp. εἰς: Ἕως εἰς Βηθανίαν, Luc. 24, (50.) Tale est ap. Polyb. (1, 11, 14.) Ἕως εἰς τὸν χάρακα, Usque ad vallum.

De ἕως adjunctum habente genitivum.

Ἕως genitivo quoque jungitur, valens itidem Usque. Et interdum quidem vacat gen., veluti cum dicitur Ἕως οὗ: neque enim aliud est ἕως οὗ, quod ad verbum sonat Usquequo, quam ἕως simpliciter, ut e quibusdam ll., quos in Ἕως attuli, patere potest. Frequens est autem ἕως οὗ, in N. T.: Matth. 13, (33.) et Luc. 13, (21.) Ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον, Donec. Et cum conj., 24, (49.) Ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους: 12, (59.) Ἕως οὗ καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς. Item, Ἕως οὗ τελεσθῇ. Sic Greg. Naz. Ἕως οὗ καταπαύσῃς. Est autem antiquus hic adverbii cum isto genitivo usus; quippe qui et ap. Herod. inveniatur. Ex eo enim affertur, Ἕως οὗ ἀπέδεξαν. In iisd. N. T. scriptis invenitur aliquoties Ἕως ὅτου: quod ὅτου nihil aliud est quam οὗ. Poniturque ἕως ὅτου interdum pro Donec, i. e. Usquedum, Quo-
D usque; interdum pro Quamdiu, s. Tantisperdum, (Habet tamen et hunc usum alicubi particula Donec, uti dixi antea: sed vicissim Quamdiu iis omnibus ll. adhiberi non potest quibus convenit Donec.) Luc. 22, (18.) Ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ, Donec venerit, Usque dum venerit: 18, (16.) Ἕως ὅτου πληρωθῇ: (15, 8.) Ἕως ὅτου εὕρῃ, Donec invenerit. (Pro quo dicit etiam ἕως εὕρῃ, sine gen.) At vero ap. Matth. 5, (25.) Ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, Quamdiu es in via, Tantisper dum es in via. Legitur et ap. Dem. ἕως ὅτου pro Donec, ubi scribit, Ἕως ὅτου κομισαίμεθα τὰ ἡμέτερα αὐτῶν. Legitur etiam ἕως τίνος, ubi subaudiri puto χρόνου: valetque ἕως τίνος cum hac subauditione, i. q. ἕως ὅτε: sed ἕως τίνος melius respondet Latino adverbio Quousque: pro quo et Quonam usque legitur. At vero Ἕως τινὸς, ut dicitur μέχρι τινὸς, significabit Usque ad aliquod tempus, Usque ad certum aliquod temporis spatium. Possunt ta-

men et aliter quam de tempore usurpari, ut ἕως τινὸς in VV. LL. redditur Usque ad aliquem terminum, quamvis absque Auctoris nomine. His subjungo Ἕως τούτου, Huc usque, Luc. 22, 51. Ἐᾶτε ἕως τούτου, ubi fortasse non male sejungeretur ἕως τούτου ab ἐᾶτε. Apud Aristot. huic ἕως τούτου respondet ἕως, redditurque ἕως τούτου, Eatenus: at ἕως, Quatenus: H. A. 9. Ἕως τούτου προέρχεται, ἕως ἂν ὁ μυκτὴρ ὑπερέχῃ αὐτοῦ, Eatenus mergitur, quatenus ejus promuscis extat. De tempore usurpatur et cum dicitur, Ἕως τῆς σήμερον, vel Ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, Usque in hodiernum diem: pro quo et ἕως σήμερον attuli supra. Tale est ἕως τοῦ νῦν ap. Matth. et Marc., (pro quo et ἕως νῦν invenitur.) Ejusd. classis est Ἕως ὥρας ἐννάτης, ap. Matth. Marc. Luc. Quibus addi potest, Ἕως ἑσπέρας, Usque ad vesperam: Act. 28, (23.) Ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας. Potest vero ἕως et plerisque nominibus junctum, Temporis signif. non habentibus, ad tempus referri: ut Matth. 2, (15.) Ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου, Usque ad mortem Herodis, i. e. Usque ad mortis tempus. Sic, (1 Cor. 16, 8.) Ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς πεντηκοστῆς. Sed non magis novus hic usus particulæ ἕως in Gr. sermone, quam in Latino particulæ Usque, videri potest. Minus frequens est in hac signif. cum nomine proprio, ut ἕως Ἰωάννου, Usque ad tempus Joannis, s. tempora. Jungitur denique ἕως et aliis quibuslibet genitivis, nihil commune cum hac temporis signif. habentibus: in N. T. præsertim, ut Matth. 11, (23.) Καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ: Luc. 4, (29.) Ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους, 2, (15.) Ἕως Βηθλεέμ. Ceterum cum ἕως τοῦ θανάτου s. ἕως τῆς τελευτῆς interdum sonet Usque ad tempus mortis, (ut in loco qui paulo ante productus fuit,) sciendum est nihil aliud significare interdum quam quod verba sonant: sc. Usque ad mortem: ut Matth. 26, (38.) et Marc. 14, (34.) Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. Sic et ap. Lucill. Epigr. p. 140. meæ Ed. Καὶ σὺ γὰρ, ὡς Νάρκισσος, ἰδὼν τὸ πρόσωπον ἐναργὲς, Τεθνήξῃ, μισῶν σαυτὸν ἕως θανάτου.

AT VERO Ἕως pro ὡς, Poëticum est omnino; facitque hic usus vocabuli illius ἕως, ut magis etiam credibile sit ipsum ex eo esse factum: quam ego derivationem sequens, illud huic subjunxi. Eust. quidem certe tanquam pro certa et confessa deductionem istam habet, appellans adjectionem hanc, literæ ε pleonasmum. Nam in Il. Π. (208.) νῦν δὲ πέφανται Φυλόπιδος μέγα ἔργον, ἕης τὸ πρίν γ' ἐράασθε, ita dictum esse ἕης, ut alibi ἕως, pro ὡς, per Atticum literæ ε pleonasmum, tradit. At alibi tamen non quodvis ὡς, sed id quod certam quandam signif. habet, (sc. hujus ipsius ἕως,) huic particulæ originem dedisse arbitratur. Siquidem in Od. Ρ. 358. Ἤσθιε δ' ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄειδεν, annotat, ὡς ὅτ' ἀοιδὸς esse pro ἕως ὅτου, et videri istud ὡς, esse πρωτότυπον illius ἕως, cui Attice præfixum fuerit ε. Sed venio ad ejusd. Poëtæ locos, ubi illud ἕως pro ὡς usurpat. Legimus Od. Τ. 363. Ὅσσα σὺ τῷ ἐδίδως, ἀρώμενος ἕως ἵκοιτο, Γῆράς τε λιπαρὸν θρέψαιό τε φαίδιμον υἱὸν, ubi idem Schol. ἕως ἵκοιτο inquit pro ὅπως, nunc quoque Attice; nam τὸ κοινὸν esset, ὡς ἵκοιτο, i. e. ἵνα καταλάβῃ. In Δ. (801.) habetur, Πέμπε δέ μιν πρὸς δώμαι' Ὀδυσσῆος θείοιο, Εἵως Πηνελόπειαν ὀδυρομένην γοόωσαν Παύσειε κλαυθμοῖο γόοιό τε δακρυόεντος: ubi idem Schol. annotat, εἵως esse pro ὅπως, et ex ὡς fieri per pleonasmum ἕως atque εἵως. Sed eo in loco multa exempl. habere εἵπως sciendum est: quam etiam scripturam loco illi posse convenire, nemo, ut opinor, negarit.

[" Ἕως, Ruhnk. ad H. in Cer. 160. Mœr. 368. Toup. Emendd. 2, 296. Zeun. ad Xen. K. Π. 311. 709. et Ind. ad Charit. 144. Dawes. M. Cr. 474. Musgr. Hel. 747. Soph. Phil. 764. Wakef. S. Cr. 4, 73. Brunck. Apoll. Rh. 193. 199. Diod. S. 2, 208. Heyn. Hom. 4, 68. 69. 669. Schneid. Anab. 86. Valck. Phœn. p. 679. Diatr. 69. Quamdiu, Eur. Or. 240. Dionys. H. 1, 115. I. q. τέως, Herod. 653, 96. Heyn. Hom. 6, 296. 298. 397. 7, 54. An

A pro ὡς? ad Xen. Eph. 272. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 76. Heyn. Hom. 7, 178. Monosyll., Valck. Diatr. 183. Brunck. Phil. 1330. Aristoph. 3, 150. De Homerico versu ἕως ὁ, ibid. Markl. Suppl. p. 184. Heyn. Hom. 6, 100. 192. 396. 450. 7, 90. Cum gen., Zeun. ad Xen. K. Π. 20. Valck. Phœn. p. 688. ad Ammon. 104. Toup. Opusc. 1, 122. Æschin. 42. Reisk. Ἕως οὗ, ad Herod. 33. 590. Koen. ad Greg. Cor. 223. Wakef. Alc. 537. S. Cr. 4, 154. Paus. 3, 275. Ἕως ὅτου, Diod. S. 2, 232. 400. 401. Ἕως τινὸς, Athen. 1. p. 37. Heyn. Hom. 6, 643. Cum accus., Schol. Apoll. Rh. p. 604. De constr., ad Diod. S. 2, 331. Epigr. adesp. 348. 754. ad Dionys. H. 1, 329. 2, 711. 827. 861. 863. Jacobs. ad Anthol. Palat. 403. Cum optat., Xen. K. Π. 42. Cum conj., Dionys. H. 1, 291. Ἕως πρὸς, ad Mœr. 413. Epigr. adesp. 112. Ἕως ἔτι, Plut. Mor. 1, 23. Ἕως ὧδε, Jacobs. Anth. Proleg. 76. Ἕως ἄνω, Heyn. Hom. 6, 324. Præpositio dicitur a Fischero ad Weller. Gr. Gr. 3, 229. Nusquam ap.
B Comicum occurrit ἕως cum subj. sine ἂν, Brunck. Aristoph. 3, 120. Dawes. M. Cr. 274. Ἕως ἂν, Thom. M. 403. Soph. Trach. 687. Coray Theophr. 88. Brunck. Aristoph. 1, 54. Soph. 3, 490. Porson. Hec. p. 75. Ed. 2. Dionys. H. 2, 871. Quamdiu, Xen. K. Ἀ. 6, 1, (3,) 14. De constr., Brunck. Aristoph. 3, 10. (ad 135.) Dionys. H. 2, 1194. Ἕως ἂν, ἕως οὗ ἂν, Valck. Hipp. p. 236. ubi et de ἕως οὗ. Brunck. ad Phœn. 89. :—' Ἐπίσχες ἔς τ' ἂν προὐξερευνήσω στίβον. Sic ad linguæ normam et ex usu ' Poëtarum nostrorum omnino scr.: vulgo ὡς ἄν. ' De sensu non ambigitur: bene Lat. Interpres, Ex- ' pecta, donec investigavero viam. Sed ὡς ἂν nusquam ' legitur pro Donec: semper valet Ut: ἕως ἂν et ἔς ' τ' ἂν significant Donec: iisque promiscue utuntur ' Poëtæ, prout alterutrius modulus versui aptatur. ' Hæc, quia multis temere dicta videbuntur, exem- ' plis astruere par est. Æsch. Pr. 816. Τούτου παρ' ' ὄχθας ἕρφ', ἕως ἂν ἐξίκῃ Καταβασμόν. Soph. Œd. C. ' 114. καί σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα Κρύψον κατ' ἄλσος, τῶνδ'
C ' ἕως ἂν ἐκμάθω Τίνας λόγους ἐροῦσιν: Trach. 689. ' Καί μοι τάδ' ἦν πρόῤῥητα — Τὸ φάρμακον τοῦτ' ἐν ' μυχοῖς σώζειν ἐμὲ, Ἕως ἂν ἀρτίχριστον ἁρμόσαιμί ' που. Idem in Fragmento e Scyriis, quod exhibe- ' mus ad Hipp. 462. Noster Rhes. 617. Ἀλλ' ἐκτὸς ' αὐτὸν τάξεων κατεύνασεν Ἕκτωρ, ἕως ἂν νὺξ ἀμείψη- ' ται φάος. Et sic semper pro Donec, quod facile ' animadvertet lector attentus, cui similia exempla ' se offerent bene multa. Nihil autem quoad vim ' significandi differt ἔς τ' ἄν. Æsch. Pr. 798. Πόν- ' τον περῶσα φλοῖσβον, ἔς τ' ἂν ἐξίκῃ Πρὸς Γοργόνεια ' πεδία, ubi ἔς τ' ἂν idem valet quod ἕως ἂν, in supra ' adducto v. 816. Ibid. 376. Ἐγὼ δὲ τὴν παροῦσαν ' ἀντλήσω τύχην, Ἔς τ' ἂν Διὸς φρόνημα λωφήσῃ χό- ' λου: 703. Ἐπίσχες, ἔς τ' ἂν καὶ τὰ λοιπὰ προσμάθῃς: qui locus nostro simillimus est. Soph. El. ' 104. Ἀλλ' οὐ μὲν δὴ λήξω θρήνων Στυγερῶν τε γόων, ' ἔς τ' ἂν λεύσσω παμφεγγεῖς ἄστρων Ῥιπάς. Noster, ' Hipp. 663. Νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἔς τ' ἂν ᾖ Ἔκδημος ' χθονὸς, Θησεὺς, ἄπειμι. Ὡς ἂν vero nihil aliud si-
D ' gnif. quam Ut, nusquam autem Donec, nisi in Il. ' perpaucis, quorum eluenda menda est. Æsch. Pr. ' 712. τοὺς ἐμοὺς λόγους Θυμῷ βάλ', ὡς ἂν τέρματ' ' ἐκμάθῃς ὁδοῦ. Noster, Hec. 330. Hipp. 287. 1324. ' Bacch. 352. 502. 1229. Hæc nunquam a veteribus ' confusa: sin, actum fuisset de sermonis perspicui- ' tate. Quod autem paucis aliquot in locis, ut mox ' ajebam, ὡς ἂν pro ἔς τ' ἂν occurrat, id librariorum ' imperitiæ tribuendum, et glossis inter lineas scri- ' ptis ortum debet. Loca autem illa excutiam. In ' Soph. Phil. 1330. legitur vulgo: Καὶ παῦλαν ἴσθι ' τῆσδε μή ποτ' ἐντυχεῖν Νόσου βαρείας, ὡς ἂν αὐτὸς ' ἥλιος Ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν. Infe- ' liciter et iratis Musis emendabat Scal., Valckenærio ' laudatus ad Hipp. 659. ἕως ἂν ὡὑτός —. Nullibi ' ἕως monosyllabum occurrit: synizesis in h. v. lo- ' cum nec habet, nec habere potest; qui enim ab ὡς ' distingueretur? Scr. ἔς τ' ἂν οὗτος ἥλιος, Donec hic, ' quem aspicis, sol. In Œd. C. 1361. vulgo legitur:

'ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα Τάδ' ὥσπερ ἂν ζῶ σοῦ φονέως 'μεμνημένος: quæ Johnsonus, ex Œdipo Sphingem 'faciens, ineptissime vertit, Sed mihi ferenda, sicut 'vivo, tui parricidæ memor: scribendum, τάδ' ἕωσ- 'περ ἂν ζῶ —, Donec vivens parricidii tui memoriam 'servaro. In Ajace 1117. vulgo legitur: τοῦ δὲ 'σοῦ ψόφου Οὐκ ἂν στραφείην, ὡς ἂν ᾖς οἷός περ εἶ. 'Scr. ἕς τ' ἂν ᾖς. Hæc aliquanto fusius exequi ne- 'cesse visum est, quia diversos harum particularum 'usus non satis observarunt VV. DD.' Cf. ad Œd. C. 1361. Toup. Emendd. 1, 31. Ἕως ἂν cum aor. indic., Brunck. ad Hipp. p. 358. Ἕως — ἀπέδωκα, Plato Gorg. 205. Εἵως, Brunck. Apoll. Rh. 199. Ut, Od. Z. 80. Adhuc, Antea, Il. M. 141. N. 143. O. 277. cf. ad Od. B. 148." Schæf. Mss.]

ΤΕΩΣ autem illi Ἕως respondet, (sicut Τότε τῷ Ὅτε,) possumusque vel hoc illi, vel illud huic præfigere: (cum alioqui Ἕως prius esse necesse sit, si ex Ὧς ortum habere dicamus.) Præit certe τέως, sequitur ἕως, pro Tamdiu, quamdiu: in isto Luciani loco, in Alcyone (§. 7.) Ἀδυνατώτερόν ἐστι τέως ἕως ἂν ὦσιν ἀνεπιστήμονες, Tamdiu quamdiu fuerint imperiti. Vel, Tantisper dum fuerint imperiti. Sic ap. Greg. Naz. Οὔτε ἡμεῖς τὴν ἐφικτὴν φωνὴν τέως ὑμῖν ἐγκαλέσομεν, ἕως ἂν δι' ἄλλης ὁδοῦ πρὸς τὸ αὐτὸ φέρησθε καταγώγιον. Alioqui et τέως per se reddi alicubi potest Tamdiu quamdiu, (sicut Latine Quamdiu dicitur omisso Tamdiu.) Plato Symp. Καὶ τέως μὲν ἂν παῖδες ὦσιν, ἅτε τεμμάχια ὄντα τοῦ ἄῤῥενος, φιλοῦσι τοὺς ἄνδρας. Sic Demosth. (519.) Ἱερὰν γὰρ ἔγωγε νομίζω πᾶσαν (τὴν ἐσθῆτα) ὅσην ἄν τις ἕνεκα τῆς ἑορτῆς παρασκευάσηται, τέως ἂν χρησθῇ.

Τέως, Antea. Plato Symp. Τέως γὰρ καὶ τὰ αἰδοῖα ἐκτὸς εἶχον, καὶ ἐγέννων καὶ ἔτικτον οὐκ εἰς ἀλλήλους, ἀλλ' εἰς τὴν γῆν. Sic usus est Synes., cum hæc scriberet, Τέως δὲ, ὥσπερ εἴ τι μοι τῶν ἡδέων συνεπεπτώκει, ἐκοινωσάμην ἄν σοι, οὕτω καὶ τῶν δυσχερῶν εἴς σε παραπέμπω τὴν ἀκοήν. In alio ejusd. Scriptoris loco huic τέως respondet νῦν, ubi scribit, Τέως μὲν ἐπράττομεν εὖ, νῦν δὲ καὶ τὰ κοινὰ λυπεῖ. Bud. putat reddi etiam posse Pridem; sed altera interpr. magis mihi placet: quod e multis ll. manifestum sit poni τέως indifferenter de tempore quod paulo ante, sicut de eo quod multo ante præcesserit.

Τέως redditur etiam Interea, Interim; ut quidam interpr. in isto Od. O. (231.) ὁ δὲ τέως μὲν ἐνὶ μεγάροις Φυλάκοιο Δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ δέδετο, κρατέρ' ἄλγεα πάσχων. At VV. LL. volunt hic esse Antea, (cujus signif. allata modo fuerunt exempla,) sed perperam: contra adverbio illo Interea s. Interim, non male hic redditur. Sic certe reddendum videtur et ap. Andocidem, ap. quem præcedit ἕως, sequitur τέως, in diversis orationis membris: Τούτους δὲ ἐπιμελεῖσθαι τῆς πόλεως ἕως οἱ νόμοι τεθεῖεν· τέως δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις. Alioqui τέως Eust. vult esse πρὸς τὸ παρὸν, nullum tamen certum locum assignans cui hanc signif. tribuat. Siquidem in Il. A. (193.) Ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν, annotat, ἕων accipi interdum et pro τέως: hoc autem significari πρὸς τὸ παρόν. In VV. LL. affertur τέως ἔτι e Dem. pro Interim etiam, Atque interim. Item pro Prius, cum τότε, ex eod. Dem. E Plat. de LL. et Hermog. τέως pro Primum, In principio. Quin etiam cum gen. Τέως τοῦ παρόντος, Ad hunc usque diem, e Phalaride.

[" Τέως, Gerhard. Lectt. Apoll. 74. Brunck. Aristoph. 1, 183. 230. 271. 2, 70. Soph. 3, 530. Apoll. Rh. 137. 193. 199. Fac. ad Paus. 1, 423. 520. Longus p. 79. Vill., Aristoph. Εἰρ. 687. 846. ad Lucian. 1, 30. 56. 208. 2, 39. Schn. Anab. 201. Wakef. Phil. 630. Eum. 943. Herc. F. 976. Trach. 289. Luzac. Exerc. 85. ad Herod. 125. (2, 36.) 186. 475. 491. 614. Matthiæ Hymn. p. 374. Jacobs. Anth. 7, 331. 8, 285. 9, 471. Kuster. V. M. 112. Apoll. Rh. 1, 507. 517. 4, 1474. ad Dionys. H. 3, 1366. ad Phalar. 251. Markl. Suppl. p. 253. Dawes. M. Cr. 474. Eur. Heracl. 725. Xen. Eph. 112. 138. Ilgen. ad Hymn. 289. Athen. 224. Abresch. Lectt. Aristæn. 48. 289. Toup. Opusc. 1, 470. Hymn. in Cer. 138. Voss. Donec: ad Mœr. 368. Herodian. Philet. 434. et n., Timæi Lex. 256. et n., Musgr. Hec. 237. Interea, Dionys. H. 1, 213. Ἐν τῷ τ., Interea, ad Thom. M. 65. Aliquamdiu, Thuc. T. 2. p. 92. Baver. Tunc, Dionys. H. 1, 168. 2, 1245. Dum, Herod. 355. Etiamnum, Phalar. 26. cf. 172. Antea, ad Charit. 5, 218. Pro ἕως, ad Dionys. H. 1, 86. 95. 332. Polyb. T. 4. p. 52. Demosth. 446, 3. 484, 22. 519. extr. 1432, extr. Crusius ad Sueton. 410. An cum gen.? Valck. ad Phalar. p. xvi. Τ. περ, Jacobs. Anim. 221. Ἐν τῷ τ., Longus p. 88. Vill. (ad Dionys. H. 1, 154.) Τ. ἕως, Brunck. Aristoph. 3, 120. ad Dionys. H. 1, 174. Dawes. M. Cr. 274. Πρότερον τέως, Lucian. 1, 644. an illud glossa?" Schæf. Mss.]

ὨΧΡΟΣ, Pallidus: ὠχρὸν χρῶμα, Pallidus color: qui conflatur λευκοῦ ξανθῷ μεμιγμένου, Cum flavo commiscetur album, ut in Timæo docet Plato. Alexis ap. Athen. (55.) Χρῶμα δ' ἀσίτων ἡμῶν γίνεται ὠχρόν. Item vero homo vel res aliqua ὠχρὰ dicitur, Quæ tali est colore infecta, ut Pallida ap. Latinos quoque. Aristot. Prædic. Qualit. Αἰσχυνθεὶς γάρ τις, ἐρυθρὸς ἐγένετο· καὶ φοβηθεὶς, ὠχρός. Lucian. (1, 343.) Ὠχροὶ γὰρ ἅπαντες καὶ ἀγεννεῖς: (741.) Ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων καὶ τὸ σῶμα κατεσκληκότα. Rursum Aristot. Probl. Ὠχρὸς ποταμὸς γράφεται, Fluvius pingitur pallidus. Itidem ap. Hippocr. Ὑποχωρήματα ὠχρὰ, Excrementa pallidi coloris. Et ap. Gal. Ὠχρὰ χολὴ, Pallida bilis: quam ξανθὴν quoque nominari ait: licet non idem sint ὁ ξανθὸς color et ὁ ὠχρός: illo magis in rutilum, hoc magis in album vergente, ut non solum Plato testatur in loco supra citato, sed ipse etiam Gal. Comm. 2. in lib. περὶ Διαίτης Ὀξέων Νοσ.: ibi enim et dicit ὠχρὸν colorem revera esse talem, qualis est ignis τῆς ὤχρας color: talemque fieri ἐπιμιγνυμένης τῷ ὑδατώδει περιττώματι τῆς ὠχρᾶς τε καὶ πικρᾶς καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης χολῆς: nam ὅσον, inquit, τοῦ ἐρυθροῦ χρώματος ἐπὶ τὸ λευκότερον ἀποκεχώρηκε τὸ ξανθὸν, τοσοῦτον τούτου τὸ ὠχρόν. Item τὸ ὠχρὸν τοῦ ὠοῦ ab Aristot. H. A. 6. dicitur, ut τὸ χρυσοῦν τοῦ ὠοῦ, Id quod in ovo pallidum est, vel Aurei coloris: quod Luteum vocant Lat. et Vitellum, Græci λέκιθον. Vide et sequentia duo compp. [" Küster. Aristoph. 52. Bergler. Alciphr. 16. 310. Toup. Opusc. 1, 273. ad Lucian. 1, 503. ad Charit. 371." Schæf. Mss.]

[* Ὠχροειδὴς, ὁ, ἡ, Suid. v. Ἴκτερος.] Ὠχρόλευκος, E luteo candicans, In pallido candidus. Diosc. 4, 42. de pentaphyllo, Φέρει ἄνθος ὠχρόλευκον χρυσοειδές. Gal. Ἐνίοτε μὲν οἷον ὠχρόλευκος, ἢ ἐρυθρόλευκος, ἢ *ξανθόλευκος· ἔστι δ' ὅτε πυῤῥός. SIC Ὠχρόξανθος, E pallido flavus, Ita flavus ut in pallidum vergat, s. Ita Pallidus ut in flavum inclinet. De quorum colorum mixtione, hæc e Gorr. annotare libuit. Ὠχρὸν, (inquit inter alia,) Luteum, Pallidum: medio colore est inter flavum et album. Quippe si flavum albo miscere libeat, quod ex ambobus confit, pallidum evadet. In vinis id experiri licet, sicut Gal. 5 de Sanit. tuenda annotavit. Aquæ enim admistum flavum vinum, ejusmodi colorem reddit. Licet vero et in humoribus: misto namque aquoso excremento cum flava bile, pallidus humor nascetur: quem tamen non sub alio humoris genere quam bilis, Medici comprehendunt, sed pallidam bilem vocant. Ac si amborum quidem æqualis mistio est, vere ὠχρὸν fiet: quod tanto candidius est flavo, (quod ξανθὸν Græci vocant,) quanto flavum rubro. Sin autem plus aquosi humoris est, ὠχρόλευκον evadet, s. E pallido albicans; si vero flavus aquosum superet, ὠχρόξανθον; h. e. E pallido flavum, apparebit. [* Ὠχρόμελας, Gal. 5, 483. Bas. * Ὠχροποιὸς, Glossa Cod. Mosq. II. H. 479. Heynio Obs. 5, 392. memorata.] Ὠχρόμματος, Qui pallidis est oculis, Cui pallent oculi, Adamant. Physiogn. [Aristot. 6.]

Ἔνωχρος, In quo pallor est, Pallidum colorem in se habens, Pallore infectus s. imbutus. Ἔξωχρος, Præpallidus, admodum pallidus. [* Ἔπωχρος, Aret. 56. Hippocr. 911.] Πάρωχρος, exp. Pallidus; sed necesse est ut præp. significationem illi a simplici aliquid differentem tribuat. Ὕπωχρος, Subpallidus,

Quadantenus pallidus. [" Ad Lucian. 1,503." Schæf. Mss. Hippocr. 534. 551. * Ἀρτιύπωχρος, Hippocr. 550. Ἔκλευκος, ἀρτιύπ. καὶ αὐχμηρὴ, Cod. Pal. Vind. melius ἄρτι ὑπ.]

Ὦχρος, ὁ, Pallor, ὠχρότης, ὤχριασις. Il. Γ. (35.) ὦχρός τέ μιν εἷλε παρειὰς, Pallor ejus malas corripuit. (Quo fere sensu alibi dicit, χλωρὸν δέος εἷλε παρειὰς, Pallidus metus occupavit genas. Et Apoll. Rh. χλόος εἷλε παρειάς: nam et χλόος significat interdum Pallor, Palliditas: ut χλοερὸς et χλωρὸς pro Pallido quoque accipi, supra docui.) Et in Epigr. Ὡς εἶδον Μελίτην, ὦχρός μ' ἔλεν. ‖ Ὦχρος dicitur etiam Legumen quoddam, folio ut cicercula oblongo, vermiculis ut item cicercula obnoxio, secutis post imbres caloribus, teste Gorr. qui Gazam dicit modo Ciceram, modo Erviliam interpretari: Columellam tamen ciceram non tam leguminibus quam pabuli generibus annumerare: esse vero quosdam qui Phaselos quoque appellari ochros scribant. Sed probabilior eorum est sententia, qui Ciceram s. Cicerculam Columellæ et Plinii esse ajunt Græcorum λάθυρον, et Erviliam Latinorum ὦχρον Græcorum. Sicut enim ap. Aristot. H. A. 9, 40. legimus utile esse φυτεύειν περὶ τὰ σμήνη κυάμους, ὤχρους, μήκωνα, ita ap. Plin. 21, 12. apum causa serere oportere fabam, erviliam, papaver. Theophr. C. Pl. 4, 2. Τὸν κύαμον καὶ τὸν ὦχρον ait τάχιστα κόπτεσθαι, A vermiculis facillime præ ceteris pertundi et peredi. Ceterum phaselos et ὤχρους non eosd. esse, Gal. aperte ostendit, his verbis, 1 de Alim. Fac. Παραπλήσιον μέν εἰσι τὴν οὐσίαν οἱ λάθυροι τοῖς ὤχροις τε καὶ φασήλοις: ut Hes. quoque ὦχρον esse dicit ὄσπριον λαθύρῳ ἐοικός. [" Thom. M. 936. Paul. Sil. 9. Heyn. Hom. 4, 457. Toup. Opusc. 1, 302. Mœr. 424. et n." Schæf. Mss.]

AT Ὤχρα, ἡ, Coloris quoddam genus est, a luteo s. pallido colore denominatum, ut e Gal. videre est, qui Comm. 2 in Hippocr. de Victus Rat. in Morb. acut. ait, Ἔστι δὲ τὸ ὠχρὸν χρῶμα κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον οἷον πῦρ καὶ τὸ τῆς καλουμένης ὤχρας, ὀξυνομένης κατὰ τὴν προσηγορίαν τῆς πρώτης συλλαβῆς. Terræ species est, inquit Gorr., colore luteæ, a quo nomen habet. Duorum vero est generum: una, nativa s. fossilis, quæ ex Attica olim deferebatur præstantissima, nunc autem e Dacia atque Hungaria; altera factitia, quæ e plumbo adusto fit, aceto extincto, et nominatur usta: pictoribus magis usitata. Uri tamen potest et nativa, atque lavari cadmiæ modo, ut scribit Diosc., qui commendat ochram levissimam et omnino luteam, (μηλίνην δι' ὅλου,) saturatam, non lapidosam, friabilem. Paratur ex ea emplastrum, quod δι' ὤχρας nominatur. Rursum Diosc. 5, 112. rubricam fabrilem scribit fieri τῆς ὤχρας καιομένης καὶ μεταβαλλούσης εἰς μίλτον, ut et Theophr. in lib. de Lapidibus, Γίνεται, inquit, μίλτος καὶ ἐκ τῆς ὤχρας καιομένης καὶ μεταβαλλούσης εἰς μίλτον. Plin. tamen contra 35, 6. e rubrica fabrili fieri ochram ait, exusta rubrica in ollis novis luto circumlitis. Meminit ejusd. coloris s. pigmenti Vitruv. quoque 7, 7. [Pallor, LXX. Deut. 28, 22. ubi Cod. Oxon. * ὠχρία habet.]

Ὠχρότης, ἡ, Palliditas, vel etiam Pallor, ὦχρος: ut Plut. de Orac. Pyth. scribit Mnesareten meretricem cognominatam fuisse Φρύνην, διὰ τὴν ὠχρότητα, A palliditate s. pallore. Idem in lib. de Virt. Mor. (7, 771.) Τοῦ δὲ ἀνθρώπου ταῖς μὲν παθητικαῖς ὁρμαῖς τὸ σῶμα συμπαθοῦν καὶ συγκινούμενον ἐλέγχουσιν ὠχρότητες, ἐρυθήματα, τρόμοι, πηδήσεις καρδίας. [" Thom. M. 936. Jacobs. Anth. 8, 232. Kuster. Aristoph. 52. ad Mœr. 424." Schæf. Mss. * " Ὠχριότης, Evagr. de 8 Cogitt. p. 352., sed forte leg. ὠχρότης." Kall. Mss.]

Ὠχρίας, ὁ, Pallidus, Pallens; sed tantum de homine cujus facies pallet et veluti ochra videtur perfusa esse. Aristot. Prædic. Qualit. Ὅσα δὲ ἀπὸ ῥᾳδίως διαλυομένων καὶ ταχὺ ἀποκαθισταμένων γίνεται, πάθη λέγονται, ποιότητες δὲ οὔ· οὐ γὰρ λέγονται ποιοί τινες κατ' αὐτάς· οὔτε γὰρ ὁ ἐρυθριῶν διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι, λέγεται ἐρυθρίας· οὔτε ὁ ὠχριῶν διὰ τὸ φοβεῖσθαι, ὠχρίας· ἀλλὰ μᾶλλον τῷ πεπονθέναι. Unde ὠχρίαν nominari discimus Eum qui pallida semper est facie, et in cujus facie pallor quasi habitum contraxit.

Ὠχριάω, Sum ὠχρίας, Palleo, Pallore perfusus sum; interdum etiam Pallesco, Pallore perfundor. In prima signif. ap. Athen. 5. Τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις; Pallentes illos, Illos qui pallente semper facie sunt. Et ap. Herodian. (4, 5, 17.) Τρέμοντάς τε καὶ ὠχριῶντας τοὺς πλείστους καταλιπὼν, Trementes et pallentes. Itidemque ap. Aristoph. Εἰρ. (642.) sed figurate, Ἡ πόλις γὰρ ὠχριῶσα κἂν φόβῳ καθημένη. Solent enim pallere qui timore sunt perculsi. In posteriore pro Pallesco, Pallidus fio, Pallore perfundor, Aristot. Eth. 4, 8. Ἐρυθραίνονται γὰρ οἱ αἰσχυνόμενοι, οἱ δὲ τὸν θάνατον φοβούμενοι ὠχριῶσι, Pallescunt. Quomodo et ap. Plut. (8, 96.) accipi potest, ubi Cato dicit sese τῶν νέων μᾶλλον ἀγαπᾷν τοὺς ἐρυθριῶντας ἢ τοὺς ὠχριῶντας, Diligere se magis adolescentes qui erubescunt, quam qui pallescunt. Nisi et hic malis, Pallentes. Apud Aristoph. vero legitur et ὠχρίωσα: B. (307.) Οἴμοι τάλας ὡς ὠχρίωσ' αὐτὴν ἰδὼν, Ut expallui conspecta ea, Empusa sc.: quasi a th. ὠχριόω. Sed puto scr. ὠχρίασ'. [" Thom. M. 936. Brunck. Aristoph. 1, 163. Soph. 3, 398. Bergler. Alciphr. 16. 310." Schæf. Mss.] Ὠχρίασις, ἡ, Pallor, vel ipsa q. d. Pallescentia, et Actio pallescendi. Plut. Πυρετὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ὑγίειαν ὠνόμασεν, οὐδὲ φθίσιν εὐεξίαν, οὐδὲ ποδάγραν ποδώκειαν, οὐδὲ ὠχρίασιν ἐρύθημα: Symp. 3, 6. Συμβαίνουσι τοῖς μεθυσκομένοις τρόμοι, βαρύτητες, ὠχριάσεις. Supra ὠχρότητες dicit. [" Thom. M. 936. ad Mœr. 425." Schæf. Mss.] Inde et COMP. Κατωχριάω, Perpalleo, s. Admodum pallidus sum. Vel etiam Perpallesco, Admodum pallidus fio. [* Συνωχριάω, Theod. Prodr. Ep. f. 95.]


Ὠχράω, itidem Palleo, Pallidus sum, Pallesco, Pallidus fio. Od. Λ. (528.) Κεῖνον δ' οὔποτε πάμπαν ἐγὼν ἴδον ὀφθαλμοῖσιν Οὔτ' ὠχρήσαντα χρόα κάλλιμον, οὔτε παρειῶν Δάκρυ ὀμορξάμενον. Et ap. Hes. imperf. ὤχρα, quod exp. per aor. ὠχρίασεν. [" Ruhnk. Ep. Cr. 156." Schæf. Mss.] Κατωχράω, i. q. κατωχριάω. In Epigr. κατωχρήσασα παρειὰς, Pallefacta genas, Genis ejus pallore perfusis. [" Macedon. 40." Schæf. Mss.]

Ὠχραίνω, Pallefacio, Pallidum reddo; activum enim est ut χλωραίνω, ἐρυθραίνω, λευκαίνω, μελαίνω, et similia. Nicand. Ἀ. (438.) ὠχραίνει δὲ ῥέθος, πίμπρησι δὲ χείλη. Unde pass. ὠχραίνεται ap. Suid. [* Ὠχραντὴς, unde * Ὠχραντικὸς, e quo adv. * Ὠχραντικῶς, Sext. Emp. adv. Math. 7, 192. 198. * Ἀπωχραίνω, Theophr. de Color. s. 34. p. 247. Sylb.; nisi leg. ἀποχραίνεται.]

Ὠχρόω quoque dicitur: UNDE Ὤχρωμα ap. Suid. sed sine expositione. Idem autem fuerit fortassis ὠχρόω, quod ὠχραίνω: et ὤχρωμα, Ipse pallor s. Ipsa palliditas corpori alicui inducta.

Aliud præterea derivatum legisse mihi videor, sc. Ὠχραλέος, pro Pallidus: quam formam plerisque adjectivis ap. Poëtas præsertim esse, qui in illis versati sunt, ignorare nequeunt. Oporteret autem ad adjectivum ὠχρὸς, potius quam ad subst. ὦχρος referri: non quod alia sit ab uno quam ab altero formandi ejus ratio, sed quod ubi talis optio nobis datur, id eligere debemus quod significatione aut omnino, (ut in hoc usuvenit,) aut saltem magis convenit. Quod si forte contingat ut a me usquam vox illa reperiatur, in Indice ponetur: qui non tantum quo hujus Operis loco quamque vocem inventurus sis, (cum servatus hic ordo alphabeticus non fuerit, nec servari instituta a me longe utilior διάταξις permiserit,) statim tibi ostensurus est, sed eas quoque quæ ibi aut consulto, (ut plurimæ,) aut per imprudentiam prætermissæ fuerint, cum suis expp. exhibiturus. Nominatim vero ad particulam ὡς quod attinet, (de qua paulo ante egi,) si qua insuper vox ab illa originem ducens, oblivioni a me tradita fuerit, ea ibi saltem locum inveniet. Interim quæ de tanto tantillæ particulæ usu, quæ item de vocibus quas in suo comitatu habet, disserui, si tibi, lector, non sint satis, (quamvis multis partibus copiosiora, et longe aptiore ordine digesta, quin etiam longe certiora quam quæ in VV. LL. extant,) at mihi satis esse necesse est, qui cum antea tanto labori quantum hoc Opus exigebat, quantumvis fessus, non succubuissem, nunc tandem febri me tertio, non longis intervallis, repetenti, omnino succumbere et manus victas dare cogor. At tu contra vale,

TUUS




LECTORI

HUJUS THESAURI LINGUÆ GRÆCÆ.

CUM quarto et ultimo hujus Operis Tomo colophonem imposuissem, et voces quæ eo continentur recensuissem, vel potius Index, alphabetica serie digesta vocabula habens, eas mihi recensuisset, id evenisse comperi quod eventurum esse jam inde ab initio prævideram: nimirum ut præter vocabula quæ consulto a me prætermittebantur, et in Indicem rejiciebantur, aliqua ex iis quoque quæ prætermissa minime vellem, me subterfugerent, aut (si potius ita loquendum est) mihi tanquam e manibus elaberentur. Vocabula quæ consulto prætermittebam, et in Indicem reservanda judicabam, erant ea quæ omni sive socio sive comite carebant, et solivaga animantia (si hoc uti exemplo licet) imitabantur; aut saltem quæ hujusmodi erant, ut eorum origo Œdipo quopiam investigatore opus haberet: quod non solum de peregrinis et *γλωσσηματικοῖς*, sed et de plerisque aliis dici potest. Cum enim mihi propositum esset ea demum vocabula intra hujus operis, (ut ita loquar) pomœria recipere, quorum unumquodque pro stirpe haberi posset, eique omnia, quæ inde provenissent, germina surculosque omnes, tanquam suam familiam suumque comitatum, adjungere, minime profecto consentaneum huic meo instituto fuisset locum hic dare vocibus hujusmodi quales sunt, (ut eas duntaxat, quæ in alphabetica serie primæ occurrunt, commemorem,) Ἄα, Ἀάβακτος, et Ἀάβυκτος, Ἀαναίμα, Ἀβάγητρον, Ἀβάθματα, Ἀβαλαία, Ἄβαλις, Ἀβαρλεῖται, Ἄβαρκνα, Ἀβάρνου. Ut autem et horum significationes noris, quas quidem eis Hesychius adjungit, (talia enim haud facile ap. alium inveniri queant,) en tibi illas singulas singulis nominibus subjunctas. Ἄα, *σύστημα ὕδατος*: Ἀάβακτοι, *ἀβλαβεῖς*: (at in quodam meo Lex. vet. incerti Auctoris habetur, Ἀάβυκτον, *μέλαν, ἀβλαβές*. Varinus autem utramque vocem itidemque significationem utramque conjungens, scribit, Ἀάβακτοι *καὶ* Ἀάβυκτοι, *ἀβλαβεῖς, ἢ μέλανες*.) Sequitur illud præ quovis alio admirationem mihi afferens, Ἀαναίμα, *πολλαχὴ χάρις*. Proximum illi Ἀβάγητρον ab eod. Lexicographo exp. *λεπτόν*: Ἀβάθματα, *στρέμματα*: Ἀβαλαία, *συγγραφὴ, ὁμολογία*: Ἄβαλις, *μοχθηρὰ ἐλαία*: Ἀβαρλεῖται, *ταράσσεται, κροτεῖ*: Ἄβαρκνα, *λιμός*: Ἀβάρνου, *στένε, οἴμωζε, βόα*. Quarum vocum (uam hoc unum in præsentia, quod de illis dicam, occurrit,) bonam partem *γλωσσηματικὴν* esse existimo, licet ipse Lexicographus minime hac de re nos admoneat. In multis enim prætermissam ab eo admonitionem hanc fuisse, vel illæ voces suspicandum nobis relinquunt, quas eo etiam tacente tales esse compertum habemus. Tale enim est ap. eum, non procul ab ea voce cui ultimum locum dedi, nomen Ἄβελ, quod exp. *πένθος*, nihil addens. Quis enim hoc Ἄβελ, esse Hebraicum אבל ignorat? Sed qualescunque et e quibuscunque Scriptt. petitæ sint illæ voces, (peregrinas enim esse certo pronuntiare non ausim,) ex earum sunt numero quæ prorsus incomitatæ et velut solivagæ ap. Græcos Lexicographos, præsertimque Hesych., nobis occurrunt. Suntque illæ ipsæ voces, quas prudens sciensque prætermisi, vel potius quas hinc exclusi, sedem tamen illis in Indice daturum me promittens. At vero quæ me subterfugerunt, sunt, magna quidem e parte, composita vel verba vel nomina, (nec certe mirum, in tanta compositorum multitudine, quantam habent nonnullæ voces, aliquas se velut e grege subduxisse,) aut etiam derivata simplicia; verum elapsa mihi sunt et paucula quædam vocabula ex iis e quibus, tanquam stirpibus, multa germina multosque surculos provenire videmus. Quid? (dicet aliquis) potueruntne vocabula hæc tanto comitatu stipata tuos oculos itidem subterfugere? Imo vero de his nequaquam idem quod de illis dico, sed ut et ipsa prætermissa fuerint, aliunde accidisse ajo. Exempli gratia, in Tomo secundo cum diu de nominibus Κράτος et Κάρτος dubitassem, utri priorem sedem dare deberem, tanquam magis ea digno, et cum utrimque rationes propemodum *ἰσοκρατεῖς* et *ἰσοῤῥόπους* habere mihi viderer, accidit tandem ut cum nomen Κράτος priorem locum occupare permisissem, tanta stipatum caterva venerit, ut dum cogitationem meam in instruendis suis ordinibus detinet, competitorem suum e memoria velut detruserit. Sic in Tomo primo, cum post Νοῦς collocandum censuissem, primum quidem Ἀγνοῶ, deinde vero et Γινώσκω, (tanquam et ipsum ex illo nomine habens originem, si quidem Heraclidi Gramm. credere dignum est, cujus, licet magna auctoritate præditi, pleraque alia commenta parum fidei apud me impetrant,) contigit ut aliorum nominis Νοῦς derivatorum ingens numerus memoriam meam quodammodo obrueret, adeo ut finito illo Ἀγνοῶ, derivata omnia ad finem perduxisse mihi viderer. In hujus autem generis vocabulis non idem quod in aliis feci, ut ea Indici insererem; sed singula suis Tomis adjungere visum est; i. e. iis ad quos pertinent. In quorum tamen verborum nonnullis si series alphabetica non servetur, (eum enim locum hic illis dedi, quem dare totius Operis Index coëgit; nimirum ut inter illa quæ deesse ostenderet, ea quæ prima essent, prima adderentur: verbi gratia, propter Ἀγνώμων et ab hoc derivata, Ἀγνωμόνως, Ἀγνωμοσύνη, Ἀγνωμονέω, quæ in principio aut certe circa principium Indicis desiderabantur, incipio a verbo Γινώσκω, e cujus derivato Γνώμη ortum est illud Ἀγνώμων,) id sine ulla prorsus tua jactura, atque adeo nullo id tuo incommodo fiet: quippe qui ipsum Indicem habiturus sis, qui te recta ad ea verba quæ hic reponuntur, sicut et ad reliqua, sit deducturus.

TUUS



A D D E N D A

TOMO I.

HUJUS THESAURI LINGUÆ GRÆCÆ.

ΓΙΝΩΣΚΩ, vel Γιγνώσκω, (de qua scripturæ diversitate dicam infra, ubi agam et de hujus verbi derivatione a Νοῶ,) Præt. ἔγνωκα, Fut. γνώσομαι, Præt. pass. ἔγνωσμαι: quæ sunt tanquam a Γνόω: (unde etiam aor. 1. ἔγνωσα: cujus partic. legitur ap. Herod. Ἄλλον γνώσας Κροῖσον. Sed ex Hes. videri potius legendum ἀλλογνώσας, docebo post Ἀλλόγνωτος.) At vero aor. 2. est Ἔγνων, unde etiam Γνῶθι, in imper. item Γνοίην, in optativo, et Γνῶ in conjunctivo, tanquam a Γνῶμι. Lat. Nosco, (detracta priore syllaba,) item Cognosco, Novi. Alicubi et pro Agnosco. Od. Λ. (389.) Ἔγνω δ' αἶψ' ἐμὲ κεῖνος, ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν. Xen. Κ. Π. 8, (7, 3.) Ἐμοὶ μὲν τοῦ βίου τὸ τέλος ἤδη πάρεστιν· ἐκ πολλῶν τοῦτο σαφῶς γινώσκω. Cic. ap. Democritum, Οὔτις με ἔγνωκε, vertit, Non me quisquam agnovit. Idem illud Apollinis celeberrimum dictum, Γνῶθι σεαυτὸν, vertit, Nosce te. Apud Plat. autem in Gorg. diversis modis verbum hoc reddit, ut videbis p. 6. mei Cic. Lex. Ibi autem animadverte simul diversas hujus verbi γινώσκω constrr. sc. Ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γινώσκεις ὅτι εὐδαιμονεῖ; et cum participio, Ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γινώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. Et, Γινώσκω σε ἐπιθυμοῦντα, Xen. Habet vero et aliam cum hac ead. parte orationis, nimirum cum participio, constructionem, cum dicitur ab Aristoph. Πλ. (944.) γινώσκω ἥττων ὢν, pro Cognosco me inferiorem esse. Ubi reddi etiam potest Intelligo, Animadverto. Tale est ap. eund. Comicum, (N. 912.) Χρυσῷ πάττων μ' οὐ γινώσκεις, Non cognoscis te conspergere me auro; vel, Non intelligis, animadvertis. Quidam interpr. etiam, Non sentis. Apud Lucian. (1, 270.) Πατέρα δὲ γίνωσκε ἔχων Ἑρμῆν: eod. modo quo dicitur ἴσθι ἔχων. Itidem cum participio passivo, ut Ἔγνωσαν ἀποπεμπόμενοι, Thuc. (1, 102.) Cognoverunt se dimitti. Dicitur etiam, Οὐ γινώσκω σε τίς εἶ, ut si dicas Latine, Non cognosco te, vel, Non novi te quis sis: ut Terent. dixit, Scin' me in quibus sim gaudiis? Item, Neque ejus patrem se scire qui fuerit. Sed et alia voce sequente quam τίς: ut Il. Χ. (10.) οὐδέ νύ πώ με Ἔγνως ὡς θεός εἰμι: Ε. (85.) Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. Apud Eund. aliquoties legimus γινώσκειν adjecto dativo φρεσί. Interdum hoc verbum vel Cognosco vel Intelligo reddi potest, (uti dixi,) sed alicubi non utrumque itidem admittit, verum hoc posterius duntaxat, veluti cum Thuc. scribit (1, 86.) Τοὺς μὲν λόγους τοὺς πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω.

Γινώσκω, Censeo, Existimo, Judico, Statuo, Sentio. Isocr. Archid. (11.) Τὸ τοίνυν μαντεῖον ἔγνω τότε ἡμετέραν εἶναι τὴν Μεσήνην. Xen. Ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι, νικᾶν τοὺς μὲν φίλους, εὖ ποιῶν, Viri virtutem esse censes, existimas, judicas: nam hic ἔγνωκας est pro γινώσκεις, itidemque particip. Ἐγνωκὼς pro γινώσκων, Censens, Judicans, Existimans, Sentiens, Statuens, quas interprr. ei dat Bud. in isto Demosth. loco, (118.) Τὸν χρόνον· κερδᾶναι τοῦτον ὃν ἄλλος ἀπόλλυται, ἕκαστος ἐγνωκὼς, ὥς γέ μοι δοκεῖ, οὐχ ὅπως σωθήσεται τὰ τῶν Ἑλλήνων σκοπῶν, οὐδὲ πράττων. Affert etiam e Plut. hoc partic. ἐγνωκὼς pro Certus, Cui certum est et decretum aliquid facere: Μάχης μὲν ἐγνωκὼς ἀπέχεσθαι. Sic Ἐγνώκασι aut Ἔγνωσαν τοῦτο μὴ ποιεῖν, Decreverunt hoc non facere, vel Statuerunt, vel, Statuerunt hoc sibi faciendum non esse. Nonnunquam cum adverbio jungitur, ut ὀρθῶς γινώσκειν, Bene sentire; et contra κακῶς γινώσκειν, Male sentire. Sæpe vero οὕτω γινώσκω, Ita sentio, Hæc est mea sententia. Xen. Κ. Π. 4, (4, 2.) Ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω γιγνώσκω· εἰ δὲ ἄλλος τις ὁρᾷ ἄμεινον, λεγέτω. (Apud Thuc. Οὕτω γνοὺς, pro Cum hoc decrevisset, vel statuisset.) Interdum additur περὶ cum suo gen.; diciturque, Οὕτω γινώσκω περὶ τούτου, s. τούτων. Xenophonti autem familiare est οὕτω γιγνώσκω sequente ὡς cum participio: ut Κ. Π. 2, (3, 6.) Γίνωσκε οὕτως ὡς ἐμοῦ ἀγωνιουμένου. Sed in hujusmodi ll. paulo aliam interpr. poscere videtur. Bud. totum illum Xen. locum affert, qui ita scriptus extat, Ὡς οὖν ἐμοῦ γε καὶ ἀγωνιουμένου, καὶ, ὁποῖός τις ἂν ὦ κατὰ τὴν ἀξίαν, τιμᾶσθαι ἀξιώσοντος, οὕτως, ἔφη, ὦ Κῦρε, γίνωσκε, ubi vertit, Compertum omnino hoc habe, Certum habe, me sic acturum. Simile est hoc Luciani in Dialogo qui Πλούτων, ἢ μετὰ Μενίππου inscribitur, (§. 2.) Οὕτω γινώσκετε ὡς οὐδὲ παυσομένου. Et sequente participii præsentis nominativo, ap. Eund. in Scytha, Οὕτω τοίνυν γίγνωσκε ὡς εὐδαιμονέστατος ὤν. (Scribo autem diverse ap. unum eundemque Auctorem hoc verbum, prout diversam ap. eum scripturam invenio.) Venio ad γινώσκω cum περὶ, cujus constr. paulò ante facta fuit a me obiter mentio. Dicitur οὕτω γινώσκω περὶ τούτου vel τούτων: item τοῦτο vel ταῦτα γινώσκω περὶ τούτου: interdum quidem eadem signif., interdum vero diversa. Nam περὶ τούτων οὕτω γινώσκω, cum ap. alios, tum ap. Xen. sonat, Ita sentio de his rebus, Hæc mea est de hisce rebus sententia s. opinio. Eademque signif. dixit Lucian. initio libelli de Sacrif. Καὶ ἃ γιγνώσκουσι περὶ αὐτῶν, Quæ sit eorum opinio de ipsis, Quæ sentiant de ipsis. Ubi gen. αὐτῶν de re dicitur, sicut τούτων ap. Xen. At vero in hoc ejusd. Luciani loco, in Prom. Ἄδικα ἔγνωκε περὶ ἐμοῦ ὁ Ζεὺς, signif. illam minime admittit verbum ἔγνωκε: sed Ἄδικα περὶ ἐμοῦ ἔγνωκε reddendum est Iniqua de me statuit, vel potius In me, vel, Iniquum in me judicium tulit. Bud. ἔγνωσαν eand. constr. habens, vertit Pronuntiarunt, in isto Dem. loco, Οἱ δικασταὶ δὲ ἀκούσαντες, εἰς οὓς ἐφῆκε, ταὐτὰ καὶ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῷ διαιτητῇ περὶ αὐτῶν ἔγνωσαν, καὶ δέκα ταλάντων ἐτίμησαν, Judices porro, ad quos provocarat, cum causam cognovissent, eadem ipsi cum arbitris compromissariis istius amicis, cum ipsoque sorte dato arbitro, pronuntiarunt, litemque homini talentis decem æstimarunt.

Γινώσκω observavi in quadam signif. ap. solum Plut. ex omnibus profanis Scriptt.; sed eam antea ap. Matth. me vidisse memineram: 1. fin. Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Atque ut hic vir dicitur mulierem γινώσκειν, i. e. Cognoscere, pro Cum ea consuetudinem habere, ita vicissim a Luca mulier virum γινώσκειν: 1, (34.) Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον, Πῶς ἔσται τοῦτο; ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω. Hunc autem usum verbo γινώσκειν dedisse existimantur exemplo Hebræorum, qui itidem ידע hac de re honeste usurpant. Sed Plut. unde accepisse dicemus? Vereor certe ne Græcum etiam loquendi genus fuisse dicendum sit: qua de re tamen ἐπέχω, et ad Plutarchi exempla venio. Ita igitur in Alex. (21.) Οὔτε τούτων ἔθιγεν, (sc. τῶν γυναικῶν,) οὔτε ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσήνης, s. Βαρσίνης. Itidemque in Eumene, non procul ab initio, Βαρσίνην γὰρ τὴν Ἀρταβάζου πρώτην ἐν Ἀσίᾳ γνοὺς ὁ Ἀλέξανδρος, ἐξ ἧς υἱὸν ἔσχεν Ἡρακλέα, κ. τ. λ. Itidemque in Vita Pompeii (36.) p. 1166. meæ Ed. Ὅσαι δὲ τῶν Μιθριδάτου παλλακίδων ἀνήχθησαν, οὐδεμίαν ἔγνω, πάσας δὲ τοῖς γονεῦσι καὶ οἰκείοις ἀνέπεμπεν. [Vide Wetsten. ad Matth. l. c. "Ego reperi ap. Heraclidem de Politiis; nam loquens de Cephaleniis, ait Promnesi filium solitum γινώσκειν κόρας πρὸ τοῦ γαμίσκεσθαι, p. 508. Edit. 1618. cum Æliano connexæ." V. D. in margine exemplaris quod penes Editores est.]

Monosyll. Γνῶ non solum est conjunctivi modi, (et tum existimatur potius debere scribi Γνῷ cum ι subscripto, præsertim in tertia persona,) sed invenitur et pro ἔγνω. Affertur enim ex Hesiodo, (Θ. 551.) Γνῶ ῥ', οὐδ' ἠγνοίησε.

Pass. Γινώσκομαι, Noscor, Cognoscor. Xen. Ἑλλ. 5, (3, 9.) Θετταλῶν γε ἱππεῖς γνωσθῆναι τῷ Ἀγησιπόλιδι βουλόμενοι. Aristoph. N. (918.) γνωσθήσει ποτ' Ἀθηναίοις Οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνοήτους. Vide et Γνωσθῆναι pro Innotescere, in Γνῶσις. Herodian. 4, (6, 3.) Οὐδεὶς δὲ περιεγένετο τῶν κἂν μετρίως ἐκείνῳ γνωσθέντων, Nec quisquam superfuit ex iis qui levem modo cum Geta notitiam habuissent. Res autem aliqua dicitur etiam ἐγνῶσθαι, quæ constituta est s. decreta. Thuc. 3, (36.) Ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι. Sic particip. Ἐγνωσμένος, Decretus, Statutus. Lucian. (2, 169.) Στέργειν ἐστὶ δίκαιον τοῖς ἐγνωσμένοις. Apud Eund. Ἐγνωσμένον ἐστὶ στέλλεσθαι. Bud. ἐγνωσμένην vertit Judicatam, in isto Isocr. loco in Archid. Καίτοι πῶς ἂν περὶ τοῦ δικαίου κρίσιν ἀκριβεστέραν ταύτης εὕροιμεν, τῆς ὑπὸ μὲν τῶν ἐχθρῶν ἐγνωσμένης, ἐν δὲ ταῖς ἡμετέραις δυσπρα-

ξίαις γεγεννημένης; Sed inveniri sciendum est hoc participium in activa etiam signif., ap. Dem. (303.) *Ἐκ γὰρ αὐτοῦ τοῦ σοφοῦ τούτου παραδείγματος, ὡμολόγηκε νυνὶ ὑμᾶς ὑπάρχειν ἐγνωσμένους, ἐμὲ μὲν λέγειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, αὐτὸν δ' ὑπὲρ Φιλίππου*: pro *ὑπάρχειν ἐγνωκότας*: quem passivæ vocis usum rarissimum esse arbitror.

Γιγνώσκω, et **Γιγνώσκομαι**, alicubi, contra alibi **Γινώσκω** et **Γινώσκομαι** scripta inveniuntur. De hac autem scripturæ diversitate ita Eust. Attici, inquit, cum uno et altero *γ* dicunt *γιγνώσκειν*: sicut etiam Comicus declarat: eod. modo quo *γίνεσθαι*, *γίγνεσθαι*. Hom. tamen *ἀρχαϊκώτερον* in neutro duplex *γ* agnoscit, cum alioqui sit *ἀκριβέστερον* illud quo usi sunt illius posteri, ut vicissim *εὐφωνότερον* quo ipse est usus. Quibus addit, ex Heraclide, a verbo **Νοῶ** fieri **Νοΐσκω**, et per synæresin **Νώσκω**, et addito Æolice *γ*, **Γνώσκω**, (quia et pro **Νοῶ** Æoles DICUNT **Γνοῶ**: unde cum privativa particula, VERB. **Ἀγνοῶ**:) e **Γνώσκω** autem omnino per reduplicationem fieri **Γιγνώσκω**. De addititio autem *γ* vide plura ibid. Quin etiam *γνώμη* dici pro *νώμη* ibid. traditur.

" **Γνώω**, pleonasmo *τοῦ ω* dictum volunt pro *γνῶ* in subjun- " ctivi modi tempore præsenti: Od. Ξ. (118.) **Εἰπέ μοι αἴκε ποθὶ** " *γνώω*. Alioqui et thema esse dicitur futuri *γνώσω*, et cetero- " rum, quæ inde formantur, temporum; sed inusitatum id est, " quippe pro quo *γινώσκω* usurpari soleat, quod et ipsum inde " derivatum est."

[" **Γινώσκω**, s. **Γιγνώσκω**, Brunck. ad Eur. Med. 14. 232. ad Soph. Phil. 1388. Aristoph. 1, 151. 258. 274. 3, 22. Gesner. Ind. Orph. v. *Γνώσῃ*, Toup. Opusc. 2, 228. Emendd. 1, 453. Ammon. 76. Fischer. Ind. Palæph., ad Charit. 288. ad Herod. 42. Valck. Phœn. p. 470. Hipp. p. 190. 208. Belin. ad Lucian. 5, 117. 123. 128. Schneid. Præf. ad Xen. Mem., Thom. M. 298. Wakef. Ion. 1377. Reisk. ad Diod. S. p. 61. Heind. ad Plat. Theæt. 291. T. H. ad Plutum p. 176. Villois. ad Long. 121. 298. Porson. Med. p. 99. Heyn. Hom. 4, 281. 5, 34. 62. 89. 228. 439. 6, 144. 409. 612. 7, 198. Boiss. Philostr. 493. 537. 572. Plut. Cicerone 7. Decerno, Villois. ad Long. 108. 194.: cum infin., p. 4. Anton. Lib. p. 28. Verh., Bergler. ad Alciphr. 98.: *τὶ*, de aliqua re, Xen. Mem. 1, 1, 17. Coëo cum aliqua, Toup. Opusc. 2, 30. Ernest. ad Callim. 326. Plut. Alex. p. 52. Schm., Phryn. Ecl. 23. Jacobs. Anth. 7, 276. Pro *καταγ.*, Lobeck. Aj. p. 341. De constr., ad Herod. 298. Musgr. Hel. 1086. Heyn. Hom. 4, 144. 622. Philostr. p. 10. Boiss. Cum infin., Philodem. 20. **Ταὐτὰ γινώσκειν ἑαυτῷ**, ad Lucian. 1, 484. **Γιγνώσκειν πλέον**, Boiss. Philostr. 416. **Γιγνώσκεσθαι ἀπό τινος**, Heind. ad Plat. Lys. p. 7. **Γνώσομαι**, Valck. Phœn. p. 93. ad Mœr. 161. Soph. Œd. T. 1274. **Αὐτὸς γνώσῃ**, Heind. ad Plat. Gorg. 202. **Ἔγνωκα, ἔγνων**, Markl. Iph. p. 266. Schneid. Anab. 150. **Γνοῖμεν**, ad Mœr. 94. 112." Schæf. Mss. **Ἔγνον** pro *ἔγνωσαν*, Pind. Π. 4, 214. **Γνόω**, Phav. Lex. Bort. 180. " Pierson. ad Herodian. Philet. 460. **Γνῶμι**, ibid." Schæf. Mss. * **Ἐγνωσμένως**, Schol. Arat. Ph. 167.]

" **Γνῶμα, τὸ**, Id quo aliquid cognoscitur. Aristot. H. A. 6, 23. " *Ἐὰν τέκῃ πρὶν τὸ γνῶμα λείπειν*. Sed quidam ibi reponunt *τὸν* " *γνώμονα* pro *τὸ γνῶμα*, quod bis etiam eo in Capite legitur in " vet. Ald. Ed. Intelligit autem *γνώματος* s. *γνώμονος* nomine " Dentem ætatis indicem, h. e. Dentem e cujus inspectione et " consideratione cognoscitur quot annorum equus sit vel asinus: " hos autem *γνώμονας* esse dicit *τετάρτους*, Quartos, h. e. Quarta " vice natos: Plin. Postremos vocat, quoniam post eos non re- " nascuntur alii: item Immutabiles. Vide librum ejus 11, c. 37." [" Ad Herod. 535. (7, 52.) Eur. Heracl. 408. Wakef. Trach. 593. ad Lucian. 2, 330. Schneid. ad Aristot. H. A. 499. 500." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 1371=1363. Cf. v. Groma ap. Festum, Salmas. Exerc. 670. " Aretæus M. A. 1, 1. *Τάδε μέντοι τῆς λύσιος τῆς νούσου γνώματα*, Hæc morbi dissipati argumenta." Brunck. Mss.]

Γνῶσις, ἡ, Cognitio. Aristot. Eth. 1. *Ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις.* Theophyl. Epist. 22. *Εἰ μὲν οὖν γειτνιῶσαν ταῖς τροπαῖς τὴν φύσιν ἠγνόησας, μετ' οὐ πολὺ τὴν πεῖραν ὄψει διδάσκαλον, καὶ τῆς γνώσεως ἕξεις πρεσβύτερα τὰ μαθήματα.* Invenitur etiam plur. hac in signif., cum sc. de cognitione agitur, quæ ad doctrinam pertinet. Herodian. de Marco Imperatore, (1, 2, 6.) *Φιλοσοφίαν δὲ οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δ' ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιστώσατο*, Philosophiam non perdiscendis philosophorum decretis, ceterum vitæ temperantia se colere, præ se tulit, fidemque fecit, Bud. Politian. autem hoc modo, Solusque imperatorum sapientiæ studium non verbis aut decretorum scientia, sed gravitate morum vitæque continentia usurpavit. At vero in hoc ejusd. Historici loco, 7, (5, 12.) *Ἔν τε συγκλήτῳ καὶ τῷ Ῥωμαίων δήμῳ γνῶσις οὐκ ἄσημος καὶ τιμὴ ἔνδοξος ἀεί*, (potius quam *τιμῆς*,) habet *γνῶσις* aliam signif., sc. qua dicitur aliquis innotescere, ut ap. Ovid., nostris innotuit illa libellis. Sic et ap. Lucian. in Herodoto, s. Aëtione, init. *Ὅπερ ὕστερον κατανοήσαντες, ἐπίτομόν τινα ταύτην ὁδὸν ἐς γνῶσιν*, ubi possis *ἐς γνῶσιν* exponere *ἐς τὸ γνωσθῆναι*, s. *ἅπασι γνωσθῆναι*: ut circa finem ejusd. Opusculi dicitur, *Καὶ ὁ μὲν ἔρως οὗτος ἦν, ἅπασι γνωσθῆναι, καὶ ὅτι πλείστοις Μακεδόνων δεῖξαι τἀμά.* ‖ **Γνῶσις**, Cognitio, de judice: ut *κυρίαν γνῶσιν* appellat Demosth. Ratam judicis cognitionem; *ἄκυρον* vero, Irritam. Sic Bud. Comm. 40. Idem p. 401. *τὰς τῶν δικαστηρίων γνώσεις* vertit Judiciorum cognitiones. ‖ **Γνῶσις**, Scientia, Doctrina, Sapientia, ap. LXX. Itidemque ap. Paul. redditur Scientia, 1 ad Cor. 8. init. *Ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ.* E vet. autem Scriptt. non habeo *γνῶσις* sine adjectione ita positum, sed potius cum gen. aut subaudito, aut adjecto: ut supra, *δογμάτων γνώσεσι*. [" Julian. Ægypt. 43." Schæf. Mss. * **Αὐτόγνωσις**, Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. 1, 88.]

[* " **Γνωσιμάχος**. Ita autem a Damasceno vocantur Hæretici quidam, qui omni Christianorum, ut ipse loquitur, cognitioni ac scientiæ ita adversantur, ut vanum et minus necessarium laborem esse dicant eorum qui in divinis scriptis aliquam exquirunt scientiam, &c. Sic ergo dicti, quasi *τῇ γνώσει μαχόμενοι*, Cognitioni repugnantes: et Gnostici, de quibus mox, omnino fuerunt contrarii." Suicer. Thes. Eccles.] HINC VERB. **Γνωσιμαχέω**, de quo quæ e Bud. habeo, deinde et meam sententiam proferam. Ita igitur Bud. de illo, **Γνωσιμαχεῖν**, *κυρίως τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν καὶ τοῦ ἐχθροῦ δύναμιν, εἶτα μετανοεῖν τε καὶ ἡσυχάζειν*: propter quod pro Resipiscere post cœptum bellum ponitur. Herod. 3, (25.) *Εἰ μὲν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῆθεν γενομένῃ ἁμαρτάδι, ἦν ἂν σοφὸς ἀνήρ· νῦν δὲ οὐδένα λόγον ποιεύμενος, ἤιε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω.* Cui loco subjungit hunc ejusd. Historici, 8, (29.) *Ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν.* Affert vero et ex aliis exempla, nimirum e Paus. et Isocr. E Paus. in Bœoticis, **Σύλλα** *δὲ ἐσβαλόντος εἰς τὴν Βοιωτίαν, δεῖμα ἔσχε τοὺς Θηβαίους· καὶ ἐγνωσιμάχησάν τε αὐτίκα, καὶ ἐτράποντο εὐθὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν.* Ex Isocr. autem ad Phil. h. l. profert, (3.) *Τοιούτων δὲ ὄντων τῇ πόλει τῶν λεγομένων ἡμῖν, ἤλπισαν, ὥσπερ ἤκουσαν, διαδοθέντος τοῦ λόγου διαλύσεσθαι τὸν πόλεμον ἡμᾶς, καὶ γνωσιμαχήσαντας βουλεύσεσθαί τι κοινὸν ἀγαθὸν περὶ ἡμῶν αὐτῶν.* Hactenus Bud. Comm. Superest ut dicam quid et ipse de hoc verbo sentiam. Dico igitur videri quidem habere illam Resipiscendi signif. quam ei dat Bud. post Hes., Suid., et Schol. Aristoph.; sed proprie *γνωσιμαχεῖν* esse Repugnare suæ sententiæ s. priori sententiæ, et eam veluti reprehendere: ut *γνῶσις* in hoc verbo i. valeat q. *γνώμη*. Quoniam autem qui repugnat priori suæ sententiæ, eam mutat, commode etiam reddi potest Mutare sententiam; sic tamen ut hoc tenendum sit, *γνωσιμαχεῖν*, multo *ἐμφατικωτέραν* signif. habere, cum proprie id significet quod dixi: nec esse Mutare sententiam, eo modo quo leves et inconstantes eam mutant, sed mutare sententiam velut præcedente quadam in animo nostro disceptatione. Quod autem addunt quidam Lexicographi et Scholiastæ, *γνωσιμαχεῖν* esse Cognoscere vires suas infirmas, et adversariorum robur, s. Cognoscere et perpendere quanto vires nostræ sint inferiores adversariorum viribus; vel, Ubi cognoveris tibi *μάχην* esse adversus potentiorem, quiescere, s. sententiam mutare: hæc, inquam, quæ inter alios affert Hes., nimium restringunt hujus verbi signif., habita ratione, ut opinor, duorum locorum Herodoti. Nisi potius propter verbum *μάχεσθαι* inclusum hoc in verbo, imaginati sunt hanc exp.: cum alioqui minime eo spectet, ut apparet ex iis quæ dixi. Hoc porro addendum est superioribus quæ de signif. hujus verbi disserui, cum Herodotus ei infin. addit, (et si quis præterea sic utitur,) tunc ut cohæreat oratio, verti non posse Mutare sententiam, sed debere verti, Mutata sententia cognoscere s. agnoscere, aut etiam fateri: ut in illo loco l. 8. p. 299. meæ Ed. *Ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν.* Hæc enim ita vertenda censeam, Nunc, Phocenses, mutata sententia, magis etiam quam prius vos nobis nequaquam pares esse agnoscite. At Valla duobus modis in hujus loci interpretatione peccavit: tum quod interrogative hæc legerit, tum quod verbo *γνωσιμαχέετε* interpr. plane ab eo alienam dederit. Vertit enim, Nunquid dissimulatis amplius Phocenses agnoscere non esse vos nobis pares? Sed unum peccatum ex altero est ortum; cum enim hæc interrogative legeret, verbo isti interpr. ab eo alienam excogitare necesse habuit. Suspicor autem Ionum fuisse hoc vocab., ideoque lubenter Herod. eo uti solitum, a quo ceteri mutuati sint. [" Ad Mœr. 109. Fac. ad Paus. 3, 24. Toup. Opusc. 2, 185. Koen. ad Greg. Cor. 255. ad Herod. 632. (7, 130.) Thom. M. 193. Musgr. Heracl. 706. Dionys. H. 1, 560. Aristoph. *Ὄρν.* 555." Schæf. Mss. * **Γνωσιμαχία**, Leo Diac. Hist. p. 241. * **Ἀπογνωσιμαχέω**, Hippocr. 1292, 50.]

VOX ITEM **Ἀγνωσία** hunc ad locum pertinet, sive e *γνῶσις* facta sit, sive communem saltem cum ea formationem habeat. Est autem **Ἀγνωσία**, Ignoratio. Eur. Med. (1204.) *Πατὴρ δ' ὁ τλήμων, συμφορᾶς ἀγνωσίᾳ, Ἄφνω προσελθὼν δῶμα, προσπιτνεῖ νεκρῷ.* Dio. C. *Τὴν γὰρ ἀγνωσίαν τῶν χωρίων ἐδεδίει.* Affertur e Thuc. 8, (66.) *Διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν*, itidem pro Ignoratione. Sed dicemus potius Quod sese mutuo non cognoscerent, vel agnoscerent: quam, Quod sese ignorarent. Sic certe ap. Lucian. in Timone *ἀγνωσία* videtur esse Non cognoscere, potius quam Ignorare, ubi scribitur, (§. 42.) *Δεδόχθω δὲ ταῦτα καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν ἐπίλοιπον βίον· ἀμιξία πρὸς ἅπαντας, καὶ ἀγνωσία, καὶ ὑπεροψία.* Existimo enim *ἀγνωσία* hic esse Neminem cognoscere; ideoque parum probo Erasmi interpr., quæ habet Ignorantia. Fortassis active simul et passive sumi posset, pro Neminem cognitum habere et nemini cognitum esse. Apud J. Poll. **Ἀγνωσία** est etiam Ignobilitas; s. Ignobilem esse, Inglorium, Incelebrem. Siquidem huic voci **Ἀγνωσία** subjungit, **Ἀδοξία, Κακοδοξία, Δύσκλεια**. [" Cf. Plat. Menex. 238., ubi *ἀγν. πατέρων* opponitur *τῇ εὐγενείᾳ*." Corai. Mss. " Valck. Hipp. p. 190. Diatr. 65. ad Lucian. 1, 111. 698. Brunck. ad Soph. Aj. 259." Schæf. Mss. * **Δυσγνωσία**, Eur. El. 767. * **Ἱερογνωσία**, Dionys. Areop. 51, 183. Amphil. p. 16.]

Γνωστέον, Cognoscendum est, Cognoscere oportet.

Γνώστης, ὁ, Cognitor, Gnarus. Comp. voce **Καρδιογνώστης** dicitur Deus, Cordis cognitor s. Cordium, Act. 1, (24.) Sic autem et cum aliis nominibus jungi per compositionem potest. ‖ **Γνώστης**, pro Ariolo, ap. LXX. aliquoties, in libris Regum. [" Ad Mœr. 116." Schæf. Mss. * **Κρυφιογνώστης**, Qui occulta scit, Pseudo-Chrys. Serm. 5. T. 7. p. 244.]

Γνωστήρ, ῆρος, ὁ, Cognitor, Explorator, VV. LL. auctorem Xen. nominantia, sed ejus locum non indicantia. Non alium autem esse existimo quam hunc, K. Π. 6, (2, 11.) p. 96. meæ Ed. *Εἰ δέ τις χρημάτων προσδεῖσθαι νομίζει εἰς ἐμπολήν, γνωστῆρας ἐμοὶ προσαγαγὼν, καὶ ἐγγυητὰς ἢ μὴν πορεύεσθαι σὺν στρατιᾷ, λαμβανέτω ὧν ἡμεῖς ἔχομεν.* Ubi non placet *γνωστῆρας* reddere, Exploratores, multo etiam minus Cognitores. Quidam interpr. Illos quibus est notus; sed dura est hæc per passivum verbum

interpr. Philelphus autem verterat, Qui sui notitiam faciant. Videndum an non *γνωστῆρας* vocet Qui eum in posterum agnoscant: ut si dicas Gallice, Qui le reconnoissent; vel Qui le puissent reconnoître. [" Ad Mœr. 116." Schæf. Mss.]

Γνωστὸς, (q. d. Cognoscibilis,) Qui cognosci potest, Cognitu facilis: Xen. Ἑλλ. 2, (3, 18.) *Εἰ δὲ μὴ ἄλλως γνωστὸν ὅτι ἀληθῆ λέγω, ὧδε ἐπισκέψασθε.* Nam Bud. huic loco utramque expositionem convenire posse existimat; at ego priore contentus fuissem. Idem annotat *γνωστὸν* et *νοητὸν* pro eod. poni a Plat. de Rep. 7. differre autem *τοῦ δοξαστοῦ.* Affertur vero et pro Cognitus, Notus: e Greg. Naz. *Μηδενὶ γνωστὸν τοῦτο.* Dicam porro de hoc derivato et ubi agam de Γνωτὸς, quod Poëticum potius est. Nunc ad compp. venio ex illo Γνωστὸς facta. [" Ad Charit. 502. Brunck. Soph. 3, 507." Schæf. Mss. *Γνωστὴ*, Schleusn. Lex. V. T. * Γνωστῶς, Clem. Alex. 136, 50. LXX. Prov. 27, 23. Philo J. 1, 302. Pf.]

Ἄγνωστος, ὁ, ἡ, Incognitus, Ignotus. Od. B. (175.) *Ἄγνωστον πάντεσσιν ἐλεύσεσθαι:* (N. 191.) *ὄφρα μιν αὐτὸν Ἄγνωστον τεύξειεν.* Lucill. Epigr. *Οὐ κυσὶν ἄγνωστος, τῇ δὲ πόλει γέγονας.* Apud Paus. quidam perhibentur dii *ἄγνωστοι*, in Atticis, circa principium, *Βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων, καὶ ἡρώων,* etc. Sic Act. 17, (23.) mentio fit *ἀγνώστου θεοῦ*: ap. Lucian. autem in Philopatride §. 9. (si modo is est ejus Auctor, quoniam *νόθος* a nonnullis existimatur,) habemus etiam *τὸν ἄγνωστον*, sine adjectione substantivi *θεόν*. Ibi enim quidam ita jurat, *Νὴ τὸν ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, παρθένος διέμεινε μέχρι τῆς ἀποτομῆς.* Idem in fine ejusd. Dial. *Ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνωστον ἐφευρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, τούτῳ εὐχαριστήσομεν, ὡς καταξιωθέντες τοιούτου κράτους ὑπήκοοι γενέσθαι,* ubi plane existimo illum irrisorie alludere ad illum Actorum locum, quoniam vult Paulus Athenienses credere ab illis esse inventum, (et quidem ipso indicante,) quem antea ut ignotum quærebant; nam *περὶ τοῦ ἀγνώστου θεοῦ* dicit, *Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.* Sed hæc obiter. *Ἀγνωστότατοι* superl. ap. Thuc. extat, 3, (94.) et quidem cum accus., subaudita sc. præp. *κατὰ*, *Ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν καὶ ὠμοφάγοι εἰσὶν,* Ignotissimi lingua, s. Incognitissimi; vel, quod ad linguam attinet. I. e. Ignotissima lingua vel Ignotissimo sermone utentes. Item aliquid dicitur esse *ἄγνωστον*, Ignotum, Incognitum. Herodian. 8, (5, 11.) cum *ἄπυστα* conjunxit, *Ὡς ἄπυστα καὶ ἄγνωστα εἶναι Μαξιμίνῳ τὰ ἐν Ῥώμῃ πραττόμενα.* Nonnunquam autem *Ἄγνωστος* de persona dictum, est Ignobilis, Inceleber, Inglorius; nam J. Poll. inter *Ἄδοξος* et *Ἀκλεὴς*, atque alia hujusmodi, ponit etiam *Ἄγνωστος*; itidemque ADV. *Ἀγνώστως* inter *Ἀδόξως* et *Ἀκλεῶς*: ut sit *Ἀγνώστως*, Ignobiliter, Inglorie. Possumus autem *Ἄγνωστος* hac quoque in signif. interpretari Ignotus, ex Horat.: quippe qui Mortes ignotas appellarit Ignobiles, Inglorias, Incelebres: Serm. 1, 3. sed ignotis perierunt mortibus illi, i. e. ignobilibus: quemadmodum Silius dixit Lethum ignobile, Liv. Ignobili atque inhonesta morte occubuit. Cui opponitur Clara mors: quod et ap. Cic. extat. Sed enim nomen *Ἄγνωστος* activam quoque signif. habet ap. Lucian. in Alcyone, init. *Δοκιμάζομεν γὰρ δὴ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην, ἄγνωστον οὖσαν, καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον,* ubi redditur Ignaram. Sic certe alia pleraque verbalia activam signif. interdum accipiunt, cum passiva sit eorum propria. Puto tamen in hoc *Ἄγνωστος* id esse rarissimum, licet et *ἀγνὼς* pro Ignaro itidem et Inscio inveniatur ap. Xen., ut docebo, cum de illius nominis signif. agam. [" Jacobs. Anth. 12, 144. Θεοὶ ἄγν., Wakef. S. Cr. 5, 110. Kuhn. ad Paus. p. 4. Signif. activa, ad Lucian. 1, 179. Amst." Schæf. Mss. * " Ὑπεράγνωστος, Greg. in Matthæi Lectt. Mosq. 2, 22." Boiss. Mss. Dionys. Areop. de D. N. 382. 418. 707. de M. Th. 1, 2. * Ὑπεραγνώστως, Andr. Cr. 135. Ἀγνώστως, Dionys. Areop. de D. N. 4, 1. M. Th. 1, 2. Clement. Hom. 9, 20. J. Poll. 5, 145. 160. 6, 209. Schol. Apoll. Rh. 4, 1661. * Ἀπειρόγνωστος, Dionys. Areop. de Cœl. Hier. 14. p. 158. * Ἀρτίγνωστος, Appian. 2, 407.] " Αὐτόγνωστος, " SIVE Αὐτόγνωτος, in VV. LL. exp. Spontaneus, cum sonet " potius Ipse per se notus. Veruntamen et Schol. Soph. *αὐτόγνωτος ὀργὰ*, exp. *αὐθαίρετος καὶ ἰδιογνώμων τρόπος*, ap. Antig. " (875.) p. 248. *σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά.*" Δύσγνωστος, Cognitu difficilis, Polyb. [3, 78, 4. " Valck. Phœn. p. 510. Porson. Hec. p. xxvii. Ed. 2." Schæf. Mss.] Cui OPP. Εὔγνωστος, Cognitu facilis. In VV. LL. redditur etiam Bene notus, item Notabilis. [" Lobeck. Aj. p. 326. (v. 704.)" Schæf. Mss. Æschin. c. Tim. 179. * Εὐγνώστως, Eur. Or. 1394.] " Affertur " et Εὔγνωτος, Cognitu facilis, Cognobilis." [* Παλίγγνωστος, Hes. v. Παλινδεὲς, quod mutandum in Παλινδαές. * Πασίγνωστος, Schol. Lycophr. 11. * Πολύγνωστος, Tzetz. Ch. 13, 508.]

COMP. Ἀγνὼς et Ἄγνωτος eand. cum *ἄγνωστος* signif. habent; sed de Ἀγνὼς nunc dicendum censeo, at de Ἄγνωτος, in Γνωτός: quod præter signif. *τοῦ Γνωστὸς*, aliam etiam accipit. Ideo autem prius de *ἀγνὼς* dicam, quod et ipsum literam σ retineat, quam illa duo amittunt. Alioqui dubiam mihi esse ejus formationem fateor. Potest enim esse ab *ἔγνωσαι*, (et quidem potius quam ab *ἔγνωσμαι* aut *ἔγνωσται*,) potest etiam fortasse existimari factum Ἄγνωστος per sync. Quod si verum esset, hic locus post Ἄγνωστος ei optime conveniret: quem certe dare cogor, quoniam aptiorem non invenio. Sonat autem Ἀγνὼς, (itidem ut *ἄγνωστος*,) Ignotus, Incognitus. Od. E. (79.) *Οὐ γάρ τ' ἀγνῶτές γε θεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται Ἀθάνατοι.* Atque ut hic cum dat., sic ap. Xen. Ἑλλ. 1, (6, 4.) *Ἀγνῶτας τοῖς ἐκεῖ.* Itidemque ap. Plat. *Αὐτόθι κατέλαβον πάνυ πολλοὺς, τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοὶ, τοὺς δὲ πλείστους, γνωρίμους.* Atque ut hic *ἀγνῶτες* opp. *γνωρίμοις*, sic ap. Aristot. aliquoties, sed absque dativi adjectione: (ut si Latine opponas Virum ignotum Viro noto et familiari.) Exemplum habes Polit. 7. *Φιλητικοὺς μὲν εἶναι τῶν γνωρίμων, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας, ἀγρίους.* Item Eth. 4, (6.) *Ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει.* Sic et 5. *ἀγνῶτες* opp. *γνωρίμοις*. Invenitur autem Ἀγνὼς et in fem. ge-

A nere, ut *ἀγνὼς δόκησις*, Soph., quod exp. Incerta suspicio (Œd. T. 681.) Sic *ἀγνῶτα φωνὴν* dixit Æsch. Ag. (1060.) p. 208. meæ Ed. *Ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη.* Lucian. quoque *ἐν τῷ περὶ Ἀποφράδος* in fem. genere hoc nomine usus est. Interdum *ἀγνὼς* (sicut *ἄγνωστος*) ponitur pro Ignobilis, Inglorius, Inceleber: (quam signif. habere itidem Ignotus ap. Horat., docui supra.) Eur. Iph. A. (18.) *Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον Βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς, ἀκλεὴς*, i. e. Inglorius atque ignobilis, Cic. Vide p. 147. 148. Cic. Lexici, a me editi. Atque ut hic *ἀγνὼς* cum *ἀκλεὴς*, sic cum *ἀφανὴς* copulatur a Luciano, de Somnio (§. 11.) *Οὐδ' ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς οὐδ' ἀφανὴς ἔσῃ.* ‖ Ἀγνὼς activa signif., (cujus exemplum et in Ἄγνωστος allatum fuit,) Ignarus, Inscius. Xen. (Œc. 20, 13.) *Εἰ δέ τις παντάπασιν ἀγνὼς εἴη τί δύναται ἡ γῆ φέρειν.* Apud Plat. quoque *ἀγνῶτες* crediderim positum active: in hoc loco, qui ex ejus Opere de LL. affertur, *ἀγνῶτες ἀλλήλων*: ut sc. sint *ἀγνῶτες ἀλλήλων* Qui se invicem non norunt. In VV. LL. tamen per passivum participium exp. Sibi invicem incogniti: perinde ac si legeretur, *ἀγνῶτες ἀλλήλοις*: manente aliovi eod. sensu. [" Toup. Opusc. 2, 229. Brunck. Œd. T. 1133. C. 547. Soph. 3, 492. ad Charit. 754. Jacobs. Anim. 138. Wakef. S. Cr. 4, 21. Marcellus 16. Fischer. ad Plat. Euthyphr. p. 8. Lobeck. Aj. p. 274." Schæf. Mss.]

Subjungendum huic nomini ADV. Ἀγνῶς, pro Ignoranter, Inscienter, Per ignorantiam, imprudentiam. Phocyl. (14.) *Μήτ' ἐπιορκήσῃς μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἑκοντί.* Ubi cum *ἀγνῶς* et *ἑκοντὶ* B inter se opponantur, posset *ἀγνῶς* exponi *ἀκουσίως*. Sic Xen. dicit, quæ peccantur *ἀγνοίᾳ*, (quod valet idem cum illo *ἀγνῶς*,) esse *ἀκούσια*. Aristot. quoque Rhet. 1. *ἀγνοοῦντος* cum *ἄκοντος*, ut *ἑκόντος* cum *εἰδότος* copulat. Ceterum pro *ἀγνῶς* sciendum est legi etiam *ἀγνὼς*, ut sit nomen; sed longe melior est altera scriptura per circumflexum, utpote cum *ἑκοντὶ* conveniens: quam etiam in Ed. mea alteri prætuli. Alioqui legendo *ἀγνὼς*, esset *ἑκοντὶ* pro *ἑκών*.

Etiam VERBO Ἀγνώσσω locum hic dabo: quod fortassis ex hoc Ἀγνὼς (quatenus quidem et activam signif. habet) factum fuerit. Non ignoro alioqui aliam deductionem afferri: ut sc. e Γνώσω futuro verbi Γνῶ sit præs. temporis VERB. Γνώσσω: unde Ἀγνώσσω. Sed illius Γνώσσω (quod esse dicitur simile *τῷ* Κνώσσω) exemplum nullum affertur. At hoc Ἀγνώσσω pro Ignoro, Nescius sum, invenitur ap. Auctorem Poëmatii quod vulgo Musæo inscribitur: hoc in versu, *Ἀγνώσσεις ὅτι Κύπρις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης*; Ab Hes. *ἀγνώσσει* exp. *δυσχεραίνει*. [" Belin. ad Lucian. v. p. 79." Schæf. Mss.]

Ex hoc Ἀγνώσσω factum fuit *παραγώγως*, s. *κατὰ παραγωγὴν*, VERB. Ἀγνωσσάσκω, unde est ap. Hom. *ἀγνώσσασκε*, Od. Ψ. (95.) *Ὄψει δ' ἄλλοτε μέν μιν ἐνωπιδίως ἐσίδεσκεν, Ἄλλοτε δ' ἀγνώσσασκε, κακὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα*, i. e. *ἠγνόει*; ut habet brevium Scholl. Auctor. Sed perperam in quibusdam Edd. legitur *ἀγνώσασκε* pro *ἀγνώσσασκε*.

[* " Ἀλλογνὼς, Stob. Ecl. Phys. 1050." Kall. Mss. * Ἀρι-
C γνὼς, Pind. N. 5, 21.]

NUNC AD Γνωτὸς venio, sequens a me paulo ante propositum ordinem: ut ab eo ad Ἄγνωτος, aliaque compp. Ἀλλόγνωτος, Ἀρίγνωτος, Πολύγνωτος, transeam. Sciendum est igitur inveniri Γνωτὸς pro *γνωστὸς* ap. Poëtas, (quod *γνωτὸς* est *ἀναλογώτερον* quam *γνωστὸς*, si Eustathio credimus,) Notus, Cognitus. Soph. Œd. T. (58.) *γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι*: ita enim legit etiam Eust. Sed huic Γνωτὸς non contenti Poëtæ eam signif. dare, quam ap. prosæ Scriptt. habet Γνωστὸς, restringunt interdum ad signif. Consanguinei, s. Propinqui, interdum vero Fratris; vel, si ita mavis, restringunt notitiam quæ hac voce declaratur, ad eam quæ nobis est cum consanguineis, aut etiam peculiarius cum fratribus. Il. O. fin. *τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνὴρ Γνωτὸν ἐνὶ μεγάροις, ἄρεως ἀλκτῆρα γενέσθαι*, i. e. *ἀδελφὸν*, pro quo dixerat *κασίγνητον*. Sic X. (234.) *ἦ μέν μοι τοπάρος πολὺ φίλτατος ἦσθα Γνωτῶν οὓς Ἑκάβη ἠδὲ Πρίαμος τέκε παῖδας.* Sic exp. et Γ. (174.) *θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα.* In hoc autem Apoll. Rh. loco, 2, (1162.) *γνωτοὶ πατρώϊοι ἄμμιν ἐόντες*, exp. *συγγενεῖς*. FEMIN. Γνωτὴ, Soror. Aut etiam Amica, inquit Hes. Sed quin possit et Propinquam s. Consanguineam significare, sequendo illum masculini *γνωτὸς* usum, minime dubitandum est. [" Γνωτὸς, Musgr. Or. 1008. Iph. T. 1141. Toup. Opusc. 2, 112. Valck. Diatr. 209. Ilgen. ad Hymn. p. 377. Jacobs. Anth. 6, 418. Brunck. Soph. 3, 415. Heyn. Hom. 6, 613. 7, 60. 63. Γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα, 4, 463. Γνωτὴ, Nicænet. 6. Soph. Œd. T. 396." Schæf. Mss. * Γνω-
D τοφόνος, Nonn. D. 26, 82. * Γνωτοφόντις, Lycophr. 1318.] I. COMP. est Ἄγνωτος, ὁ, ἡ, i. valens q. *ἄγνωστος*, Incognitus, in illo Soph. loco quem protuli in Γνωτός. [" Ilgen. ad Hymn. p. 377. Lobeck. Aj. p. 274." Schæf. Mss.] II. COMP. est Ἀλλόγνωτος, quod existimo sonare potius Aliis cognitus s. notus, quam Alibi notus, ut vulgo exp. Ex eo enim velut consequitur, Nobis ignotus. Unde ponitur pro Extraneo s. Peregrino. Od. B. (366.) *ὁ δ' ὤλετο τηλόθι πάτρης Διογενὴς Ὀδυσεὺς, ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ.* Ubi invenio tam Eust. quam Auctorem brevium Scholl. mihi de illa expositione assentiri. Neque enim exp. *ἄλλοθι γινωσκομένῳ*, sed *ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γινωσκομένῳ*. Afferunt tamen et alias expp. hujus vocabuli; ac præsertim Eust. cui *ἀλλόγνωτος* est *ὁ πολέμιος*, (sic autem exponens, minime ejus etymon aperit,) vel *ὁ ἄλλα γινώσκων ἤπερ ἡμεῖς*. Quibus addit illam exp. quam modo attuli, et quæ mihi itidem in mentem venerat: sc. *ὁ ἄλλοις καὶ οὐκ ἡμῖν γινωσκόμενος*. Deinde admonet hoc *ἀλλόγνωτος* esse compositum e *γνωτὸς*, pro quo dicitur *γνωστὸς* ad Homeri posteris. Quæ tamen velut retractans, subjungit, videri *ἀλλόγνωτος* esse potius *ὁ ἄλλοις γνωτὸς*, i. e. *κατὰ γένος οἰκεῖος*, sc. a *γνωτοὶ* significante *τοὺς ἀδελφούς*. Alioqui enim nihil prohibebat quin diceret *ἀλλογνώστῳ ἐνὶ δήμῳ*, ut paulo ante dixerat *ἄγνωστον πάντεσσιν*. Itidemque brevium Scholiorum Auctor, postquam *ἀλλογνώστῳ* dixit esse *ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γινωσκομένῳ*, ἢ, (quæ disjunctiva particula non aptum hic locum habet,) *ἄλλοις γνωτῷ*, subjungit, *ἢ κατὰ γένος οἰκείῳ*. Rationemque eandem

affert quam Eust., sed quæ nisi ex hujus verbis intelligi vix possit. Ad me autem quod attinet, nimis longe petitam exp. hanc esse, et parum valida niti ratione existimo; cum γνωτὸς etiam dici pro γνωστὸς, ipsemet Eust. fateatur: addens, Ὅτι δὲ ὅμως καὶ γνωτὸν λέγεται τὸ γνωστὸν, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ, Γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι προσήλθεθ' ἱμείροντες; Quid vero obstat quominus dicamus ἀλλογνώτῳ visum fuisse Homero εὐφωνότερον quam ἀλλογνώστῳ. Antequam ad tertium compositum digrediar, dicam de PARTICIP. Ἀλλογνώσας: quod nullam ei aptiorem sedem habeam. Extat id ap. Hes., exponentem ἀγνοήσας: sed aut Herodotum, i. e. Herodoti exemplar, ex Hesychio, vel contra hunc ex illo emendandum esse suspicor. Legitur enim ap. Herod. 1, (85.) Ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχεος, ἤϊε γάρ τις Περσέων ἀλλογνώσας Κροῖσον ὡς ἀποκτενέων. Cui loco optime convenire Hesychii expositionem existimo, sive ἀλλογνώσας sive ἄλλον γνώσας legamus; sed lectionem Hesychianam fide digniorem esse persuasum habeo: quod ἄλλον γνώσας pro ἀγνοήσας durum esse videatur: at utendo compositione, non item: præsertim si hoc cum aliis hujusmodi compp. comparetur. "Ἀλλογεῖν, Non "agnoscere, μὴ ἐπιγινώσκειν. Ita Hesych.; sed fortasse ἀλλο"γνοεῖν scriptum ab eo fuit." Sed venio ad III. COMP. Ἀρίγνωτος. Id Poëticum est itidem, significans Valde notus vel celeber. Od. P. (375.) Ὦ 'ρίγνωτε συβῶτα, ubi tamen ironice ponitur: "per synaliphen pro ὦ ἀρίγνωτε." Ita enim malo quam ut Eust. ἄγαν γνώριμε ἐπὶ ἀχρείᾳ τέχνῃ: sive, ὃν πάντες συβώτην οἴδασιν: aut οὗ τὸ σεμνὸν γνώρισμα, τὸ συβώτην εἶναι. Affertur et FEMIN. Ἀριγνώτη, ab Eust.: Hes. autem HABET Ἀρίγνωστοι cum σ, quod exp. εὔγνωστοι, item πάνυ ἐγνωσμένοι: ita enim leg. est, non εὐγνωσμένον. ["Ἀρίγνωστος, ἀρίγνωτος, Abresch. Lectt. Aristæn. 230. Heyn. Hom. 6, 385. Ἀρίγνωτος, ad Charit. 774. ad Od. Z. 108." Schæf. Mss. Mich. Apost. Prov. 4, 55. Ἀρίγνωστος, Manetho 3, 223.] IV. COMP. est Πολύγνωτος, Multis notus s. cognitus: sequendo exp. aliis compositis datam, atque adeo signif. quam habent. In VV. LL. tamen redditur Multiscius. Est præterea Nobilis pictoris nomen.

QUIN ETIAM Γνωτίδια ET Ἀγνωτίδια aliquem sibi angulum hic postulant, ob similem derivationem: licet ejus ratio minime inveniatur. Sunt enim hæc ambo vocabula Piscium nomina ap. Athen.: nisi potius ex uno facta fuerunt duo, cum ille utrobique vel γνωτίδια vel ἀγνωτίδια scripsisset. Siquidem cum (118.) dixisset, Τοὺς δὲ προσαγορευομένους φησὶ μύλλους ὑπὸ μέν τινων καλεῖσθαι γνωτίδια, ὑπὸ δέ τινων πλατιστακοὺς, paucis interjectis subjungit, Οἱ μὲν οὖν μείζονες αὐτῶν ὀνομάζονται πλατίστακοι· οἱ δὲ μέσην ἔχοντες ἡλικίαν, μύλλοι· οἱ δὲ βαιοὶ τοῖς μεγέθεσιν, ἀγνωτίδια. Ubi observa simul VOCEM Πλατιστακοὶ, Nomen ejusd. piscis: in cujus scriptura uno eodemque loco variant exempl.: utpote priore quidem loco πλατιστακοὺς, posteriore autem πλατίστακοι habentia.

[* "Γνωτέρα, * Γνώθουρις, Diosc. Notha p. 457." Boiss. Mss.]

Γνωστικὸς, Cognoscendi facultate præditus s. vi, e Greg. Naz. Γνωστικὸν γὰρ ἐννοιῶν. Item τὸ γνωστικὸν, Potentia et vis cognoscendi, VV. LL. Ibid. Γνωστικὰ ῥήματα, Verba cognitionem significantia. Item Γνωστικοὶ, Hæretici quidam sic dicti ob insignem eruditionem quam sibi vindicabant. [Plut. 10, 115. "Valck. Diatr. 42. Τὰ γν. ῥήματα, Boiss. Philostr. 590." Schæf. Mss.] Γνωστικῶς, Cum cognoscendi facultate, Ita ut adsit cognoscendi facultas s. vis: γνωστικῶς εἰδέναι et αἰσθητῶς, differre ap. Dionys. Areop. testatur Bud.

AT NOMEN Γνώμη in h. l. reservavi, partim quod sub se derivata multa habeat, quæ secundæ et tertiæ personæ præt. passivi verbalia, (i. e. quæ a secunda et tertia persona sunt formata,) nimis procul a verbo removissent: partim quod σ non habeat tanquam ab ἔγνωσμαι, ut habent reliqua. Longe tamen magis consentaneum rationi videtur ut γνώμη ab ἔγνωσμαι esse dicamus, quam ut Heraclidi assentiamur, dicenti poni pro νώμη. Scribit enim is ap. Eust. in γνώμη abundare γ: siquidem a νοῶ, νοήσω, esse νώμη: e quo γνώμη. Est autem Γνώμη, Sententia, Opinio. Idem enim valent, ἡ ἐμὴ γνώμη, et ὃ γινώσκω, Quod sentio. Sed pro loco alias etiam admittit interprr. nomen hoc γνώμη: redditurque interdum Propositum, aliquando Voluntas, interdum Consilium, nonnunquam Cogitatio, aliisque modis, ut e sequentibus patebit. Pro sententia variis verbis jungitur. Dicitur enim, ταύτην τὴν γνώμην ἔχω, sequente præp. περὶ cum suo gen. ad verbum, Hanc habeo sententiam, pro Hæc mea est sententia, In hac sum sententia, Ita sentio. Itidemque τίνα γνώμην ἔχεις, et τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω. Xen. K. Π. 6, (1, 2.) Τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς διαλύσεως τοῦ στρατεύματος. Isocr. Archid. Περὶ τοῦ δικαίου πάντες τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχομεν, περὶ δὲ τοῦ συμφέροντος ἀντιλέγομεν: ibid. Μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν περὶ τῶν πραγμάτων. Apud Aristoph. N. (157.) sequente infin., Ὁποτέραν τὴν γνώμην ἔχοι, τὰς ἐμπίδας Κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τοὐῤῥοπύγιον. Apud Thuc. sequente itidem infin., 2. Γνώμην ἔχοντες, οἱ μὲν, μὴ ἐκπλεῖν, ubi reddi potest, Sententes non esse navigandum; vel, Statuentes non navigare. Apud eund. Scriptorem τὴν γνώμην ἔχειν, cum præp. πρὸς, alium usum habet, de quo alibi dicam: quod in eo loquendi genere nomen γνώμη aliam signif. habeat. Quin etiam cum dicitur γνώμην ἔχειν sine adjectione, tum aliud declarat γνώμη, ut suo loco docebo. At vero οὕτω τὴν γνώμην ἔχω, sequente aut etiam præcedente ὡς, prout interpretabimur, ita vel locum hic habebit, vel non: quod exemplis declarabo. Thuc. 7, (15.) p. 237. meæ Ed. Καὶ νῦν ὡς ἐφ' ἃ μὲν ἤλθομεν τὸ πρῶτον, καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῖν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε· ἐπειδὴ δὲ κ. τ. λ. Hic certe οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε, est Ita sentite, Ita existimate, In ea opinione estote. Nec male reddetur etiam, Hoc persuasum habetote: ut olim reddidi in iis quæ ascripsi interpretationi Vallæ, in margine meæ Ed. Ibi enim totum h. l. ita sum interpretatus, Et hoc quidem persuasum habetote, ita milites pariter et duces officio suo

A functos esse in iis rebus quarum causa huc venimus, ut nullus sit vobis de iis conquerendi locus. Sic ap. Xen. cum οὕτως, sequente ὡς cum præterito, nec non cum præsenti: K. Π. 6, (2, 4.) p. 93. meæ Ed. Καὶ ὁ μὲν πλεῖστος στρατὸς οὕτως εἶχε τὴν γνώμην ὡς ἤδη παντελῶς κεκρατηκὼς, καὶ οὐδὲν ὄντα τὰ τῶν πολεμίων, Bona pars exercitus in ea opinione erat, ut plenam victoriam se adeptam esse crederet. Minus enim commode hac voce sententia utemur. Sed et simplicius ac brevius interpretari possumus, non minus recte tamen, ut opinor, Existumabat se etc. Id certe est quod Gallice dicimus, Il faisoit son compte d'avoir tout gagné. Vel, ut nunc loquuntur quidam, formula dicendi utentes magis recenti, Il faisoit état d'avoir tout gagné. Philelph. quoque satis apte reddidisse videtur, Et quamplurima exercitus pars hac erat mente, tanquam omnino jam vicisset, essentque res hostium nihil. Neque vero prætermittendum est, subjungi a Xen. Ἐπεὶ δὲ οὕτω διακειμένων ἦλθον οἱ Ἰνδοὶ κ. τ. λ., ubi si dicamus οὕτω διακειμένων esse i. q. οὕτως ἐχόντων τὴν γνώμην, vel potius hoc esse i. q. illud, quoniam ei subjungitur, alia interpr. quærenda videri possit. Verum ut idem utroque loquendi genere significetur, necesse non est; sed potius dicendum, οὕτω διακειμένων, ut sc. διάκεινται illi οἳ οὕτως ἔχουσι τὴν γνώμην ὡς παντελῶς κεκρατηκότες. Est certe οὕτω διακειμένων, Sic animo affectis. Sed venio ad illud loquendi genus οὕτω γνώμην ἔχω, non cum præterito, sed cum futuro junctum, Thuc. 7, (72.) p. 258. meæ Ed. Καὶ οἱ μὲν ὡς κατὰ γῆν ἀνα-
B χωρήσοντες ἤδη ξύμπαντες τὴν γνώμην εἶχον. In hoc certe loco aliisque hujusmodi aliam interpr. poscit istud loquendi genus, οὕτω γνώμην ἔχω, quam in præcedentibus. Valla reddidit, Ita cuncti ad discedendum terrestri itinere animum adjecerunt. Existimo autem et his modis posse reddi, De discedendo cogitabant, Discedere in animo habebant, Ea mente erant ut discedere vellent, vel, discessum pararent, Eorum consilium erat discedere. Valebit autem et hic illud loquendi genus Gallicum, licet in diversa constr., Ils faisoient leur compte de se retirer. Antequam vero discedam ab accus. γνώμην cum verbo ἔχω, dicam et de gen. γνώμης cum ἔχομαι: afferens exempla e Thuc. Is igitur 8, (81.) p. 287. Ἀεί τε τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐχόμενος, Suam sententiam retinens, In sua sententia permanens; vel, In proposito manens s. permanens. Apud eund. Scriptorem dicit Pericles, 1, (140.) Τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι, sequente infin. μὴ εἴκειν Πελοποννησίοις. Et quemadmodum dicit τῆς αὐτῆς γνώμης ἔχεσθαι, sic etiam τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι, sed alia signif.; nam τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι est Idem sentire cum alio: ad verbum, Ejusdem esse sententiæ; nam et Latini hac constr. utuntur. Utitur autem 1, (113.) Καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς γνώμης ἦσαν, Et quotquot ejusdem sententiæ erant. Sed redditur etiam, Earundem partium erant. Pendet certe unum ex altero. Apud eund. Scriptorem legitur aliquoties γνώμην ποιοῦμαι, sequente infin.: ubi γνώμην licet nemo negare possit habere Sententiæ significationem, s. Propositi, aut
C Consilii, potius tamen unico verbo illum accusativum una cum suo verbo interpretamur: sc. Statuo, Delibero, Cogito; aut certe Statui, Decrevi. Thuc. 1, (128.) Καὶ γνώμην ποιοῦμαι, εἴ καί σοι δοκεῖ, θυγατέρα τὴν σὴν γῆμαι, Decrevi, Statui. Idem 2. Γνώμην δὲ ἐποιοῦντο, κηρύγμασί τε χρῆσθαι ἐπιτηδείοις, Cogitabant, Statuebant, Deliberabant. Gallice verbum ποιοῦμαι ad verbum reddi possit in hoc loquendi genere, si γνώμην interpretemur Deliberationem. Est enim γνώμην ἐποιοῦντο, quod dicimus, Ils faisoient leur délibération. Usus est hoc loquendi genere eod. modo Arrianus: ut cum scripsit 3, (19, 2.) Γνώμην δὲ ἐποιεῖτο Δαρεῖος, εἰ μὲν ἐπὶ Σούσων καὶ Βαβυλῶνος μένοι Ἀλέξανδρος, αὐτοῦ προσμένειν καὶ αὐτὸς ἐν Μήδοις. Sic et Plut. Themist. Γνώμην ἐποιεῖτο λύειν. Quamvis porro dixerim γνώμην ποιοῦμαι reddi potius unico verbo, ex eorum numero quæ paulo ante protuli; possumus tamen et nomine uti, habente nominis γνώμη significationem: ut in illo Arriani loco, Γνώμην ἐποιεῖτο προσμένειν, Consilium ejus erat manere, vel In animo habebat. At vero, Ita ferebat sententia, est ποιητικώτερον. Sed possit reddi etiam, Certum illi erat. Ceterum quoniam in exemplis omnibus quæ attuli, γνώμην ποιοῦμαι jungitur infinitivo, addam unum in quo accus. plural. γνώμας construitur cum præp. περί: ex eod. Thuc. 3. Περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο, ubi aliam interpr. istud loquendi genus postulat. Dicitur enim γνώμας ἐποιοῦντο, tanquam de judicibus. Bud. vertit Censebant, In suffragia ibant. Sequendo autem Vallam, redderemus, Ad con-
D silium referebant. Quidam interpr. etiam Consultabant. Ut autem eadem opera agam de aliis loquendi generibus, in quibus γνώμη de judice aut tanquam de judice usurpatur, sciendum est dici γνώμην ἀποφαίνεσθαι, et γνώμην λέγειν, s. εἰπεῖν, nec non γνώμην εἰσηγεῖσθαι, item γνώμην τίθεσθαι. Apud Dem. (169.) Γνώμην ἀποφαίνεσθαι, Sententiam pronuntiare. Ex Eod. Budæus (362.) Γνώμην θέσθαι affert, Γνώμην θέσθαι περὶ τοῦ τῶν Φωκέων ὀλέθρου. (At vero γνώμας προσθεῖναι producit e Thuc., pro In consilium mittere, Censendi potestatem facere; sed ego πρυθεῖναι ap. Thuc. repono, et quidem ex aliis ejus ipsius locis.) Illud denique γνώμην λέγειν s. εἰπεῖν, (quod est ad verbum, Sententiam dicere,) Idem reddit Censere, nec non Auctorem sententiæ esse, (sicut εἰσηγεῖσθαι γνώμην,) afferens e Plut. Demetrio (26.) p. 287. Ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἰπόντος Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ἐψηφίσαντο καλεῖν. Venio tandem ad eum usum, quem habet γνώμη cum præpp., aut etiam absque illis, ubi itidem voce Sententia, simul vero et aliis reddi potest. Dicitur aliquis a Demosth. facere quidpiam ἀπὸ γνώμης hujus vel illius, cum e sententia hujus vel illius id facit, et eum auctorem habet. Quidam interpr. etiam Jussu, quæ interpr. minime placet. At vero ap. Thuc. 4, (68.) p. 143. meæ Ed. ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης vix reddi itidem queat E sua sententia, propter ambiguitatem. Ita enim scribit, Ξυνέκεισε γὰρ καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων κήρυκα ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης κηρύξαι, τὸν βουλόμενον ἰέναι Μεγαρέων μετὰ Ἀθηναίων θησόμενον τὰ ὅπλα. Ubi Valla vertit Suopte consilio, ita

h. l. interpretans, Contigit enim ut præco Atheniensium suopte consilio denuntiaret, Quisquis vult Megarensium ad Athenienses transeat armis depositis. Fortassis reddi possit Suo ipsius impulsu, aut etiam Sua sponte. Videtur certe hic ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης esse quod Gallice dicimus De son propre mouvement. In alio autem ejusd. Scriptoris loco ἀπὸ τοιᾶσδε γνώμης commodius reddi posse non videtur quam Isto consilio: sc. 3, (92.) ubi scribit, Ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Λακεδαιμόνιοι Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίαις, ἀποικίαν καθίσταντο ἀπὸ τοιᾶσδε γνώμης. Ubi tamen Valla vertit, Hac de causa. Ut porro cum ἀπὸ, sic cum ἐκ jungitur genitivus γνώμης: sed in diverso loquendi genere, cum sc. dicitur ἐκ μιᾶς γνώμης, pro Uno consensu. Demosth. Philipp. 4. Ἐὰν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης Φίλιππον ἀμύνησθε. Sed posset videri abundare ἐκ μιᾶς γνώμης post ὁμοθυμαδὸν, præsertim cum particula copulativa non inseratur: quæ præfigi solet iis quæ velut per epexegesin ponuntur. Quidam hæc interpr. Concorditer unoque animo; quidam simpliciter, Communi consensu. Accus. γνώμην jungitur frequenter cum κατὰ, itemque cum παρὰ, in contraria signif.: cum quibus præpp. habet γνώμη eum usum, quem Latinis Sententia, præfixo gen. Animi: qui tamen non semper præfigitur. Nam κατὰ γνώμην redditur Ex animi sententia; at παρὰ γνώμην, Contra animi sententiam a Polit. in h. l. Herodiani, 6, (3, 1.) Καλούντων δ' αὐτὸν καὶ τῶν ἐκεῖσε ἡγεμόνων, ἀσχάλλων μὲν καὶ παρὰ γνώμην, ὅμως δ' ἔσχε περὶ ἔξοδον, Vocantibus illuc se ducibus, ægre sc. tandem contraque animi sententiam ad expeditionem se præparat. Legitur παρὰ γνώμην non raro et ap. Thuc., sed qui videtur non una in signif. uti; nam cum dicit 5. Παρὰ γνώμην μὲν ἀποβαίνοντος σφίσι τοῦ πολέμου, non idem sonat παρὰ γνώμην hoc in loco, quod 1, (70.) Οἱ μὲν παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί. Nam παρὰ γνώμην ἀποβαίνειν dicitur bellum, quod non habet exitum ex animi sententia, s. cujus exitus est contra opinionem a nobis conceptam; at vero παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ, sunt qui periclitantur præter consilium etiam: i. e., etiam ultra id quod initum consilium suadet. Vel, (ut exposui in iis quæ ascripsi margini Interpretationis Vallæ,) Cum ad rem ventum est, etiam majora aliquando iis, quæ deliberarint, gerunt. Valla reddiderat, Majora hominum opinione pericula subeuntibus. Alicubi autem παρὰ γνώμην ap. eund. Scriptorem i. propemodum esse videtur q. ἀπροσδοκήτως. Sed ut revertar ad illud huic oppositum, κατὰ γνώμην, sciendum est, cum inseritur pronomen ἐμὴν, et dicitur κατ' ἐμὴν γνώμην, tunc id esse quod Latinis est Mea quidem sententia, Meo quidem judicio. Verum omissa interdum præp. dicitur ἐμὴν γνώμην, s. γνώμην ἐμήν: ut, Γνώμην ἐμὴν ἐξιέναι μέλλει, quod ex Aristoph. (Εἰρ. 232.) affertur. Dat. autem γνώμῃ cum jungitur particulæ μιᾷ, i. valet q. ἐκ μιᾶς γνώμης: et significat Uno consensu. Quidam interpr. etiam Una eademque sententia, ap. Isocr. At γνώμῃ sine adjectione, nonnunquam sonat, Consulto, De industria. Lysias, Ὅσοι δὲ τούτο γνώμῃ ἔπραξαν, οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιοί εἰσι.

Γνώμη, Decretum, Senatusconsultum, Bud. e Plut. Pertinet autem hæc signif. ad proxime præcedentem, qua usurpatur pro Sententia; atque adeo sub ea tanquam generaliori includi potest. Huc referri debet et illa interpr. loci Thuc. quam supra ex eo attuli: sc. Περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο, In suffragia ibant.

Γνώμη, Consilium, Prudentia, ut Idem interpr. afferens e Dem. Τοῦτο δὲ γνώμῃ χρησαμένων ἀνθρώπων ἐστί: (fuit quidem et supra reddita hæc vox nomine isto Consilium; sed in ea potius signif., qua dicitur Consilium est hoc facere:) at in VV. LL. γνώμῃ χρησαμένων ap. Dem. redditur Ratione utentium, cum alioqui in Iisd. afferatur ex Aristoph. Ἀ. (395.) εἰ γνώμην ἔχεις pro εἰ φρόνιμος εἶ καὶ συνετός: ibidem e Soph. pro Prudentem esse. Additur tamen expositio Græca non omnino alteri illi similis; nam οὐ γνώμαν ἔχεις ap. eum (El. 214.) exp. οὐ νοεῖς, οὐ γινώσκεις.

Γνώμη, Ingenium. Aristoph. (N. 477.) διακίνει τὸν νοῦν αὐτοῦ, καὶ τῆς γνώμης ἀποπειρῶ. Hoc enim exemplum affert Idem illius signif.

Γνώμη, Mens, Animus. Dem. in Philipp. Δεῖ γὰρ ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ ἐκπαραστῆναι. Lysias (20.) Ταῦτα πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, Hæc mentem subibant. Quemadmodum autem accus. γνώμην, significans Sententiam, s. Consilium, (i. e. quam vocamus vulgo Deliberationem,) jungitur verbo ἔχειν, ita etiam cum Mentem significat, s. Animum: ut γνώμην ἔχειν πρὸς τὴν εἰρήνην, Thuc. 5, (13.) quod nos diceremus Avoir le cœur à la paix; Esse animo ad pacem propenso, Inclinare ad pacem. Redditur etiam Spectare ad pacem, 3, (25.) Καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἧσσον εἶχον τὴν γνώμην, ὥστε ξυμβαίνειν: ubi Valla reddit, Minus ad Athenienses animo inclinabantur, ut cum eis convenirent. Dubito certe an reddi possit, Minus Atheniensibus mentem adhibebant, ut transigerent cum illis; vel, ut componerent. Affertur ex eod. Scriptore, Γνώμην εἶχον πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, pro Sentiebant cum Lacedæmoniis. (Huc pertinet et προσέχειν τὴν γνώμην: atque adeo possit in hujusmodi ll. videri ἔχειν simplex fungi officio compositi προσέχειν: nisi quod hoc dativum potius habet.) Sunt et alii duo usus præterea hujus accus. γνώμην cum verbo ἔχειν: duo, inquam, quorum exempla proferre possum: (fieri enim alioqui potest ut plures sint duobus.) Unus extat ap. Dem. pro Cor. Οὐχ ὡς ἂν εὔνους οὐδὲ δίκαιος πολίτης ἔσχε τὴν γνώμην, οὐδ' ἐδάκρυσεν, οὐδ' ἔπαθεν οὐδὲν τοιοῦτον τῇ ψυχῇ. Ubi reddendum censuerim, Non ita fuit affectus animo. Alter usus est ap. Isocr. Trapez. Πανταχόθεν δέ μοι τοσούτων κακῶν προσπεπτωκότων, τίν' οἴεσθέ με γνώμην ἔχειν; Qui locus mihi in memoriam aliquot Ovidii locos revocat, e quibus interpretandum illud loquendi genus lectori relinquam: Metam. 5. Quid mihi tunc animi miseræ fuit? anne quod agnæ, Si qua lupos audit circum stabula alta frementes? Idem in alio ejusd. Operis loco, Quid mihi tunc animi fuit? aut quid debuit esse? Et in quadam Epist. Quid mihi tunc animi credis, germane, fuisse? Nec vero dicit solum Quid animi, verum etiam Quem animum, (ubi ipsa quoque orationis forma Græcæ respondet, nam Quem animum est τίνα γνώμην: at Quid animi, q. d. τί γνώμης:) ita scribens, Quem mihi tunc animum dira in regione jacenti. Inter Sauromatas esse Getasque putas? Addam ex eod. illo Scriptore, nimirum Isocr., hunc eund. accus. cum eod. verbo, sed longe diversa signif. ob præp. περὶ, quæ ei adjungitur. Locus est in Symm. Τοιαύτην γνώμην ἔσχον περὶ ἡμᾶς, ad verbum, Hunc animum habuerunt erga nos: pro, Eo animo fuerunt in nos, sc. ita infenso, Adeo male animati in nos fuerunt: sive, erga nos. Apud Thuc. quoque γνώμη pro Animo plerisque in locis occurrit, nec non ap. alios. Sed ap. Herodian. aliquoties inveni γνώμην et ψυχὴν copulata: quod ap. alium invenire me non memini.

Γνώμη reddi Justitia, a Polit. ap. Herodian., testantur VV. LL. sed locum non afferunt: nec vero, etiamsi afferatur, ei possim hanc interpr. concedere.

Γνώμη, Dictum aliquod insigne, præsertim e genere eorum quæ ad nos instituendos conducunt. Lat. itidem Sententia. Ideo autem contra morem meum, hanc signif. sententiæ non tractavi supra una cum altera, quod multa derivata hinc manarint, quæ inter reliquas signiff. minime miscenda, (ne ipse veluti cursus tractationis interrumperetur,) sed potius ad calcem rejicienda existimavi. Ab Aphthonio γνώμη definitur, Λόγος ἐν ἀποφάνσεσι κεφαλαιώδης, ἐπί τι προτρέπων ἢ ἀποτρέπων. A Cornificio autem, (si hic est Auctor Rhetorices ad Herennium,) hoc modo, Oratio sumta de vita, quæ aut quid sit aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit. Denique et Fabius ita de hac voce, Sed consuetudo jam tenuit ut mente concepta, sensus vocaremus: lumina autem, præcipueque in clausulis posita, sententias. Paucis interjectis, Antiquissimæ sunt quæ proprie, quamvis omnibus idem sit nomen, sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appellant. Utrumque autem nomen ex eo acceperunt, quod similes sunt consiliis aut decretis. Reliqua ap. eum videnda tibi relinquo, 8, 5. Quid autem de præcedentibus illis definitionibus sentiam, docui in tractatu quodam, quem Comicorum Græcorum Sententiis præfixi: mihi illa mea definitio, licet extemporalis, non pœnitenda videtur. Dicebant autem veteres Scriptt. plerumque cum adjectione, γνώμας τῶν ποιητῶν. Isocr. ad Nic. Ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε καὶ τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας: additque, illos ἐπὶ ταύταις μάλιστα σπουδάσαι. Æschines itidem in Ctes. Διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν' ἄνδρες ὄντες αὐταῖς χρώμεθα, Ideo enim nos in pueritia sententias Poëtarum ediscere existimo, ut cum ad virilem ætatem pervenerimus, iis utamur. Quo e loco obiter et consuetudinem illius temporis discere possumus. Eum gen. non addidit Xen. in suo de Venatione libello, ubi in Sophistas invehitur, Ὅτι τὰ μὲν ῥήματα αὐτοῖς ἐζήτηται, γνῶμαι δὲ ὀρθῶς ἔχουσαι, αἷς ἂν παιδεύοιντο οἱ νεώτεροι ἐπ' ἀρετὴν, οὐδαμοῦ. Observanda sunt autem hæc verba, quæ addit, ὀρθῶς ἔχουσαι: quæ an ad restringendam hujus nominis signif., tanquam alioqui latius patentem, adjecta fuerint, dubium alicui fortassis videri possit. Sed ego mihi persuadeo, potius verba illa adjici tanquam perpetuum illarum epithetum, ut ita dicam. Plut. in Homero, γνώμας et παραινέσεις apophthegmatis similes esse scribit. " ‖ Suid. γνώμας exp. etiam δημη-" γορίας, in h. l." [Aristoph. N. 432.] " ἀπὸ τοῦ νῦν Ἐν τῷ δήμῳ " γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σύ. Forsan igitur Concionem " signif., qua sententiam suam aperit aliquis."

[" Γνώμη, Toup. Opusc. 1, 264. Valck. Diatr. 28. 57. Luzac. Exerc. 35. 37. Kuster. V. M. 118. Jacobs. Anth. 9, 242. Schneid. Anab. 63. Boiss. Philostr. 212. Lobeck. Aj. p. 227. 290. Phryn. Ecl. 182. Musgr. Suppl. 547. ad Charit. 681. Abresch. Æsch. 2, 76. Voss. Arist. 2. p. 3. Cattier. Gazoph. p. 22. Dictum aliquod insigne, Demetr. Phal. §. 9. Prudentia videtur esse, Xen. Mem. 1, 2, 10. Nota, Schneid. ad Aristot. H. A. 496. Apud librarios, Brunck. Aristoph. 1, 267. Sensu forensi, ad Lucian. 1, 482. Opp. σῶμα, Xen. K. Π. 40. Subaud., Brunck. Aristoph. 2, 12. Γνώμη, ῥώμη, Facii Exc. e Plut. p. 85. Γνώμη αἱρέει, ad Herod. 124. Ἐπὶ γνώμης εἶναι, Plut. 3, 4. Hutt. Οὐκ ἀπὸ γνώμης, Heyn. Hom. 4, 247. Οὐκ ἄνευ γνώμης, Marcell. de V. Thuc. p. 2. Ἀπὸ γνώμης, Abresch. Æsch. 2, 97. Diod. S. 2, 570. 571. 574. Γνώμῃ, Schneid. Anab. 132. Γνώμῃ κρατεῖν, Gronov. ad Justin. 2, 13. Ἐν γνώμῃ γίνεσθαί τινι, ad Herod. 453. (6, 37.) Γνώμην λάμβανειν παρά τινος, Phalar. p. 8. Γνώμην εἰδέναι τινὸς, Theogn. 60. Γνώμην γ' ἐμὴν, κατὰ τὴν ἐμὴν, subint. γνώμην, Toup. Opusc. 1, 70. Emendd. 1, 108. 4, 441. Koen. ad Greg. Cor. 11. Dawes. M. Cr. 302. 482. Γν. ἐμὴν, Brunck. Aristoph. 2, 241. Γνώμην νικᾷν, Toup. Opusc. 1, 320. Γνώμην ἔχειν, Schneid. Anab. 371. Ἔχειν γνώμην πρὸς —, ad Xen. Œc. p. 8. Ἐμπιπλάναι τὴν γν., ad Anab. p. 55. Ἀποφαίνεσθαι γνώμην, Plut. 2, 119. Cor. Γνώμην ποιεῖσθαι, ad Diod. S. 1, 412. Κατὰ γνώμην, Dionys. H. 2, 1226. Plur., Herod. 2, 15." Schæf. Mss.]

Ad derivata venio, derivata, inquam, a γνώμη signif. istam habente. Compos. NOMEN Γνωμολόγος, ὁ, sonat q. d. Sententiæ prolocutor vel Sententiarum. A quo est FEM. Γνωμολογία, ἡ, Sententiarum prolocutio, s. Sententiæ. Aut etiam, Sententia quam aliquis loquitur. Plut. Καὶ πολλὰ μεθηρμηνευμένα κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμασιν αὐτοῦ καὶ γνωμολογίαις τέτακται: Polit. Præc. Δέχεται δὲ ὁ πολιτικὸς λόγος δικανικοῦ μᾶλλον καὶ γνωμολογίας καὶ ἱστορίας καὶ μύθους καὶ μεταφοράς. Quidam annotant esse verbum Sophistarum Platoni in Phædro (319. Heind.) In VV. LL. Γνωμολογία redditur Dictio sententiæ, Collectio sententiarum, Dicendi acrimonia. Quarum signiff. exempla desidero. Apud Suid. quidem certe γνωμολογία de Libro dicitur γνώμας complectente; nam de Theognide inter alia scribit, Καὶ πρὸς Κύρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον γνωμολογίαν (ἔγραψε) δι' ἐλεγείων. Bud. vertit, Librum sententiis confertum et coagmentatum. Dixerat autem antea, γνώμας δι' ἐλεγείας: quo magis mirum est addi γνωμολογίαν. HINC Γνωμολογικὸς,

Gnomologiæ conveniens, Ad gnomologiam pertinens. Quoniam A autem *γνωμολογία* redditur interdum Sententia, sicut *γνώμη*, quidam *γνωμολογικὸς* interpr. Sententiosus. In Thuc. Vita legimus, Τὸ δὲ *γνωμολογικὸν αὐτοῦ, πάνυ ἐπαινετὸν*, ubi dicere possumus *τὸ γνωμολογικὸν* nihil aliud esse quam *αἱ γνωμολογίαι*: et hoc non aliud quam *γνῶμαι*. Nisi quis malit *τὸ γνωμολογικὸν* intelligere Rationem et methodum qua utitur in utendo *γνώμαις*, s. in adhibendis orationi *γνώμαις*. Apud Demetr. Phal. autem (§. 9.) *γνωμολογικὸν* est Conveniens gnomologiæ, Conveniens *γνώμαις* s. Sententiis: eod. modo quo *ἀποφθεγματικὸν*, Conveniens apophthegmatis, ubi scribit, Ἔστι *γὰρ καὶ ἀποφθεγματικὸν ἡ βραχύτης καὶ γνωμολογικόν*. [" Marcell. de V. Thuc. p. 8." Schæf. Mss.] ADV. Γνωμολογικῶς, Sententiose: Suid. *γνωμοτυπικῶς, γνωμολογικῶς*. [Schol. Soph. Antig. 67.] Addendum his et VERBUM Γνωμολογέω, Sententiam eloquor s. Sententias; vel, Sententias loquor, ut Terent. Utitur Plut. de Frat. Caritate, Ποῖος δ' ἂν ἦν ὁ Ἀτρεὺς *εἰ τοιαῦτα δειπνίσας τὸν ἀδελφὸν, ἐγνωμολόγει πρὸς τοὺς παῖδας*; Extat et ap. Athen. 10. Ἐν *τούτοις φαίνεται ἡ αὐτοῦ λαιμαργία, μετὰ τοῦ μηδὲ ἐν δέοντι τὰ περὶ τῆς γαστρὸς γνωμολογεῖν*, Sententiose loqui de ventre. Invenitur item ap. Diog. L. Epicharmo, Οὗτος *ὑπομνήματα κατέλιπεν, ἐν οἷς γνωμολογεῖ, φυσιολογεῖ, ἰατρολογεῖ*. [Jambl. V. P. 159.] " Γνωμολογητέον, Sententiis utendum est," [" Aristot. Rhet. ad Alex. c. 33." Kall. Mss.] A composito Γνωμολόγος transeo ad simplex NOMEN Γνωμικός: quod fortassis aliquis huic præfigi maluisset: nec ego quin hoc fiat valde re- B pugnarim. Est autem Γνωμικὸς, Pertinens ad *γνώμας*, i. e. Sententias, Conveniens sententiis, Sententiosus: veluti si dicam alicujus orationem esse *γνωμικήν*. In VV. LL. *γνωμικὴ περίοδος*, Sententiosa periodus, et arguta sententiis; sed absque Auctoris nomine. Donatus in illud Terentianum dictum, Andr. 3, 3. Amantium iræ, amoris redintegratio est, annotat, Sententia *γνωμική*, in qua a specie receditur, et in omnes aliquid dicitur: *παροιμία* est autem Sine auctore sententia. Hæc ille. Ab Eust. *τὸ γνωμικὸν* substantive usurpatur pro *γνώμη*: cum alibi, tum Comm. in Il. A. (80.) Κρείσσων *γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ*, ubi annotat primum hic esse *γνωμικὸν* ap. hunc Poëtam. Sed *γνωμικὸν* ab alia etiam nominis *γνώμη* signif. sumtum, usurpat Damascenus, cum *γνωμικὸν θέλημα* vocat *τὸ θελητὸν*, Quod constituimus, Propositum, quod *διαφέρει τοῦ φυσικοῦ θελήματος*. ["Heringa Obs. 244." Schæf. Mss. Tzetz. Ch. 7, 81.] Apud eund. Eust. legitur ADV. Γνωμικῶς, ubi scribit, Ὁ δὲ Νέστωρ, *εἰπὼν ὅτι μάλα μέντοι ἐγὼν ἐθέλοιμι καὶ αὐτὸς οὕτως εἶναι, ἐπάγει γν. τὸ*, Ἀλλ' *οὔπως ἅμα πάντα θεὸς ἔδωκεν ἀνθρώποισι*. Utitur et Plut. in Homero, Πάντων *ποιητῶν καὶ φιλοσόφων γν. τινὰ ἀποφαίνεσθαι ἐπιτηδευσάντων*. Utrobique *γνωμικῶς* reddi potest Sententiose. [Donat. in Ter. Eun. 4, 5, 4. " Athen. T. 2. p. 239." Dindorf. Mss. Γνωμικώτατα, Clem. Alex. Str. 5. p. 611.] Ceterum pro illo *γνωμολογῶ*, verbo composito, invenitur et simplex VERBUM Γνωματεύω, quo tamen an usi sint veteres, mihi dubium est: ap. illum quidem certe Gramm. ali- C quoties occurrit ut Comm. in lib. p. 388. Ἔνθα *καὶ γνωματεύει ὁ βασιλεὺς οὕτως*, Αἰεὶ *δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται*, Sententiam eloquitur s. loquitur, Sententiosum dictum profert. Apud Eund. habetur et hujus VERBALE Γνωμάτευμα, in illo ipso loco unde attuli paulo ante vocem *γνωμικόν*. Postquam enim dixit, Πρῶτόν *ἐστιν ὧδε γνωμικὸν παρὰ τῷ* Ποιητῇ, *καὶ κατὰ τὸν εἰπόντα ὑφεστηκυῖα γνώμη σοφὴ*, subjungit, Ἤγουν *γνωμάτευμα καθολικὸν περὶ βιωτικοῦ τινος πράγματος*. Ubi *γνωμάτευμα* nihil aliud est quam Dictum sententiosum: perinde ac si a *γνωμολογέω* formaretur *γνωμολόγημα*. Verum sciendum est, verbum hoc *γνωματεύω* aliam quoque signif. habere, sc. Dignosco, Judico, ut interpr. Bud. afferens e Philostr. V. A. 2. Πολλὰ *μὲν ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἑρμηνεύουσι, πολλὰ δ' ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται γνωματεύειν τε καὶ θεωρεῖν*. Invenitur etiam ap. Synes., nec non ap. Themist. At in VV. LL. *γνωματεύω* redditur Discerno, Consilium capio: sine ullo exemplo, aut Auctore. [" Timæi Lex. p. 72. et n., Toup. Opusc. 2, 126. 185. Valck. Diatr. 267. Brunck. Antig. 621." Schæf. Mss. Tzetz. Ch. 155. 989. Plato de Rep. 7. p. 436. * Γνωματευτέον, Eust. 131, 14. * Συγγνωματεύω, Themist. 235.]

[* Γνωμοδιώκτης, Cratinus in Scholio, Porson's Tracts p. 268. * Γνομοδότης, Gl. Consiliarius, Consiliator, Suasor. " Chrys. Serm. 72. T. 6. p. 733." Seager. Mss.] Γνωμοδοτέω, Sententiam s. Consilium do, *γνώμην δίδωμι*, Suid. [Cyrill. Alex. ad Jes. 45, 2. Μὴ *ὀκνήσητε γνωμοδοτῆσαι τῷ θεῷ*.] Γνωμολογέω, vide D in Γνώμη significante Sententiam, i. e. Sententiosum dictum. Γνωμοτύπος, q. d. Sententiarum excusor. Sic enim ad verbum reddi posse existimo, cum simile sit *τῷ χαλκοτύπος*, atque aliis hujus generis. Alioqui dixerim etiam Sententiarum fabricator. In VV. LL. redditur Sententiarum effictor. Invenitur ap. Aristoph. hoc vocab., eumque ejus inventorem fuisse arbitror, suo more ludere volentem, B. (877.) Διὸς *ἐννέα παρθένοι ἁγναὶ* Μοῦσαι, *λεπτολόγους* Ξυνετὰς *φρένας, αἳ καθορᾶτε* Ἀνδρῶν *γνωμοτύπων*. Ubi Schol. *γνωμοτύπων* esse vult *τῶν τὰς οἰκείας γνώμας διὰ τῶν λόγων τυπούντων*: vel, *τῶν τύπους αὐτὰς τοῖς ὕστερον καταλιμπανόντων*: vel, *τῶν ταῖς γνώμαις ἀλλήλους τυπτόντων*. Apud eund. Comicum N. (952.) legimus *γνωμοτύπους μερίμνας*, ubi scribit, Τοῖς *περιδεξίοισι λόγοισι, καὶ φροντίσι καὶ* Γνωμοτύποις *μερίμναις*, ubi quis *γνωμοτύπους* interpretari fortasse possit Cum consilio excusas s. fabricatas; vel Cum prudentia. VV. LL. interpr. Animo impressas cogitationes. [* Γνωμοτυπέω, Aristoph. Θ. 60.] " Γνωμοτυπία, *γνωμολογία ἀκριβὴς*, Hes. Affert et alia " quædam de hujus v. signif.; sed suspecta." HINC EST Γνωμοτυπικὸς, quod in Iisd. redditur Qui animo sententias imprimit, Facile formans sententias. Sed nullum exemplum, nullus auctor producitur. Videtur certe *γνωμοτυπικὸς* esse Qualis est *τῶν γνωμοτύπων*: ut si dicas *λόγοι γνωμοτυπικοὶ*, Sermones tales quales sunt *οἱ τῶν γνωμοτύπων*, Convenientes *ἀνδράσι γνωμοτύποις*, ut quidem vocat Aristoph. in loco quem modo protuli: [ap. quem extat et hæc vox *γνωμοτυπικὸς*, Ἱππ. 1379.] Apud A Suidam legitur ADV. Γνωμοτυπικῶς, et quidem expositum *γνωμολογικῶς*, de quo dictum fuit supra. [* " Γνωμοφθόρος, Animi s. Opinionum Sententiarumve corruptor, Georg. Alex. V. Chrys. 232." Seager. Mss.]

Ἀγνώμων, ονος, ὁ, ἡ, Mente s. Consilio s. Judicio carens, Stolidus, ap. Herod. (Vit. Hom. 21.) sicut *ἀγνωμοσύνη* Iisd. est Stoliditas. Apud Plut. Turn. interpr. Amens, de Def. Orac. Ἡ *μὲν οὖν ἀπειρία παντάπασιν ἀγνώμων καὶ ἄλογος, καὶ μηδαμῇ προσιεμένη θεὸν*, Quo fit ut infinitas modis omnibus amens sit, et inconsiderata. Hes. *ἀγνώμονας* inter cetera significare vult *ἀβούλους*, i. e. Consilii expertes, et *ἀναισθήτους*, i. e. Sensu carentes. Quo usurpavit modo Æschines c. Ctes., ligna, lapides, ferrum, appellans muta et *ἀγνώμονα*. Ut autem *ἀναίσθητος* etiam de homine dicitur, Stolidum et Stupidum significans, ita et *ἀγνώμων* ap. Herod., uti dixi. Aliquando *ἀγνώμων* dicitur Imperitus rerum: in qua signif. opp. ei *πολυγνώμων* ap. Plat. Symp. Πολυγνώμονες *εἶναι δόξουσιν, ἀγνώμονες ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος ὄντες*. Demosth. autem *ἀγνώμονα* et *ἄτοπον* copulavit, (143.) J. Poll. *τῷ ἀνεπιστήμονι*, i. e. Imperito, proximum synonymum addit *ἀγνώμων*. ‖ Improbus, Iniquus: *κριτὴς*, Iniquus judex, (Ἀπ. 2, 8, 5.) Ἀγνώμονι *κριτῇ περιτυχεῖν*. Dicitur autem hac in signif. non solum de persona, sed etiam de re: unde *ἀγνώμονα ποιεῖν*, cui opp. *εὐγνώμονα ποιεῖν*, ap. Athen. Ceterum non absque ratione, meo quidem judicio, *ἀγνώμων*, cum proprie et juxta suum etymum, Mentis s. Judicii expertem hominem imperitumque B significet, pro Improbo et Iniquo etiam capitur: quia vere dixit ille ap. Comicum, Homine imperito nunquam quicquam injustius. Idem Xen. *ἀγνώμων* cum *ὠμὸς*, Crudelis, conjungit, K. Π. 4, (5, 5.) Λέγεται *ὠμὸς εἶναι καὶ ἀγνώμων*. Huic autem signif. vicina est illa, qua pro *ἀσύγγνωστος* ponitur, i. e. *ἀσυγγνώμων*, Qui veniam non dat, et per consequens Inclemens: sic autem exp. in loco Soph. quem mox proferam. Idem Xen. *ἀχαριστότερα* et *ἀγνωμονέστερα* copulat, de animalibus loquens, K. Π. 8, (3, 19.) significat autem *ἀχάριστος* Ingratum, i. e. Beneficii immemorem. ‖ Non agnoscens debitum, Inficians debitum, Inficiator debiti, J. Poll.: vide Ἀγνωμονεῖν. ‖ Qui est ejusd. sententiæ. Nam *ἀγνώμονες* ab Hes. exp. etiam *σύμψηφοι*. Tunc autem α intellexit, ut opinor, denotare *ὁμοῦ*: ut *ἀγνώμων* i. valeat q. *ὁμογνώμων*. Idem plane oppositam dat huic voci signif., *ἀγνώμονες* exponens *ἐναντιογνώμονες*, i. e. Contrariam sententiam habentes. Quæ explicatio habetur et ap. Suid., qui eam tribuit huic Soph. loco, Œd. C. (86.) Φοίβῳ *τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες*. Sed et altera exp. conjungitur et ab illo, et ab Hes., et ab ipso Soph. Schol.: ea est *ἀσύγγνωστοι*: quod vocab. modo exposui. Quomodo autem *ἀγνώμονες* exponendo *ἐναντιογνώμονες*, possit α significare *ἐναντίον*, alii viderint: mihi certe violenta videtur hujusmodi explicatio. ‖ Ἀγνώμων, a *γνώμων*, (quæ vox inter cetera Dentem ætatis indicem in equis significat,) præfixo α privativo: unde *ἀγνώμονες* equi dicuntur s. *λειπογνώμονες*, Qui dentes amiserunt ætatis indices, et per consequens Annosi. C J. Poll. Suid. Vide Γνώμων. [" T. H. in Raphel. Ann. p. 80. P. Abresch. Paraphr. 312. ad Phalar. 203. 250. Thom. M. 380. Musgr. Heracl. 981. Wakef. Trach. 473. 1266. ad Diod. S. 1, 558. 2, 575. Plato Phædro 342. Palladas 46. et Jacobs." Schæf. Mss. " Ἀγνώμονες *τῶν δικαίων*, i. q. *μὴ γιγνώσκοντες τὰ δίκαια*, Plato Epinom. p. 989." Corai. Mss.]

Ἄγνωμος, ὁ, ἡ, i. q. *ἀγνώμων*. Usurpatur præsertim in genere neutro, et substantive, pro Res iniqua et injusta. Lucian. (2, 828.) Ἄγνωμον *γὰρ ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐμὴν μάχαιραν ἀκονᾷν*. Sic *τὸ ἄγνωμον ποιήσεις*, Rem iniquam facies, Præter æquum et bonum facies. Nonnunquam *ἄγνωμόν ἐστι* dicitur pro Stultum est. Sic et Hes. *ἄγνωμον* exp. *ἀνόητον, ἀλόγιστον*. [" Thom. M. 880." Schæf. Mss.]

Ἀγνωμόνως, Sine consilio s. judicio, Stulte, *ἀνοήτως*, Hes. et Suid. Sed hic exp. etiam *ἀχαρίστως*, i. e. Ingrate. Pro Stulte usurpat Dem. (25.) Εἶτα *οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε, ὦ ἄνδρες* Ἀθηναῖοι, *ὥστε κ. τ. λ.* Sic Xen. Ἑλλ. 6, (3, 6.) Διὰ *τὰ ἀγνωμόνως πραχθέντα*. Aliquando etiam Inique sonat: unde *ἀγνωμονέστερον*, Iniquius: ut, Ἀγνωμονέστερον *αὐτῷ προσφέρομαι*, Iniquius erga eum me gero, Minus æquus sum erga illum. ‖ Ἀγνωμόνως, Non agnoscendo debitum, Inficiando debitum, J. Poll.: vide Ἀγνωμονεῖν. [" Ad Herod. 187. ad Phalar. 263. 300." Schæf. Mss.]

Ἀγνωμοσύνη, ἡ, q. d. Consilii carentia. Pro quo dici fortasse possit Mens consilii expers, ex Horat. A Bud. redditur Stoliditas, D in isto Herod. loco, 4, (93.) p. 159. meæ Ed. Οἱ δὲ Γέται, *πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι, αὐτίκα ἐδουλώθησαν*. Item pro *ἀνεπιστημοσύνη*, i. e. Imperitia, ut vult J. Poll.: sicut eum *τῷ ἀνεπιστήμονι* proximum synonymum addere *ἀγνώμων* dictum est. ‖ Improbitas, Iniquitas. Dem. (311.) Πολλαχόθεν *μὲν τοίνυν ἄν τις ἴδοι τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτοῦ καὶ τὴν βασκανίαν, οὐχ ἥκιστα*, Improbitatem, Bud. Apud Eund. ibid. Τύχης *ἀγνωμοσύνη*, Fortunæ iniquitas. ‖ Ἀγνωμοσύνη, mihi videtur aliquando poni pro Ipso facto quod *ἐξ ἀγνωμοσύνης* provenit, ut sit Factum improbum et iniquum aut stultum, Quod stulte, sine ratione et judicio fit. Aristid. Panath. Προσθέντος *δὲ ἑτέραν ἀγνωμοσύνην ἔτι μείζονα*. Unde et *ἀγνωμοσύναι* plurali numero ap. Plut. Pericle (2.) *ἀγνωμόνως* facta, cum dicit, Δύνασθαι *φέρειν δήμων καὶ συναρχόντων ἀγνωμοσύνας*, ubi fortasse Indignitates pati, vertere possimus e Liv.; nam Indignitates pati, sonat ap. eum, ut opinor, Indigne facta. Latinis autem indigne facta dicuntur nonnunquam, Præter jus et æquum, seu, Improbe et inique facta. ‖ Inficiatio debiti, J. Poll.: vide paulo post in ultima signif. verbi Ἀγνωμονέω. [" Ad Herod. 187. 323. Wakef. Trach. 1266. Ion. 1119. Musgr. 1100. Ingratitudo, Plut. Mor. 1, 291." Schæf. Mss. Lucian. de Merc. Cond. 485.]

Ἀγνωμονέω, Ignoranter et imperite ago, Imperite versor in re aliqua, J. Poll. ‖ Ἀγνωμονεῖν, Inique et improbe agere, Bud. citans h. Plut. l. in Camillo 28.) Τῶν *δὲ* Κελτῶν *περὶ τὸν σταθμὸν ἀγνωμονούντων*. ‖ Ἀγνωμονεῖν significat et am *ἀχαριστεῖν*, inquit Bud.; sed exemplum nullum proferens. Videntur autem

exempla hujus signif. ap. Dem. esse: pro Cor. Περὶ ὧν ἠγνωμονήκεσαν ἐς ἡμᾶς. Hic cum præp. εἰς: at cum πρὸς in alio ejusd. Orationis loco, Ἡνίκα οὐδ' ἀγνωμονῆσαί τι θαυμαστὸν ἦν τοὺς πολλοὺς πρὸς ἐμέ. His enim in locis nullam aptiorem quam τοῦ ἀχαριστεῖν signif. reperio. || Ἀγνωμονεῖν habet et aliam signif., quam Bud. annotat in Comm.; ait enim εὐγνωμονεῖν esse Fidem bonam agnoscere, Esse bonæ fidei: de debitore sc. dictum: contra Ἀγνωμονεῖν esse inficiatoris, quod et ἀπομνύναι dicitur et ἀποστερεῖν. Liban. Οὐδὲ γὰρ ἂν τοῦτο ὁμολογῶν ἠγνωμόνει πρὸς τὴν ἔκτισιν. Hæc ille. Notandum est autem hic ap. Liban., ἀγνωμονεῖν absolute non poni, ut illic ap. Plut. εὐγνωμονεῖν. Nec ἀγνωμονεῖν Inficiari debitum significare per se, sed cum adjuncto πρὸς τὴν ἔκτισιν: ut hoc totum, Ἀγνωμονεῖν πρὸς τὴν ἔκτισιν, sit Non agnoscere debitum; ad verbum, Inique agere circa solutionem. Videtur tamen J. Poll. intellexisse ἀγνωμονεῖν per se id significare: qui ἀγνωμονῆσαι, ἀποστερῆσαι, item ἀποστέρησις, ἀγνωμοσύνη conjungit, eand. signif. tribuens nomini ἀγνώμων, et adverbio ἀγνωμόνως. Vide ἀγνωμονεῖν et ἀγνωμονεῖσθαι in signif. hinc accepta, in Const. Nov. Justin. p. 65. meæ Ed. PASS. Ἀγνωμονοῦμαι, Iniqua patior, interpr. Bud. ap. Plut. Anton. (24.) Ἰσχυρὰ μετάνοια καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐξομολόγησις τοὺς ἀγνωμονηθέντας. Significare dicit et ἀχαριστοῦμαι. [" P. Abresch. Paraphr. 312. Valck. Diatr. 248. Diod. S. 2, 643." Schæf. Mss. " Plut. Alcib. 19. Ἐὰν δέ τις ἀγνωμονῇ περὶ τοῦτον." Corai. Mss.]

[* Ἀμφιγνώμων, unde * Ἀμφιγνωμονέω, Bas. Cæs. Schol. Greg. Naz. in Notit. Mss. T. 11. P. 2. p. 136. * Ἀμφίγνωμος, Schol. Clark. ad Plat. Gorg.]

Ἀντιγνώμων, Qui contrariæ est sententiæ s. opinionis. Unde VERB. Ἀντιγνωμονέω, Contrariæ sum sententiæ, Contraria sentio, Dissentio, Refragor, ap. Xen. (Κ. Π. 4, 3, 3.) Illud autem nomen Ἀντιγνώμων nullius auctoritate confirmatur. Ex Hes. addere ei possumus SYNON. Ἐναντιογνώμων. Is enim Ἀγνώμονες exp. ἄβουλοι, item ἀσύγγνωστοι, et ἐναντιογνώμονες. Cui opp. ap. Eund. σύμψηφοι, ibid.; addit enim, ἀναίσθητοι, σύμψηφοι. [Suid. v. Παλίμβολος. * Ἐναντιογνωμονέω, Theophanes Homil. 16. p. 93. Par. * " Ἐναντιγνώμων, Toup. Opusc. 1, 316." Schæf. Mss.]

Ἀπογνώμων, vide post Γνώμων, ubi et Λειπογνώμων. Dictum autem fuit et Ἀγνώμων pro illo Ἀπογνώμων.

Αὐτογνώμων, q. d. Qui suæ est sententiæ, i. e. Qui suam duntaxat sententiam sequitur. Bud. αὐτογνώμων vertit, Qui e sui animi sententia judicat, vel e sua conscientia. Affertque ex Aristot. Polit. 2. Ἔτι δὲ καὶ τῶν κρίσεων εἰσὶ μεγάλων κύριοι οἱ τύχοντες· διόπερ οὐκ αὐτογνώμονας βέλτιον κρίνειν, ἀλλὰ κατὰ τὰ γράμματα καὶ τοὺς νόμους. Sed cum hic addatur verbum κρίνειν, dicere non possumus αὐτογνώμονας per se significare, Qui e sui animi sententia judicant. Ego αὐτογνώμονας κρίνειν satis apte reddi posse existimem, In judicando sententiam suam sequi, s. In ferendo judicio; vel, In judicando e sua duntaxat opinione pendere; vel, E sua unius sententia judicium ferre. Subjungit autem ex eod. lib. Καὶ τὸ μὴ κατὰ γράμματα ἄρχειν, ἀλλ' αὐτογνώμονας, ἐπισφαλές. Cui loco una e præcedentibus interprr. accommodari queat, aut certe ad exemplum alicujus earum excogitari. [" Dionys. H. 2, 1025." Schæf. Mss. Const. Manass. Chron. p. 132. * Αὐτογνωμόνως, Plut. Demetrio 6. p. 11. * Αὐτογνωμοσύνη, Zonar. v. Μονοτονίας p. 1371.] Αὐτογνωμονέω, Bud. interpr. E mei animi sensu et meo arbitratu, non de consilii sententia, facio, vel indico et decerno, αὐτοβούλως διαγινώσκω. Xen. Ἑλλ. 7, (3, 6.) in Thebanorum oratione, Οὗτοι δὲ τοσοῦτον πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβλήκασι τόλμῃ τε καὶ μιαρίᾳ, ὥστε παρ' αὐτάς τε τὰς ἀρχὰς καὶ παρ' ἑαυτοὺς ὑμᾶς τοὺς κυρίους οὕστινας δεῖ ἀποθνήσκειν καὶ οὕστινας μή, αὐτογνωμονήσαντες ἀπέκτειναν τὸν ἄνδρα. [* Αὐτόγνωμος, unde adv. * Αὐτογώμως, Theophyl. 2, 626.]

" Βαθυγνώμων, Qui consilia sua alto pectore abstrusa habet, " ut ap. Suid. Βαθυγνώμων ἄνθρωπος καὶ κρυψίνους: de Rufino." [* Βαθυγνωμοσύνη, Theophyl. 3, 685. * Βαρβαρογνώμων, Theod. Prodr. Ep. f. 97. * " Βραδυγνώμων, Adamant. 425." Wakef. Mss. * Βραχυγνώμων, Xen. Hipp. 4, 18.]

" Δίγνωμος, Qui duplicis s. dubiæ est sententiæ, Anceps: ut " δίγνωμος λόγος. Si de homine etiam dicatur, significabit ὁ " ἐπαμφοτερίζων τῇ γνώμῃ, Cui nondum stat sententia, sed alternat." [Diogenian. 4, 31. Paraphr. Eur. Or. 881. Bekk. Anecd. 378.]

Διχογνώμων, Cujus diversa est sententia, Cujus sententia dissidet ab alius sententia. In VV. LL. redditur, Ancipiti tractus sententia. [" Plut. Mor. 1, 39." Schæf. Mss. * Διχογνωμόνως, J. Poll. 8, 154.] Διχογνωμονέω, Dissentio, Dissideo. Bud. e Xen. (Ἀπ. 2, 6, 21.) Καὶ διχογνωμονοῦντες ἐναντιοῦνται. Illa autem interpr. (sequendo interpretationem quam dant nomini Διχογνώμων,) Duplici sententia distrahor, Dissentio animo. " Διχογνωμέω, i. q. διγνωμέω s. διχογνωμονέω, tanquam e διχόγνωμος, idem significante quod δίγνωμος s. διχογνώμων. Sed " nulla horum afferuntur exempla." [Διχόγνωμος habet Schol. Eur. Or. 881. * Διχογνωμέω, J. Poll. 2, 229. Lobeck. Phryn. 382. Schol. Il. B. 13.]

" Ἑτερογνώμων, Qui alterius s. diversæ est sententiæ, Diversa " sentiens," [Gl. Dissensor.] " UNDE Ἑτερογνωμοσύνη, ἡ, Diversa sententia. Joseph. Εἰ δέ τις ἄλλως δοξάζειν βούλεται περὶ " αὐτῶν, ἀνέγκλητον ἐχέτω τὴν ἑτερογνωμοσύνην, i. e. τὸ ἄλλως " δοξάζειν, Aliter sentire: τὸ ἑτεροδοξεῖν, τὴν ἑτεροδοξίαν." [* Ἑτερογνωμονέω, Phot. Bibl. 463.]

Εὐγνώμων, Æquus et bonus vir, Vir proba mente præditus. Est enim εὐγνώμων, inquit Æschines, ὁ τὰ βέλτιστα προαιρούμενος. Hæc Bud., qui etiam subjungit ex Aristot. Eth. 6, (11.) Καὶ ἡ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας, καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστὶ κρίσις ὀρθή· σημεῖον δέ· τὸν γὰρ ἐπιεικῆ, φαμὲν εἶναι συγγνωμονικόν· καὶ ἐπιεικές, τὸ ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην. Quo in loco unus e recentioribus Interprr. vertit εὐγνώμονας, In sententia dicenda moderatos; alter, Bene sentientes. (Atque ut obiter et NOMINIS Γνώμη usus hic quoque observetur, pro ἔχειν γνώμην hic habet Sententia præditi; ille, Sententia dicenda valere:) at vero nomini ἐπιεικὴς eam interpr. dat unus, quam Bud. voci εὐγνώμων: itidem enim reddit Æquum et bonum virum. Prior autem ille Interpres vertit Virum bonum et moderatum. Ego quidem certe alicubi cum Bud. verterem εὐγνώμων Æquus et bonus vir: (quamvis et alia interpr. posse afferri videatur, paulo aptior, de qua mox dicam:) sed hoc in loco videtur ista interpr. reservanda fuisse nomini ἐπιεικὴς, præsertim cum vocem illam εὐγνώμων examinet Aristoteles subtilius, et ad ipsum etymum revocet. Cui tamen in eo minime assentior, quod e nominibus συγγνώμη et συγγνωμονικὸς probare vult quæ dicit, Neque enim eadem est illius, quæ horum ratio: cum hæc verbi συγγινώσκω naturam, ut ita dicam, accipiant, ceu verbalia. Sed hoc more suo facit Aristot. ut in examinanda vi vocabulorum Grammaticam analogiam parum curet. Verum ut hoc sermone omisso, tandem et meam de interpretatione nominis εὐγνώμων sententiam proferam, existimo εὐγνώμων melius posse reddi Æquus rerum æstimator, Qui ex æquo et bono res æstimat. Ita enim interpretando habeo nominis etiam γνώμη hoc composito inclusi rationem: et quidem signif. ei tribuendo illam quam et Aristoteles, cum κρίσιν ὀρθὴν esse dicit. Sed a Bud. in Lex. εὐγνώμων redditur etiam Qui fidem bonam agnoscit, item Candidus: quod tamen aliis potius vocibus Græcis exprimi puto. Xen. τοὺς εὐγνώμονας opposuisse videtur τοῖς φιλαιτίοις, cum scripsit, (Ἀπ. 2, 8, 6.) Χρὴ πειρᾶσθαι τούς τε φιλαιτίους φεύγειν καὶ τοὺς εὐγνώμονας διώκειν. In VV. LL. e Plut. Numa (2.) Εὐγνώμων λόγος, Haud absurda ratio. Ceterum non tantum de persona dicitur εὐγνώμων, verum etiam de re. Athen. 12. Ὁ δὲ Ἄνυτος πάνυ ἐλευθερίως καὶ ἐρωτικῶς, λεγόντων τινῶν ὡς ἀγνώμονα εἴη πεποιηκὼς ὁ Ἀλκιβιάδης, Οὐ μὰ Δί', ἔφη, ἀλλ' εὐγνώμονα· ἔχων ἐξουσίαν ἅπαντα λαβεῖν, τὰ ἡμίση κατέλιπεν: (ubi videri possit deesse particula γὰρ post ἔχων: nisi quis malit καὶ γὰρ ἔχων κ. τ. λ. Quin etiam articulus ὃς commode præfigeretur participio ἔχων.) Quod si ἀγνώμονα hic reddas Iniqua s. Rem iniquam, necesse fuerit εὐγνώμονα vicissim interpretari Æqua s. Rem æquam. Sed quomodo dicitur æquum facere, qui aufert quæ sua non sunt, etiamsi dimidiam duntaxat partem auferat eorum quæ auferre potuit? In nostro autem sermone Gallico vocem habemus exprimendæ significationi hujus vocis valde accommodatam, sc. Raison: qua utrobique aptissime uti possumus. Eodem enim modo si quis de quopiam querens quod abstulerit quæ sua non essent, dicat, ἀγνώμονα πεποίηκε, Il a fait contre droit et raison, respondebitur contra, ab eo qui jocari volet, Mais au contraire il s'est mis à raison: car ayant la puissance de prendre tout, il n'a pris que la moitié. Hoc autem loquendi genus Se mettre à raison, est potius Ex æquo et bono agere, quam Æqua agere. [" Valck. Diatr. 188. ad Herod. 187. T. H. in Raphel. Ann. p. 80. ad Phalar. 250. (300.) Thom. M. 380. ad Diod. S. 1, 558. Jacobs. Anth. 11, 79. Æquus, Lucian. 1, 238. Τὰ εὐγνώμονα, Reisk. ad Dionys. H. 3, 1949." Schæf. Mss. * Μεγαλοευγνώμων, Const. Manass. Chron. p. 97.] Εὐγνωμόνως, Ita ut æquus rerum sis æstimator, æquum et bonum virum te præbeas, ex æquo et bono agas. Has enim periphrases ad bene exprimendam vim hujus adverbii necessarias esse puto. Redditur alioqui et aliis modis. Nam Bud. bona fide aliquid facere, ait esse εὐγνωμόνως πράττειν καὶ ἐπιεικῶς. Idemque in Lex. εὐγνωμονέστερον vertit Modestius: in isto Luciani loco, (2, 72.) Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν εἶχον ἀληθὲς ἱστορεῖν, ἐπὶ τὸ ψεῦδος ἐτραπόμην, πολλῷ τῶν ἄλλων εὐγνωμονέστερον· κἂν ἓν γάρ τι ἀληθεύων λέγω, ὅτι ψεύδομαι: Multo modestius quam alii; nam hoc saltem vere dico, quod mentior. Is certe εὐγνωμονέστερον quam alii facit aliquid, qui se déraisonne moins: (sicut paulo ante ostendi vocabulum Raison interpretationi nominis εὐγνώμων optime convenire.) At Modestius non video quomodo exprimendæ huic rei aptum esse possit; censeremque potius eum εὐγνωμονέστερον facere aliquid a Græcis dici, quem Lat. dicerent majorem rationem habere ejus quod jus et æquum postulat. Atque hæc a me lector habeat, dum meliora aut a meipso aut ab alio proferantur. Aliam ap. Lucian. signif. habet istud adv., ubi dicit φέρειν εὐγνωμόνως. Tale enim esse videtur quale Lat. Æquo animo ferre. Locus est in Dialogo Alex. Annib. et Scipionis (§. 3.) Καὶ ἰδιώτην ἐμαυτὸν παρέσχον, καὶ καταδικασθεὶς ἤνεγκα εὐγν. τὸ πρᾶγμα. Dicam autem de hac signif. et in verbo Εὐγνωμονεῖν. [" Ad Phalar. 203. Luzac. Exerc. 143. Diod. S. 2, 324." Schæf. Mss. Eur. Fr. Phryxi 5. p. 467.] Nunc de NOMINE Εὐγνωμοσύνη: quod est Æquitas animi et probitas, Bona mens; Virtus ea quæ beneficium et fidem bonam agnoscit, Bud. Quidam interpr. etiam Æquanimitas, et Candor. Æschin. [78. " Valck. Diatr. 188. ad Herod. 187. ad Diod. S. 1, 558. Jacobs. Anth. 11, 77." Schæf. Mss.] At VERB. Εὐγνωμονέω Bud. interpr. Fidem bonam agnosco, ap. Plut. (6, 441.) Οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται, (καθάπερ εἰώθαμεν λέγειν πολλάκις,) ἀπαιτούμενοι τὰ θέματα, δυσχεραίνουσιν ἐπὶ τῇ ἀποδόσει, ἐάν περ εὐγνωμονῶσι, Siquidem fidem bonam agnoscant, Si sint bonæ fidei debitores. (Ego εὐγνωμονεῖν esse puto aut idem aut proximum ei quod Lat. dicunt Ex æqu oet bono agere, licet in illo Plut. loco interpr. illam non improbem. Invenitur autem ap. eund. Scriptorem (8, 278.) Οὐδὲ γὰρ ἰατρὸν ἄνευ σιδήρου καὶ πυρὸς ὑπισχνούμενον τὸ νόσημα παύσειν, εὐγνωμονοίης ἄν, οἶμαι, τέμνειν ἢ ἀποκαίειν βιαζόμενος, ubi οὐδὲ γὰρ εὐγνωμονοίης putem reddi posse, Haud æquum facias, sc. faceres; aut etiam, Rem minime rationi consentaneam. Sensus enim hic est illius loci, Neque enim æquum faceres, opinor, si medicum, qui absque ferro et igni sanaturum se morbum polliceretur, secare aut urere cogeres.) Bud. interpr. etiam Æquo animo esse, nec non Tolerare; sed exemplum nullum affert. Posset alioque referri hæc signif. ad illud εὐγνωμόνως φέρειν, de quo paulo aute dictum est; aut certe illud huc referri. [" Ad Diod. S. 1, 558." Schæf. Mss. * Συνευγνωμονέω, Athan. 1, 110.]

Εὔγνωμον autem in neutro genere, (sicut ἄγνωμον habuisti supra,) Plut. de Def. Orac. Ἀλλ' ἴσως τὸ λέγειν πρὸς μὴ παρόν-

τας, οὐκ εὔγνωμον φαίνεται: quæ Turn. vertit, Sed in absentes declamare, animi fortasse non ingenui nec æqui esse videatur.

[* Εὔγνωμος, unde adv. * "Εὐγνώμως, Non absurde, Orig. c. Cels. 1. p. 5." Seager. Mss.]

Ἰδιογνώμων, Qui sibi propriam et peculiarem sententiam habet. Bud. cum de hoc comp. nihil aliud dixisset, quam esse fere i. q. αὐτογνώμων, aliquanto post ap. Aristot. ἰδιογνώμονες vertit, Qui e suo arbitratu privatoque sensu statuunt. Locus autem est hic, Eth. 7, 9. Εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες, οἱ ἰδιογνώμονες, καὶ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἄγροικοι. Ubi ἰδιογνώμονες unus e recentioribus Interprr. vertit, Qui præcipuas quasdam sibi sententias in animum induxerunt; alter, Qui suas quasdam habent sibi opiniones ac sententias. Quæ interpr. magis mihi placet quam altera, propter vocem præcipuas; quippe quæ nominis illius signif. restringere videatur. Vide comp. Ἰσχυρογνώμων. [" Ruhnk. ad H. in Cer. 200." Schæf. Mss. * Ἰδιογνωμονέω, Dio Cass. 291. * Ἰδιόγνωμος, unde * Ἰδιογνωμέω, 227. Lobeck. Phryn. 382.]

[* Ἰσογνώμων, Ejusdem voluntatis, Unanimis, Cyrill. Alex. in Jo. 238. 811. * Ἰσόγνωμος, unde * Ἰσογνωμέω, 131. Lobeck. Phryn. 382.]

Ἰσχυρογνώμων, Obfirmatus in sua sententia, s. Pertinax. Bud. tamen Propositum dicere maluit quam Sententiam: interpretans, Pervicax, tenaxque propositi. Sed in loco Aristot. ἰσχυρογνώμονες reddit simpliciter Pervicaces. Quidam interpr. Pertinaces. Dixerat autem Aristot. paulo ante locum in Ἰδιογνώμων allatum, Εἰσὶ δέ τινες οἱ ἐμμενετικοὶ τῇ δόξῃ· εἰσὶ δ' οὓς καλοῦσιν ἰσχυρογνώμονας, οἷον δύσπειστοι καὶ οὐκ εὐμετάπειστοι. Hinc est Ἰσχυρογνωμοσύνη, Pertinacia s. Pervicacia in sua sententia. A Bud. redditur Propositum tenax et validum; nam hæc Josephi, Παρέχεται δὲ καὶ τεκμήρια τῆς τῶν Ἰουδαίων ἰσχυρογνωμοσύνης τῆς περὶ τὸν νόμον Ἑκαταῖος, vertit, Propositi tenacis et validi circa legem observandam. [* "Ἰσχυρογνωμονέω, Planud. Dial. Ms. de Grammatica." Boiss. Mss.]

[* "Κακογνώμων, Judicii expers, Suid. v. Ἀντωνῖνος." Schleusn. Mss. " Lobeck. Aj. p. 386." Schæf. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 45. 69." Boiss. Mss.: Iren. 234. Dio Cass. 1296. Schleusn. Lex. V. T. * Κακογνωμοσύνη, Schol. Soph. Antig. 370. Æsop. Fab. 226. * Κακογνωμονέω, Nicet. Ann. 10, 8. Const. Manass. Chron. p. 104. Bekk. Anecd. 334.]

Λεπτογνώμων, Cujus subtilis est sententia. In VV. LL. Subtilis, Acer, Argutus. Puto extare hoc comp. ap. Aristoph. [Lucian. 692.]

Μαλακογνώμων, Qui molli est mente s. animo, i. e. miti, Æsch. Pr. (188.) si bene memini.

Μεγαλογνώμων, Qui magno est animo, animo s. mente res magnas concipit. Redditur etiam Qui est animo excelso. In VV. LL. e Xen. in fine Œcon. affertur μεγαλογνώμονες ἄρχοντες, de iis qui ingeniosi et prudentes sunt. Sed non satis attente considerata fuerunt illius verba, qui cum dixisset, Ἀλλ' οἳ ἂν (ἄρχοντες) δύνωνται ἐμποιῆσαι τοῖς στρατιώταις ἀκολουθητέον εἶναι καὶ διὰ πυρὸς καὶ διὰ παντὸς κινδύνου, τούτους δὴ δικαίως ἄν τις καλοίη μεγαλογνώμονας, subjunxit, paucis interjectis, Καὶ μέγας τῷ ὄντι οὗτος ἀνὴρ ὃς ἂν μεγάλα δύνηται γνώμῃ διαπράξασθαι μᾶλλον ἢ ῥώμῃ. Nam hic μέγας ponitur pro illo μεγαλογνώμων: ad vitandam enim hujus compositi μεγαλογνώμων repetitionem, hoc simplici utitur. Id autem ex eo apparet, quod dicat μεγάλα τῇ γνώμῃ διαπράξασθαι. Nisi forte quis dicere malit, quem μεγαλογνώμονα vocasset, voluisse vocare absolute μέγαν, perinde ac si diceret, eum demum esse μέγαν qui esset μεγαλογνώμων. Verum utrolibet modo se res habeat, μεγαλογνώμονα non poterimus dicere vocari ab illo Eum simpliciter qui sit ingeniosus et prudens, sed Qui ingenio suo s. prudentia ad res magnas gerendas utatur: si tamen γνώμην ita hic interpretari debemus. || Qui grandibus sententiis utitur, ut quidem interpr. Bud., afferens Philostrati locum in Epist. ad Juliam Augustam, (hæc enim reponenda pro Julium Augustum,) ubi de Gorgia loquens, scribit, Κριτίας δὲ καὶ Θουκυδίδης οὐκ ἀγνοοῦνται τὸ μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὀφρὺν παρ' αὐτοῦ κεκτημένοι· μεταποιοῦντες δὲ αὐτὸ εἰς τὸ οἰκεῖον, ὁ μὲν, ὑπ' εὐγλωττίας, ὁ δ' αὖ, ὑπὸ ῥώμης. Verum hoc exemplum non usquequaque convenit, cum non dicatur hic a Philostr. aliquis μεγαλογνώμων, sed substantive τὸ μεγαλόγνωμον, pro ἡ μεγαλογνωμοσύνη, i. e. Granditas sententiarum, ut Cic. dixit Granditatem verborum. Observandus est porro iste usus nominis γνώμη in hoc comp., qui haud facile in aliis reperiatur. [* Μεγαλογνωμόνως, J. Poll. 328.] Μεγαλογνωμοσύνη, ἡ, Magnitudo animi, Magnus animus. Aut certe, Animus magna cogitans, s. gerendis rebus magnis deditus: respiciendo ad ea quæ Xen. de voce μεγαλογνώμων tradit. Alioqui eadem prorsus interpr. videri possit huic nomini μεγαλογνωμοσύνη convenire quæ et τῷ μεγαλόνοια: sicut τῷ μεγαλογνώμων eadem quæ τῷ μεγαλόνους. [" Hutchins. Agesil. p. 70. (c. 8. §. 3.)" Schæf. Mss. * Μεγαλόγνωμος, unde * Μεγαλογνωμέω, quod affertur e Dione Cassio in Schn. Lex. Suppl.]

" Μονογνώμονες, Qui unius sunt sententiæ, Ab una sola dependentes sententia." [" Dionys. H. 1, 262. 2, 1019. Clark. ad Il. A. 57. ad Herod. 510." Schæf. Mss. * Μονογνωμονικὸς, Procl. Paraphr. Ptol. 235. * Μονογνωμέω, (a * Μονόγνωμος,) 222. nisi leg. μονογνωμονοῦντας.]

Ὁμογνώμων, Qui ejusd. est sententiæ. [Xen. de Rep. Lac. 8, 1. Symm. Ps. 118, 24. * Ὁμογνωμόνως, Diod. S. 11. p. 279. " Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. Imp. de Imagg. 111." Boiss. Mss. Lycurg. c. Leocr. 201. * Ὁμογνωμοσύνη, Clem. Alex. Str. 2. p. 51. " Chrys. in Jo. Hom. 64. T. 2. p. 828." Seager. Mss.] Ὁμογνωμονέω, Ejusd. sum sententiæ, Idem sentio, Consentio, Assentior. Nec dicitur solum ὁμογνωμονῶ σοι, sed interdum et cum accus.: ut ὁμογνωμονῶ σοι καὶ τοῦτο ap. Xen. (Ἀπ. 4, 3, 10.) Hoc quoque tibi assentior; vel potius, de hoc quoque. Alioqui dicitur etiam ὁμογνωμονῶ σοι περὶ τούτου: ut legimus ap. Aristot. Eth. 9, (6.) Οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντας ὁμονοεῖν φασιν· οἷον, τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων· οὐ γὰρ φιλικὸν τὸ περὶ τούτων ὁμονοεῖν; ubi obiter observa etiam, licet verb. Ὁμονοεῖν interdum ponatur pro ὁμογνωμονεῖν, ut hic, περὶ τούτων ὁμονοεῖν, proprie tamen latius patere: ut patet etiam e proxime sequentibus, Ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασιν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ τὰ αὐτὰ προαιρῶνται, καὶ πράττωσι, τὰ κοινῇ δόξαντα. At vero ὁμογνωμονεῖν ἑαυτῷ dicitur aliquis ab Eod. pro Constare sibi: cui opp. is, qui secum dissidet ipse, ut loquitur Flaccus: i. e. ἑαυτῷ διαφέρεται. Cic. quoque dicit A seipso dissidere, secumque discordare. Locus Aristot. est Eth. 9, (4.) Ἔοικε γὰρ, καθάπερ εἴρηται, μέτρον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι· οὗτος γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν. [* Ὁμόγνωμος, J. Poll. 3, 64. * Ὁμοιογνώμων, Epiphan. 1, 258.]

Πολυγνώμων, Qui est multi consilii. Hoc enim significare videtur γνώμη in hoc comp., potius quam id quod in præcedentibus. Vulgo tamen e Plat. affertur, tanquam pro Multum perito s. Multarum rerum perito; quippe qui ei opponat ἀγνώμονα pro Imperito. Tunc certe γνώμη alium usum habebit quam in ullo præcedentium; vel aliam hujus comp. quam illorum esse formationem dicendum erit. Platonis autem locus est hic in Symp. Πολυήκοοι γάρ σοι γενόμενοι ἄνευ διδαχῆς, πολυγνώμονες εἶναι δόξουσιν, ἀγνώμονες ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος ὄντες, καὶ χαλεποὶ ξυνεῖναι, δοξόσοφοι γεγονότες ἀντὶ σοφῶν: [" Phædro p. 342." Schæf. Mss. " Nunc hoc, nunc illud sentiens, Suid. v. Μάσθλης, ubi in seqq. explicatur per μηδὲν βέβαιον μηδὲ σταθερὸν γινώσκων." Schleusn. Mss. * Πολυγνωμόνως, J. Poll. 4, 23. * Πολυγνωμοσύνη, 22.]

" Πρωτογνώμων, Qui est primæ sententiæ, primus sententiam dicit, Princeps senatus. Ita enim Gell. 14, 7. Primum rogari solitum qui princeps in senatum lectus esset. Et Trebell. Pollio, Eum qui erat princeps, cum senatus sententiam rogasset. Et rursum, Consularis primæ sententiæ. Sic Tacit. 8. Designatum dicendæ primo loco sententiæ. Et Flav. Vopisc. in Aurel. Tunc surrexit primæ sententiæ Ulpius Syllanus, atque ita locutus est. Et in Tacito, Tacitus, qui erat primæ sententiæ consularis. Idem in Probo, Qui primæ sententiæ tunc erat. Sic Jul. Capitolinus in Gordianis, Qui primam sententiam erat dicturus, sic orsus est."

[* Σμικρογνώμων, Nicet. Annal. 4, 4. * Σκυθογνώμων, Const. Manass. Chron. p. 81. * " Φιλογνώμων, Theod. Prodr. 97." Elberling. Mss.]

" Γνωμηδὸν, Per sententias, ut ap. Dionys. H. 8. (43.) γνωμηδὸν πυνθάνεσθαι, Cum sc. senatores in senatu singulatim rogantur sententias."

Γνωμίδιον, τὸ, Sententiola, Bud. ap. Aristoph. Ἱππ. (100.) Ἢν γὰρ μεθυσθῶ, πάντα ταυτὶ καταπάσω βουλευματίων καὶ γνωμιδίων καὶ νοϊδίων. Redditur etiam Ratiuncula, afferturque et ex aliis ejusd. Comici locis. [* " Γνωμὶς, ἡ, Alciphr. 3, 22. Ἀργαλέος ἄνθρωπος, καὶ δριμὺς, γνωμίδια καὶ * προβουλευμάτια συνεχῶς ἐπὶ τῆς Πνυκὸς Ἀθηναίοις εἰσηγούμενος. Cod. Vat. 140. habet γνωμίδας. Hanc vocem nihili puto, aut saltem valde dubiam, etsi dicitur γλῶσσα et γλωσσίς." Bast. de VV. Nihili vel dub. ad calcem Scap. Oxon. Cf. Stob. Ecl. Phys. 788.]

Γνώμων, ὁ, ἡ, Cognitor, Index. Xen. Ἀπ. 1, (4, 5.) Τίς δ' ἂν αἴσθησις ἦν γλυκέων καὶ δριμέων, εἰ μὴ γλῶττα τούτων γνώμων ἐνειργάσθη; Ubi non verear reddere etiam Dijudicatrix, Exploratrix. Itidemque ap. Plut. (10, 37.) Ἀλώπεκα ποιοῦνται γνώμονα τῆς τοῦ πάγου στεῤῥότητος, verterim γνώμονα, Exploratorem. Quibus in ll. γνώμων gen. additum habet; sed affertur et γνώμων sine hac adjectione, e Soph. pro συνετὸς, i. e. Prudens. Sic Athenis magistratus erant quidam dicti γνώμονες, quasi Accuratæ diligentiæ ac prudentiæ homines, Bud. Idem γνώμονας vertit Inspectores, ap. Lysiam p. 109. Γνώμονας πέμποντες καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. || Γνώμων, (interdum addito gen. ὡρολογίου, ut Plut. Plat. Quæst. Καὶ γὰρ οἱ τῶν ὡρολογίων γνώμονες, οὐ συμμεθιστάμενοι ταῖς σκιαῖς, ἀλλὰ ἑστῶτες, ὄργανα χρόνου καὶ μέτρα γεγόνασι, μιμούμενοι τῆς γῆς τὸ ἐπιπροσθοῦν τῷ ἡλίῳ,) Stylus horas indicans, Solis umbilicus, cujus umbra internoscuntur horæ, quem Lat. Græco nomine Gnomonem vocant. Ita VV. LL. e Plin. scribente l. 2. Solis itaque umbilici (quem Gnomonem appellant) umbra in Ægypto &c. In Iisd. exp. etiam, Veruculum quod stans in medio amusio collocatur ad umbras indagandas. Unde et σκιαθήρας dicitur. Vitruv. 1, 6. Collocetur æneus gnomon, indagator umbræ, qui Græce σκιαθήρας dicitur. Hujus antemeridiana circiter horam quintam sumenda est extrema gnomonis umbra, et puncto signanda. Deinde &c. Additur ex Eod., γνώμονα esse etiam Totam illam machinulam qua utimur in designandis et metandis urbium viis, ad avertendam eis vim ventorum molestam; ejusque fieri mentionem et a Plin. 18, 34. Est vero et Gnoma, teste Sexto Pompeio, machinulæ genus quæ Græcis γνώμων. Γνώμων, inquit Bud., recte redditum est Norma a Laurentio ap. Herod. Est enim Norma Latine, quemadmodum Græce γνώμων, Pars et geometrici et architectonici instrumenti: qua norma ut recti anguli a Geometris, sic lapides ac structuræ orthogonæ, i. e. rectis angulis exactæ, ab Architectis et Fabris deprehenduntur. Vulgo Quadra vocatur, i. e. Squierra, ut κανὼν Id quod Regula Latine dicitur. Lucian. (1, 820.) Ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου, Qualem oportet canonem et gnomonem esse vitæ secundum virtutem degendæ: (855.) γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. || Dens pullinus, quod sit ætatis in jumentis index, ὁ ἀποπίπτων ὀδοὺς, τῆς ἡλικίας ὢν γνωριστικὸς, inquit J. Poll. Frequentius tamen plur. γνώμονες, quod et ap. Xen. extat, de equis. Hinc ἀγνώμονες et λειπογνώμονες equi dicuntur Annosi, aut certe Non amplius juvenes, utpote qui γνώμονας amiserint. Quibus opponuntur ἄβολοι, Qui eos nondum amiserunt, q. d. Qui eos non ejecerunt. Sed equus dicitur quidem Ἀγνώμων, (de qua signif. hujus vocab. simulque de ceteris, quas a nomine γνώμη accipit, dictum et supra fuit,) quasi Non habens gnomones, Carens dentibus qui gnomones appellantur: At vero Λειπογνώμων sonat q. d. Quem deficiunt gnomones, Destitutus dentibus qui gnomones dicuntur.

Ita enim malo quam, Qui reliquit gnomones. Utrumque autem ap. J. Poll. legitur conjungentem, *τέλειοι ἵπποι*, et *γεγηρακότες* et *ἀγνώμονες, λειπογνώμονες*. Sed Germanica Ed. habet *γεγηρακότε, ἀγνώμονε, λειπογνώμονέ*, sine *σ*: errore forsitan nato e quadam notula, quæ cum nihil aliud valeat quam *ε*, existimata fuit valere *ες*. Utut sit, errorum illum sequentia, vel potius ex eo occasionem alius sumentia VV. LL. annotant in voce *Λειπογνώμων*, dentes illos de quibus dictum est, *γνώμονε* plurali numero dici. Atque ut ad Poll. redeam, idem *λειπογνώμονα* usurpari vult et *περὶ ἀρνός*: Τὸν δὲ ἔτειον ἄρνα, εἴποις ἂν ἀμνὸν, ἢ ἀρνίον· εἶτα εἴποις ἀρνὸν, ὃς καὶ ἀρὴν παρὰ Ποιηταῖς, εἶτα λειπογνώμονα. [" Ad Lucian. 2, 330." Schæf. Mss.] " *Λιπογνώμων*, i. q. " *λειπογνώμων*: Hes. exp. non solum *ἀπογεγηρακὼς* et *ἀποβεβλη-* " *κὼς τοὺς ὀδόντας* illos qui sunt *γνώρισμα τῆς ἡλικίας*, sed " etiam *ὁ τέλειος τῇ ἡλικίᾳ*." His porro compp. est addendum COMP. *Ἀπογνώμων*, ejusd. signif., sed mihi sane suspectum. Cum enim ap. Suid. in *Ἀβολήτωρ* legamus, Καὶ ἀπογνώμονας, τοὺς ἀπογεγηρακότας, et his verbis subjungatur, Οἷς ἐλελοίπει τὸ γνώρισμα: suspicor enim *λειπογνώμονας*, non *ἀπογνώμονας*, scriptum reliquisse: vel, (quod mihi magis fit verisimile,) eum post *ἀπογνώμονας* addidisse *λειπογνώμονας* dicendum est. De hoc certe comp. ne dubitemus facit Hes. (præterquam quod præp. *ἀπὸ* in nonnullis aliis nominibus officio *α στερητικοῦ* fungitur,) ap. quem legitur, *Ἀπογνώμων, ἀποβεβληκὼς πάντας τοὺς ὀδόντας, καὶ μὴ ἔχων δι' οὗ γνωσθῇ*.

[" *Γνώμων*, ad Charit. 550. Huschk. Anal, 280. Brunck. Soph. 3, 507. Voss. Arist. 1. p. 3. ad Lucian. 2, 326. Toup. Opusc. 1, 79. Valck. Anim. ad Ammon. 109. Index, nempe in horologio, Bergler. ad Alciphr. 282. Norma, Theogn. 783." Schæf. Mss. " Herod. 2, 109. *Πόλον καὶ γνώμονα καὶ τὰ δυώδεκα μέρη τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἕλληνες*. Dicitur autem *Γνώμων* non modo Stylus horologii umbra sua horam diei indicans, verum etiam Horologium totum, et quidem non solum Solarium, sed et Aquatile horologium s. Clepsydra. Sic ap. Athen. 42. memoratur *ὕδωρ ἐν τοῖς γνώμοσι ῥέον*." Schw. Mss. Aristot. Categ. c. 14.]

Γνωμονικὸς, Peritus, Sciens, Doctus, Bud. afferens e Xen. Ἀπ. 4, (2, 10.) *Ἀλλὰ μὴ ἀρχιτέκτων βούλει γενέσθαι, γνωμονικοῦ γὰρ ἀνδρὸς καὶ τοῦτο δεῖ*. Videtur alioqui *γνωμονικὸς* aliam potius *ἀπὸ τοῦ γνώμονος* signif. accipere, velut cum Idem in Annott. *γνωμονικὴν* esse scribit Partem astrologiæ quæ solariorum discriminatis umbris horas gnomone pernotat. (Afferuntur enim ista ex ejus Annott., ubi alioqui et hæc verba invenio, Gnomon pro umbilico solis: a quo ars *γνωμονικὴ* dicta, quæ solariorum rationem perquirit. Et aliquot paginis ante, Solarium autem præter alia significata, Locum significat in quo horæ ad solem denotantur, veruto umbram faciente, vel pinnula: cujus rei inventionem et rationem *γνωμονικοὶ* profitentur.) Vitr. autem 1, 3. architecturæ partem facit gnomonicen. Partes ipsius architecturæ, inquit, sunt tres, ædificatio, gnomonice, machinatio. [" Probl. Arithm. 32." Schæf. Mss. * *Γνωμονικῶς*, Strabo 2. p. 143.]

[* " *Γνωμοσύνη*, Solon ap. Clem. Alex. Str. 6. (*Γνωμοσύνης ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι Μέτρον*.)" Kall. Mss.]

[* *Γνωμονεύω* conf. c. *γνωματεύω*, Ruhnk. ad Timæum p. 72.]

[* " *Ἀμφιγιγνώσκω*, Heyn. Hom. 7, 776." Schæf. Mss. * *Ἀμφίγνωμα*, Dionys. H. de Vi Dicendi Demosth. 22. * *Ἀμφίγνοια*, Schol. Soph. Aj. 2. p. 148. Erf.]

Συγγινώσκω, quasi quis dicat, Simul sentio, i. e. Eadem sentio quæ et alius, Ejusd. sum sententiæ. Thuc. 7, (73.) p. 258. meæ Ed. Οἱ δὲ ξυνεγίγνωσκον μὲν καὶ αὐτοὶ οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου, καὶ ἐδόκει ποιητέα εἶναι: Schol. τὰ αὐτὰ ἐγίγνωσκον, τουτέστιν, ὁμογνώμονες ἦσαν αὐτῷ. Sed cum addatur accus. ab ipso Thuc., aptari non potest ista exp. huic ejus loco; neque enim dicere possis, Τὰ αὐτὰ ἐγίγνωσκον οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου. Ferri igitur non possit hæc exp., sicut nec sequens, nisi illum dicamus sensum omnium illorum verborum Thuc. simul declarare voluisse. Verum cum non dicat simpliciter Thuc. Ξυνεγίγνωσκον ταῦτα, sed Ξυνεγίγνωσκον οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου, otiosa præp. videri possit; nihil enim obstabat quominus simplici verbo ἐγίγνωσκον uti posset. At ap. Plut. Coriol. p. 415. meæ Ed. Συνέγνωσαν ὀρθῶς τὸν δῆμον ἐπὶ τὰς διαλλαγὰς τοῦ Μαρκίου τραπέσθαι, recte συνέγνωσαν interpreteris Consenserunt, Assensi sunt, aut etiam Consentientes dixerunt: quod accedit ad Bud. interpretationem; is enim in simili ejusd. Scriptoris loco vertit Fateri: (Pomp. 44.) Αἱ δὲ ἀκούσασαι συνέγνωσαν βέλτιον αὐτῶν τὸν Κάτωνα λογίζεσθαι περὶ τοῦ πρέποντος. Sed illi fateri addit Agnoscere. ‖ Συγγινώσκω alium quoque usum habet, cui fortasse primum locum aliquis dari maluisset. In eo certe usu itidem præp. Latina Græcæ respondet, veluti cum ita loquor, Συγγινώσκω ἐμαυτῷ οὐ ποιήσαντι ὀρθῶς, Conscius sum mihi me non recte egisse. Sic autem utitur Herod. isto verbo, (5, 91.) p. 202. meæ Ed. Συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς. Itidemque Greg. Naz. usus est verbo συγγινώσκειν, sed addito etiam accus. Τοιαῦτα γάρ οἱ συνεγνωκέναι κακὰ καὶ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἀνάξια. At vero ap. Appian. PARTIC. Συνεγνωκὼς præfixo articulo, absque ulla adjectione, pro Conscio itidem; sed in plurali potius: ut, Ληφθέντων τῶν συνεγνωκότων. Item, Βασανιζόμενος ἐς τοὺς συνεγνωκότας. (In hujusmodi autem ll. possit, ut opinor, οἱ συνεγνωκότες reddi etiam Conjurationis participes, Sceleris participes.) Jam vero ut dicitur non solum, Conscius sum mihi hujus rei, sed etiam Conscius sum tibi: (quo in usu, licet minus frequenti, et Poëtico potius quam Oratorio, præp. vim suam magis retinet. Cum enim dico, Conscius sum tibi hujus facti, perinde est ac si ita loquerer, Una tecum hoc scio:) ita etiam dixit idem Scriptor (4, 43.) p. 148. Ξέρξης δέ οἱ οὐ συγγινώσκων λέγειν ἀληθέα, quasi quis dicat, Non conscius illi veritatis: quod nihil aliud est quam Conscius illi mendacii. (Sic tamen ut aliter etiam interpretari quis possit, infinitivum infinitivo reddens, sc., Non assentiens ipsi vera dicere, ipsum sc.) Possumus vero et in vocis PASS. Συγγινώσκομαι interpretatione ap. eum uti itidem nomine Conscius; sed in illo priore usu, quo sc. dicitur Conscius mihi sum, (5, 86.) Ἕσσονες συγγινωσκόμενοι εἶναι, κατὰ τοῦτο εἶξαν, Sibi conscii se inferiores esse. Sic 3, (53.) pp. 115. 116. meæ Ed. Ἐπεὶ δὲ τοῦ χρόνου προβαίνοντος ὅ,τε Περίανδρος παρηβήκεε, καὶ συνεγινώσκετο ἑωϋτῷ οὐκέτι εἶναι δυνατὸς τὰ πρήγματα ἐπορᾷν τε καὶ διέπειν. Nam hic quoque non video quam vocem invenire aptiorem possimus quam illam Conscius: non ignorans alioqui vocem istam de re graviori potius usurpari, ita ut et magis in malam partem accipiatur: quin etiam gen. illi aptiorem esse quam infin.: veluti si dicas, Imbecillitatis suæ sibi conscius, propter quam obeundis muniis par esse non poterat. Gallice autem diceremus, Il se sentoit n'être plus suffisant pour exercer sa charge. Et quoniam ab istis Herodoti locis initium sumsi, alios Ejusd. subjungam, in quibus eadem voce, sed aliter utitur. Sciendum est igitur ap. eum (7, 13.) p. 247. legi, Νῦν μέντοι συγγνοὺς, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ: ubi συγγνοὺς existimo sonare, Postquam mecum reputavi hanc rem, vel consideravi, vel perpendi, s. expendi. (Licet ibi Interpres vertat, Agnoscens erratum meum.) Sic et p. 140. fin. Μαθόντες ὥς εἰσι ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο. Hoc autem in loco, Συγγνόντες ἀδικῆσαι, ὡμολόγησαν, vel signif. istam habere potest, vel certe sumi pro Conscii sibi: in qua signif. habuisti supra cum partic. Bud. vult συγγινώσκω accipi pro Agnosco culpam et deprecor; sed exemplum nullum affert. Passivæ quidem voci convenire videtur ista interpr. (6, 92.) Οὔτε συνεγινώσκοντο, ἦσάν τε αὐθαδέστεροι. Ex Eod. affertur, Συγγινώσκομαι τούτου εἶναι αἴτιος, pro In me culpam hujus rei esse agnosco. Hes. συγγινωσκόμενοι exp. πειθόμενοι. ‖ Συγγινώσκω in signif. cui male primus tribuitur locus, (licet vulgo sit usitata, et ap. quoslibet Scriptt., excepto tamen fortassis Herodoto, occurrat,) est Ignosco, Veniam do, vel tribuo, s. habeo. Tribus autem modis construitur. Nam interdum dicitur συγγινώσκω σοι, sine adjectione; interdum συγγινώσκω σοι τοῦτο, vel συγγινώσκω σοι τούτου. Exempla singularum constrr. hæc sunt: σύγγνωθί μοι, Aristoph. (N. 138.) Ignosce mihi, Da mihi veniam: συγγνώσῃ μοι, Ignosces mihi, Chrys. de Sacerd. Adjecto autem accus. ap. Eur. (Andr. 841.) συγγνώσεταί σοι τὴν ἁμαρτίαν. Sed ap. Thuc. longe alium usum habet τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν, (7, 24.) p. 271. Εἰ δέ τι ἐν τοῖς ἀνθρωπείοις τοῦ βίου παραλόγοις ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν, οἷς τὰ αὐτὰ ἔδοξε, τὰ τῶν Ἀθηναίων ταχὺ ξυναιρεθήσεσθαι, τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν: ubi Schol. εἴ τι παρὰ λόγον ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν συνεξήμαρτον, additque, Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἁμαρτίαν συνέγνωσαν. Quam expositionem secutus Interpres, ita reddidit, Et si quid opinione lapsi sunt, prout in hominum vita contingere solet, tamen cum multis lapsi sunt, quibus fore videbatur ut status Atheniensium propediem everteretur. Sed neque illa exp., neque hæc interpr. quæ ex illa profecta est, quid hoc loco significet verbum συνέγνωσαν nobis indicant. Qua in signif. quærenda multum me quoque laborare fateor: nihilque aptius mihi in mentem nunc venit quam ut τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν dicamus sonare, De peccato consenserunt: συγγινώσκω σοι τοῦτο, De hoc tecum consentio: sequendo signif., quæ antea verbo isti data fuit, allato etiam ex hoc ipso Scriptore exemplo. Commodius tamen diceretur, Affines huic peccato s. huic culpæ fuerunt, quam De peccato consenserunt. Et hæc quidem de isto loquendi genere haud scio an aliis satisfactura sint, mihi certe parum satisfaciunt. Tertia constructio est cum gen.; ut enim dicitur Συγγινώσκω σοι τὴν ἁμαρτίαν, ita etiam Συγγινώσκω σοι τῆς ἁμαρτίας. Tale est, Συγγινώσκω σοι τῆς ἀναισθησίας. Item, Συγγινώσκω σοι τῆς ἀπάτης, quod e Philostr. affertur pro Ignosco quod deceptus sis. ‖ Pass. Συγγινώσκομαι, sequendo signif. proxime præcedentem activæ vocis Συγγινώσκω, sonat q. d. Ignoscor, pro Mihi ignoscitur, Mihi venia datur. Aut, si impersonali verbo uti nolis, Veniam consequor. Synes. Καὶ οὐκ ἀξιῶ συγγινώσκεσθαι, Nec volo mihi ignosci, s. veniam mihi tribui, Nec dignum me venia existimo. Sic in Pand. Τῶν φονέων τινὲς τιμωροῦνται, καί τινες συγγινώσκονται. Dicitur alioqui et συγγινώσκεταί μοι, Mihi ignoscitur. Videndum autem an hujus usus exemplum sit in isto Xen. K. Π. 7, (1, 21.) p. 106. meæ Ed. Τούτῳ γὰρ μόνῳ συγγινώσκεσθαι ἔφασαν. Philelphum certe verisimile est aliud secutum esse, quippe qui verterit, Hanc unam veniam sibi dari postularunt. Nec fortassis improbanda nobis hæc interpr. fuerit, ut sc. τούτῳ non personæ, sed rei sit dativus: et tunc συγγινώσκεσθαι non impersonale fuerit, sed personale, sicut et in præcedentibus ll.: ut ita interpretemur magis ad verbum, In hoc enim solo sibi veniam dari dixerunt, i. e. In hac una re. ‖ Pass. autem PARTIC. Συνεγνωσμένος affertur a Bud. in signif. cujus exemplum in ipso verbo non suppetit: sc. pro Comprobatus, Approbatus, e Dion. Areop. Item Deprehensus. Ex Eod. affert συνεγνωσμένον pro Cognitum. ‖ At Συγγινώσκομαι in signif. activa potius quam passiva, vide inter exempla activi Συγγινώσκω, ex Herod. petita. [" Ad Herod. 282. 299. 481. 504. 712. Zeun. ad Xen. K. Π. 642. Soph. Antig. 926. Trach. 279. Phryn. Ecl. 168. Thom. M. 812. Gesner. ad Orph. p. 445. Dionys. H. 1, 352. 363. 567. 4, 2271. 2333. Boiss. Philostr. 554. Ξυγγνοῖμεν, ad Mœr. 112." Schæf. Mss. * Συγγνωστέον, Eur. El. 1026. Clem. Alex. 245. * Σύγγνωσις, 327. * Συγγνώστης, Etym. M. 478.] Συγγνωστὸς, Ignoscibilis, (quo utitur Gellius, Græcam vocem, ut arbitror, assequi volens,) Dignus cui ignoscatur, Venia dignus. Plut. Coriol. p. 421. meæ Ed. Τὸν Μάρκιον ὅμως οὐ πονηρὸν ἐνόμιζον, ἀλλὰ συγγνωστὸν, ἐπικλασθέντα τηλικαύταις ἀνάγκαις: Marc. p. 578 (=2, 476.) Οὐ μὴν ἀλλὰ τὸν Πελοπίδαν ποιεῖ συγγνωστὸν ἅμα τῷ τῆς μάχης καιρῷ παράθερμον ὄντα καὶ πρὸς τὴν ἄμυναν οὐκ ἀγεννῶς ἐκφέρων ὁ θυμός. Ubi perperam superiores Edd. habent σύγγνωστον, cum accentu in prima, pro συγγνωστὸν, ut habent in illo priore l. (E Sapient. 6. affertur cum gen. Σύγγνωστός ἐστιν ἐλέους ὁ ἐλάχιστος, pro Conceditur minimo misericordia. Qui usus a Græci sermonis consuetudine discedit.) Itidem aliquid dicitur συγγνωστὸν, Venia dignum. Potiusque, ut opinor, Gellius aliquid ignoscibile, quam aliquem ignoscibilem dici voluit. Plut. adv. Colot. Συγγνωστὰ, νὴ Δία, τοῖς λέγουσιν. Item, συγγνωστὰ Attice pro συγγνωστὸν, (ut dicitur ἀδύνατα pro ἀδύνατον, atque alia,) Venia dignum est, Veniam meretur, Ignoscendum est, aut etiam Ignoscibile est, sequendo Gellium. Eur. Med. (703.) Συγγνωστὰ μὲν γὰρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι: (491.) εἰ γὰρ ἦσθ' ἄπαις ἔτι, Σύγγνωστ' ἂν ἦν σοι τοῦδ' ἐρασθῆναι λέχους, Venia tibi danda esset vel tribui posset, Dignus venia esse posses. [" Valck. Phœn. p. 363. Thom. M. 592. Porson. Med. p. 42." Schæf. Mss.] Huic signif. contrariam habet BICOMP. Ἀσυγγνω-

στος, Non ignoscibilis, Indignus cui ignoscatur, Indignus venia. Hes. tamen signif. activam dare huic nomini videri posset, ut i. esset q. *ἀσυγγνώμων*,) quippe qui exponat *οὐκ ἔχων συγγνώμην*, sed *συγγνώμην ἔχειν* duobus modis usurpari videbis. [" Chrys. in Matth. Hom. 41. T. 2. p. 274, 22." Seager. Mss. " Wakef. Trach. 473. Herc. F. 1079. Musgr. Heracl. 981." Sch f. Mss.] 'Ασυγγνώστως, Ita ut ignosci non possit s. non debeat, Ita ut venia dari non possit s. danda non sit. [* Εὐσύγγνωστος, Athan. 2, 299.]

Συγγνώμη, ἡ, Ignoscentia, ut *συγγινώσκω* est Ignosco. Sed Latinius Venia; nam Ignoscentia e Gellio duntaxat affertur. Redditur alicubi et Indulgentia. Variis autem modis utuntur hoc vocab.: e quibus frequentissimi sunt cum verbo *ἔχειν*, et cum verbo *τυγχάνειν*: quæ sibi mutuo respondent. Ut enim dicitur *συγγνώμην ἔχειν* qui veniam habet, i. e. veniam dat s. tribuit, ita *συγγνώμης τυγχάνειν*, (ad verbum, Veniam consequi,) cui venia datur. Aristot. Rhet. 2. *Ὅτι τοῖς μεθύουσι δεῖ συγγνώμην ἔχειν· ἀγνοοῦντες γὰρ ἁμαρτάνουσιν*: Isocr. ad Phil. *Ἀποβλέπειν εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν δεῖ, ᾗ δικαίως ἂν ἅπαντες συγγνώμην ἔχοιεν*. In Ejusd. Panath. *συγγνώμην ἔχειν* et *ἐγκαλεῖν* inter se opp. Legitur itidem ap. Dem. c. Mid. *συγγνώμην ἔχειν*, nec non ap. Thuc. et Plat., atque alios. Sed ap. hunc dicitur aliquis sibi etiam ipsi *συγγνώμην ἔχειν*, de Rep. *Πᾶς γὰρ ἑαυτῷ συγγνώμην ἕξει κακῷ ὄντι, πεισθεὶς ὡς ἄρα τοιαῦτα πράττουσιν οἱ θεοί*. Quod autem ad Lat. interpr. attinet, *συγγνώμην ἔχειν* est quidem ad verbum Veniam habere; sed frequentius occurrit Veniam dare s. tribuere; nam illud Veniam habere, e Quintil. duntaxat affertur. Æmulari certe videtur hoc Latinum loquendi genus illud Græcum, et novitatem aliquam redolet. Ceterum dicitur etiam *πολλὴν συγγνώμην ἔχειν*. Plato de Rep. 2. *Πολλήν που συγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδίκοις*. Sic Isocr. Evag. *Καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω συγγνώμην*. Areop. *Οἷς ἄξιόν ἐστι πολλὴν συγγνώμην ἔχειν, εἰ μηδὲν τῶν κοινῶν φροντίζουσιν*. Ubi observa etiam, subjungi particulam *εἰ*. (Apud Eund. infin. sequente, Hel. *Τοῖς μὲν οὖν τηλικούτοις πολλὴ συγγνώμη ταύτην ἔχειν τὴν διάνοιαν*. Sic ap. Plin. Venia sit, cum infin., Hæc bello quæsisse venia sit.) Hoc quoque sciendum est, addi nonnunquam gen. huic loquendi generi *συγγνώμην ἔχειν*, ut Aristoph. Σφ. (368.) *Διατραγεῖν τοίνυν κράτιστον ἐστί μοι τὸ δίκτυον· Ἡ δέ μοι Δίκτυννα συγγνώμην ἔχοι τοῦ δικτύου*. Sic ap. Soph. (El. 400.) *πατὴρ τούτων συγγνώμην ἔχει*. Paulo post autem habebis ex Herodiano, *Συγγνώμην τῶν ἁμαρτηθέντων*. Habet porro verbum *ἔχειν*, cum hoc accus. *συγγνώμην*, alium quoque usum, quo quis passive dicitur *συγγνώμην ἔχειν*, ut contra active in ll. præcedentibus. Sed antequam de hoc agere incipiam, addam duo loquendi genera, quæ itidem Veniam dare, s. tribuere, significant; sed minus frequentia. Ea sunt, *συγγνώμην διδόναι* et *συγγνώμην νέμειν*. Hoc *συγγνώμην διδόναι* cum ap. alios, tum ap. Polyb. legitur, et ap. Herodian. 8, (3, 5.) *Διδόντος αὐτοῖς χρηστοῦ βασιλέως ἀμνηστίαν συγγνώμην τε τῶν ἁμαρτηθέντων*. At *συγγνώμην νέμειν* ex Heliodoro affertur, quod ad verbum respondet Latinis verbis, Veniam tribuere. Non dubito autem quin et aliis minus recentibus Scriptt. in usu fuerit hoc *συγγνώμην νέμειν*, (quamvis exemplum in præsentia nullum suppetat,) cum *συγγνώμην ἀπονέμειν* ap. Lucian. legatur in Nigrino (§. 14.) *Συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ τοιαῦτά γε ἀμπεχομένῳ· μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα*. Ubi animadvertendum est subjungi participium, sicut supra infin. uno in loco, in altero autem particulam *εἰ*, sequente verbo indicativi modi, præsentis temporis. Potest certe illud participium in hanc particulam *εἰ* resolvi, sequente verbo ejusd. et temporis et modi: *Συγγνώμην ἔχειν τοιαῦτα ἀμπεχομένῳ*, perinde sit ac si dixisset, *Συγγνώμην ἔχειν εἰ τοιαῦτα ἀμπέχεται*. Venio ad alterum illum usum hujus loquendi generis *συγγνώμην ἔχειν*. Ut igitur *συγγνώμην ἔχειν* dicitur activa signif., qui veniam dat, (quod Quintil. vocat itidem Veniam habere, ut supra docui,) sic passive interdum *συγγνώμην ἔχει* is, cui venia datur, qui veniam impetrat; aut certe qui veniam meretur, qui venia dignus est. Plut. adv. Colot. *Ἐχέτω δὲ καὶ τοῦτο συγγνώμην, ὡς λέγουσι*, Veniam impetret, Venia donetur. Apud Hermog. autem *Συγγνώμην ἔχει* signif. potius, Veniam meretur, Venia dignus est: *Χαλεπώτερός ἐστιν ὁ πολίτης ἀδικῶν τοῦ πολεμίου· ὅτι ὁ μὲν διὰ τὸ γένος συγγνώμην ἔχει, ὁ δὲ ἐπιτείνει, διὰ τὸ πολίτης εἶναι, τὸ μισεῖσθαι*. Hunc certe usum ap. Thuc. quoque 3, (44.) habet verbum *ἔχειν* cum isto accus. p. 98. *Ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν*, Si qua venia digni sint. Ita enim malo quam, Si quid venia dignum sit in eis. Quin etiam Eur. ita usus est, Phœn. (1001.) *καὶ συγγνωστὰ μὲν Γέροντι, τοὐμὸν δ' οὐχὶ συγγνώμην ἔχει, Προδότην γενέσθαι πατρίδος, ἥ μ' ἐγείνατο*. Ubi *συγγνώμην ἔχει* nihil aliud est quam *συγγνωστόν ἐστι*, sequendo præcedens illud loquendi genus. Ex his porro Eur. et Thuc. locis vetus esse istud loquendi genus cognoscimus. Nunc de gen. *συγγνώμης* juncto cum verbo *τυγχάνειν*: quæ verba respondent illis *συγγνώμην ἔχειν*, sed habentibus signif. illam de qua priore loco egi: qua sc. ponuntur pro Veniam dare s. tribuere. Sonat enim *συγγνώμης τυγχάνειν*, s. *τυχεῖν*, Veniam consequi, impetrare; vel Venia donari, minus ad verbum, sed eod. sensu. Isocr. Areop. *Μηδεμιᾶς συγγνώμης τυγχάνειν, ἀλλὰ ταῖς μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν*: Panath. *Οὐ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιῶν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων*: (ubi observa non gen. solum, sed præfixa præp. *ὑπέρ*.) Apud Thuc. cum hoc gen. *συγγνώμης*, sequente gen. personæ. Affertur enim ex eo, *Συγγνώμης ὑμῶν τυγχάνειν ἀξιῶ*. Alioqui dici etiam posset, *Συγγνώμης παρ' ὑμῶν τυγχάνειν*. Dicitur quoque *συγγνώμην λαμβάνειν* a Dem., is cui ignoscitur, i. e. Veniam accipere: ut vicissim *συγγνώμην διδόναι* dicitur qui ignoscit, i. e. Veniam dare s. tribuere. His opp. *συγγνώμης διαμαρτάνειν*, q. d. A venia aberrare, pro Venia excidere, s. Spe veniæ excidere. Aut simplicius, Veniam non consequi s. impetrare. At *συγγνώμης δεῖσθαι* et *συγγνώμην ἀπεργάζεσθαι* priora sunt quam hæc *συγγνώμης τυγχάνειν* vel *διαμαρτάνειν*. Illud *συγγνώμης δεῖσθαι* ap. Herodian. legitur, 2, (3, 7.) *Ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα παρῃτεῖτο τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον, γῆράς τε προϊσχόμενος, συγγνώμης ἐδεῖτο*, At ille recusare instituit, tanquam rem invidiosam, summum imperium, excusare senectutem, veniamque orare. Porro illud autem *συγγνώμην ἀπεργάζεσθαι* e Polyb. affertur pro Facere ut quis ignoscat. || Frequens etiam est *συγγνώμη ἐστί*, interdum et *συγγνώμη*, pro Venia dignus est, vel dignum est, (pr ut postulat locus,) Veniam meretur, Venia tribuenda est. Dem. pro Cor. (317.) *Ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατ' αὐτοῦ· ἐξήμαρτέ τις ἄκων, συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ*. (Qui locus cum isto Thucydidis pulcre convenit, 3, (40.) p. 96. *Οὔκουν δεῖ προθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστήν, οὔτε χρήμασιν ὠνητήν, ὡς ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν ἀνθρωπείως λήψονται· ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν· ξύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον*. Ubi *ξύγγνωμόν ἐστι τὸ ἀκούσιον* i. valet q. *ξυγγνώμη ἐστὶ τῷ ἀκουσίῳ*.) Idem Orator in Mid. *Οὐδ' ὁμοίαν οὖσαν τούτῳ κἀκείνοις συγγνώμην εὑρήσομεν*, Hunc non eadem qua illos venia dignum esse. Thuc. 4, (114.) p. 158. *Καὶ ξυγγνώμην εἶναι εἴ τι ἠναντιοῦντο*. Apud Eund. cum infin., 8, (50.) p. 279. *Ξυγγνώμην δὲ εἶναι ἑαυτῷ περὶ ἀνδρὸς πολεμίου καὶ μετὰ τοῦ τῆς πόλεως ἀξυμφόρου κακόν τι βουλεύειν*. Sic 5, (88.) p. 193. *Εἰκὸς καὶ συγγνώμη* dicit, sequente infin. At Lucillius participium subjunxit, quod eund. quem infinitivus usum præstat: Epigr. titulo in avaros, *Εἰ μὲν ζῇς ἐλάφου ταναὸν χρόνον ἠὲ κορώνης, Συγγνώμη πλεῖστον πλοῦτον ἀγειρομένῳ*. Atque ut supra ostendi dici interdum *πολλὴν συγγνώμην ἔχειν*, ita etiam *πολλὴ συγγνώμη* dici sciendum est; atque unum ex Isocr. hujus loquendi generis exemplum attuli, cum agerem de illo *πολλὴν συγγνώμην ἔχειν*. Cui addi potest e Dem. c. Mid. *Καί, νὴ Δία, αὐτοῖς πολλὴ συγγνώμη· οὐ γάρ ἐστι φορητὸς ἄνθρωπος*. || *Συγγνώμη*, inquit Aristot. Eth. 6, 11. est *γνώμη κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή*: ubi quidam *συγγνώμη* non interpr. nomine illo Venia, sed Moderatio animi et æquitas. Verum non dubium est, quin ibi quoque nomini *συγγνώμη* solita interpr. conveniat. Perinde est enim ac si diceret Aristoteles, quod nos alicui *συγγνώμην ἔχομεν*, id provenire ἀπὸ *τῆς γνώμης κριτικῆς τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθῆς*, i. e. A recta sententia dijudicatrice ejus quod æquum est et bonum. Totus autem Aristot. locus est hic, *Ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστὶ κρίσις ὀρθή· σημεῖον δέ· τὸν γὰρ ἐπιεικῆ φαμὲν εἶναι συγγνωμονικόν, καὶ ἐπιεικὲς τὸ ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην· ἡ δὲ συγγνώμη κ. τ. λ.* Quoniam tamen Aristot. ita *συγγνώμην* in illa sua signif. usurpat ut interim ad ejus originem respicere videatur, et eam ducere a *γνώμη*, quidam ut hoc sua etiam interpr. declararent, *ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην* interpr. In nonnullis delictis consensum accommodare: addentes, id esse ignoscere ac veniam dare. Itidemque *συγγνώμη*, quod statim sequitur, Hic consensus, i. e. Venia. Sic *συγγνωμονικόν*, Ad consentiendum promtum ac propensum, i. e. Ad ignoscendum. Sed videri possit Aristot., in illo quidem *εὐγνώμων*, ad originem significationis quam habet illud vocab. respicere, eam ducendo a *γνώμη*: at non idem in sequentibus illis nominibus facere; sed quoniam dixerit *γνώμην* esse *τοῦ ἐπιεικοῦς κρίσιν ὀρθήν*, ut hoc probet, addere quæ sequuntur, potius ad rem quam ad verba respicientem. Ac profecto durum fuerit (licet Aristot. paulo sit in hujusmodi quæ ad analogiam Grammaticam spectant, liberior, ut alibi docui,) *συγγνώμη* ad *γνώμη* illud revocare: quasi *συγγνώμη* nihil aliud sit quam nomen illud *γνώμη* (a simplici *γινώσκω*) cui præfixa sit præp. Contra enim fateamur necesse est, ut *γινώσκω* verbale suum habet *γνώμη*, ita *συγγινώσκω*, habere suum *συγγνώμη*. (Ac profecto si *συγγνώμη* verti deberet Consensus, multo id majori cum ratione fieret, deducendo a *συγγινώσκειν*, quod Consentiendi signif. alicubi habere ostendi, quam a *γνώμη*, præfixa præp., uti dixi.) Hoc autem perinde est ac si quis nomen *Συγγνώμων*, cum ap. Plat. pro Consentiente ponitur, non jam esse verbale a *Συγγινώσκω*, sed e *γνώμη* factum, præfixa præp., (eod. modo quo inde fiunt *ἀγνώμων* et *εὐγνώμων*, aliaque plurima,) contenderet; at cum usurpatur de eo qui ad veniam dandam propensus est, aut simpliciter de eo qui dat veniam: (quæ signif. frequentissima est, cum altera illa contra sit rarissima, ea sc. qua pro Consentiente usurpatur:) tunc non amplius ad *γνώμη* pertinere, sed sui verbi signif. sequi diceret. In qua certe et ipse opinione essem, nisi itidem verbum ipsum *συγγινώσκειν* pro Consentire positum invenissem. || *Συγγνώμη* redditur etiam Indulgentia, uti dixi, item Concessio, nec non Permissio, in 1 ad Cor. 7, (6.) ubi de conjugio disserit, *Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν*. Ubi vet. Interpr. *συγγνώμην* reddit Indulgentiam, itidemque Erasm. Ideo autem quidam Concessionem aut Permissionem interpretari maluerunt, quod Indulgentia dicatur de iis, quæ talia sunt ut reprehendi possint. Sed [illegible] qui contra in bonam etiam partem usurpari velint. Verum [illegible] est, [illegible] et aliam lectionem, sc. *κατὰ γνώμην*, quam ne [illegible] putem, [illegible] opposite *γνώμη* et *ἐπιταγῆς* [illegible]; ut enim hic scriptum est, (sequ[illegible]) *Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ γνώμην*, [illegible] *κατ' ἐπιταγήν*, ita ibi, *Περὶ δὲ τῶν* [illegible] *ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι, κ. τ. λ.* [illegible] *κατὰ γνώμην* [illegible] rum. || *Συγγνώμη* [illegible] [illegible] XV. LI. [illegible] *κεφάλαιον* [illegible] ["[illegible] 7. Hryn. [illegible] 132. [illegible]] *Συ*[illegible] *ξυγγν*[illegible] [illegible]

mens, Mitis, Misericors.) Sic in compar. gradu *συγγνωμονεστέρα ψυχὴ* ap. Synes., Animus ad veniam dandam propensior, ad misericordiam propensior. Possit alioqui *συγγνωμονέστερος* reddi etiam uno verbo e Terent. Ignoscentior. Atque adeo illud *συγγνωμονεστέρα ψυχὴ* ex eo verti possit Ignoscentior animus. Interdum vero *συγγνώμονα εἶναι* est simpliciter Veniam dare, Ignoscere. Xen. (᾿Απ. 2, 2, 14.) *Τοὺς θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι*, Deos precaberis ut tibi veniam tribuant. Apud Eur. (Med. 870.) sequente etiam gen., (ut nimirum *συγγνώμη* gen. habet,) *συγγνώμονα εἶναι τῶν εἰρημένων*, Veniam dare eorum quæ dicta sunt, Ignoscere quæ dicta sunt. Apud Thuc. *ξυγγνώμονες ἐστὲ* pro Concedite, (ut Da mihi hanc veniam, pro Hoc mihi concede, Sine te hoc exorem. Gallice, Faites-moi cette grace,) 2. *Ξυγγνώμονες δέ ἐστε, τῆς μὲν ἀδικίας κολάζεσθαι τοῖς ὑπάρχουσι προτέροις, τῆς δὲ τιμωρίας τυγχάνειν τοῖς ἐπιφέρουσι νομίμως.* Quamvis autem paulo aliter hic sumatur quam in illo Xen. loco, itidem tamen Diis tribuitur. (NEUTR. *Σύγγνωμον* s. *ξύγγνωμον*, ap. Thuc. ab illa signif. discedit; ponitur enim passive pro *συγγνώμης ἄξιον*, Venia dignum. Locum autem, in quo utitur, habuisti supra in *Συγγνώμη*, col. 1862.) Contrariam huic signif. habet BICOMP. *᾿Ασυγγνώμων*, Qui non est ad veniam dandam propensus, s. ad ignoscendum. Aut etiam simpliciter, Qui veniam non dat, ap. Dem. Redditur item Immitis, Immisericors: ut *συγγνώμονα* reddi etiam Mitem, Misericordem, dictum est. ‖ *Συγγνώμων*, Consentiens, Qui est ejusd. sententiæ. Plato de LL. 6. *῾Υμᾶς δὲ ἡμῖν βουλόμεθα συγγνώμονάς τε ἅμα καὶ μαθητὰς γίγνεσθαι.* Sic autem *συγγινώσκειν* pro Consentire alicubi usurpari, dictum fuit. Alioqui non tanquam verbale hujus *συγγινώσκω* esset, sed tanquam e *γνώμη* factum, præfixa præp. *σύν*: ut inde sunt *ἀγνώμων*, *εὐγνώμων*, aliaque quamplurima. Præsertim vero si reddatur Qui est ejusd. sententiæ, deductio hæc convenire illi videbitur. [" Eur. Fr. ex incert. Trag. ap. Stob. 480. Beck. *Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δόκει, ῞Οταν τις ὅρκῳ θάνατον ἐκφυγεῖν θέλῃ, Ἢ δεσμὸν, ἢ βίαια πολεμίων κακὰ*, Faciles ad ignoscendum." Seager. Mss. " Dionys. H. 1, 148. Thom. M. 380. * *Σύγγνωμος*, ibid. * *Συγγνωμονέω*, Phryn. Ecl. 168. Thom. M. 812." Schæf. Mss. Apollod. 2, 7, 6. Athen. 177. 4 Macc. 5, 13. Schol. Epict. Enchir. 35. * " *Συγγνωμονητέον*, Schol. Aristot. Rhet. p. 73." Boiss. Mss. * *Συγγνωμοσύνη*, Soph. Trach. 1265.] *Συγγνωμονικὸς*, i. q. *συγγνώμων*, in ea signif. quæ prior illi data fuit, sc. pro Eo qui ad veniam dandam propensus est, etc. Aristot. *συγγνωμονικῷ* (qualem esse scribit *τὸν πρᾶον*) opp. *τιμωρητικόν*: Eth. 4, 5. *Οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός*: Rhet. 2. *Καὶ τοὺς μὴ συγγνωμονικοὺς τοῖς φαινομένοις ἁμαρτάνειν.* Habuisti hoc nomen ex Eod. supra, in loco quem protuli in *Συγγνώμη*. Sed *συγγνωμονικὸς* ab Eod. usurpatur etiam pro *συγγνωστὸς*, Venia dignus, Cui ignosci debet. Rei tamen potius quam personæ tribuitur, ut opinor. Sic Eth. 7, (7.) *Οὐ γὰρ εἴ τις ἰσχυρῶν καὶ ὑπερβαλλουσῶν ἡδονῶν ἡττᾶται, ἢ λυπῶν, θαυμαστόν· ἀλλὰ καὶ συγγνωμονικὸν εἰ ἀντιτείνων.* Item 5. *῞Οσα μὴ μόνον ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά.* Ibid. (8.) *Τῶν δ' ἀκουσίων (ἀδικημάτων) τὰ μέν ἐστι συγγνωμονικὰ, τὰ δ' οὐ συγγνωμονικά· ὅσα μὲν γὰρ μὴ μόνον ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά· ὅσα δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες μὲν, διὰ πάθος δὲ, μήτε φυσικὸν, μήτ' ἀνθρωπικὸν, οὐ συγγνωμονικά.* Quod autem Aristoteli *συγγνωμονικὸν*, (e quo solo hujus signif. exempla suppetunt,) id Thucydidi esse *σύγγνωμον* ostendi in loco quem ex eo attuli post *Συγγνώμων*. Videtur certe magis convenire huic *σύγγνωμον* quam illi *συγγνωμονικὸν* ista signif. At de *συγγνωμονικὸν κεφάλαιον* dictum fuit supra in nomine *Συγγνώμη* significante Venialem statum, ut quidem interpr. VV. LL. Ubi et *συγγνωμονικὴ ἀντίθεσις* dicitur esse Concessio. *Συγγνωμονικῶς*, Animo ad veniam dandam propenso, Clementer: sequendo non posteriorem, sed priorem nominis *Συγγνωμονικὸς* signif. [* *Σύγγνοια*, i. q. *συγγνώμη*, Soph. Antig. 63.]

¶ **Γνωρίζω**, Noscito, Agnosco. Ponitur autem et pro Notum facio, Notitiam do s. præbeo, (uno verbo Notifico, quod ap. Ovid. et Gellium invenitur,) dubitarique possit utra signif. præcedere debeat. Sed illi signif., qua ponitur pro Noscito s. Agnosco, priorem locum dedi, quod plura ejus exempla (præterquam in N. T., ubi altera perfrequens est) invenisse mihi viderer. Si quis tamen alteram præcedere malit, facile cedam. Plut. Amat. Narr. *Τόδε τὸ φώνημα γνωρίζειν ὅτι τοῦ Φώκου εἴη*, Vocem illam, ut quæ Phoci esset, agnovisse, Polit. Herodian. 1, (17, 9.) *Γνωρίσασα δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, ταύτῃ καὶ μᾶλλον ἐσπούδασε διεξελθεῖν τὴν γραφὴν*, Agnita dein Commodi manu, ut Idem vertit. Eod. modo dixit 2, (1, 23.) *Λαβὼν τουτὶ τὸ γραμματεῖον (γνωρίζεις δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, οὔσης σοι τῆς ἀναγνώσεως ἐν συνηθείᾳ) ἐπίσκεψαι.* Sic et pass. *Γνωρίζομαι*, Agnoscor, ap. Eund. (5, 4, 12.) *Τὸ γένειον ἀποκειράμενος, ὡς μὴ γνωρίζοιτο*, Detonsa barba, ne agnosceretur. Itidemque ap. Lucian. Timone (§. 5.) *Οὐκέτι γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν*, Non amplius agnoscor ab eis. Ita enim malo quam Cognoscor ab eis, ut habent VV. LL. (Licet alioqui, ut *γνωρίζω*, Cognosco, ita *γνωρίζομαι* reddi alicubi possit Cognoscor.) Bud. cum de *ἐπιγινώσκειν* locutus esset, quod dicit significare Agnoscere, i. e. Noscitare, subjunxit, Idem *γνωρίζω* significat. Lucian. *Γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καί φημι ὅμοιος εἶναι αὐτῷ.* Cui loco addit illum Herodiani, (paulo ante a me allatum,) *Γνωρίσασα τὴν Κομμόδου χεῖρα*, Agnito Commodi chirographo. Cum alioqui, inquit, *γνωρίζω* significet Cognosco, et Indico, et Notum facio. Unde *γνώρισμα*, Indicium, ut pulsus in febre. De quibus Budæi verbis dicam aliquanto post. Nunc redeo ad illum Luciani locum, *Γνωρίζω τὴν εἰκόνα, κ. τ. λ.* In hoc enim cum *γνωρίζω* reddat Agnosco, in iis verbis quæ modo ex eo protuli, alibi vertit etiam Non renuo: exponens Græcis verbis itidem *οὐκ ἀναίνομαι*. Locus autem (ut melius de eo judicari possit) est hic in principio libelli adversus eum scripti, qui ipsum in verbis Prometheum esse dixerat; ita enim illum orditur, *Οὐκοῦν Προμηθέα με εἶναι φῄς;*

A *εἰ μὲν κατὰ τοῦτο, ὦ ἄριστε, ὡς πηλίνων κἀμοὶ τῶν ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καί φημι ὅμοιος εἶναι αὐτῷ.* Occasionem autem sumsit Bud. interpretandi illud *γνωρίζω*, Non renuo, e proxime sequentibus ipsius Luciani verbis; nam subjungit, *Οὐδ' ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν.* Non dubium est certe quin et hic locum habeat verbum Agnoscere; sed eum usum habens, quem in isto Cic. loco de Amic., Tu autem, Fanni, qui mihi tantum tribui dicis quantum ego nec agnosco, nec postulo. Sic ap. Eund. pro Milone, Facti illius gloriam libens agnovisset. Sed et ap. Herodian. *γνωρίζειν* a vulgari verbi Agnoscere signif. discedit, 8, (6, 4.) *Προθέντες δὲ τὰς εἰκόνας Μαξιμίνου καὶ Βαλβίνου, Γορδιανοῦ τε Καίσαρος, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμημένας, αὐτοί τε εὐφήμουν, καὶ τοὺς στρατιώτας ἠξίουν γνωρίσαι καὶ ἀνειπεῖν εὐφημῆσαί τε τοὺς ὑπὸ ῾Ρωμαίων συγκλήτου ἀναδειχθέντας αὐτοκράτορας*, Polit. Proponunt Maximini et Balbini ac Gordiani Cæsaris imagines, coronis et lauro redimitas. Quibus ipsi acclamantes, etiam hortabantur exercitum ut agnoscerent salutarentque et lætis exciperent vocibus quos senatus populusque Romanus imperatores elegisset. Hoc certe in loco non Latinum loquendi genus e Græco, sed potius Græcum e Latino petitum esse crediderim. Existimo enim hoc loco Herodianum vocem Agnoscere, qua illi ut valde propria usi erant, voluisse ita interpretari ut verbum verbo redditum esset; ideoque illo *γνωρίζειν* uti non dubitasse, licet exemplum hujus usus fortasse non habentem. Itidem certe et alia Græca verba ad usum Latinorum accommodasse illum memini me observare. B Habet porro nostrum Gallicum verbum Reconnoître, (cum proprie sit Agnosco, i. e. Noscito,) hanc quoque verborum Agnoscere et *γνωρίζειν* signif. Dicimus enim, Je le reconnois seigneur, vel roi, aut empereur: pro Agnosco illum dominum, regem, imperatorem. Sæpe tamen alia quoque constr. dicere solemus, Je le reconnois pour seigneur, etc. ‖ *Γνωρίζω* interdum non est Agnosco, sed potius Cognosco. Bud. cum dixisset *γνωρίζω* esse Agnosco, et hujus signif. exempla protulisset, subjunxit, ut supra docui, Cum alioqui *γνωρίζω* significet Cognosco, et Indico, et Notum facio. Quibus verbis videri possit signif. illam, qua pro Agnoscere ponitur, non censere esse primam et maxime propriam, quod ego aliter se habere existimo. Quod autem subjungit, inde esse *γνώρισμα*, pro Indicium, ne hoc quidem affirmari potest, cum derivando *γνώρισμα* ab ea verbi *γνωρίζω* signif. qua ponitur pro Agnosco, possit exponi, Id quo aliquem s. aliquid agnoscimus. Sed tamen de hoc alios pronuntiare malens, venio ad exempla quibus illa Cognoscendi signif. probari potest. Ibi certe nullum ipse affert; sed alibi hoc producit ex Aristot. Metaph. 9. *Καὶ τὴν ἐπιστήμην μέτρον τῶν πραγμάτων λέγομεν, καὶ τὴν αἴσθησιν, ὅτι γνωρίζομέν τι αὐταῖς.* Ex Eod. *῞Ωσπερ εἰ ἄλλου ἡμᾶς μετροῦντος ἐγνωρίσαμεν πηλίκοι ἐσμέν.* Quin etiam e Dem. affert *γνωρίζω*, pro Cognosco, Novi. Itidemque partic. *ἐγνωρισμένος* pro Cognitus, inveniri tradit. Ex Isocr. quoque affertur *γνωρίζειν* pro Cognoscere, *Πειρῶ γνωρίζειν τοὺς λέγοντας, ὁποῖοι καὶ τίνες εἰσί*, Da C operam ut noris eos qui et quales sint qui loquuntur. Sic etiam e Gal. pro Cognoscere, s. Deprehendere, ad Gl. 1. *᾿Αμφημερινὸν δὲ πυρετὸν τοῖσδ' ἂν μάλιστα γνωρίσαις.* Item, *Γνωριεῖς δὲ τὰς τοιαύτας ἐμφράξεις ταῖς ἀνωμαλίαις τῶν σφυγμῶν.* Ad hanc signif. referenda est ea, quam dat Polit. isti verbo ap. Herodian. 2, (14, 9.) *Ἦσαν δέ τινες τῶν πρεσβυτέρων καὶ γνωριζόντων αὐτοῦ τὸν τρόπον*: vertit enim, Qui consuetum ipsius haberent ingenium. Miror tamen cur potius reddiderit Consuetum haberent quam Cognitum haberent; atque adeo suspicari quis possit hoc, non illud, ab eo scriptum fuisse. Invenitur alioqui et in VV. LL. *γνωρίζω* expositum Consuetudinem ineo et familiaritatem. Cui signif. subjungitur ex Aristide, *Οὐ χαλεπῶς ἀλλήλους ἐγνώριζον.* Sed incertum est an hic Aristidis locus pro illius signif. exemplo afferatur, cum ibid. illam proxime præcedat ea cui primum locum dedi: sc. Agnosco, Noscito. ‖ **Γνωρίζω**, Notum facio, reddo, Cognitum reddo, Notitiam præbeo, Indico. Greg. Naz. de Basilio, *᾿Αθῆναι γάρ μοι τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐγνώρισαν τελεώτερον.* Idem, *῞Ινα καὶ τὴν φύσιν παραδείξῃ καὶ γνωρίσῃ τὴν δύναμιν.* Idem, *᾿Εκείνῳ γνωριεῖς τὴν ἁμαρτίαν.* At ap. Athen. redditur Indicare, *῾Ο Περσῶν βασιλεὺς ἠθλοθέτει τοῖς τὰς ἡδονὰς αὐτῷ γνωρίζουσι*, Iis præmia proponebat, qui novas voluptates indicabant. In N. T. frequentissimum est hoc vocab. (unde etiam videri possint Greg. Naz. et reliqui Theologi lubenter hoc fuisse usi) in hac transitiva signif., sc. pro Notum facio, Declaro, qua usi prius fuerant LXX. Interprr., ut videmus cum alibi, tum D in Ps. 15. *᾿Εγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς*: Jo. 17, 26. *Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου καὶ γνωρίσω*, Et notum feci eis nomen tuum et notum faciam. Sic ad Rom. 9, (23.) de Deo, *῞Ινα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ.* Sic ibid., versu proxime præcedenti, *Καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ*, Notam reddere potentiam suam. Aut etiam, Patefacere potentiam suam. Quo verbo reddi apte potest et in Ep. ad Ephes. 1, (9.) *Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ.* Utitur autem et alibi hoc ipso verbo cum eod. accus. Apud Eund. frequens est *γνωρίζω ὑμῖν ὅτι*, cum dicturus est aliquid, quod ab illis sciri magni referre existimat: perinde ac si diceret, Vos autem hoc ignorare nolim. Vel potius, Vobis autem aperte significo. Non male tamen interpr. qui et hic reddunt Notum facio. Apud Eund. vero ubi dicit, *Πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς*, reddi etiam potest, Omnia vobis exponet, De omnibus certiores faciet. Invenitur tamen *γνωρίζω* et pro Cognosco, Novi: Ep. ad Philipp. 1, 22. *Καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω*, ubi *οὐ γνωρίζω* redditur etiam Ignoro, recte. At de usu quem habet ap. Eund. passiva vox *γνωρίζομαι*, dicam mox ubi de illa agam. Nunc de alia signif. verbi hujus *γνωρίζω*, quæ ad istam, cujus exempla tot allata fuerunt, pertinet: sic tamen ut tanquam particularior sub generaliori includatur. Ea est qua ponitur pro *συνίστημι καὶ προξενῶ*, ut exp. Bud. afferens e Plut. Fabio, *Καὶ γνωρίζει τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ ἡ γυνή.* Interpr. autem ibi non addit, sed alibi reddit, Conciliat illi et insinuat. Quidam certe *γνωρίζει* et hic simpliciter interpr. Notum reddit. ‖ PASS. *Γνωρίζομαι*, (sequendo signiff. datas activæ

voci Γνωρίζω,) est Agnoscor, cujus signif. habuimus duo exempla supra in Γνωρίζω, unum ex Herodiano, alterum e Luciano. Item, sicut Γνωρίζω pro Cognosco etiam poni interdum dictum est, ita Γνωρίζομαι pro Cognoscor poni sciendum est: unde ἐγνωρισμένος, Cognitus. Denique ut Γνωρίζω est Notum facio, sic Γνωρίζομαι, Notus fio, Innotesco, Pateo. Qui usus [illegible] potest ap. Paulum: fortasse autem alii ubi [illegible]. [" Fischer. Ind. Palæph. v. Γινώσκω, et s. [illegible], ad D[illegible] S. 1, 10. Greg. Cor. 29. Eur. Ion. 1589. Villois. ad Long. [illegible] Soph. Œd. T. 538. Γνωρίζειν est utrumque, et Cognoscere, et Facere, ut alius cognoscat, de quo Casaub. ὁ πάνυ ad Strab. 1. p. 52. Toup. ad Longin. 296. Conf. c. γινώσκω, Heind. ad Plat. Phædr. 303. De fut., T. H. ad Plutum p. 216." Schæf. Mss. "Consuetudinem ineo et familiaritatem, Isæus de Philoct. Her. d. 142. Πρὶν μὲν τοίνυν τούτους γνωρίσαι τὴν ἄνθρωπον κ. τ. λ." Seager. Mss. * Γνωριστέον, Alex. Trall. 1. p. 28.]

Γνώρισμα, τὸ, Id e quo aliquem s. aliquid agnoscimus, Indicium. Synes. Καὶ καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου τὸ δέρμα λείπεται, γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτὲ ζώου. Lucian. (1, 417.) Ἅπαντες φαλακροί εἰσιν· ὥστε ἁπάντων εἴη τοῦτο τὸ γνώρισμα. Plut. Οἷον ἴχνη καὶ γνωρίσματα διηγήσεως. Bud. (ut antea dixi) hoc verbale vult esse ab ea verbi γνωρίζω signif. qua ponitur pro Indico, Notum facio; exponitque Indicium: addens, ut pulsus in febre: ap. Gal. Ταῦτα μὲν αὐτῶν τῶν ἐφημέρων γνωρισμάτα. Apud Eund. Μέγιστα μὲν δὴ τοῖς πυρέσσουσιν ἔν τε τοῖς σφυγμοῖς ἐστὶ καὶ τοῖς οὔροις γνωρίσματα. Apud Xen. quoque γνωρίσματα reddi potest Indicia, K. Π. 2, (1, 13.) Συναρμόσαι ταῦτα εὐπετῶς, ἣν ἔχῃ γνωρίσματα, ὥστε εὔδηλον εἶναι ἐξ ὁποίας χώρας ἕκαστον αὐτῶν ἐστίν. ‖ Γνώρισμα, Insigne, Ornamentum, Decus, Id propter quod aut res aut civitas visenda est. Bud. afferens e Greg. Naz. oratione de Basilio, Ἄλλαι μὲν γὰρ τῶν πόλεων ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσμασιν, ὅπως ἂν οἶμαι τῶν διηγημάτων ἔχωσιν ἢ τῶν ὁρωμένων· τῇ δὲ λόγοι τὸ γνώρισμα: Propter literarum studia visitur: de Cæsarea Cappadociæ. Sic γνωρίσματα τῆς βασιλείας affertur pro Insignibus imperii. Item, Φιλοσοφίας γὰρ φέρει γνωρίσματα, ex Alex. Aphr. in præf. Probl. 2. de medicina, Insignia gestat philosophiæ. ‖ Γνωρίσματα plur. numero, Monumenta; sed accipiendo hanc vocem Latinam in certa et peculiari signif. Terent. Eun. 4, 6. Abi tu, cistellam Pythia domo effer, cum monumentis. Ubi Donatus, Monumenta sunt quæ Græci dicunt γνωρίσματα καὶ σπάργανα. Cujus signif. aptissimum videtur exemplum habere iste Paus. locus, in Atticis, Κρηπῖδας Αἰγέα ὑπὸ πέτρᾳ καὶ ξίφος θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδί. Pertinet autem potius hæc signif. ad illam cui primus locus datus est, quam ad eam cui secundus. Ceterum, (ut de hoc obiter lectorem moneam,) convenire optime videtur ille Terentii locus cum isto Plauti in Rudente, Quia leno ademit cistulam ei, quam habebat, ubique habebat Qui suos parentes noscere posset: veretur ne perierit. Ubi observa etiam verbum Noscere quod est γνωρίζειν, unde γνωρίσματα. [" Longus p. 4. 6. Vill., ad Lucian. 1, 191. Fischer. Ind. Palæph., Brunck. Œd. T. 1035." Schæf. Mss. Εἰς γν. μόνον, Obiter, Suid. v. Ἀππιανός. * Γνωρισμὸς, Schol. Lycophr. 494.] Γνώρισις, ἡ, Agnitio, Actio reddendi quempiam notum alii. Plato, Πολλὴν χάριν οἶδά σοι τῆς Θεαιτήτου γνωρίσεως, Quod mihi notum et familiarem feceris Theætetum, Bud. [" Valck. Phœn. p. 741." Schæf. Mss.] Huic autem verbali subjungam COMP. Ἀγνώριστος, Δυσγνώριστος, Εὐγνώριστος: quoniam et ipsa, licet eis per compositionem *a* accesserit, magis formam verbalis retinent quam nomen Γνώριμος: quod alioqui factum itidem ex hoc verbo esse constat. Sicut enim Γνώρισμα ex ἐγνώρισμαι, Γνώρισις ex ἐγνώρισαι, sic illa ex ἐγνώρισται fieri manifestum est, et quidem tanquam PRÆCEDENTE Γνωριστός. Est igitur Ἀγνώριστος, Non agnitus, Qui talis est ut agnosci non possit, Non notificatus, Qui non innotuit, in notitiam non venit, talis est ut notificari s. innotescere non possit. At VV. LL. interpr. Incertus, Incognitus. Præceditque in Ibid. VERB. Ἀγνωρίζω pro Ignoro, quod mihi valde suspectum est. [Ἀγνώριστος, J. Poll. 5, 150.] Secundum COMP. est Δυσγνώριστος, Agnitu difficilis, Qui facile agnosci non potest, Qui non facile notificari potest s. innotescere. [* Δυσγνωρίστως, J. Poll. 5, 160.] Cui contrariam signif. habet tertium COMP. Εὐγνώριστος. Sonat enim, Agnitu facilis, Qui facile agnosci potest, Qui facile notificari queat s. innotescere. [* Πολυγνώριστος, Eust. Od. A. p. 62, 23. * " Γνωριστὴς, Cognitor, Antipho p. 758. Νῦν μὲν οὖν γνωρισταὶ γίνεσθε τῆς δίκης, τότε δὲ δικασταὶ τῶν μαρτύρων· νῦν μὲν δοξασταὶ, τότε δὲ κριταὶ τῶν ἀληθῶν." Seager. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] His addam et VERBALE Γνωριστικὸς, quo significatur Notitiam præbens, et quasi quis dicat Notificatorius. Sed ap. J. Poll. reddi potest Index, ubi scribit γνώμονα vocari τὸν ἀποπίπτοντα ὀδόντα τῆς ἡλικίας ὄντα γνωριστικόν. [" Plut. Mor. 1, 304." Schæf. Mss. Jambl. Protr. 124.]

Γνώριμος, ὁ, ἡ, Notus, Cujus notitiam habemus. Dem. (34.) Ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν, ἀλλ' οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι. Plut. de Pyth. Orac. Ἀμοιβῇ γὰρ ἔοικε νομίσματος ἡ τοῦ λόγου χρεία· καὶ δόκιμον καὶ αὐτοῦ τὸ σύνηθες ἐστὶ καὶ γνώριμον, ἄλλην ἐν ἄλλοις χρόνοις ἰσχὺν λαμβάνοντος. Alex. de Anima 2. γνωριμωτάτην et ἀγνωστοτάτην inter se opposuit, eodemque in loco voci γνώριμον addidit ἀναμφίλεκτον, ita scribens, Ἀλλ' ἔστι πολλὰ τῶν ὄντων ἃ τὴν μὲν ὕπαρξιν ἔχει γνωριμωτάτην, ἀγνωστοτάτην δὲ τὴν οὐσίαν· ὥσπερ ἥ τε κίνησις καὶ ὁ τόπος· ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ χρόνος· ἑκάστου γὰρ τούτων τὸ μὲν εἶναι, γνώριμον καὶ ἀναμφίλεκτον· τίς δέ ποτέ ἐστιν αὐτῶν ἡ οὐσία, τῶν χαλεπωτάτων ὀφθῆναι: quæ Bud. ita vertit, (sensum exponens, non singula verba interpretans,) Tempus esse et locum omnes noverunt, sed quæ sit eorum essentia sive natura, et definitio, scire difficillimum. Γνώριμος annotatur significare etiam Cognitus [illegible], sed nullum signif. hujus exemplum a[illegible] [illegible] Demosthenis loco [illegible] [illegible] ut [illegible] γνώριμος [illegible] Notus, sed [illegible] Cognitus [illegible]. Neque tamen et illam interpr. ferri [illegible] Γνώριμον [illegible] mihi videtur [illegible] pro Eo qui notus est, sed pro Eo qui sit carus et [illegible]. Apud Aristot. Poet. 1. [illegible] distinguuntur ἀπὸ τοῦ [illegible], [illegible] εἴδη esse, [illegible], τὸ περὶ τὰς τέχνας, τὸ ἀγοραῖον κ. τ. λ., at γνώριμα εἴδη esse, πλοῦτος, εὐγένεια, ἀρετὴ, παιδεία. In VV. LL. ponitur et Γνώριμον, tanquam substantivum, [illegible] Fides, [illegible] exploratæ et compertæ [illegible]. [illegible] exp. Græca, sine Auctoris nomine, Πιστὸν καὶ ἀσφαλὲς ὃ [illegible] πεπείσμεθα. Sed quamvis de hac expositione, nisi [illegible] datur, difficile sit judicare, qui unquam ejus est Auctor, non videtur γνώριμον illud pro substantivo accipere. ‖ Γνώριμος, Notus. Sed hic me loqui non jam de participio Notus, quod est Cognitus, sed de nomine Notus: i. e. de Notus quod e participio in nomen, sicut et alia quædam ap. Latinos quoque, transiit, et pro Familiari ponitur, (scio enim et extra hanc signif., nominis loco haberi nonnunquam, ut ap. Horat. Sat. 1, 1. Non uxor salvum te vult, non filius; omnes Vicini oderunt, noti, pueri atque puellæ. Usus est autem hoc γνώριμος et Hom., sed uno duntaxat (ut tradit ex aliis Eust.) in loco: sc. Od. Π. non procul a principio, Εὔμαι', ἦ μάλα τίς τοι ἐλεύσεται ἐνθάδ' ἑταῖρος, Ἢ καὶ γνώριμος ἄλλος. Ubi annotat idem Grammaticus, discrimen poni inter ἑταῖρον et γνώριμον: ac fortasse τιμιώτερον esse ἑταῖρον quam eum qui simpliciter sit γνώριμος: fortasse etiam esse γνώριμον quiddam generalius, sub quo comprehendantur et ἑταῖρος et alii quolibet modo συνήθεις. Ego certe illi in utroque assentior; nam latius multo γνώριμον patere quam ἑταῖρον, et majore hunc quam illum in pretio esse, varii Scriptorum aperte ostendunt loci. Apud Dem. certe ut φίλος minus quam ξένος, ita hoc φίλος plus esse quam γνώριμος videmus, (320.) Ἐκ ποίας γὰρ ἴσης ἢ δικαίας προφάσεως Αἰσχίνῃ τῷ Γλαυκοθέας τῆς τυμπανιστρίας, ξένος, ἢ φίλος, ἢ γνώριμος ἦν Φίλιππος; q. d. Tantum abest ut justa aliqua de causa potuerit illi esse ξένος, ut nec φίλος, atque adeo ne γνώριμος quidem. Sæpe autem redditur hoc γνώριμος Latina voce Familiaris. Bud. interpr. Familiaris et quibuscum consuevimus: afferens e Xen. (K. Π. 5, 5, 10.) Εἴ τις κύνας, ἃς σὺ τρέφεις, θεραπεύων, γνωριμωτέρας ἑαυτῷ ἢ σοὶ ποιήσειε. Interdum οἰκεῖοι et γνώριμοι, nonnunquam γνώριμοι et συνήθεις copulantur: utriusque usus exemplum extat ap. Plat. Legitur enim ap. eum de Rep. 1. Ἀπέχθεσθαι τοῖς οἰκείοις καὶ γνωρίμοις. Apud Eund. libro ejusd. Operis 2. Τοῖς γνωρίμοις καὶ συνήθεσι opp. οἱ ἀγνῶτες. Ita enim scribit, Οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ ἦθος· πρὸς μὲν τοὺς συνήθεις τε καὶ γνωρίμους ὡς οἷόν τε πρᾳοτάτους εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας τοὐναντίον. Itidem copulantur ista duo nomina ab Aristot., sed duobus his alia duo opp.; neque enim ἀγνῶτες solum illis duobus opponit, sed ἀγνῶτες et ἀσυνήθεις: Eth. 4, 6. Ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει. Rursum autem Plato in Charmide ἀγνῶτας et γνωρίμους inter se opposuit: Τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοὶ, τοὺς δὲ καὶ πλείστους γνωρίμους. Nec vero solum γνώριμός τινι, sed et γνώριμός τινος dicebant: unde affertur etiam γνώριμος ἐμός. Peculiari magis signif. γνώριμοι appellabantur οἱ μαθηταί. Suidas postquam γνώριμοι exposuit φοιτηταὶ, h. l. affert, Πυθαγόρας ὁ Σάμιος γνωρίμους ἔσχε πλείους ἢ ἑξακοσίους. Quo pertinet Plut. de Virt. Mor. Αὐτὶ γνωρίμων καὶ μαθητῶν ἐρασταὶ καλούμενοι καὶ ὄντες. [" Phryn. Ecl. 179. Lucian. 1, 760. ad Diod. S. 1, 534. Discipulus, Ruhnk. Ep. Cr. 283. Toup. ad Longin. 391. Opusc. 2, 141. Plut. Mor. 1, 270. Oxon. Taylor. Præf. ad Dem. Mid. p. 6." Schæf. Mss.] ADV. Γνωρίμως, Familiariter, More eorum qui sunt familiares, " Plane." Possint vero et aliæ interprr. huic adverbio dari, sequendo eas quæ nomini γνώριμος datæ fuerunt. [Eur. El. 945. Dem. 722. 1247. * Γνωριμότης, Stob. Ecl. Eth. p. 130. Tzetz. Ch. 4. p. 76.]

Ἀναγνωρίζω, Agnosco. Sonat q. d. Recognosco, non in ea signif. quam habet ap. vett. Scriptt., sed in ea potius quæ barbara est pro Gallico Reconnoître. Plato in Politico, Δεῖ δὴ τοὺς συγγενεῖς ἡμᾶς ἀεὶ προθύμως διὰ λόγων ἀναγνωρίζειν, ubi Bud. vertit Agnoscere, " Cognoscere," Noscitare. Pass. Ἀναγνωρίζομαι, Agnoscor. At in VV. LL. Innotesco. [" Tyrwh. ad Arist. 161." Schæf. Mss.] Ἀναγνωρισμὸς, ὁ, ET Ἀναγνώρισμα, τὸ, " Ipsa τοῦ ἀναγνωρίζειν actio, Noscitatio," Agnitio. Synes. Ep. 100. Ὥσπερ οὖν ἐν ἐμοὶ συνελθόντες πάλαι, τὴν συντυχίαν ἀναγνωρισμὸν ποιησάμενοι. Interdum vero ἀναγνώρισμα est potius Specimen et documentum, Bud. [Ἀναγνωρισμὸς, Schol. Soph. El. 1203. 1279. Œ. T. 353. 451. 673. 1077. " Recognitio, Pseudo-Chrys. Serm. 88. T. 7. p. 614. Μετὰ τὸν παράδοξον ἐκεῖνον ἀναγν. θεασάμενος Ἰωσὴφ τοὺς ἑαυτοῦ ἀδελφοὺς, προτονεῖδισαι οὐκ ἠθέλησε." Seager. Mss. Ἀναγνώρισμα, Hippocr. 310, 30. " Brunck. Soph. 3, 454." Schæf. Mss.] Ἀναγνώρισις, ἡ, ap. Plat. i. q. ἀναγνωρισμὸς, Agnitio: [Theæt. p. 193. Aristot. Poët. 22. Tyrwh. " Bekk. Anecd. 389." Boiss. Mss. * " Ἀναγνωριστικὸς, ad Lucian. 1, 730." Schæf. Mss. * Ἐπαναγνωρίζω, ad Hesych. 1, 1311. n. 8.] Διαγνωρίζω, Divulgo, Internuncio. Apud Luc. autem, 2, (17.) Ἰδόντες δὲ διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου, pro Divulgarunt; Notum fecerunt, Bud. rectius quam vet. Interpr. Cognorunt. Erasm. tamen cum aliquo reddat et ipse Divulgarunt, putat et pro Pern[illegible] runt posse accipi, sed perperam, cum constet positum esse pro διεφήμισαν quo Marcus usus est. [* Ἐπιγνωρίζω, Xen. K. 6, 23. Symm. Prov. 20, 11. Nicet. Eugen. 8, 296. * " Ἐπιγνωριστὰς, Athan. 2, 280. 281. * Προγνωρίζω, Const. Manass. Chron. 73, 492." Kall. Mss.]

Quod sequitur vocab. δάπεδον, vel post πέδον, vel post ἔδαφος ponendum fuisset, prout quis e duabus etymologiis, quæ ei dantur, alterutram sequi voluisset. Affertur vero et tertia, quam itidem declarabo. Ceterum quod non sit πρωτότυπον, sed aliunde derivatum, (licet et ipsum non pauca e se derivata habens,) ideo notulam ei, sicut aliis plerisque, præfixi.

ΔΑΠΕΔΟΝ, τὸ, Pavimentum. Generalius vero et Solum. Il. Δ. init. Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ, In aureo pavimento. Quem locum affert et Cam., postquam dixit δάπεδον esse Pavimentum, i. e. Complanatum et spatiosum locum in ædibus. Sed malim simplicius interpretari Pavimentum, (non addita illa vocis hujus expositione,) tum in hoc, tum in aliis ejusd. Poëtæ locis. E quibus est hic, Od. K. (227.) Ὦ φίλοι, ἔνδον γάρ τις ἐποιχομένη μέγαν ἱστὸν, Καλὸν ἀοιδιάει, δάπεδον δ' ἅπαν ἀμφιμέμυκεν. Ubi Eust. annotat, δάπεδον non γῆν ὕπαιθρον videri significare, sed τὸ τοῦ δώματος ἐμβαδόν. Apud Eund. Λ. (419.) Ὡς ἀμφὶ κρητῆρα τραπέζας τε πληθούσας Κείμεθ' ἐνὶ μεγάρῳ, δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν. Ubi annotat idem Schol. Ὅρα δ' ἐν τοῖς ῥηθεῖσι καὶ ὅτι δάπεδον καὶ νῦν ἴσως τὸ τοῦ μεγάρου ἔδαφος εἶπεν, ἔνθα καὶ αἱ τράπεζαι καὶ οἱ κρητῆρες. Ubi observandum est, eum, tanquam non affirmantem, addere ἴσως, i. e. Fortasse. Sic quoque in loco præcedente non dicit significare, sed videri significare τὸ τοῦ δώματος ἐμβαδόν. Qua voce alioqui utitur in ejusd. vocab. expositione, in illo etiam loco quem primum protuli. Postquam enim dixit δάπεδον esse τόπον ἐγγὺς οἰκημάτων, αὐτὸν μὴ ἔχοντα οἰκήματα: s. τόπον ἐν πόλει, ψιλὸν οἰκημάτων: (ut in hoc ejusd. Scriptoris loco, Περιφέρων τὴν ἀσπίδα ἐπίχαλκον οὖσαν, προσίσχε τῷ δαπέδῳ ἐντὸς τοῦ τείχους:) s. χωρίον ὁμαλὸν εἰς διατριβὴν ἀνεθὲν, (quod in Odyssea vocari ab illo τυκτὸν δάπεδον, ubi proci se exercent,) addit, posse et hic, sicut in quibusdam Odysseæ locis, hac voce intelligi τὸ ἐντὸς οἰκίας ἐμβαδόν: adeo ut δάπεδον non sit αἴθριον duntaxat, sed ὑπορόφιον quoque. Quibus hæc subjungit, quæ de etymo hujus vocis disserit. Ortum est δάπεδον e vocula δᾶ, (quæ Dorice Terram signif.,) et nomine πέδον. Idem Schol. Od. X. (455.) Αὐτὰρ Τηλέμαχος καὶ βουκόλος ἠδὲ συβώτης Λίστροισιν δάπεδον πύκα ποιητοῖο δόμοιο Ξῦον, annotat δάπεδον hic quoque significare τὸ ὑπόστεγον ἔδαφος: idque manifestum esse ex eo quod dicatur δάπεδον δόμοιο, sc. ad differentiam τοῦ αἰθρίου. Sciendum est porro vocem istam pro Pavimento reperiri ap. eos quoque qui soluta oratione scripserunt. Athen. 12. Ἔρραινε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ μύρῳ σπουδαίῳ καὶ οἴνῳ εὐώδει τὸ δάπεδον. Quin etiam ap. Xen. vocem istam habemus, K. Π. 8, (8, 8.) p. 142. meæ Ed., ubi de Persarum luxu et mollitie loquitur, Ὅπως μὴ ἀντερείδῃ τὸ δάπεδον, ἀλλ' ὑπείκωσιν αἱ δάπιδες. || Δάπεδον, interdum est potius Solum, ut cum dicitur quis natus vel ἐν δαπέδῳ regionis vel urbis alicujus humatus esse: cujus usus exemplum in Epigr. extat. Sed et pluralis pro singulari positus hunc eund. usum obtinet, ut in hoc Biantis Epitaphio, Κλεινῆς ἐν δαπέδοισι Πριήνης φύντα καλύπτει Ἥδε Βίαντα πέτρα, κόσμον Ἴωσι μέγαν. Invenitur et cum aliis genitivis, siquidem ap. Eur. legimus (Alc. 594.) πεδίων δαπέδοις, periphrastice pro πεδίοις. Eadem periphrasi dicitur γῆς δάπεδον, (ut Lat. Poëtæ dixerunt Terræ solum,) quod Aristoph. non tanquam Comicum, sed tanquam Tragicum usurpavit, Πλ. (515.) Ἢ γῆς ἀρότροις ῥήξας δάπεδον, καρπὸν Δηοῦς θερίσασθαι. Sic autem pleraque extant ap. hunc Comicum, quæ minime e Comico sermone sumta sunt, quin potius ab eo abhorrent; sed ad Tragicam grandiloquentiam alludens aut etiam nominatim ad alicujus Tragici locum, iis utitur. || Δάπεδον, uti dixi, quidam e πέδον, alii ex ἔδαφος derivarunt. Eust. ex iis est qui e πέδον deductum esse volunt: ut nimirum δάπεδον dicatur quasi δᾶς πέδον, quod δᾶς est Doricum pro γᾶς: a NOMIN. Δᾶ. Sonabit autem δᾶς πέδον quasi quis dicat Terræ solum. Sic non solum γῆς πέδον, sed etiam χθονὸς πέδον inveniri ap. Tragicos, docui in Πέδον: genitivum illum ex Æsch. Pr. init., hunc autem e Soph. afferens. Etym. nomen hoc δάπεδον deducit quidem et ipse e πέδον, cui præfixa sit particula δᾶ: sed huic aliam hic signif. inesse existimat; vult enim esse ἐπιτατικὸν, i. e. habere vim intendendi: ut δάπεδον sonet τὸ μέγα καὶ πλατὺ πέδον, quod est ἔδαφος. Fieri autem ait hoc δᾶ e ζᾶ, per metathesin literæ δ in ζ: unde ζάπλουτος dicitur ὁ πάνυ πλούσιος. Ubi observa obiter eund. usum PARTIC. Ζᾶ, ET Δᾶ, si ejus sententiam sequamur. Ad ζᾶ quidem quod attinet, in multis vocabulis hanc intendendæ signif. vim habere constat; at particulæ δᾶ hunc usum habentis, non obvia itidem exempla sunt. Dicitur quidem in δάσκιος esse itidem ἐπιτατικὴ hæc vocula, sed alii esse volunt per sync. factum e δασύσκιος. Sic et in Δασπλῆτις usum istum a quibusdam habere existimatur. " Ζάπεδον, Hes. μέγα ἔδαφος. Videtur tamen adjective potius " signif. Magnum solum s. pavimentum habens." [Xenophanes Athenæi p. 462. ζ. καθαρὸν, al. δάπεδον.] Altera autem etymologia, (cujus nullam Schol. ille mentionem facit,) ea est qua δάπεδον ab ἔδαφος deducitur. Sed hæc mihi multo minus placet, minusque verisimilis videtur. Alioqui pro ea facere videri queat vox Ἐδάπεδον, quippe quæ habeat ε, et in qua aspiratæ duntaxat in tenuem mutatio facta dici possit: ut sc. ex ἔδαφος primum ἐδάπεδον pro ἐδάφεδον factum sit, deinde δάπεδον, ablata prima illa vocali. Sed vocem illam ἐδάπεδον nullo testimonio nobis comprobant VV. LL., ego autem nec ap. Hes. nec Suid., nec Etym., nec alium quenquam, eam reperio: adeo ut valde suspectam habeam, et verear ne, ut aliæ quamplurimæ, errore alicujus ex illorum VV. LL. consarcinatoribus in ea irrepserit. Hæ sunt illæ duæ etymologiæ quæ ap. vett. Gramm. extant: sic tamen ut prior magis ap. eos recepta sit. At Cam. hanc falsam esse arbitratur, (nam esse quasi γάπεδον, i. e. γήπεδον, falsum est, inquit,) qui alterius ne mentionem quidem facit. Putatque δάπεδον esse potius a δάπτω significante κόπτω: sicut pavimentum est a Pavio, quod est ferio. Ego autem non video cur e duabus illis priorem repudiare debeamus: nisi infinitas alias, quæ alioqui recipi solent, rejicere velimus. Sed undecunque tandem originem habeat vox δάπεδον, ex ea orta esse constat nomina composita, Ἀλλοδαπὸς, Ἡμεδαπὸς, aliaque, de quibus ordine agam; atque ita ἀλλοδαπὸς dicetur tanquam ἀλλοδάπεδος, vel tamen ἀλλοδαφός: idemque et de ceteris dicemus. Sed mirari quis possit, idque non immerito, quomodo Eust. δάπεδον e πέδον, non ex ἔδαφος deducens, ἀλλοδαπὸς tamen exponat non ὁ ὢν ἐξ ἄλλου πέδου, s. ὁ τοῦ ἄλλοθεν πέδου, sed ὁ τοῦ ἄλλοθεν ἐδάφους. Qua de re dicam et in Ἡμεδαπός. [" Valck. Hipp. p. 170. 297. Toup. Opusc. 2, 240. Brunck. ad Eur. Or. p. 180. 199. Musgr. ad v. 330. Ilgen. ad Hymn. 344. Wakef. Alc. 601. Jacobs. Anim. 132. Anth. 12, 149. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 76. Heyn. Hom. 4, 553. Anthol. Palat. 2, 491. De quant., Porson. Or. 324. Jacobs. Anth. 11, 136." Schæf. Mss.]

Ἀλλοδαπὸς, (sive tanquam ἀλλοδάπεδος s. ἀλλοδαφὸς, ut modo dicebam, nam a quibusdam exp. ὁ ὢν ἐξ ἄλλου δαπέδου, ab aliis ὁ ὢν ἐξ ἄλλου ἐδάφους,) Qui est ex alio solo, non e nostro, Qui est
B e solo peregrino, Peregrinus, Alienigena, Extraneus, Exterus, Externus. Il. Γ. (48.) Μιχθεὶς ἀλλοδαποῖσι, γυναῖκ' εὐειδέ' ἀνῆγες, Exteris: Π. (550.) ἐπεί σφισιν ἕρμα πόληος Ἔσκε, καὶ ἀλλοδαπός περ ἐών: Τ. (324.) ἀλλοδαπῷ ἐνὶ δήμῳ: pro eo quod alibi dicit, ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ. Usus est hoc nomine (licet alioqui sit ποιητικώτερον) Xen. quoque K. Π. 8, (7, 3.) Πολῖταί τοι ἄνθρωποι ἀλλοδαπῶν οἰκειότεροι, καὶ σύσσιτοι ἀποσκήνων. Xen. vero in usurpanda voce ista imitatus est Herodianus præsertim: ap. quem plerisque in locis occurrit ἀλλοδαπὴ, subaudito subst. χώρα, vel γῆ: 8, (7, 14.) Βιώσεσθέ τε καὶ κατὰ γνώμην ἐν τοῖς οἰκείοις, οὐκ ἐν ἀλλοδαπῇ κακοπαθοῦντες: 5, (2, 13.) Αὐτοὶ μὲν ὑπὸ σκηναῖς καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ διαιτώμενοι. Sic (8, 7, 16.) usurpatur gen. ἀλλοδαπῆς. Usi sunt vero et alii eod. modo: e quibus est Philo V. M. 1. Καὶ ἄρτι πρῶτον εἰς ἀλλοδαπὴν ἀφιγμένος. || Ἀλλοδαπὸν, interdum Aliquid vocatur quod est inusitatum et insolens, s. formæ inusitatæ: (qua in signif. videndum est an usurpari Peregrinum possit.) Interdum vero et Prodigiosum reddi posse videtur, sicut ἀλλόκοτον. Herodian. 1, (14, 2.) Ζῷά τε παντοῖα, καὶ τὴν ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα, σχήμασί τε ἀλλοδαποῖς, καὶ μέρεσι σώματος ἀναρμόστοις πολλάκις ἀπεκυήθη, Polit. Præterea animalia omne genus, minime naturam suam servantia, cum figura corporis prodigiosa, tum membris haudquaquam congruentibus edebantur. In alio tamen ejusd. Historici loco eadem verba haud eodem interpretari modo possimus; haud enim liceat σχῆμα ἀλλοδαπὸν itidem reddere Figuram prodigiosam; in isto
C Ejusd. loco, 5, (5, 9.) Μὴ ἀλλοδαπὸν ἢ παντάπασι βάρβαρον τὸ σχῆμα ὀφθὲν, εὐθὺς λυπήσῃ τοὺς ἰδόντας. Hic enim ἀλλοδαπὸν σχῆμα est simpliciter Peregrinus habitus, i. e. Peregrinæ genti usitatus. [" Ad Timæi Lex. 134. Ilgen. Hymn. 598. Valck. ad Ammon. 85. ad Herod. 752. Ruhnk. ad Xen. Mem. 236. Jacobs. Anth. 7, 174." Schæf. Mss. * Ἀλλοδαπῶς, Gl. Alifariam.]

Ἡμεδαπὸς, Qui est e nostro solo, i. e. nostrate: (sicut ἀλλοδαπὸς proxime præcedens, Qui est ex alio solo.) Uno verbo reddi potest Nostras. Sonat enim ἡμεδαπὸς, q. d. ὁ τοῦ ἡμετέρου δαπέδου, quasi diceretur ἡμεδάπεδος. Vel, ὁ τοῦ ἡμετέρου ἐδάφους, sequendo Eust.: qui postquam scripsit τηλεδαπὸν fieri* e τῆλε et ἔδαφος, et esse νήσους τηλεδαπὰς ap. Hom., ὧν τῆλε καὶ μακρὰν τὸ ἔδαφός ἐστι: addit talem deductionem habere etiam ἡμεδαπὸς et ἀλλοδαπός: utpote significantia, ὁ τοῦ ἡμετέρου ἐδάφους, et ὁ τοῦ ἄλλοθεν ἐδάφους. Sic ποδαπὸς sonare ποίου ἐδάφους, ἤτοι χώρας, γῆς. Jure autem optimo mirum alicui videatur, ut antea dixi, cur Eust. alibi δάπεδον non ex ἔδαφος derivans, sed e πέδον, præfixam habente voculam δᾶ, quæ Dorice usurpetur pro γᾶ: in istis compp. non itidem gen. πέδου, sed gen. ἐδάφους mentionem faciat. Non video certe quid aliud hic dici possit quam eum ista composita non e δάπεδον facta esse, sed sibi peculiarem derivationem habere censuisse. Verum hanc sententiam nulla defendi posse ratione existimo. Erat tamen alioqui dicendum, ἀλλοδαπὸς, ἡμεδαπὸς, et reliqua, e δάπεδον fieri, quasi
D ἀλλοδάπεδος, ἡμεδάπεδος: illud autem δάπεδον e πέδον vel ex ἔδαφος esse ortum. Unica esse excusandi Eustathii via: dicendo sc. eum, cum scripsit, Ἡμεδαπὸς, ὁ τοῦ ἡμετέρου ἐδάφους, intellexisse ὁ τοῦ ἡμετέρου δαπέδου, i. e. ἐδάφους: itidemque in ceteris. Sed vereor ut parum verisimile judicetur eum ita intelligendum relinquere nobis voluisse. Equidem Hes. quoque et Suidas in expositione genitivi ὑμεδαπῶν afferunt illud ἐδάφους. Exp. porro ἡμεδαπὸς, ἐγχώριος, s. ἐπιχώριος, nec non αὐτόχθων. Sæpe vero et ἡμέτερος, i. e. Noster: ut ἡμεδαπῆς γῆς Hes. exp. ἡμετέρας: item ἡμεδαποῖο, ἡμετέρου. Idem postquam dixit ἡμεδαπὸν opponi τῷ ἀλλοδαπῷ, et declarare τὸ ἐπιχώριον, addit, Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἡμέτερον. Sic ap. Aristoph. (Εἰρ. 220.) Suidas, Ὁ γοῦν χαρακτὴρ ἡμεδαπὸς τῶν ῥημάτων, exp. ἡμέτερος. Et in alio Ejusd. loco, Καί τι καὶ παίσωμεν παρασίτου μνημονεύσαντες ἡμεδαποῦ, exp. ἡμετέρου. Sed pronomen ἡμέτερος, sicut et Lat. Noster, interdum et pro Nostras accipitur. [" Ad Mœr. 178. ad Timæi Lex. 133. Phryn. Ecl. 162." Schæf. Mss.]

COMP. Ὑμεδαπὸς illi Ἡμεδαπὸς proxime subjungendum est, utpote ei respondens, sicut Latine sibi respondent Nostras et Vestras. Est igitur Ὑμεδαπὸς itidem Qui est e vestro solo, Vestras. Hes. ὑμεδαπῶν exp. τοῦ ὑμετέρου ἐδάφους. Suid. τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐδάφους ὑμῖν συγγενῶν· ἢ τῆς αὐτῆς χώρας: ubi pro ἢ credo reponendum ἤγουν, aut ἤτοι: ut genitivo χώρας exponatur ille ἐδάφους. At in VV. LL. legitur Ὑμεδαπῆς, quod interpr. Conterraneus, Vestras, quasi Eod. vobiscum loco natus. Hisque

subjungitur nomen Suidæ, tanquam testis. Unde apparet eum, qui hæc scripsit, existimasse ὑμεδαπῶν, quod ap. Suid. legitur, esse a nomin. contracto ὑμεδαπής. Sed miror cur potius ab ὑμεδαπὴς quam ab ὑμεδαπὸς esse putarit: præsertim cum non ἡμεδαπὴς in Iisd., sed ἡμεδαπὸς duntaxat legatur. Qu d si usquam ὑμεδαπὴς extaret, et quidem ap. idoneum quempiam Auctorem, non dubium est quin et ἡμεδαπὴς itidem dici posset: quin etiam reliqua compp. fortasse eandem accipere formam possent. Inveniri quidem certe et παντοδαπὴς, mox docebo. [" Ὑμεδαπὸς, ad Timæi Lex. 134." Schæf. Mss.]

Παντοδαπὸς, q. d. Qui est ex omni solo: sequendo interpr. quæ aliis compp. datur. Sed Latine redditur, Omnifarius, Omnigenus, Omnis generis. Interdum Varius, Multiplex. Quas duas posteriores interprr. ei dat Bud. ap. Plat. Παντοδαπὸς, inquit, Varius, Multiplex: ut χίμαιρα, et similia, ap. Plat. de Rep. Sic παντοδαπώτατος vertit Valde multiplex, in isto Theophr. loco, Ἄπιοι δὲ καὶ μηλέαι ἐν τῷ Πόντῳ καὶ παντοδαπώταται καὶ χρησταί. Apud Aristoph. B. (289.) θηρίον quoddam, (cui nomen datur ἔμπουσα,) dicitur fieri παντοδαπόν: sc. τοτὲ μὲν βοῦς, νυνὶ δ' ὀρεὺς, τοτὲ δ' αὖ γυνή· quin etiam κύων. Ubi παντοδαπὸν γίνεται quidam interpr. Aliud atque aliud fit, In omnes formas se commutat. Apud Synes. Παντοδαπὴ ἀρετὴ, Omnifaria virtus s. Omnigena, s. Omnis generis. Sæpe autem in plur. usurpatur: ut παντοδαπὰ ζῶα ap. Aristot. Animalia omnis generis, s. omne genus, ut etiam Lat. loquuntur interdum. Sic παντοδαπὰ νοσήματα, ap. Aristoph. Morbi omnis generis; vel, mutata structura orationis, Omne morborum genus. E Theophr. affertur et Παντοδαπαῖς ἐν ὥραις. ‖ Affertur ETIAM Παντοδαπὴς, ex Aristot. Θαυμ. Ἀκουσμ. Sed addit Bud., a quo affertur, Nisi sit menda. Quibus verbis, suspectum sibi fuisse, aperte ostendit. Verum suspicionem eam si non tollunt, at certe minuunt Dionys. Areop. et Herodianus, ap. quos etiam reperitur. Locus Herodiani est 5, (6, 19.) p. 511. meæ Ed. Ὁ δὲ δῆμος ἑκατέρωθεν παρέθει μετὰ παντοδαποῦς δᾳδουχίας. Possit tamen aliquis rursum suspicari ab ipso Auctore παντοδαπῆς, non παντοδαποῦς scriptum fuisse, præsertim cum in eadem pag. declinationem illam, non hanc usurpet, scribens, Ἐσθῆτάς τε καὶ ὀθόνας παντοδαπάς. Alioqui pro illo παντοδαποῦς facere posset ὑμεδαπὴς, quod supra e VV. LL. attuli, si aliquo testimonio confirmatum ibi esset. [" Παντοδαπὸς, Diod. S. 2, 14. 328. 338. Heind. ad Plat. Hipp. 126. ad Gorg. 144. Bibl. Crit. 3, 1. p. 37. T. H. ad Lucian. Dial. p. 76. Παντοδαπὰ πολλὰ, Xen. de Vect. 5, 12. An Hom. dixerit, Bergler. Præf. Od. p. 14." Schæf. Mss.] Παντοδαπῶς, Omnifariam, Omnibus modis, Omni modo. Uno verbo, Omnimode, quo Lucr. utitur. Extat ap. Aristot. Eth. 2, 6. pentameter, sine Auctoris nomine, in quo ἁπλῶς et παντοδαπῶς inter se opp. Ejus enim pentametri verba hæc sunt, Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί. Ubi quidam παντοδαπῶς interpr. Multis modis; ego malim, magis ad verbum, Omnibus modis. [* Παντοδαπέω, unde * Παντοδαπία, Schleusn. Lex. V. T.]

" Ὁποδαπὸς, Cujas: indefinite; interrogativum enim est ποδαπός. Annexo ἂν vel οὖν signif. Cujascunque: qua signif. " dicitur etiam ὁποδαπὸς ἂν ἐθέλῃς. Plato Phædro (342.) Ῥᾳδίως σὺ Αἰγυπτίους τε καὶ ὁποδαποὺς ἂν ἐθέλῃς λόγους ποιοίης." [" Thom. M. 725. Toup. Opusc. 2, 107. ad Herod. 377. 698." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 57. " Theod. Prodr. in Notit. Mss. T. 8. P. 2. p. 151." Boiss. Mss. * " Ὁποδαπῶς, Anna C. 446." Elberling. Mss.]

Ποδαπὸς, q. d. ποίου δαπέδου, E quo solo, Cujas. Convenientem signif. habet cum Ἡμεδαπὸς et Ὑμεδαπὸς, eodemque pertinentem. Xen. (K. Ἀ. 4, 4, 11.) Ἐρωτώμενος δὲ ποδαπὸς εἴη, Πέρσης ἔφη εἶναι. Plato Apol. Socr. (4.) Τίς καὶ ποδαπός; Aristoph. N. (184.) Ὦ Ἡράκλεις, ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία; Cujates feræ? Quidam exp. etiam, Quales feræ? [" Phryn. Ecl. 16. Thom. M. 724. Coray Theophr. 78. Jacobs. Anth. 7, 127. Epigr. adesp. 350. ad Charit. 337. Act. Traj. 1. p. 246. ad Herod. 607. Qualis, Plut. Mor. 1, 869. 881. Τῆς ποδαπῆς, Anthol. Palat. 2, 721." Schæf. Mss.]

Invenitur ETIAM Ποταπὸς, sed significans potius Qualis. Suspecta autem hæc scriptura esset, nisi in variis ll. reperiretur. Atque adeo quidam annotant ποταπὸς dici ἐπὶ τρόπου, sicut ποδαπὸς ἐπὶ γένους. Lucian. in Dial., qui περὶ Παρασίτου inscriptus est (§. 22.) Ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσα τινῶν λεγόντων, Ποταπὸς δὲ οὗτος ὁ φίλος, ὅστις οὐ βέβρωκεν οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν; Ubi ποταπὸς a quibusdam redditur Qualis, Cujusmodi. Hermog. de Invent. * Σκοπητέον τὸ πρᾶγμα ποταπόν ἐστι, καὶ ποταπὸν ὑπείληπται· χρηστὸν, ἢ φαῦλον: Considerandum est qualis res sit, et qualis existimetur, bona an mala. Julian. Imper. in Misop. Ὃς ὑπὸ ἀφροσύνης οὐ συνῆκα ποταπὸν τῆσδε τῆς πόλεως ἦθος. Liban. Ποταπὴ τὴν γλῶτταν ἡ παρθένος. Invenitur et in N. T.: Luc. 1, 29. Καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος, Cogitabat apud se qualis esset ista salutatio, Quod esset istud salutationis genus. Ab Eod. 7. personæ tribuitur, subjungiturque particulæ τίς: 39. Οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ· ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι. Ubi ποταπὴ sonat perinde ac si diceretur, Qualibus moribus prædita. Secus ap. Matth. 8, (27.) ubi personæ itidem tribuitur, Ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; Qualis est iste? Sic, Ποδαποί εἰσιν οὗτοι; Quales sunt isti homines? Quod genus hoc hominum? ut Virg. locutus est. Sciendum est autem, quamvis ποταπὸς reddatur Qualis, aliud tamen esse quam ποῖος, aut saltem esse significantius: perinde sc. ac si non simpliciter interrogaretur Qualis, sed simul etiam E quali regione ortus. Ideoque optime reddi possunt illa Virg. verba, Quod genus hoc hominum, istis Græcis, ποταποί εἰσιν οὗτοι, s. οὗτοι οἱ ἄνθρωποι: quoniam sequitur, quæve hunc tam barbara morem Permittit patria? Perinde est enim ac si dictum esset, Quales sunt isti homines? et e qua regione orti, quæ tam barbara est? Apud Petrum autem 2 Ep. 3, (11.) legimus ποταποὺς cum præp. ἐν, habente suum dat. Τούτων οὖν πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις; At Phryn. hanc vocem rejicit, tanquam ἀδόκιμον: Ποταπὸς, inquit, διὰ τοῦ τ, μὴ εἴπῃς· ἀδόκιμον γάρ· διὰ τοῦ δ δὲ λέγειν, ἐπὶ γένους θήσεις· ποδαπός ἐστι; Θηβαῖος, ἢ Ἀθηναῖος· ἔστι γὰρ οἷον ἐκ τινος δαπέδου. Sed quamvis ἀδόκιμον esse dixerit ill d ποταπὸς per τ, subjungit, Ποταπὸς δὲ ἐστιν, εἰ εἴποις, ποταπὸς τ ν τρόπον Φρύνιχος; ἐπιεικής. Quibus h c a l lit, quæ non satis cum su erioribus convenire videntur, Χρὴ οὖν οὕτως ἐρωτᾶν, Ποῖ 's σοι τὶς δοκεῖ εἶναι; Sed existimo eum intel exisse, ποταπὸς non esse di endum, nisi cum adjectione accusativi; ideoque cum adn sendus accus. non est, utendum esse nomine ποῖος. Mirum est interim, eum antea generaliter ἀδόκιμον pronuntiasse illud ποταπός: præsertim cum reperiatur tum in iis quos protuli locis, tum in aliis plerisque, et quidem sine accus. etiam. Lucianum quidem certe non usurum fuisse, si ἀδόκιμον foret, persuasum habeo. ‖ Ποταπὸς alicubi existimatur reddendum potius Quantus, ut Marc. 13, (1.) Ποταποὶ λίθοι, et Ποταπαὶ οἰκοδομαί. Sic 1 Jo. 13. init. Ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ Πατήρ. Sed alii in hujusmodi quoque ll. interpretari malunt Qualis; potestque certe his etiam ll. hæc interpr. convenire. [" Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 58. Phryn. Ecl. 16(=56. Lob.) Thom. M. 726. Coray Theophr. 78. Jacobs. Anth. 7, 127. T. H. ad Plutum p. 390. 460. Athen. 225. ad Herod. 607. ad Charit. 637. Τὸ π., Dionys. H. 3, 1445." Schæf. Mss. * Ποταπῶς, Gl. Qualiter, Niceph. Blemm. p. 63. Manz.]

Τηλεδαπὸς, vide post Τῆλε, T. 3, 1461.

Ὑμεδαπὸς, vide supra, post Ἡμεδαπός.

Quod sequitur vocabulum, minime πρωτότυπον est, sed derivatum; ideoque præfixa et illi lineola fuit. Cum autem duæ ejus afferantur derivationes s. etymologiæ, sequendo eam, quæ mihi magis probatur, ponendum fuisset T. 3, 62. post verba e Πατέω compp.

ἈΠΑΤΑΩ, Fallo, Decipio, Impono. Magis tamen apte Seduco, quod in hac interpretatione retineatur idem metaphoræ genus, cum ἀπατῶ sonet quasi ἀπάγω τοῦ πάτου: qua de re fusius disseram in Ἀπάτη. Od. P. (139.) οὐκ ἂν ἔγωγε Ἄλλα παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν, οὐδ' ἀπατήσω: quibus verbis et alibi utitur. Apud (Il. T. 97.) legimus ἀπάτησεν, præfixum habens dat. δολοφροσύνῃ. In VV. LL. Ἀπατῶ exp. etiam Dolo non malo decipio, sine ullo exemplo. Quædam tamen, quæ pro illa interpr. facere possunt, afferam in Ἀπάτη: sed talia ut apud me parvi sint ponderis. Pass. Ἀπατάομαι, Decipior, Fallor: unde partic. ἠπατημένη ap. Soph. Aj. (807.) Ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη, pro ὑπὸ φωτὸς, Novi me a viro deceptam. Aliud particip. ἀπατηθέντες ap. Thuc. 2. Ἀπατηθέντες ὑπ' αὐτῶν ἐξ ὁμολογίας τινός. Ceterum de verbi hujus derivatione dicam in Ἀπάτη, ubi etiam docebo non temere a me positum fuisse Ἀπατάω ante Ἀπάτη: cum enim verbale sit Ἀπάτη, (quod e verbali composito Ἐξαπάτη probabo,) sequi, non præcedere, debuisse constat. [" Thom. M. 84. ad Charit. 495. Conf. c. ἀπαιτέω, ad Dionys. H. 3, 1427.: cum ἀπαντάω, Boiss. Philostr. 560. Sequ. infin., Koen. ad Greg. Cor. 144." Schæf. Mss. " La dérivation de πάτος, qu'Eustathe (p. 637.) adopte aussi, me paroît fausse. Le Seduco des Latins, qu'on lui assimile, correspond plutôt au παράγω des Grecs, lequel a la même signification que l' ἀπατάω. Il me paroît plus naturel de considérer l' ἀπατάω comme un composé de la préposition ἀπὸ et du verbe ἀτάω, i. e. βλάπτω, de même que le nom ἀπάτη d' ἀπὸ et d' ἄτη, i. e. βλάβη; d'autant plus que le simple ἄτη se trouve employé comme synonyme d' ἀπάτη dans Homère Il. K. 391. Πολλῇσίν μ' ἄτῃσι παρὲκ νόον ἤγαγεν Ἕκτωρ. On y explique l' ἄτῃσιν par ἀπάταις. Hesychius dit: Ἄτας, * εἰκαιολογίας, ἀπάτας." Corai. Mss.] Ἀπάτημα, τὸ, Fallacia, Captio, Impostura. [" Ad Charit. 517. Jacobs. Anth. 6, 122. Oblectamentum, ibid. 83. 11, 207." Schæf. Mss. Hinc * Ἀπατήμων, Zosim. 1, 52, 9.] Atque ut subst. hoc formatum est ex ἠπάτημαι, sic ex ἠπάτηται est formatum adjectivum NOMEN Ἀπατητικὸς, quod sonat, Qui talis est ut fallere possit, Fallendi vi s. arte præditus. Potest et uno verbo reddi Fallax, sicut ἀπατηλὸς, quod proxime sequitur. [Lex. Xen. Aristot. Analyt. 1, 12. * Ἀπατητικῶς, Schæf. ad Greg. Cor. 496. Suid. v. Παραβλήδην, Eust. Od. A. p. 1406, 22. " Thom. M. 680. Heyn. Hom. 4, 555." Schæf. Mss. Præcedere autem debebant substt. * Ἀπάτησις, (e secunda præteriti persona ἠπάτησαι formatum,) LXX. Judic. 10, 4. et * Ἀπατητὴς, Gl. Seductor, itidem e tertia.] Verum eadem opera agendum et de nominibus COMPP. Δυσαπάτητος ET Εὐαπάτητος: quod et ipsa ab eadem illa tertia persona fiant, tanquam sc. PRÆCEDENTE Ἀπατητός: quod tamen non dicitur. Sonat autem Δυσαπάτητος, Difficilis deceptu, Qui difficile decipi potest, vicissimque Εὐαπάτητος, Qui facile decipi potest, Facilis deceptu, Qui talis est ut ei facile imponi possit. [" Wakef. S. Cr. 5, 19." Schæf. Mss. Lucian. 549.]

Ἀπατηλὸς, Fallax, Deceptorius. Exp. in VV. LL. Fraudulentus, non male; sed illa duo magis apta sunt Græci hujus nominis interpretationi: quod verbalia sint a Fallo et Decipio, eo l. modo quod ἀπατηλὸς ab Ἀπατάω. (Sic ἀπάτη commodius Fallacia s. Deceptio redditur quam Fraus.) Possit alioqui non solum Fraudulentus reddi, sed et Dolosus, nec non Captiosus. Il. A. (526.) οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν, Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ' ὅ,τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω, Minime fallax, fraudulentum, dolosum, Nihil fallaciæ s. fraudis habens. Plato in Cratylo, Καὶ τὸ κλεπτικόν τε καὶ τὸ ἀπατηλὸν ἐν λόγοις καὶ τὸ ἀγοραστικόν. Lucian. μὴν ἄδικον καὶ ἀπατηλὴν ἐκοίησω. [" Toup. Opusc. 2, 295. Valck. Phœn. p. 46. Alciphr. p. 20. ad Mœr. 344. Kuster. Aristoph. 55. Heind. ad Plat. Theæt. 325. Ἀπατηλὴ, Reiz. Belg. Gr. 631." Schæf. Mss. * Ἀπατηλῶς, Schæf. ad Greg. Cor. 496.] Invenitur in ead. signif. et QUINQUESYLL. Ἀπατήλιος, sed ap. Poëtas tantum, ut op. ac r. Od. Ξ. (157.) Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι Γίγνεται, ὃς πενίῃ εἴκων ἀπατήλια βάζει. Q od acrostichion habetur in alio ejusd. libri loco (127.) Ἐλθὼν ἐς δέσποι-

ναν ἐμὴν ἀπατήλια βάζει. Apud Eund. legimus etiam ἀπατήλια εἰδώς. Sed et aliquis vocatur ἀπατήλιος, Fallax, Impostor: pro qua signif. e Nonno affertur. Ceterum ex ἀπατήσω futuro verbi ἀπατῶ fieri ἀπατήλιος traditur: quod de ἀπατηλὸς potius dicendum fuerit, e quo illud factum esse manifestum est. [“Toup. Opusc. 2, 295.” Schæf. Mss.]

Ἀπάτη, ἡ, Deceptio, Fallacia, Fraus. Atque ut illa duo priora nomina verbalia sunt a Fallo et Decipio, ita nomen istud ἀπάτη pro verbali habere malui. Etymologici Auctor cum nominis ἀπάτη etymologiam affert, non verbi ἀπατῶ, videtur hoc ex illo deducere: Eust. contra, cum verbi ἀπατῶ non nominis ἀπάτη etymum affert, videtur illud prius hoc velle constituere. Sed Idem alibi nominis ἀπάτη et verbi ἀπατᾷν etymologiam simul ponit. Verum ut ἀπάτη verbale esse censerem, impulit me quædam non parvi ponderis ratio, atque adeo plus ap. me quam illi Gramm. auctoritatis habens. Ea autem est, quod inveniatur ἐξαπάτη: cui præfixam præp. cum e verbo ἐξαπατῶ manasse, ita manifestum sit ut controversum esse nequeat: quis ἀπάτη ex ἀπατῶ itidem factum, atque adeo formandi illius verbalis ἐξαπάτη exemplum præbuisse non fateatur? Utrumque autem tam ipsam Decipiendi s. Fallendi actionem, quam Technam qua utimur ad decipiendum, s. Technam deceptoriam sonat: quod itidem sonat Latinis Fallacia. Nunc de derivatione. Ἀπατᾷν, inquit ille Schol., τὸ ἀπάγειν τοῦ πάτου, cum antea dixisset, inde (sc. a nomine πάτος) esse et ἀπάτη et ἀπατᾷν, quasi μὴ εὐθείας ὁδοῦ ἔχεσθαι καὶ ὡς ἐπὶ ἀτραποῦ βαδίζειν, ἀλλὰ καμπὰς ἑλίττειν, καὶ παράγειν ὧδε κἀκεῖ. Idem Comm. in Il. B. Ἀπάτη et ἀπατῶ ex α priv. fiunt, inquit, et nomine πάτος, quo significatur ἡ τετριμμένη ὁδός. Nam ἀπάτη est ἡ τοῦ ὀρθοῦ ἔκνευσις εἰς τὸ πλάγιον καὶ δόλιον. Sequendo autem hoc etymum, optime conveniet metaphora, i. e. metaphorica signif., verbi ἀπατῶ cum ea quam Lat. dederunt verbo Seduco. Satis enim constat Seduco sonare quasi quis dicat Seorsum duco; atque hinc tamen ad Decipiendi signif. transferri ap. Classicos etiam Auctores videmus. Equidem tam belle hoc Latinum cum Græco illo in ista translatione convenit, ut hujus exemplo signif. ista illi data esse videri possit. Ceterum quod dixi metaphoricam esse verbi ἀπατῶ signif. pro Decipio, non ita accipiendum est quasi extra metaphoram quoque usurpetur, sicut Seduco; sed ita loquens, respexi ad signif. illam quæ ei convenit, illam ἀπὸ τοῦ πάτου derivationem sequendo. Sed venio ad alteram illam derivationem, s. etymologiam, quamvis multo minus mihi probetur, ac verisimilis videatur. Ἀάτη, inquit Etym., et per pleonasmum literæ π, ἀπάτη. Ac ne ipse quidem Eust. hoc etymum ignoravit. In illo enim, quem e Comm. in Il. B. protuli, loco, Fortassis, inquit, ἐκ τοῦ Ἄτω quod est βλάπτω, et ἐκ τῆς ἄτης, fit ἀπάτη et ἀπατᾷν: sicut ἀπιδεῖν fit ex ἰδεῖν. Sed ἀπάτη deducendo ex ἄτη, esset non tantum literæ π, sed syllabæ πα pleonasmus. Omisi autem verba quæ ap. Etym. præcedunt, tanquam nihil fide dignum habentia. Legitur enim ap. eum, Ἐκ τοῦ ἀπαφῶ, ἀπάτη καὶ ἀπατῶ: quibus subjunguntur illa, ἡ ἀάτη κ. τ. λ. Ceterum ut ad exempla usus illorum veniam, sciendum est eum prosæ Scriptoribus cum Poëtis communem esse. Il. Δ. (168.) de Jove, Τῆσδ' ἀπάτης κοτέων, Schol. ὑπὲρ ταύτης τῆς πλάνης. In Od. N. (294.) gen. plur. ἀπατάων copulatus cum μύθων κλοπίων: δόλων ἆτ', οὐκ ἄρ' ἔμελλες Οὐδ' ἐν σῇ περ ἐὼν γαίῃ λήξειν ἀπατάων, Μύθων τε κλοπίων, οἵ τοι πεδόθεν φίλοι εἰσίν; Apud Eund. legimus ἀπάτην cum κακήν: Il. B. (114.) Νῦν δὲ κακὴν ἀπάτην βουλεύσατο. Ubi Eust. existimat ἀπάτην dictam esse κακὴν ad differentiam τῆς ἀγαθῆς: ut ap. Æsch. est ἀπάτη quædam δικαία, hoc in versu, Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός. Fuerit autem ἀπάτη ἀγαθὴ, inquit, ἡ ἐν καιρῷ, καὶ οὐδ' ἐπιβλαβής. Additque huc pertinere quod ap. Herod. legitur, Ἔνθα χρή τι ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. Hinc et Ulyssem ita δόλιον appellari, in laudem, quin etiam quemlibet belli ducem. Atque hoc quod de imperatore dicit, cum illo Virgilii dicto convenit, dolus an virtus, quis in hoste requirat? Quin etiam in Il. I. (344.) Ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάτησε, καὶ ἤλιτεν· οὐκ ἂν ἔτ' αὖτις Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν: annotat, optime adjici καὶ ἤλιτε post ἀπάτησε: sicut enim non omnis dolus, ita nec omnis ἀπάτη vituperanda est; sed ea duntaxat, quæ proficiscitur ab iis qui sunt ἀλιτροί. Quibus subjungit eund. illum Æschyli senarium, perperam tamen scribens, ἀγαθῆς ἀπάτης pro ἀπάτης δικαίας. Hæc Eust.: cui de expositione adjectivi illius κακὴν minime assentior: potiusque κακὴν ἀπάτην ita vocari, ut κακὴν νόσον ab eod. Poëta, initio Il. existimo. Neque enim appellari κακὴν νόσον ad discrimen τῆς ἀγαθῆς, quisquam dicturus sit. (Quomodo autem ibi interpretandum sit κακὴ, suo loco docui. Exemplis tamen ibi allatis hujus signif. quam habet interdum NOMEN Κακὸς, hoc quoque diligens lector addere meminerit.) At vero περὶ τῆς ἐν καιρῷ ἀπάτης, cujus ab Eust. fit mentio, aliquid præterea mox dicam. Nunc exempla e solutæ orationis Scriptt. proferam: primum a Plat. incipiens, ap. quem legimus, de LL. 11. Ψεῦδος μηδεὶς μηδὲν, μηδ' ἀπάτην, μηδέ τι κίβδηλον, γένος ἐπικαλούμενος θεῶν, μήτε λόγῳ μήτε ἔργῳ πράξειεν, ὁ μὴ θεομισέστατος ἔσεσθαι μέλλων. Dixerat autem paulo ante, Κιβδηλείαν δὲ χρὴ πάντα ἄνδρα διανοηθῆναι καὶ ψεῦδος καὶ ἀπάτην, ὡς ἕν τι γένος ὂν τοῦτο· ᾧ τὴν φήμην ἐπιφέρειν εἰώθασιν οἱ πολλοὶ, κακῶς λέγοντες, ὡς ἐν καιρῷ γιγνόμενον ἑκάστοτε τὸ τοιοῦτον, πολλάκις ἂν ὀρθῶς ἔχοι. Libuit autem totum h. l. afferre, ut cum eo possent conferri illa Eust. verba, ἡ ἐν καιρῷ ἀπάτη. Itidem enim hic constituit Plato τὴν ἐν καιρῷ ἀπάτην, sicut τὴν ἐν καιρῷ κιβδηλείαν, et τὸ ἐν καιρῷ ψεῦδος: cum tria hæc sub illo, quod γένος vocat, comprehendantur: cujus meminit et cum dicit, ἐν καιρῷ γιγνόμενον τὸ τοιοῦτον. Ad tertium autem istud, τὸ ἐν καιρῷ ψεῦδος, pertinet ille Herod. locus, Ἔνθα χρή τι ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. Sed de his alius fuerit philosophandi locus. Venio ad Xen. locum, K. Π. 1, (6, 19.) Ὅτι ταῦτα πάντα κακουργίαι τινὲς καὶ ἀπάται, καὶ δολώσεις καὶ πλεονεξίαι. Sæpe etiam in re militari usurpatur ἀπάτη, ut Plut. Fabio, Φαβίῳ δὲ πᾶσαν ἀπάτην καὶ διάπειραν ἐπάγων πολλάκις: (6, 628.) Ἀπάτη φλεγμαίνουσα: Apophth. Δι' ἀπάτης τὰ πολλὰ πράσσειν. Item ἀπατῶ σε ἀπάτην ex Eod. dicere possumus; ap. eum enim de Aud. Poëm., Gorgias tradit tragœdiam esse ἀπάτην, quam ὅ,τε ἀπατήσας, δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος· καὶ ὁ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. Apud Alex. Aphr. Ἀπάτη τῆς ὄψεως redditur Hallucinatio visus. [“Ad Charit. 392. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 145. Diatr. 28. ad Mœr. 65. Toup. Opusc. 2, 16. Thom. M. 84. Wolf. ad Hesiod. 87. Jacobs. Anth. 6, 369. Delectatio, P. Abresch. Paraphr. 225. Jacobs. Anth. 1, 1. p. 16. 6, 83. 8, 6. 172. 11, 86. Δόλιος ἀπάτη, Dionys. H. 2, 770. Ἀπατᾶσθαι ἀπάτην, Boiss. Philostr. 554.” Schæf. Mss.]

Ἀπατεὼν, ῶνος, ὁ, Deceptor, Impostor. Xen. K. Π. 1, (6, 19.) Δεῖ τὸν μέλλοντα τοῦτο ποιήσειν, καὶ ἐπίβουλον εἶναι, καὶ κρυψίνουν, καὶ δολερὸν, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ κλέπτην, καὶ ἅρπαγα. Herodian. 3, (5, 9.) Ἄνδρα ἀπατεῶνα, σοφόν τε πρὸς ἐπιβουλήν. Plut. de Pyth. Orac. Ἀπατεῶσι καὶ γόησιν ἀνθρώποις. [Phot. v. Κόβαλος.]

Ἀπατήνωρ, ορος, Virum fallens s. decipiens, Hominem decipiens, Hominis deceptor, Nonnus (Jo. 108.) Item Jovis epith., de quo lege Etym. in Ἀπατούρια.

[* Ἀνταπατάω, Vicissim decipio, Iisdem artibus decipio, Joseph. A. J. 5, 83, 11.]

Διαπατάω, Fallo, Decipio; pro simpl. ἀπατῶ. Affertur e Plat. de LL. (5. p. 738.) Ab ejus pass. Διαπατῶμαι est præt. διηπάτημαι, cujus plur. pers. tertia est διηπάτηνται, Decepti sunt.

Ἐξαπατάω, Fallo, Decipio. Et ipsum significationem simplicis habet; potius enim ornatum simplici, (ut fit et in aliis plerisque,) quam vim ejus significationi addere videtur. Est porro in frequentiore usu compositum hoc ἐξαπατῶ quam illud διαπατῶ. Il. I. (344.) Ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάτησε καὶ ἤλιτεν· οὐκ ἂν ἔτ' αὖτις Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν· ἅλις δέ οἱ. Est enim jungenda præp. cum ἀπάτησε. Xen. K. Π. 3, (1, 11.) Σὲ δὲ οἶδεν, ἃ μὲν ἐβουλήθης ἐξαπατῆσαι αὐτὸν, οὕτως ἐξαπατήσαντα ὥσπερ ἄν τις τυφλοὺς ἢ κωφοὺς καὶ μηδ' ὁτιοῦν φρονοῦντας ἐξαπατήσειεν. Ubi observa constr. cum duplici accus.: ita ut liceat dicere, ἐξαπατῶ σε τοῦτο: subaudiendo sc. præp. κατά. Apud Eund. legimus ἐμαυτὸν ἐξαπατῶ, Meipsum decipio, fallo. (Cui simile est ap. Dem. Αὑτὸν ἐξαπατῆσαι, Olynth. 3.) Idem Xen. de canibus vaniloquis sæpe dixit, Bud. Item de mulieribus fucatis, et viris purpurissatis, Œc. (10, 5.) p. 493. meæ Ed. Εἴ σοι μίλτῳ ἀλειφόμενος, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπαλειφόμενος ἀνδρεικέλῳ, ἐπιδεικνύοιμί τε ἐμαυτὸν, καὶ συνείην ἐξαπατῶν σε. Dem. ἐξηπατηκότα et παρακεκρουσμένων copulavit: Plato autem ἐξαπατῶντες et γοητεύοντες: sicut antea ἀπατεῶσι cum γόησι copulatum e Plut. attuli. Demosthenis locus est (71.) Ὑμεῖς δὲ, ἔφην ἐγὼ, διδόντα μὲν καὶ ὑπισχνούμενον θεωρεῖτε Φίλιππον· ἐξηπατηκότα δ' ἤδη καὶ παρακεκρουσμένον ἀπεύχεσθε, ἂν σωφρονῆτ', ἰδεῖν. Platonis autem locus extat, de Rep. 2. non procul a fine, Ἀλλ' ἆρα, ἦν δ' ἐγὼ, αὐτοὶ μὲν οἱ θεοί εἰσιν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, ἡμῖν δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφᾶς παντοδαποὺς φαίνεσθαι, ἐξαπατῶντες καὶ γοητεύοντες; Et statim post dicitur ψεύδεσθαι, φάντασμα προτείνων, qui hic ἐξαπατᾷν et γοητεύειν. Pass. Ἐξαπατῶμαι, Fallor, Decipior. Xen. K. Π. 8, (8, 2.) Ἄλλοι ἄλλαις πίστεσιν ἐξαπατηθέντες ἀπώλοντο. Plut. de Aud. Poëm. Τί δὴ μόνους οὐκ ἐξαπατᾷς Θετταλούς; ἀμαθέστεροι γάρ εἰσιν ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. Sed active etiam usurpari sciendum est ab Aristot. Probl. sect. 28. Διὰ τί παρακαταθήκην αἴσχιον ἀποστερῆσαι μικρὰν, ἢ πολὺ δανεισάμενον· ἢ ὅτι ὁ παρακαταθήκην ἀποστερῶν, τὸν ὑπολαβόντα εἶναι αὐτὸν ἐπιεικῆ ἐξαπατᾶται. ‖ Ἐξαπατᾷν τὴν νόσον dixit Lucian. (1, 45.) pro παραμυθεῖσθαι, et Avertere sensum doloris et morbi, Bud. At ego et hic verbo Fallere uti nos posse existimo, quemadmodum dicitur aliquis Fallere laborem s. curas, sicut et Fallere tempus. [“Valck. ad Theocr. x. Id. p. 145. ad Mœr. 384. Ammon. 31. Thom. M. 84. Lucian. 1, 32. Cum infin., Plut. Alex. 187. Schm. * Ἐξαπατέω, Coray Mus. Oxon. 2. p. 8.” Schæf. Mss. * Ἐξαπάτημα, Etym. M. * Ἐξαπάτησις, Gl. Sutella, Epiphan. 1, 235.] Ἐξαπάτη, Fallacia, Deceptio. Impostura Hesiod. Θ. (205.) μειδήματά τ' ἐξαπάτας τε. Greg. Naz. Πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων, Ad deceptionem simpliciorum, Ad decipiendos eos qui sunt simpliciores. Sicut enim ἀπάτη, ita et hoc ἐξαπάτη interdum est Ipsa decipiendi actio, interdum vero Ipsa techna qua utimur ad decipiendum s. fallendum, quod itidem sonat Latinis Fallacia, ut dictum est et in Ἀπάτη. [“Toup. Opusc. 2, 16. Thom. M. 84. Musgr. Or. 183. Markl. Suppl. 1110. Jacobs. Anth. 8, 6.” Schæf. Mss. Hippocr. de Diæta Sanorum 1, 8. Ὑποκριταὶ καὶ ἐξαπάται πρὸς εἰδότας λέγουσι, i. q. ἀπατεῶνες, quod est ab * ἐξαπάτης, ejusd. formæ ac προσαίτης, nisi leg. ἐξαπατηταὶ, ab * Ἐξαπατητὴς, Procl. Paraphr. Ptol. 3, 18. p. 231. 4, 4. p. 249., unde * Ἐξαπατητικὸς, Xen. Hipparcho 4, 12. * “Ἐξαπατητὴρ, Moschop. π. Σχ. 38. Hom. Fragm. Cercop. Ed. Wolf., et ap. Suid. et Phot. v. Κέρκωπες.” Boiss. Mss. “Toup. Opusc. 2, 118. Schleusner. Curæ Nov. c. 120.” Schæf. Mss. * Ἐξαπατητὸς, unde] “Ἀνεξαπάτητος, Qui non decipitur s. decipi potest, Aristot. Polit. 8,” [10. “Chrys. Ep. ad Gal. 1. T. 3. p. 719.” Seager. Mss. “Valck. Adoniaz. p. 357.” Schæf. Mss. * Ἀνεξαπατήτως, Hierocles 268. J. Poll. 8, 11. * Ἀνεξαπατησία, Arrian. in Epict. 3, 2.] Δυσεξαπάτητος, ET Εὐεξαπάτητος, eadem quæ δυσαπάτητος et εὐαπάτητος paulo ante. [Δυσεξαπάτητος, Xen. Ages. 11, 12. Εὐεξαπάτητος, Hipparcho 7, 15. Plato de Rep. 3. p. 409. Lucian. 740. Schol. Aristoph. Ὄρν. 1619. Θ. 493. * Ἀντεξαπατάω, Dio Cass. 890. * Ἐπεξαπατάω, Athen. 8. p. 359. * Προεξαπατάω, Orig. c. Cels. 1, 348.] “Συνεξαπατάω, Simul decipio, Dem.” [202. 673. 1424. Plut. 10, 621. Pyrrho 5. “Diod. S. 2, 455.” Schæf. Mss. * Ὑπερεξαπατάω, Plut. 166.]

Pro Ἐξαπατάω dicitur ETIAM Ἐξαπατίσκω, sed Poëtice, Hesiod. Θ. (537.) Ζηνὸς νόον ἐξαπατίσκων, Jovis mentem decipiens s. fallens. Sed ibi est et alia lectio, sc. ἐξαπαφίσκων: quam magis receptam magisque fide dignam esse puto. [* Ἐξαπατύλλω, Aristoph. Ἱππ. 1140. Ἀ. 657.]

[* Παραπατάω, Æsch. Eum. 730. " Abresch. Æsch. 2, 103." Schæf. Mss. * Προσαπατάω, Strabo 6. p. 393. * Συναπατάω, Epiphan. 1, 68. Chrys. in Gen. Or. 17. T. 1. p. 105. 107. Phot. c. Man. 1, 17. * Ὑπεραπατάω, Anthol. 4, 442.]

" Ἀπαστεύων, Hes. ψευδόμενος, Mentiens; sed puto scr. ἀπα-" τεύων, Fallens: non reclamante serie alphabetica. Affert et " Ἀπαστακὼς pro ἁμαρτών: quod non minus est suspectum." [" Ἀπατεύω, ad Lucian. 1, 198. 459. Heyn. Hom. 8, 750." Schæf. Mss. Xenophanes Sexti Emp. 9, 193.]

¶ Ἀπατούρια, τὰ, Festum quoddam Atheniensium, dierum quatuor: quarum prima est DICTA Δόρπεια, sicut SECUNDA, Ἀνάρρυσις, TERTIA Κουρεῶτις, QUARTA Ἐπίβδα. " Hesychio et Suidæ " ἐπίβδαι sunt αἱ μεθέορτοι ἡμέραι. Nominis rationem ille hanc " affert, ἀπὸ τοῦ ἐπιβάζεσθαι ταῖς ἑορταῖς, οὐκ οὔσας ἐξ αὐτῶν: " vel διὰ τὸ ἐπὶ τῇ δαιτὶ καὶ ἑορτῇ ἄγεσθαι αὐτὰς, κατὰ πρόσθεσιν " τοῦ β. Suidas autem hanc appellationis esse causam ait, διὰ " τὸ πρὸς ἐπίδειξιν ταῖς προτέραις ἡμέραις γενέσθαι, ἄλλης ἐπιβαι-" νούσης. E Pind. quoque (Π. 4, 249.) ἐπίβδα affertur pro Po-" stridiana feriarum die." [Aristides 1, 352. " Ad Timæi Lex. 119. Alberti Peric. Cr. 78. Ruhnk. in Saxii Onom. viii. p. 42." Schæf. Mss.] Dictum autem esse παρὰ τὴν ἀπάτην, s. ἀπατᾶν creditur. Ἀπατούρια, Fallaciarum solemnitas Athenis, inquit Bud. ex Euseb. Chron. Vide Suid. et Aristoph. Schol. (Θ. 565.) duobus in ll.: in quorum altero tradit placuisse quibusdam dici Ἀπατόρια quasi Ὁμοπατόρια. Vide et Etym.: Hes. autem nullam derivationis mentionem facit, sed quatuor ejus festi dies enumerat, cum Suidas et Schol. Aristoph. tres duntaxat recenseant. [" Bergler. ad Alciphr. 21. 35. 358. ad Herod. 72. Brunck. Aristoph. 3, 64. Kuster. 119." Schæf. Mss. " Ὁμοπατόρια, Eudocia p. 75." Boiss. Mss.]

ἈΠΑΦΩ, ET Ἀπαφάω, i. q. ἀπατάω, Decipio, Fallo. Sed ἀπατῶ ab utroque Scriptorum genere usurpatur, ἀπάφω a Poëtis duntaxat: habens etiam quædam compp., ut paulo post videbis. Ab hoc ἀπάφω est ἤπαφεν, quod Hes. exp. ἠπάτησεν, et ἐχλεύασεν, et ἐπλάνησεν. Cum autem ap. Hom. legimus, παρά μ' ἤπαφε δαίμων, ibi non est ἤπαφε accipiendum seorsim, sed una cum præp. παρὰ, utpote a th. παραπάφω, de quo infra. Habet et vocem PASS. Ἀπάφομαι: unde ἀπάφοιτο, item ἐξαπάφοιτο ap. Hom. [Od. Ψ. 216. Il. I. 376. Ξ. 260.] signif. activam servans. Sed quod ad derivationem hujus verbi attinet, ego ab Eust. et Etym. dissentio. Subjungo enim ipsum verbo Ἀπατῶ, tanquam inde derivatum; at Eust. vult Ἀπάφεσθαι esse proprie δι' ἀφῆς ἀπατᾶσθαι: scribit enim, κυρίως, τὸ δι' ἀφῆς ἀπατᾶσθαι: quod κυρίως cum dicit, intelligit, sequendo etymologiam. Paucis enim interjectis subjungit, ἀπάφεσθαι, esse Æolicum verbum, itidemque τὰ κατ' αὐτό: idque patere e tenuatione literæ α. Nam τὸ κοινὸν, inquit, esset ἀφάφοιτο et ἀφαφᾶσθαι: (hoc enim repono ap. eum pro ἐφαφᾶσθαι.) Ubi τὸ κοινὸν signif. Communi linguæ conveniens. Quin etiam DEA Παφία, si ei credimus, hinc deductum nomen habet, per ἔλλειψιν literæ a qua præpositio incipit. (Sed dicit, κατ' ἔλλειψιν τοῦ τῆς προθέσεως ε, affertque nomina in quibus omissa est itidem hæc litera: cum tamen non ε, sed α ἐλλείπειν in Παφία, deducendo ab ἀπάφω, dicere necesse sit. Fortassis autem aliquis perperam pro α reposuit ε, sequentium potius habens rationem, in quibus deest illa litera, quam præcedentium: cum Eust. contra censeret in Παφία sic omissum esse α, ut in illis ε.) Et hæc quidem Eust. Jam vero Etym. tantum abest ut Ἀπάφω s. Ἀπαφάω, mecum deducat ab Ἀπατάω, ut contra in Ἀπάτη hoc nomen inde derivet, sicut et ipsum verbum Ἀπατάω: nam ἐκ τοῦ Ἀπαφάω, inquit, Ἀπάτη καὶ Ἀπατάω. Apud Eund. hæc legimus, Ἀπαφάω, τὸ Ἀπατάω· ἀφάω, τὸ καλῶς λέγω· ὡς ἄμορφον λέγομεν γυναῖκα: et per compositionem ἀπαφάω: unde ἀπαφίσκω. Sed hæc mendosa esse, cuivis manifestum esse potest: in quibus tamen nihil mutare ausus sum, nisi quod e λε feci λέγομεν. Magnum certe huic loco auxilium vetus meum Lexicum afferre poterit: cujus hæc sunt verba, Ἀπάτη, ἐκ τοῦ Ἀπαφάω· τοῦτο παρὰ τὸ Φάω τὸ λέγω· καὶ μετὰ τοῦ α τοῦ σημαίνοντος τὸ κακὸν, Ἀφάω, καὶ Ἀπαφάω· ὅθεν καὶ Ὅμηρος παρήπαφεν, ἀντὶ τοῦ ἠπάτησεν. Hinc certe perspicere possumus unde natus sit error, qui huic loco subest, τὸ καλῶς λέγω: et quorsum afferat nomen ἄμορφον. Aut enim valde fallor, aut κακῶς λέγω scriptum reliquerat Etym., cum antea dixisset itidem ἀπαφάω esse e Φάω significante λέγω: e quo Φάω, accedente α, quo declaratur τὸ κακὸν, fieri ἀφάω. His enim apte subjungi potuit, Ἀφάω sonare κακῶς λέγω. At ea, quæ proxime sequuntur, verba, ὡς ἄμορφον λέγομεν γυναῖκα, ita intelligo, Quemadmodum dicimus mulierem ἄμορφον, litera α significante τὸ κακόν: perinde ac si dixisset, ὡς ἄμορφον λέγομεν γυναῖκα ἀντὶ τοῦ κακόμορφον: quæ posteriora verba aut eum addidisse, aut certe subaudienda reliquisse verisimile est. Ex his autem quid Etym. quoque de hujus verbi derivatione censuerit, liquere potest. Sciendum est tamen adjici et aliam derivationem, ἢ ἀπο, inquit, significat ἀπόθεν, καὶ ἔγκειται τὸ φάω, τὸ φαίνω: UNDE Φενακῶ et Φενάκη. Sed mea deductio omnium simplicissima et maxime verisimilis mihi videtur: qua mecum fruatur is, cui magis quam aliæ placebit. CIRCUMFL. Ἀπαφάω, ῶ, quod ap. Etym. scribi vides, in eo loco quem protuli, ap. Eust. quoque legitur. Verbo Ἀπάφοιτο, inquit, cujus aor. 2. act. est ἤπαφον, prius est Ἀπαφάω: unde derivatum Ἀπαφίσκω. [" Ἀπαφάω, Nonn. D. 45, 120." Kall. Mss. Opp. Ἁ. 3, 444. Buttm. Lex. 274. A. Gr. 1, 339. * Ἀπάφημα, Diogenis Epist. 10. Φιλήματα καὶ ἀπαφήματα, e Codd. autem * ἐπαφήματα reponendum videtur. * Ἀπαφητὸς, Orac. Sibyll. 7. p. 672. St.]

Ἐξαπάφω, SIVE Ἐξαπαφάω, i. q. ἀπάφω, Decipio, Fallo, (sicut ἐξαπατάω pro ἀπατάω ponitur,) Apoll. Rh. 2, (1237.) Ῥείην ἐξαπάφων παρελέξατο. [" Wakef. Ion. 717. Heyn. Hom. 5, 603. 6, 552." Schæf. Mss. Schn. Lex. et Suppl. h. v. et v. Ἀπάφω.] Παραπάφω, SIVE Παραπαφάω, i. q. præcedens, Apoll. Rh. 2, (952.) Ἀπόλλωνα παρήπαφε. Apud Hom. per dialysin, (Od. Ξ. A 488.) παρά μ' ἤπαφε δαίμων. [" Heyn. Hom. 6, 596. Gesner. Ind. Orph. v. Παρήπ." Schæf. Mss.]

¶ Ἀπαφίσκω, itidem Poeticum, i. significans q. ἀπάφω. A quo est etiam VERB. Ἐξαπαφίσκω, per compositionem. Hesiod. Θ. (537.) Ζηνὸς νόον ἐξαπαφίσκων. (Sed invenitur et alia lectio, sc. ἐξαπατίσκων: quam antea habuisti. Annotavi paulo ante ex Eust. verbo Ἀπάφοιτο, prius esse Ἀπαφάω: unde esse derivatum Ἀπαφίσκω. Cur autem Ἀπαφίσκω ex Ἀπαφάω potius quam ex Ἀπάφω originem habere censeat, aliis judicandum s. potius divinandum relinquo.

Ἀτρεκὴς, de quo nunc agam, vix certo statui potest, ubi collocandum fuerit, cum de ejus etymologia vix quicquam satis probabile afferatur. Est autem ap. solos Poëtas, et quidem Tragicos præsertim, usitatum. In hexametro autem et pentametro carmine ἀτρεκὲς et adverbium ἀτρεκέως commodam sedem habent.

ἈΤΡΕΚΗΣ, Verus, Certus: Hes. ἀτρεκῆ, ἀληθῆ, ἀκριβῆ: itidemque ἀτρεκὲς, ἀληθές. Eust. ἀτρεκὲς αἷμα exp. τὸ ἀληθὲς, καὶ μὴ ψεῦδον τὴν ὄψιν, in Il. (E. 208.) ἐκ δ' ἀμφοτέροιϊν Ἀτρεκὲς αἷμ' ἔσσευα βαλών. Ex Eur. affertur (Hipp. 1115.) ἀτρεκὴς δόξα, Fama tam certa ut negari non possit. Interdum ἀτρεκὲς adverbialiter ponitur pro ἀτρεκῶς. Sic ap. Theocr. εἰδέναι ἀτρεκὲς B Schol. exp. ἀτρεκῶς: addens ἤγουν φανερῶς. Extat autem illius Poëtæ locus, Id. 2. quod Pharmaceutria inscribitur (150.) Κἤτε μιν αὖτε γυναικὸς ἔχει πόθος, εἴτε καὶ ἀνδρὸς, Οὐκ ἔφατ' ἀτρεκὲς ἴδμεν. Sic ἀτρεκὲς ἀκοῦσαι in VV. LL. adverbialiter, pro Certo audire, sed Auctoris nomen tacetur. ‖ Ἀτρεκὴς valde dubiam etymologiam habet, uti dixi. Etym. non unam affert. A δέρκω, inquit, significante βλέπω, est nomen δερκὴς, et cum α epitatico, ἀδερκὴς, i. e. ὁ λίαν ὑπερβλεπόμενος. Deinde per trajectionem literæ ρ, et mutationem literæ δ in τ, fit ἀτρεκὴς: quoniam ὑπὸ πολλῆς ὀξυωπίας τὸ ἀληθὲς θηρᾶται. Secunda etymologia est hæc ap. Eund.: A τρέχω fit τρεχὴς, et ἀτρεχὴς, i. e. ὁ μὴ παρατρέχων τὴν ἀλήθειαν: [ad Greg. Cor. 363.:] vel, ὃν οὐδεὶς δύναται παραδραμεῖν εὖ φρονῶν: [ἀτρεκὴς, ἀντὶ τοῦ * ὁμοτρεχὴς, Schol. Pind. Π. 8, 9.] Tertia est ista: A τρέω significante δέδοικα, fit τρεὴς et ἀτρεὴς: et per pleonasmum literæ κ, ἀτρεκὴς: quoniam ὁ εὐθαρσὴς καὶ εὔτολμος τὴν ἀλήθειαν λέγει. Additur et quarta, a τρέπω, ut sit ὁ μὴ τρεπόμενος. Hæc sunt quæ illic leguntur. Quod autem ad quartam etymologiam attinet, eam sequendo, ἀτρεκὴς existimandum esset dici quasi ἀτρεπής. At in meo vet. Lex. unica affertur, ea sc. cui secundus ap. Etym. datus est locus, paucis mutatis. Ego in adverbio Νητρεκῶς, (quod paulo post sequetur,) quod etymum præ ceteris arrideat, docebo. [" Toup. Opusc. 2, 97. Append. in Theocr. p. 9. Valck. Hipp. p. 284. ad Od. Π. 245. ad Herod. 288. 291. Jacobs. Anth. 6, 136. 10, 415. 11, 388. Anim. 230. Wakef. S. Cr. 4, 104. Τάτρεκὲς, Epigr. C adesp. 488. Ἀτρεκὲς, Brunck. Apoll. Rh. 39. 69. (228. 262.)" Schæf. Mss.]

Ἀτρεκῶς, Vere, Certo. In hexametro autem et pentametro versu DICITUR Ἀτρεκέως, ut ἀτρεκέως ἀγορεύειν, ap. Hom. non semel. Od. A. (179.) Τοιγὰρ ἐγώ τοι ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω: Il. O. (53.) ἐτεὸν et ἀτρεκέως conjunxit, hoc in versu, Ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐτεόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις. Invenitur et ap. Herod. hoc adv. ἀτρεκέως: ut (3, 130.) Ἀ. ἐπίσταμαι, Compertum habeo, s. potius, Certo compertum habeo, Certo scio. Hes. ἀτρεκέως, ἀληθῶς, ἀκριβῶς. [" Ἀτρεκέως, ad Thom. M. p. 5. Clark. ad Il. B. 10. Od. Π. 245. Toup. Opusc. 2, 135. Valck. Diatr. 282. Greg. Cor. 212. ad Herod. 288. 291. 415. (1, 57. 9, 18.) Theocr. Epigr. 15. Crates Grammat. Epigr., Brunck. Apoll. Rh. 69. Accurate, Heyn. Hom. 4, 197." Schæf. Mss. Lucian. 2, 367. 3, 456. Arrian. Ind. 40, 9. Ἀτρεκῶς, Polyb. 3, 38, 1. Arrian. Exp. Alex. 5, 4, 9. 5, 7, 1. 7, 1, 5. " Ἀτρεκέστατα, Tzetz. Ch. 8, 185." Elberling. Mss.]

Ἀτρέκεια, ἡ, Veritas. [" Ad Charit. 406. ad Dionys. H. 5, 147. Plur., Coray Mus. Ox. 2. p. 6." Schæf. Mss. Arrian. Exp. Alex. 6, 25, 2.] Invenitur et scriptura IONICA Ἀτρεκίη, tum ap. Poëtas, (ut ap. Nonnum et Epigr. 1.,) tum ap. Herod. [4, 152. 6, 1. " Valck. Anim. ad Ammon. 156. ad Charit. 406. Jacobs. Anth. Proleg. 58." Schæf. Mss.]

Ἀτρεκέω, Vere dico, VV. LL.; sed absque ullo testimonio. Ab Hes. autem ἀτρεκήσασα exp. ἀκριβωσαμένη.

D Παναπρεκὴς, Omnino verus, Verissimus, Certissimus, Epigr.: eadem omnino forma et signif. qua dicitur παναληθής. [Anth. 3, 408. Apoll. Rh. 4, 1372.] Παναπρεκῶς, VEL Παναπρεκέως, Omnino vere, Verissime, Certissime.

¶ COMP. Νητρεκὴς, i. q. ἀτρεκὴς, Verus. Videndum est autem an dici possit νητρεκὴς sonare quasi νηατρεκὴς, particula νη augendi vim habente, sicut et in aliis quibusdam compp.: e quibus est νήχυτος. Hoc enim NOMINE Νήχυτος declaratur δαψίλεια κύματος, a Dionys. P., ubi κόλπος νήχυτος ab eo vocatur. (Estque obiter animadvertendus hic VOCULÆ Νη usus. Alioqui enim plerumque non Intendendi, sed Privandi vim habet, ut videmus in Νηλεὴς, in Νηκερδὴς, in Νήκεστος, in Νήριθμος, aliisque quamplurimis.) Videndum est, inquam, an νητρεκὴς dicendum sit sonare quasi νηατρεκὴς, an potius eadem illi quæ et præcedenti ἀτρεκὴς etymologia tribuenda sit: de qua disseram in Νητρεκῶς. [" Cattier. Gazoph. 98. Ruhnk. Ep. Cr. 92." Schæf. Mss.]

Νητρεκῶς, Vere, Certo. Lycophr. init. Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς ἅ μ' ἱστορεῖς. Ubi Tzetzes, postquam νητρεκῶς exposuit ἀληθῶς, subjungit, derivari a νη privativa particula, et τρέω quod significat φοβοῦμαι: quoniam qui vera loquuntur, non verentur reprehensionem, sicut ii qui mentiuntur. Hoc autem etymum non dubium est quin itidem præcedenti Ἀτρεκὴς convenire possit, quantum ad derivationem a v. τρέω attinet: ut sc. ἀτρεκὴς sit ex α priv. et verbo τρέω: sicut νητρεκὴς est e partic. νη, Pri-

vandi vim habente, et verbo *τρέω*. Quod etymum lubentius dederim nomini *ἀτρεκὴς*, quam reliqua quæ allata ante fuerunt; sed ratio etymi, quæ hic affertur, magis mihi placet quam quæ allata fuit. Addendum autem hoc esset, ut *ἀτρεκὴς*, sequendo illud etymum, dicitur quasi *ἀτρεής*: sic *νητρεκὴς* quasi *νητρεής*. Ac profecto inveniuntur et alia compp. idem significantia, quorum unum *α* privativum, alterum particulam *νη* habet. At *νητρεκὴς* dici quasi *νηατρεκὴς*, parum verisimile est.

Quod subjungitur compositum Ἄσωτος, locum habere potuit, atque adeo debuit, post derivata e verbo Σώζω, tam ea quæ derivationem simplicem habent, quam ea quæ sunt compp.

ἌΣΩΤΟΣ, *ὁ, ἡ*, q. d. Qui servari nequit: (utendo hoc verbo in ea signif. qua dicitur a Terent., ipsa, si cupiat, Salus, Servare prorsus non potest hanc familiam.) Non male fortassis ejus vis exprimatur, reddendo Luxu perditus. Alioqui invenitur etiam Perditus, sine adjectione, ad eand. signif. pertinens: ut cum dicitur Perditus ac dissolutus adolescens, a Cic. Dicitur enim *ἄσωτος* pro *ἄσωστος*, a *σέσωσται* tertia persona præteriti verbi *σώζομαι*. Perperam autem quidam ex *α* priv. et voce activa *σώζειν* factum esse putant: ut Eum significet qui nihil sibi servat. Aristot. Eth. 4, 1. de eo qui *ἄσωτος* appellatur, cum alia pleraque dicit, tum vero hoc nomine vocari *τὸν δι' αὑτὸν ἀπολλύμενον*, i. e. Qui per se suaque opera perit, ut quidam interpr. Quidam vero sic, paulo liberius, Qui salutem suam negligens, per se ipse perit. Subjungit Aristot. *Δοκεῖ δὲ ἀπώλειά τις αὐτοῦ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορά· ὡς τοῦ ζῆν διὰ τούτων ὄντος*: Videtur autem seipsum quodammodo perdere, qui facultates profligat, quod harum adminiculo vivatur. Vulgo tamen *ἀπώλεια* hic redditur Interitus; sed dure hoc dicitur Interitus suiipsius. Quidam vero, ut hoc vitent, ita interpr. quasi non *αὑτοῦ*, sed *αὐτοῦ* legeretur, Ipsius interitus. Ego *αὑτοῦ* retinens, malim accipere active vocem *ἀπώλεια*, q. d. Perditio suiipsius. Ibid. legimus, *Τοὺς γὰρ ἀκρατεῖς καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροὺς, ἀσώτους καλοῦμεν*. Eod. cap. scribit *τοὺς πολλοὺς αὐτῶν* esse *ἀκολάστους*: subjungens, *Εὐχερῶς γὰρ ἀναλίσκοντες, καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροί εἰσι*. Ceterum ex his Aristot. verbis, quis *ἄσωτος* vocetur, cognoscere possumus; sed quomodo Latine reddi apte verbo uno queat, ambigitur. A Cic. vertitur Luxuriosus, cum hæc Epicuri verba, *Εἰ τὰ ποιητὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας, τούς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων κ. τ. λ.*, sic interpr. Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum et mortis et doloris metu. Cetera vide in Lex. meo Cic. p. 55. Vide et 163. ejusd. pagina alium ejusd. Cic. locum, in quo *ἄσωτος* ita interpr. Gellius 7, 11. Et nequam hominem, nihili, neque rei neque frugis bonæ: quod genus Græci fere, *ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακότροπον, ἢ μιαρὸν* dicunt. Hæc ille. Placet autem mihi ex his interprr. illa maxime, qua redditur Nequam: quod a Cic. Hominem nequam Homini frugi non uno in loco opponi videam. A quibusdam redditur etiam Prodigus, Decoctor; sed prius illud malim. Nec dubitarim e Tac. vertere etiam Ganeo et profligator; ab eo enim hæc duo copulantur. Atque adeo ad hæc ejus verba respiciens, in Aristot. loco qui modo allatus fuit, ubi *φθορὰν τῆς οὐσίας* dicit, verti Facultates suas profligare, cum alioqui possem uti verbo Dissipare, s. Dilapidare. Illud autem vocab. Ganeo vel eam ob causam convenit, quod itidem Ganeum sit Latinis s. Ganea quod Græcis *ἀσωτεῖον*. Bud. ad ipsum nominis hujus etymum respiciens, et id exprimere conans, vertit *ἀσώτους*, Luxu et ganeæ studio perditos. Cic. de Finn. 2. vocem Græcam retinuit, Nolim enim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant, et de conviviis auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitent: qui solem, ut ajunt, nec occidentem unquam viderint, nec orientem: qui consumtis patrimoniis egeant. Nemo nostrûm istius generis asotos jucunde putat vivere. Sed venio tandem ad exempla usus nominis istius: cui quamvis Gellius aliquot alia tanquam synonyma adjungat, (ut vidisti in l. quem ex eo paulo ante protuli,) aliquam tamen vim sibi peculiarem habere existimo. Illa quidem certe synonyma, quæ J. Poll. affert, aut saltem eorum aliqua, magis mihi convenire videntur: sunt autem hæc, Ἀφειδὴς, Ἀταμίευτος, Ἐκκεχυμένος, Ἀθησαύριστος, Ῥίπτων τὰ χρήματα, Κατεδηδοκὼς τὰ πατρῷα, *καταναλίσκων, ἐκχέων, ἀπολλὺς, κ. τ. λ.* Sed excusari potest Gellius, si dicamus, quamvis utatur particula *ἢ*, non tamen eodem illas omnes voces Græcas, sed primam *ἄσωτον*, fortasse et secundam, ad Latinam vocem Nequam, ceteras autem ad sequentes voces Latinas potius retulisse. Certe *ἀκόλαστον* quoque *ἀπὸ τοῦ ἀσώτου* differre, ita ut quicunque sit *ἄσωτος*, non protinus etiam *ἀκόλαστος*, vel ex iis Aristot. verbis discimus, in quibus non *πάντας τοὺς ἀσώτους*, sed *τοὺς πολλοὺς τῶν ἀσώτων* ait esse *ἀκολάστους*. Apud Athen. (165.) Alexis hisce duobus versibus *ἄσωτον* quendam, s. *ἀσωτίαν* cujusdam, ita describit, *Διόδωρος οὑπίτριπτος ἐν ἔτεσιν δύο Σφαῖραν ἀπέδειξε τὴν πατρῴαν οὐσίαν. Οὕτως ἰταμῶς ἅπαντα κατεμασήσατο.* Dictum enim erat, antequam afferrentur hi versus, *Ἀσώτους μὲν γὰρ οἶδα διαβοήτους· ἕνα μὲν, οὗ μνημονεύει Ἄλεξις ἐν Κνιδίᾳ.* Quæ autem de aliis *ἀσώτοις* subjunguntur, illic videnda tibi relinquo. Ibid. legimus Areopagitas solitos ad se vocare et punire *τοὺς ἀσώτους καὶ μὴ ἔκ τινος περιουσίας ζῶντας.* Plut. de Discern, Amico ab Adul. *τοὺς ἀσώτους* et *πολυτελεῖς* copulavit: *Ἢ τοὺς ἀσώτους αὖ πάλιν καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ ῥυπαρίαν ὀνειδίζωσιν.* Ibid. legimus *ἄσωτον καὶ ἄτακτον.* Invenitur et superl. Ἀσωτότατος, ap. Athen. (166.) ex Axionico Comico, *ἐπικαλούμενος ἀσωτότατος*, [al. *ἀσωτέστατος*.] ‖ Ἄσωτος in propria signif., (sic appellando eam quæ derivationi omnino convenit,) pro Eo qui servari non potest, i. e. De cujus salute nulla est spes, vide post derivata ab eo Ἄσωτος de quo nunc agitur. Illud enim alterum cum Ἄσωτος conjungam. [" Ad Xen. Eph. 144. Thom. M. 520. Wakef. S. Cr. 4, 179. Lobeck. Aj. p. 300. Ex *α* pr. et *σώζω*, Boeckh. ad Pind. 345." Schæf. Mss. Valck. Schol. in N. T. 1, 226. Activo sensu, Æsch. Ag. 1610. *βοράν*.]

Ἀσωτοδιδάσκαλος, *ὁ*, Luxuriosorum magister, Luxuriosorum præceptor. Titulus est unius e Comœdiis Alexidis, ap. Athen. [336. " Callim. 1. p. 470." Schæf. Mss. * Ἀσωτοκότης, unde * Ἀσωτοποτέω, e quo] Ἀσωτοποσία, *ἡ*, Luxuriosorum s. Luxuriosa potatio, Qualis est luxuriosorum. In VV. LL. redditur simpliciter Crapula. [Cyrill. Alex. de Exitu Animæ p. 405. * Φιλάσωτος, Meleager 60. 64. " Jacobs. p. 81. Brunck. Lectt. in Anal. p. 4. Ruhnk. Ep. Cr. 73." Schæf. Mss.]

Ἀσώτως, Luxuriose, Luxuriosorum more. Athen. 4. *Ζῆν μὴ κοσμίως, ἀλλ' ἀσώτως.* Cum eod. verbo, saltem cum ejus partic., junctum habemus ap. Luc. 15, 13. *Καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως.* Quidam interpr. Profuse vivendo: non male; sic tamen ut Luxuriose magis mihi placeat. In VV. LL. *ἀσώτως* redditur Turpiter, Immodice, Prodige, Perdite: quarum interprr. unicam tantum admittendam censuerim, sc. Prodige; sed ei unam ex illis duabus proxime præcedentibus præferens, ac præsertim Luxuriose. (Possit vero et Nequiter addi, quatenus ei Cic. opp. Frugaliter: sicut Homo nequam opp. Homini frugi.) Ibid. subjunguntur illis interprr. hæc Isocratis, Ἀ. *πρὸς τὰ χρήματα διακείμενος*: quarum tamen nulla istis verbis aptari posse videtur. Ego vel hoc vel simili modo vertenda censuerim, Qui luxuriose prodigit pecunias s. dissipat facultates, Luxuriosorum more. Nisi forte interpretandum sit simplicius, (locum enim non adii, utpote non indicatum,) de affectu, Qui ita est erga pecunias affectus ut esse solent luxuriosi. [" Ad Xen. Eph. 144. Wakef. S. Cr. 4, 179." Schæf. Mss. Polyæn. 4, 3, 32.]

Ἀσωτία, *ἡ*, Luxuria, Prodigalitas, Profusio. Apte reddi potest et nomine Nequitia, (sicut *ἄσωτος*, Nequam, *ἀσώτως*, Nequiter,) i. e. Luxus vitæ prodigus effususque, ut Gellius ap. Q. Claudium exp. Luxuriam cum Nequitia copulantem; ita enim scribit, Sed luxuria et nequitia pecuniam magnam consumserat. Bud. *ἀσωτίαν* a Gellio reddi Luxum et popinationem scribit; sed locum eum ap. Gell. nondum inveni. Aristot. Eth. 4, 1. *Ἡ μὲν οὖν ἀσωτία τῷ διδόναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, τῷ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει· ἡ δ' ἀνελευθερία τῷ διδόναι μὲν ἐλλείπει, τῷ λαμβάνειν δ' ὑπερβάλλει, πλὴν ἐπὶ μικροῖς.* Sic vero et in aliis ll. *ἀσωτίαν ἀνελευθερίᾳ* opp., ut vitium vitio; at *μεσότητα* esse dicit *τὴν ἐλευθεριότητα*: Eth. 2, 7. *Περὶ δὲ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν, μεσότης μὲν, ἐλευθεριότης· ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις, ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία.* Sic Plut. quoque hanc *μεσότητα* constituit; sed *τῇ ἀσωτίᾳ* opponens *μικρολογίαν*, non *ἀνελευθερίαν*, (6, 206.) Obiter autem annotentur et hæc de NOMINE Ἐλευθεριότης. Athen. (168.) *Πάντα γὰρ ἀνήλωσε τὰ πατρῷα εἰς ἀσωτίαν*, Apud Eund. legimus de Apicio, ibid. *Καὶ αὐτοῦ ἐπὶ ἀσωτίᾳ διαβοήτου.* Idem usurpat *ἀσωτίαν* cum gen. *τοῦ βίου.* Polit. ap. Herodian. 2, (7, 3.) *ἀσωτίαν* vertit Sumtus insanos: *Οὔτε μὴν δημοσιακοὶ θησαυροὶ εἶχον· ἀλλὰ πάντα προεκεκένωτο τῇ Κομμόδου ἀσωτίᾳ.* Ita enim hæc reddit, Et ærarium publicum sumtibus illis insanis jampridem a Commodo exhaustum. Quæ interpr. minime mihi probatur: quod immanes sumtus fieri possint ab iis etiam qui non sint *ἄσωτοι*, nec luxuriose vivant. Apud eund. Scriptorem (2, 5, 2.) habemus plur. *ἀσωτίας*, ubi Polit. *Ἔν τε ἀσωτίαις καὶ κραιπάλαις* vertit Inter vina et epulas, paulo liberius, nec satis expressa vi Græci vocab. Ego in hujusmodi quidem loco *ἀσωτίας* exponendum censerem potius Luxuriosa convivia, Luxuriosas comessationes, vel Helluationes. Quæ autem interpr. huic loco convenit, eadem et isti Athenæi convenire existimanda est, in quo itidem *ἀσωτίας* et *μέθας* copulat: (485.) ubi loquitur de poculo quod *λεπαστὴ* vocabatur: *Τοῦτο δὲ τὸ ποτήριον ὠνομάσθη ἀπὸ τῶν εἰς τὰς μέθας καὶ τὰς ἀσωτίας πολλὰ ἀναλισκόντων· οὓς λαφύκτας καλοῦμεν.* [" Ad Charit. 404. Wakef. S. Cr. 4, 179." Schæf. Mss.: Valck. Schol. in N. T. 1, 226.] ‖ Invenitur etiam SCRIPTUM Ἀσωτεία, cum *ει*, cum alibi, tum in illo Herodiani l. quem protuli priorem; sed multo magis recepta est scriptura cum *ι* solo. Alioqui *ἀσωτεία* per *ει*, esset tanquam a v. Ἀσωτεύομαι. [" Ad Charit. 404." Schæf. Mss. " Orig. c. Cels. 50." Kall. Mss. Polyæn. 4, 3, 32.]

Ἀσωτεῖον, *τὸ*, (invenitur etiam SCRIPTUM Ἀσώτιον, sed minus mihi scriptura hæc probatur,) Locus in quo luxuriosi et prodigi epulantur et comessantur, aut etiam suas libidines exercent. Apte reddi potest Ganeum, Ganea, sicut *ἄσωτος*, Ganeo. Redditur et Popina. J. Poll. 9. inter partes urbis, sed minus honestas, enumerat *ἀσωτεῖα*, et *πεττεῖα*, et *κυβευτήρια*, atque alia. Altera autem scriptura, quæ habet *ι* solum, ap. Athen. extat, in isto Strattidis Comici loco, (169.) *Εἰ μηδὲ χέσαι γ' αὐτῷ σχολὴ γενήσεται, Μηδ' εἰς ἀσώτιον, τραπέσθαι*, (164.) *Τί ἐνταῦθα παραγίνεσθε, μηδὲ κληθέντες; ἢ ὡς εἰς ἀσώτιον μαγειρικὰ σκεύη καταλέγειν μαθησόμενοι;* Sed non dubito quin mendosa hæc scriptura sit pro *ἀσωτεῖον*, præsertim cum hoc admittat versus, et nomina hujusmodi signif. habentia (i. e. quibus significantur Loca in quæ aliqui congregantur) itidem per *ει* scribi soleant. [Phrynichus ap. Schæf. ad Greg. Cor. 443. * Ἀσωτιεῖον· *σημαίνει τὸν τόπον, ἔνθα οἱ ἄσωτες διατρίβουσιν*: ubi notandum * Ἄσωτες pro *ἄσωτοι*.]

Ἀσωτεύομαι, i. q. *ἀσώτως ζῶ*, (quæ verba habuisti supra e duobus ll.,) Luxuriose vivo, Omnia per luxum profundo, s. in luxum, Prodige vivo. Aristot. Polit. 5. fin. *Ὅτι ἀσωτευόμενοι, καταοκιζόμενοι γίγνονται πένητες.* Apud Athen. 8. *Ἀσωτευόμενος νεανίσκος*, Adolescens luxuriose vivens, Luxuriosus, Nequam, &c. sequendo interprr., quæ nomini *ἄσωτος* datæ fuerunt. Libet vero hic lectorem risus mei participem facere: i. e. ejus, quod me, licet occupatissimum, ridendi otium sufforari coëgit. *Ἀσωτεύομαι*, inquiunt VV. LL., Luxu diffluo: sumtum a populo Asotorum, quod essent luxu perditi, perpetuoque in comessationibus versarentur. Meminit Cic. de Finn. 2. Nolim enim mihi

fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant, et de conviviis auferantur: crudique postridie se rursus ingurgitent. Hoc illud est, lector, quod tu, intellectis iis quæ jam de hac voce ἄσωτος ejusque origine dicta sunt, si absque risu legere poteris, alterum Heraclitum esse putabo. Hic autem considera quam callidi fuerint VV. LL. consarcinatores, qui, cum vocis hujus etymologiam nullam invenirent, populum, a quo derivaretur, commenti sunt. In qua igitur orbis parte constituendus hic Asotorum populus erit? in eadem in qua populi Hessones et Hotines, nec non Halees, urbs Machus, mons Hirus, a Valla constituuntur. De quibus si consulere non pigeat Epistolam quam Editioni Latinæ Herodoti præfixi, omnino eandem risus materiam invenies, eumque hic inceptum, illic persequi poteris. ["Ad Charit. 404." Schæf. Mss.]

Κατασωτεύω, in VV. LL. et quidem iis etiam quæ prima omnium in lucem edita fuerunt, exp. Consumo, Dilapido: sine ullo Auctore. Ego, undecunque sumtum sit, non dubito quin significet, non simpliciter Dilapido, sed Dilapido luxuriosorum more, Dilapido s. Profundo per luxum s. in luxum. Eademque forma dictum videtur qua καθηδυπαθῶ: eund. certe usum præp. κατὰ habere dici potest. [Joseph. B. J. 4, 4, 3. * "Συνασωτεύομαι, Una dissolute et luxuriose vivo, Orig. c. Cels. 3. p. 152. (157. 492.)" Seager. Mss.]

[* "Ἀσώτιος, Petulans, Athan. 2, 83." Kall. Mss.]

Βασκαίνω, de quo nunc dicturus sum, vel in Φάος, vel in Καίνω collocari posset, sequendo eam, quæ illi a plerisque tribuitur, etymologiam: quænam autem ea sit, mox docebo.

ΒΑΣΚΑΙΝΩ, Fascino; primum enim huic signif. locum esse dandum censeo, quæ etiam cum etymo convenire videtur. Volunt enim plerique Gramm. βασκαίνω dici quasi φασκαίνω, i. e. φάεσι καίνω, Oculis occido, i. e. Aspectu. Quo pertinet hic Virg. locus, Ecl. 3. His certe neque amor causa est, vix ossibus hærent. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Sic et ὀφθαλμὸς βάσκανος, Oculus fascinator, ap. Plut., ut paulo post docebo. Quin etiam et ap. Horat. Epist. 1, 14. Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, quidam obliquo oculo interpr. Invido. Sed interficiendi quoque vim oculis fascinatoribus inesse, discimus e Plin., scribente 7, 2. Esse ejusd. generis in Triballis et Illyriis, adjicit Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimantque quos diutius intueantur, iratis præcipue oculis: quod eorum malum facilius sentire puberes. Proxime autem præcedentia verba sunt hæc, In eadem Africa familias quasdam effascinantium, Isigonus et Nymphodorus tradunt: quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. De quo loco disseram mox, cum agam de pass. Βασκαίνομαι, pro Fascinor. Βάσκανος, inquit Schol. Theocr., proprie ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς καίνων, καὶ φθείρων τὸ ὁραθὲν ὑπ' αὐτοῦ. Sic et ap. Etym. ὁ τοῖς φάεσι καίνων, quasi φάσκαινος. Et a βάσκανος vult esse verbum βασκαίνω. Sed crediderim potius βασκαίνω præcedere, præsertim cum in eo verbum καίνω incorruptum extet, et quædam a similibus verbis similem formam habentia nomina inveniantur. Parvi alioqui refert utri priorem locum demus. Quæcunque autem sit hujus verbi etymologia, accipi pro Fascinare, constat, cum alibi, tum ap. Aristot. Probl. 34, 20. Ἐπιλέγουσι γοῦν, ὅταν τῆς αὐτῆς τραπέζης ἰδίᾳ τι προσφέρωνται, μεταδιδόντες, Ἵνα μὴ βασκάνῃς με. Sic et ap. Alex. Aphr. Probl. 2, 53. Διὰ τί τινὲς βασκαίνουσι, καὶ μάλιστα παῖδας. Quod autem addit καὶ μάλιστα παῖδας, pertinet ad hæc, quæ e Plin. attuli de fascinatoribus, Quod eorum malum facilius sentire puberes. Apud Plut. quoque Symp. 5, 7. habes quæ huc pertinent, ubi extat et comp. καταβασκαίνω in ead. signif. Sic PASS. Βασκαίνομαι, Fascinor, Theocr. 6, (39.) Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον, ubi Schol. annotat, suo etiamnum tempore id solitas facere mulieres, nimirum sinui suo inspuere, τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπομένας. Atque huc certe pertinet quod in Plinii loco paulo ante habuimus, de illa laudatione familiarum quæ effascinant. Itidem enim hic pastor dicit, postquam sibi tam pulcer visus fuisset, se ter in sinum suum spuisse, ne fascinari posset: quasi laudatione illam de sua forma opinionem consequente, a qua laudatione periculum impenderet. Ita enim existimo intelligendum esse h. l.: ejus tamen expositionem aliorum judicio relinquens, quibus attentius eum expendere vacabit. Utitur porro passiva illa voce et Aristot. Probl. 34, 20. || Βασκαίνω, Invideo, quoniam sc. qui fascinant, id faciunt quod invideant, ut discimus ex iis etiam quæ leguntur ap. Alex. Aphr. Probl. 2, 53. Dicitur autem βασκαίνω σοι, vel βασκαίνω σοι τοῦτο, aut τούτου. Item, βασκαίνω ἐπὶ τούτῳ. Dem. Εἰ μὲν γάρ τις ἔχει πολλὰ, μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν, οὐχὶ δεῖ δήπου τούτῳ βασκαίνειν. Apud Philostr. Ep. 12. duplicem constr. habet hoc verbum, diversis in ll.: in priore, cum dat. personæ; in posteriore, cum accus. rei. Ita enim orditur illam suam Epistolam, Οὐδὲ ὁ θεσπέσιος Πλάτων τοῖς σοφισταῖς ἐβάσκηνε· καὶ σφόδρα ἐνίοις δοκεῖ τοῦτο: sed repono hic, εἰ καὶ σφόδρα κ. τ. λ. Aliquanto post, Καὶ βασκαίνει μέν τις τὰ μὴ ἑαυτῷ ἐφικτά· ἃ δὲ ἄμεινον ἢ μὴ χεῖρον διαθήσεται, φιλοτιμεῖται πρὸς ταῦτα. (Ubi obiter observa etiam quod sit discrimen inter VERB. Φιλοτιμεῖσθαι et verbum Βασκαίνειν: itidem certe φιλοτιμία distinguitur ἀπὸ τοῦ φθόνου, ut ibi videbis.) Sic ap. Herodian. βασκαίνειν cum accus. rei: (2, 4, 11.) Ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη. Sed et cum dat. personæ et accus. rei simul junctum reperitur; interdum cum dat. pers. et gen. rei. Quin etiam cum gen. solo. Lucian. Philopseude (§. 35.) Τοῦτο ἐγὼ πάνυ ἐσπουδακὼς, οὐκ εἶχον ὅπως ἐκμάθοιμι παρ' αὐτοῦ· ἐβάσκαινε γὰρ αὐτοῦ, καίτοι πρὸς τὰ ἄλλα προχειρότατος ὤν. Sic autem utuntur et verbo φθονῶ, et quidem frequentius quam hoc. Eodemque modo Lat. verbum Invideo usurpant, sed cum accus. Quamvis autem in isto Luciani loco non additus sit ille dat. personæ, ex eo tamen probari illa

A constr. potest: quod relinqui subaudiendum, longe manifestissimum sit. Apud eund. Lucian. extat cum præp. ἐπὶ, ubi scribit, Βασκαίνειν ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις. Liban. junxit etiam accus. personæ hoc verbum, ut testatur Suid. qui hanc constr. improbare videtur; scribit enim, Βασκαίνω σοι δεῖ· ὁ δὲ Λιβάνιος αἰτιατικῇ, Τὸν προσήκοντα βασκαίνουσι. || Criminor, Reprehendo, ap. Dem. et Plut. ut testatur Bud., qui ex illo affert, (291.) Ὁ δὲ, σιγήσας ἡνίκ' ἔδει λέγειν, ἄν τι δυσκολον συμβῇ, τοῦτο βασκαίνει, Hoc criminatur s. reprehendit. Sic autem Harpocr. a Dem. poni testatur βασκαίνει pro αἰτιᾶται et μέμφεται, ac συκοφαντεῖ. Hes. βασκαίνει, λυπεῖ, φθονεῖ, μέμφεται. ["Ad Diod. S. 1, 252. Harles. ad Theocr. p. 63. Bergler. ad Alciphr. 51. Herodian. Philet. 470. et n., Ammon. 29. Thom. M. 148. 746. Boiss. Philostr. 130. 653. 564. Phryn. Ecl. 208." Schæf. Mss.]

[* Βασκάντης, unde * Βασκαντικὸς, Steph. B. vv. Θηβαῖς, Θίβα, Synes. 216. Legitur etiam * Βασκαντητικὸς, ap. Plut. Symp. 5. p. 682. quod derivandum esset e * Βασκαντητής. * Βασκαντήρ, unde * Βασκαντήριος, e quo βασκαντήριον, τὸ, contr. * Βάσκαντρον, Gl. Fascinus. * Βασκαντὸς, unde] "Ἀβάσκαντος, Cui "nemo invidet, Tutus ab invidia, Invidiæ non obnoxius. Item "pharmacum ἀβάσκαντον dicitur Quod invidias hominum avertit, s. Quod fascinationes ab invidia profectas avertit. Affertur "enim e Diosc. 3. Ἀβάσκαντον ἀνθρώποις εἶναι λέγεται, pro Hominibus fascini amuletum esse fertur. Hes. ἀβάσκαντα, χωρὶς "βλάβης." "Ἀβασκάντως, Citra invidiam. Epigr. (adesp. 91.) B "in Deformes, Καὶ γὰρ ἀβασκάντως ῥῖνα τρίπηχυν ἔχεις."

Βάσκανος, ὁ, ἡ, Fascinator, Fascinatrix: ὀφθαλμὸς, Plut. Symp. 5, 7. Περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν ἐμπεσόντος λόγου παρὰ δεῖπνον. Sic a Virg. dicitur Oculus fascinare, ut antea docui. Apud Plut. de Virt. Mul. (7, 40.) βασκάνου τάφος redditur Fascinationis sepulcrum: in Polycrita, de qua hæc inter alia scribit, Αὐτὴ δὲ πρὸς ταῖς πύλαις γενομένους τοὺς πολίτας, ἀπαντῶντας αὐτῇ, μετὰ χαρᾶς καὶ στεφάνων ὑποδεχομένους καὶ θαυμάζοντας, οὐκ ἤνεγκε τὸ μέγεθος τῆς χαρᾶς, ἀλλ' ἀπέθανεν αὐτοῦ πεσοῦσα πρὸς τὴν πύλην ὅπου τέθαπται· καὶ καλεῖται Βασκάνου Τάφος, ὡς βασκάνῳ τινὶ τύχῃ τὴν Πολυκρίτην φθονηθεῖσαν ἀπολαῦσαι τῶν τιμῶν. Ibi enim qui lam interpretatus est Fascinationis sepulcrum, (quam interpr. et VV. LL. servarunt,) itidemque βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Invidi cujuspiam fascinatione. Alii βασκάνου τάφον reddere maluerunt Invidiæ Sepulcrum s. Livoris: sic tamen ut in βασκάνῳ, quod sequitur, Fascinationis et ipsi signif. inesse voluerint. At ego non video cur huic dat. potius quam illi gen. significatio ista tribuenda sit: qua de re dicam et in proxime sequente tmematio, ubi agam de Βάσκανος significante Invidum. Sed et illud suspectum esse possit, quod adjectivo βασκάνου tribuitur substantivi βασκανίας interpretatio. Quamvis enim dici possit τὸ βάσκανον pro ἡ βασκανία, (ut passim adjectivis hunc substantivorum usum dari videmus,) non fuerit tamen verisimile βασκάνου itidem pro βασκανίας usurpatum hic fuisse. || Invidus. Plut. in eo loco qui paulo ante C allatus fuit, Βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Invida quadam fortuna, Invidia quadam fortunæ. Quidam tamen interpr. Invidi cujuspiam fascinatione: quidam Invidia quadam fortunæ fascinata. Sed non magis crediderim nomini βάσκανος ullam hic subesse Fascinationis signif., quam inest verbo βασκαίνω, in illo Herodiani loco quem paulo ante attuli, Ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη. Redditur etiam Obtrectator, Malevolus. Dem. (307.) Πονηρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸν, ὁ συκοφάντης, καὶ πανταχόθεν βάσκανον, καὶ φιλαίτιον. Quo e l. crediderim Harpocr. sumsisse occasionem exponendi ap. eund. Oratorem, βάσκανον πολίτευμα, φιλαίτιον καὶ συκοφαντικόν: (262.) Βάσκανον δὲ καὶ πικρὸν καὶ κακόηθες οὐδέν ἐστι πολίτευμα ἐμόν. In genere fem. ap. Aristoph. Πλ. (571.) οὐ ψεύδει τούτων γ' οὐδὲν, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα. ["Eichst. Quæst. 75. ad Charit. 210. 255. Brunck. ad Eur. Med. 1221. Soph. 3, 605. Bergler. ad Alciphr. 51. 62. Heringa Obs. 198. Valck. ad Ammon. 30. ad Xen. Eph. 215. Jacobs. Anth. 6, 189. 7, 137. 9, 231. 301. 12, 267. Supell., Porson. Med. p. 16." Schæf. Mss.]

"Ἀβάσκανος, Invidia vacuus, Non invidens, Non invidus. "Suidæ non solum ἀνεπίφθονος, (quod potius est Non invidiosus,) sed etiam ἀψευδής, afferenti ex Anonymo, Ὁ δὲ μάρτυς "ἀβάσκανος γίνεται πρὸς Καίσαρα τῶν Ἀντιπάτρου κατορθωμάτων, Non invidus testis, h. e. Sine ulla invidia prædicans et "testificans." [* Ἀβασκάνως, M. Anton. 1, 16. * Ἀριβάσκανος, Hes. Phav. 119. * Ὑποβάσκανος, Fascinans, Manetho 5, 45. D * Φιλοβάσκανος, Timario in Notit. Mss. 9, 212. Ptolemæi Tetrab.; sed perperam legitur φιλοβασάνους ap. Procl. Paraphr. p. 226.]

Βασκάνως, Invide, Invido animo, φθονερῶς, [Joseph. A. J. 11, 4, 9.]

Βασκανία, ἡ, Fascinatio: (sicut βάσκανος, Fascinator.) Aristot. Probl. 34, 20. Διὰ τί τὸ πήγανον βασκανίας φασὶ φάρμακον εἶναι. Sæpius autem Invidia, s. Invidentia. Philo V. M. 1. Ἀλλ' ἔγωγε τὴν τούτων βασκανίαν ὑπερβὰς, τὰ περὶ τὸν ἄνδρα μηνύσω. Chrys. de Sacerd. Βασκανίας τροφὴ αἱ τῶν πλησίον εὐδοκιμήσεις. Interdum etiam est Obtrectatio. Bud. συκοφαντίαν exp. ap. Dem. (311.) Πολλαχόθεν μὲν τοίνυν ἄν τις ἴδοι τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτοῦ καὶ τὴν βασκανίαν. ["Toup. Opusc. 2, 28. ad Thom. M. 148. Valck. Callim. 281. Jacobs. Anth. 10, 177." Schæf. Mss.] ETIAM Βάσκα ponitur pro βασκανία, si Hesychii exempl. non mentiuntur. In iis enim scriptum est, βάσκα, μακέλη, βασκανία. Sed suspicor βασκανία cum illis verbis jungi non debere; seorsim enim ab Hes. cum sua expositione scriptum fuisse. Apud Eund. LEGITUR Βάσκας, sed pro Quodam avis genere. ["Callim. 1. p. 469." Schæf. Mss.]

Βασκάνιον, τὸ, Fascinum. Βασκάνιον dicunt antiqui, (inquit Phryn.,) non προσβασκάνιον, cum præp. πρός. Ubi simul observa istam VOCEM Προσβασκάνιον, quam a nonnullis pro βασκάνιον usurpatam fuisse, ex ejus verbis colligimus. In VV. LL. βασκάνιον redditur non solum Fascinum, sed et Odium. In Iisd. anno-

tatur ex J. Poll., βασκάνια vocata fuisse Quædam ridicula, quæ ap. vett. fabri ferrarii ante fornaculam appendere solebant, invidiæ avertendæ gratia. Affertur autem ab J. Poll. (7, 108.) et in numero singulari, ex Aristoph. πλὴν εἴ τις πρίαιτο δεόμενος βασκανίου ἐπὶ κάμινον ἀνδρὸς χαλκέως. Sed ap. J. Poll. pro βασκανίου legitur βασκάνου et βασκανία pro βασκάνια, non sine manifesta depravatione utrobique. [" Βασκάνιον, Phryn. Ecl. 30. Porson. Med. p. 58. Aristoph. Fr. 282. * Προβασκάνιον, (quod leg. pro προσβ.,) ad Anton. Lib. 147. Verh., ad Diod. S. 1, 252." Schæf. Mss. Plut. Symp. 5, 7. Phrynichus Bekkeri p. 30, 5. Gl. Muttonius: Προβασκαντόν· Muttonium.]

Βασκοσύνη, Fascinatio, Fascinum, VV. LL. [Poëta Vet. de Herb. 151. Diosc. Notha p. 477. 478.]

[* Διαβασκαίνω, Simeon Metaphrasta Ms. Cod. Par. 1524. * Ἐπιβασκαίνω, Phot. Bibl. 329.] Καταβασκαίνω, i. q. βασκαίνω, Fascino, sicut Effascino non plus est quam Fascino. Plut. Symp. 5, 7. init. Περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν ἐμπεσόντος λόγου παρὰ δεῖπνον. [* Καταβασκάνησις, Symm. Esai. 6, 13. quod derivandum esset e * Καταβασκανέω.] [* Βασκανίζω, Invideo, LXX. Deut. 28, 54. 56.]

Γέφυρα, de qua nunc agetur, post alia a γῇ derivata locum habere posset: sive id etymum, quo dicitur esse quasi γῆ ἐφ' ὑγρᾶς, s. id quod a γῇ et φυρῶ deducit, sequamur. Sed quam tutum sit hæc sequi, aliorum esto judicium.

ΓΕΦΥΡΑ, ἡ, Pons. Dicitur autem proprie γέφυρα, (si Herodiano Gramm. ap. Eust. credimus,) γῆ ἐφ' ὑγρᾶς, i. e. Terra super aquam. Etym. quoque hujus derivationis mentionem facit: Ἡ ἐφ' ὑγροῦ γῆ, inquit, quasi γέφυγρά τις οὖσα. Sed affertur et alia ab Eod., et quidem priorem locum ap. eum habens: sc. a γῇ et φυρῶ, ut sit quasi γήφυρα, i. e. ἡ τῇ γῇ φυραθεῖσα. Quibus verbis subjungitur, καὶ ἐφ' ὑγρῷ τόπῳ κειμένη. In meo autem vet. Lex. additur, ἢ ἀπὸ τοῦ, ἀπὸ γῆς εἰς γῆν μεταφέρειν. Communis porro est hujus nominis γέφυρα usus prosæ Scriptoribus cum Poëtis. Il. E. (87.) Θῦνε γὰρ ἀμπεδίον, ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς Χειμάῤῥῳ, ὅστ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας· Τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν. Apud Plut. Quæst. Rom. Ἡ ξυλίνη γέφυρα. Legitur sæpe ζευγνύειν γέφυραν, eique opp. λύειν s. διαλύειν. Herodian. 7, (2, 1.) Τότε τοίνυν τὴν γέφυραν ζεύξας, ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι. Apud Eund. legimus, Λύσαντας τὴν γέφυραν. Apud Thuc. (1, 137.) Τὴν γεφυρῶν διάλυσιν. || Γέφυραι ap. Hom. sunt etiam Intervalla et semitæ inter binos aciei instructæ ordines, per quas ultro citroque commeare licet, ut VV. LL. annotant ex Eust. in Il. Δ. [" Jacobs. Anim. 100. Anth. 9, 156. ad Diod. S. 1, 683. Ruhnk. ad Vell. p. 15. ad Herod. 325. Pons, Longus p. 3. Vill. Γ. πολέμοιο, ad Il. Δ. 371. Θ. 378. 549. Υ. 427. Heyn. Hom. 4, 612. 624. 5, 513. 6, 207. 269. 8, 100. An Homerus singularem novit, 5, 513." Schæf. Mss.] Γέφυρα est item Nomen urbis Bœotiæ, quæ et Tanagra vocata fuit. Affert autem aliquam illius appellationis rationem Etym. Qui ex ea est, DICITUR Γεφυραῖος. Apud Eund. LEGES Γεφυρεῖς esse δῆμον Ἀττικὸν, unde Γεφυραία Δημήτηρ, de qua plura ap. eum vide. Sed in meo vet. Lex. Γεφυραία Δημήτηρ non ab illo nomine Γεφυρεῖς, sed a Γέφυρα, quod est Urbis nomen, appellata esse traditur. AT VERO Γέφυροι unde sint dicti Quidam fratres, te docebit Eust. 933.

Γεφυροποιὸς, Pontifex, accipiendo in prima signif. pro Eo qui pontem facit: e Plut. Numa. Unde VERBUM Γεφυροποιέω, Pontem facio, Ponte jungo. Polyb. 3, (64, 1.) Πόπλιος δὲ τὸν Τίκινον κρίνων εἰς τοὔμπροσθεν διαβαίνειν, τοῖς ἐπιτηδείοις γεφυροποιεῖν παρήγγειλε. Quem usum frequentius habet verbum γεφυροῦν. [* Γεφυρουργὸς, unde * Γεφυρουργέω, e quo * " Γεφυρουργία, Tzetz. Ch. 1, 931. 4, 901. 9, 809." Elberling. Mss.]

Καλλιγέφυρος, ὁ, ἡ: ποταμὸς κ., Fluvius pulcrum pontem habens, Pulcro ponte junctus. Ex Eur. [Rhes. 349.]

Γεφυρότης, Pontium fabricator, in VV. LL.; illis etiam, quæ prima omnium in lucem prodierunt. Sed mendosum esse suspicor, pro γεφυρωτὴς, verbali a γεφυρόω.

Γεφυρόω, Ponte s. Pontibus jungo, Pontem impono, ut γεφυροῦν ποταμὸν, Ponte jungere fluvium, ut loquitur Curt. Quidam interpr. Pontem imponere fluvio, construere supra fluvium. Herodian. 7, (1, 13.) Γεφυρώσας τὸν ποταμὸν ὁ Μαξιμῖνος, ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι, Polit. Pontem construxerat Maximinus supra flumen, quo adversus Germanos transiret. (Legitur tamen in vulg. Edd. Qua; sed eum scripsisse puto Quo.) Paulo post dicit Herodian. Τὴν γέφυραν ζεύξας, eadem de re loquens. Apud Eund. Γεφυροῦν τὸν ποταμὸν idem Polit. vertit Ponte jungere fluvium. E Polyb. affertur etiam (1, 10, 9.) Γεφυρῶσαι τὴν διάβασιν pro Firmare transitum. Inveniuntur autem illa verba et ap. Plut. (Anton. 32.:) Lucian. Demonacte dixit etiam γεφυροῦν τὰ δύσπορα, (§. 1.) Ἡ ὁδοποιῶν τὰ ἄβατα, ἢ γεφυρῶν τὰ δύσπορα. Apud Eund. (T. 1. p. 282.) legimus etiam Τοὺς ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς, Cadaveribus tanquam ponte s. pontibus jungere fluvios, Corporibus cæsorum consternere fluvios, Bud. qui affert etiam γεφύρωσε κέλευθον ex Hom., pro Obruto fossæ aggere muniit viam. Hes. exp. διαβατὴν ἐποίησε. || Γεφυροῦσθαι dicitur itidem ποταμὸς, qui ponte jungitur s. cui pons imponitur. Herodian. (6, 6, 13.) Τόν τε ποταμὸν ναυσὶ διαλαμβάνων, ὡς πρὸς ἀλλήλας συνδεθεισῶν γεφυρωθέντα, κ. τ. λ. Atque ut habuimus e Luciano, Ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς, sic ap. Plut. legi sciendum est ποταμοὺς γεγεφυρωμένους νεκροῖς, (7, 343.) Αἵματι κεκραμένους ποταμοὺς ἔπιε, καὶ νεκροῖς γεγεφυρωμένους διέβη, Amnes sanguine mixtos bibebat, quos cæsorum corporibus junctos trajiciebat, Bud. [" Larcher Herod. 2. p. 361. Epigr. adesp. 418. Heyn. Hom. 7, 64. 8, 159." Schæf. Mss. Herod. 2, 107. Sterno, de via, Inc. ap. Suid. v. Ἀξιόλογα βάρη.]

Γεφύρωμα, τὸ, Ipsum opus jungendi fluvium ponte. In VV. LL. redditur Transitus, cum sit potius Pons transitum præbens:

A nisi et ipse pons Transitus appelletur. Atque ut hoc nomen γεφύρωμα a prima præt. pass. persona γεγεφύρωμαι formatum est, sic a [secunda γεγεφύρωσαι est NOM. * Γεφύρωσις, Pontium extructio, Strabo 1. p. 102. et a] tertia γεγεφύρωται, NOMEN Γεφυρωτὴς, Qui pontem s. pontes construit. Pro qua signif. in VV. LL. legitur Γεφυρότης: sed non sine mendi suspicione, ut supra declaravi. [* Γεφυρωτὸς, unde * Δυσγεφύρωτος, Strabo 4. p. 294., 17. p. 1197. * Εὐγεφύρωτος, Polyb. 3, 66, 5.]

Invenitur etiam COMP. Ἀπογεφυρόω, quod sicut simplex Γεφυρόω, redditur Ponte jungo, s. Pontibus, etc. [" Ἀπογεφυρόω non est Ponte jungo, Herod. 2, 99. Ἀπογεφυρῶσαι τὴν Μέμφιν, est Jactis aggeribus Memphin secludere a Nilo, et ab inundatione tutam præstare." Schw. Mss.]

Γεφυρὶς, Extranea, Peregrina. Vide Suid.: quem si sequaris, fuerit hoc nomen γεφυρὶς deductum a γέφυρα, quod est Urbis nomen. Hes. autem scribit, Γεφυρὶς, πόρνη τις ἐπὶ γεφύρας. Quod autem subjungit, videtur hoc γεφυρὶς cum nomine γεφυριστὴς confundere, ut docebo paulo post, cum de hoc agam.

AT VERO Γεφυρίζω est proprie E ponte scommata in aliquem s. aliquos jacio, Sedens in ponte, inde aliquem dicteriis peto vel scommatis insector. De quo more dicam in Γεφυριστής. Accipitur autem generaliter γεφυρίζω pro Scommata in aliquem jacio s. Probra, Derideo, Cavillor, Subsanno. Plut. (Sulla 6.) Ἐδόκει δὲ τοῖς Ἀθηναίοις προσενεχθῆναι τραχύτερον, ὅτι τὴν Μέτελλαν ἀπὸ τοῦ τείχους γεφυρίζοντες ἐλοιδόρησαν: (13.) Εἴτε θυμῷ τὰ
B σκώμματα φέρων καὶ τὰς βωμολοχίας, αἷς αὐτόν τε καὶ τὴν Μέτελλαν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἑκάστοτε γεφυρίζων καὶ κατορχούμενος ἐξηρέθιζεν ὁ τύραννος Ἀριστίων. Affertur vero et e Polyb. exemplum usus verbi hujus, a Suida, quem consule. [" Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 71. Toup. Opusc. 1, 68. Valck. Anim. ad Ammon. 210. * Γεφυριάζω, Idem ad Theocr. Adoniaz. p. 189." Schæf. Mss.] Γεφυρισμὸς, Actio illa ita jaciendi scommata, et deridendi, [" Bibl. Crit. 2, 3. p. 57. Thom. M. 801. Segaar. Epist. ad Valck. p. 10. Valck. ad Ammon. 129. Anim. 209." Schæf. Mss.] Sed affertur hoc nomen et cum α SCRIPTUM, Γεφυριασμὸς, ex eo libro in quo Atticæ voces annotantur, diciturque significare σκῶμμα, et additur, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῶν γεφυρῶν γράφειν ἤτοι ἔμμετρα ἢ δίχα μέτρων, διασυρμούς τινων ἔχοντα. Habes autem hæc ipsa et ap. Ammon. v. Σκῶμμα, [p. 128. Valck. l. c.] Γεφυριστὴς, Qui scommata e ponte jacit in aliquem, etc. sequendo expp. quæ verbo γεφυρίζω datæ fuerunt. Γεφυρισταὶ, inquit Hes., οἱ σκῶπται: quoniam ἐν Ἐλευσῖνι ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῖς μυστηρίοις καθεζόμενοι ἔσκωπτον τοὺς παριόντας. Sed his addi possunt et quæ ap. eum proxime præcedunt, in v. Γεφυρίς: quæ enim ibi adduntur, Ἄλλοι δὲ οὐ γυναῖκα, ἀλλὰ ἄνδρα ἐκεῖ καθεζόμενον κ. τ. λ. perperam hic collocata fuisse arbitror ab aliquo, qui illud γεφυρὶς cum γεφυριστὴς confunderet. Interim vero et ex illis verbis possumus hujus vocab. significationem certius cognoscere. Generalius autem pro Cavillatoribus s. Irrisoribus. Plut. Sulla, init. Καὶ τῶν Ἀθήνησι γεφυριστῶν ἐπέσκωψέ τις εἰς τοῦτο ποιήσας.
C [" Kuster. Aristoph. 123. Thom. M. 801. Jacobs. Anth. 6, 240." Schæf. Mss.]

[* " Γεφύριον, Ponticulus, ad Lucian. 1, 410." Schæf. Mss.]

Γόνυ, quod proxime sequitur, varias etymologias habet: e quibus maxime probabilis est, quæ a verbo κονεῖν deducit: minus certe longe quam ceteræ petita est. Si quis tamen πρωτότυπον esse malit, non minus quam illud ipsum verbum κονεῖν, non valde repugnabo.

ΓΟΝΥ, gen. casum habet Γόνυος, pro quo per metath. dicitur ET Γουνός. Sed in soluta oratione usitatior gen. Γόνατος, tanquam a NOMINAT. Γόνας, quod alioqui in usu minime esse traditur. Est autem γόνυ Græcis quod Latinis Genu. Il. Λ. (546.) Ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων. Apud Eund. frequens est γόνυ κάμπτειν, Genu flectere s. incurvare: ἐπὶ τοῦ καθεσθῆναι, ad differentiam τοῦ ἵστασθαι, si Eustathio credimus. At Hes. exp. ἀναπαύεσθαι. Variis autem loquendi generibus adhibetur ab hoc Poëta nomen istud, et quidem in plur. præsertim, ut ex ejus Il. quos afferam patebit. Afferam autem eosprimum, in quibus vigorem corporis e genuum vigore s. robore æstimat: ut Theocr. (14 fin.) dixit, οἷς [ἇς] γόνυ χλωρόν: itidemque Horat. dumque virent genua. Quo pertinet et quod ap. Plin. legimus, Genibus inesse vitalitatem. Il. Υ. (93.) αὐτὰρ ἐμὲ Ζεὺς Εἰρύσαθ', ὅς μοι
D ἐπῶρσε μένος λαιψηρά τε γοῦνα. Sic omnino λαιψηρὰ γοῦνα et μένος conjunguntur, et quidem verbo eidem affixa, cum alibi tum X. (204.) Ὡς οἱ ἐπῶρσε μένος λαιψηρά τε γοῦνα. Huc pertinent ap. Eund., γούνατα δ' ἐῤῥώσαντο, et γούνατ' ὀρώρῃ: ac quemadmodum μένος et γοῦνα illic copulat, sic alicubi ἀρετὴν dicit, subjungens γούνατα cum illo verbo ὀρώρῃ. Od. Σ. (132.) Ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ. Inveniuntur conjuncta itidem γούνατα et βίη, Il. Δ. (314.) Ὥς τοι γούναθ' ἕποιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδος εἴη. Huc pertinet P. (569.) Ἐν δὲ βίην ὤμοισι καὶ ἐν γούνεσσιν ἔθηκε. Atque ut hic dicitur τιθέναι μένος ἐν γούνεσσι, sic alibi βαλεῖν μένος ἐν γούνεσσι: sed additur ἠδ' ἐνὶ θυμῷ: ut in loco proxime præcedente βίη est in duobus, ἐν γούνεσσι, et ἐν ὤμοισι: (451.) Σφῶϊν δ' ἐν γούνεσσι βαλῶ μένος ἠδ' ἐνὶ θυμῷ. Apud Eund. legimus βλάβεται γούνατα, item λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ. Atque ut alicui λύεσθαι γούνατα dicit, ita sæpenumero aliquem alicui λῦσαι γούνατα, vel ὑπολῦσαι, etiam pro Vitam eripere. Habet alioqui nonnullis in Il. simpliciorem signif. istud γούνατα λῦσαι, et talem qualem γούνατα δαμνᾶν, aliquot in Il. Frequens est, s. potius frequentissimum, ap. eund. Poëtam hoc nomen, ubi de precando vel potius supplicando agitur: (unde Plin. Hominis genibus quædam et religio inest, observatione gentium, hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt: hæc, ut aras, adorant: fortassis quia inest iis vitalitas.) Il. Α. (60.) Νῦν οἴω περὶ γούνατ' ἐμὰ στήσεσθαι Ἀχαιοὺς Λισσομένους. Sic Ο. (76.) Ἤματι τῷ ὅτ' ἐμεῖο θεὰ Θέτις ἥψατο γούνων, Λισσομένη τιμῆσαι Ἀχιλλῆα πτολί-

πορθον. Apud Eund. aliquis dicitur ἅψασθαι γούνων, non λισσόμενος, sed ἱέμενος λίσσεσθαι: ut Υ. (468.) ὁ μὲν ἥπτετο χείρεσι γούνων, Ἱέμενος λίσσεσθαι. In quibusdam autem aliis locis utitur verbo λιτανεύειν post γούνων ἁψάμενος s. ἁψάμενοι. Sic Ω. 357.) Γούνων ἁψάμενοι λιτανεύσομεν, αἴκ' ἐλεήσῃ. Alibi utitur rursus τοῦ λαβεῖν cum eod. gen. γούνων, Od. K. 264. Αὐτὰρ ὅγ' ἀμφοτέρῃσι λαβὼν ἐλίσσετο γούνων. Sic Z. 142. Ἢ γούνων λίσσοιτο λαβὼν εὐώπιδα κούρην. Invenitur ap. Eund. et participium ἑλὼν pro λαβὼν, ubi cetera alioqui sunt præcedentibus similia: Il. Φ. 71.) Αὐτὰρ ὁ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἑλὼν ἐλίσσετο γούνων. Ceterum ex his ll. implere alios possumus, quibus aliquid deest, i. e. in illis subaudire, ut Grammaticorum verbo utar, quod subaudiendum requiritur. Interdum enim verbum λίσσεσθαι, aut λιτανεύειν, vel si quod est ap. hunc Poëtam synonymum, subaudiendum esse dico: nonnunquam contra unum aliquod ex illis participiis: ἁψάμενος sc., aut λαβὼν, aut ἑλών. Nam Od. Z. fin. (hoc enim se offert in præsentia commodius exemplum,) μητρὸς ποτὶ γούνασι χεῖρας Βάλλειν ἡμετέρης, ἵνα νόστιμον ἦμαρ ἴδηαι. Hic enim puto subaudiri debere λισσόμενος, vel λιτανεύων, aut aliud simile, licet his vocibus infin. soleat subjungere, non particulam ἵνα, quod sciam. Vicissim autem ἁψάμενος, vel λαβὼν, vel ἑλὼν subaudiendum esse ajo, cum alibi, tum in Od. K. (481.) Αὐτὰρ ἐγὼ Κίρκης ἐπιβὰς περικαλλέος εὐνῆς, Γούνων ἐλιτάνευσα. Sic X. (337.) Ἢ γούνων λίσσοιτο προσαΐξας Ὀδυσῆα: itidemque in Il. I. (451.) fem. partic. ἁψαμένη, vel λαβοῦσα, s. ἑλοῦσα subauditur: ἡ δ' αἰὲν ἐμὲ λισσέσκετο γούνων Παλλακίδι προμιγῆναι. Sed h. in l. aptius poni potest partic. quam in duobus præcedentibus, quod in utroque jam aliud præcedat. Nisi quis participio particulam καὶ præfigere velit: hoc modo, καὶ ἁψάμενος γούνων ἐλιτάνευσα: vel, καὶ λαβὼν γούνων. Quod tamen de altero l. dici itidem non potest, utpote in quo participium non itidem præcedat, sed sequatur. Sed participia bina interdum a Græcis, non interjecta copula, poni sciendum est. Omitto alia pleraque ejusd. Poëtæ loquendi genera, eod. pertinentia, quibus nomen istud adhibetur: et ad longe diversum loquendi genus transeo: si prius e Poëtis Lat. locos aliquot attulero cum Homericis illis convenientes: in quibus nimirum itidem genua tangunt s. potius amplectuntur qui supplicant. Virg. Æn. 10. Et genua amplectens effatur talia supplex. Ejusd. Poëmatis l. 3. Dixerat: et genua amplexus, genibusque volutans Hærebat. Ovid. Metam. 9. tremit ille, pavetque Pallidus: et timide verba excusantia dicit. Dicentem, genibusque manus adhibere parantem Corripit Alcides. Ejusd. Operis l. 13. hæc canit, sed crine soluto, Sicut erat, magni genibus procumbere non est Dedignata Jovis. Quin etiam dicunt aliquem supplicem genibus ejus cui supplicat advolvi. In soluta etiam oratione multi loci morem hunc nobis ostendunt: e quibus est ille Taciti, in quo dicit, Prensare circumstantium genua. Cic. Orat. post Reditum, in Senatu, Tu meum generum, propinquum tuum, tu affinem tuam, meam filiam, superbissimis et crudelissimis verbis a genibus tuis repulisti. Dicunt vero et Accidere ad genua, quod est ad verbum προσπίπτειν πρὸς γόνατα, vel τοῖς γόνασι. Plut. Quæst. Rom. Ὁ δὲ προσπεσὼν τοῖς γόνασι. Eur. autem usus est et cum solo accus., Hec. (339.) Πρόσπιπτε δ' οἰκτρῶς τοῦδ' Ὀδυσσέως γόνυ. At Hom. dicit ἱκάνειν γούνατα, Od. H. (147.) Σόν τε πόσιν, σά τε γούναθ' ἱκάνω, πολλὰ μογήσας. Sic Γ. (92.) Τοὔνεκα νῦν τὰ σὰ γούναθ' ἱκάνομαι, αἴκ' ἐθέλησθα Κείνου λυγρὸν ὄλεθρον ἐνισπεῖν: I. (266.) ἡμεῖς δ' αὖτε κιχανόμενοι τὰ σὰ γοῦνα Ἱκόμεθ', εἴ τι πόροις ξεινήϊον. Sed hoc loquendi genus nihilo plus quam præcedentia, quæ ex eo attuli, habet affinitatis cum illo προσπίπτειν πρὸς γόνατα, s. γόνασι. At vero ἄντεσθαι πρὸς γονάτων, quod ap. eund. Tragicum legitur, ex Hom. sumtum videri possit, dicente Il. Υ. (463.) ὁ μὲν ἀντίος ἤλυθε γούνων, Εἴ πως εὖ πεφίδοιτο λαβὼν, καὶ ζωὸν ἀφείη. Eur. autem locus est Med. (709.) Ἀλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος, Γονάτων τε τῶν σῶν· ἱκεσία δὴ γίγνομαι, Οἴκτειρον. Quamvis enim hic ἄντομαι accipiatur non in propria signif., sed pro Obtestor, possit tamen ita loquens Eur., ad illum Homeri locum videri respexisse. Ceterum potest his Eur. locis adjici et iste, e Phœn. (1616.) ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ, Implicitis manibus circa tuum genu.

Venio nunc ad quoddam genus loquendi, quod Latinis haud itidem notum esse puto, i. e. ἐν γούνασι κεῖται, pro Situm est in potestate. (Cui rei alioqui significandæ adhibetur et χειρὸς s. χειρῶν appellatio a Græcis: eodemque modo Lat. dicunt, In manu tua est, pro In potestate tua.) Sic certe aliquoties dixit Hom. θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, ut Od. Π. (129.) Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, et Il. P. (514.) Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Quem versum consequitur hic, aliquid habens eod. pertinens, Ἥσω γὰρ καὶ ἐγώ· τὰ δέ κεν Διῒ πάντα μελήσει. Alicubi vero cum adjectione partic. αἴκε, vel ἤκε: ut Il. Υ. (435.) Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, Αἴκε σε χειρότερός περ ἐὼν ἀπὸ θυμὸν ἕλωμαι, Δουρὶ βαλών. Cum ἤκε autem Od. A. (267.) Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, Ἤ κεν νοστήσας ἀποτίσεται, ἠὲ καὶ οὐκί. In eod. lib. habetur sequente ὅστις in altero versu, cum fut. itidem: (401.) Τηλέμαχ' ἤτοι ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, Ὅστις ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ βασιλεύσει Ἀχαιῶν. Exp. autem ἐν τῇ τῶν θεῶν ἐξουσίᾳ καὶ τῇ δυνάμει, In deorum potestate. Affertur tamen ex Eust., ἐν δυνάμει καὶ ἱκεσίᾳ. In qua exp. θεῶν ἱκεσίᾳ accipiendum esset passive, de ea qua supplicatur ipsis. Sed dure hoc dici videtur, præsertim præcedente subst. δυνάμει. Potiusque crediderim hæc duo nomina ad diversas expp. pertinere; sed, nisi inspecto Eust. loco, plura de his verbis disserere nolim. Hoc unum addo, eleganter usurpatum a Diogene fuisse hoc loquendi genus. Cum enim quendam ἄσωτον poposcisset minam, isque rogasset cur a se minam, ab aliis obolum duntaxat peteret, Quia, inquit, ab aliis iterum me accepturum spero: at vero a te, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται εἰ πάλιν λήψομαι. Sunt porro et in soluta oratione aliquæ ex hoc nomine sumtæ phrases: e quibus sunt hæ duæ, Εἰς γόνυ κλίνειν, et Εἰς γόνυ βάλλειν: de quibus dicam in comp. Γονυκλινής. At de εἰς

A γόνυ πεσεῖν, verba faciam in comp. Γονυπετέω.

Γόνυ καλάμου, Herod. Internodium arundinis, Plin. et Colum. Sed et de vite dici a Plin. ex Herod. affertur. Γόνατα, inquit Cam., sunt Genicula, et de vitibus, et de aristis, et de arundinibus. Herod. 3, (98). Καλάμου δ' ἐν γόνυ πλοῖον ἕκαστον ποιεῦνται. Vide Plin. 16, 36. de arundine Indica: Navigiorumque etiam vicem præstant, si credimus, singula internodia. Idem paulo post, Alia spissa crebris densisque geniculis, brevibus internodiis. Ex quibus manifestum fit, Genicula Latinos appellasse ipsos Nodos, Internodia vero, Inter hos excrescentes culmos. Sed Græcum nomen est commune. A geniculo, Geniculatus, ut Radix geniculata, Plin.: et Culmus geniculatus, Cic., distinctus geniculis. Et panicum in culmum geniculatum, Plin. Possumus autem his participiis uti in interpretatione quorundam compp. quæ hanc nominis γόνυ signif., sed nominativi γόνας declinationem secuta sunt: cujusmodi sunt εὐγόνατος et πολυγόνατος.

Γόνυ gen. habet Γουνὸς, factum e γόνυος per metath., ut dictum fuit. Sic vero et plur. NOMIN. Γοῦνα, pro Γόνυα: GEN. Γούνων, pro Γονύων: DAT. Γούνεσι, (s. Γούνεσσι, metri gratia,) pro Γονύεσι dici existimant quidam Gramm. Alii tamen malunt Γοῦνα pro Γούνατα dici per apoc.: itidemque Γούνων pro Γουνάτων per sync., et Γούνεσι pro Γουνάτεσι dici existimandum erit. Affertur porro et tertius GEN. sing. Γούνατος. At ILLUD Γούνατα, "poetica epenthesi pro γόνατα," tanquam a nomin. sing.
B Γοῦνας, habuisti in ll. supra citatis. Idem et de ceteris casibus censendum est.

[" Γόνυ, Toup. Opusc. 1, 502. Jacobs. Exerc. 1, 68. Wakef. S. Cr. 3, 168. Markl. Iph. p. 170. Suppl. 165. ad Charit. 634. Internodium, Longus p. 9. Toup. Opusc. 1, 72. De more supplicum genua tangendi, Valck. Phœn. p. 545. Γ. γνάμπτειν, ad Mœr. 91. ad Il. H. 118. T. 72.: κάμπτειν, Heyn. Hom. 5, 331. 7, 610.: καθιέναι, Porson. Hec. 565. Wakef. Diatr. 25.: λύειν, Heyn. Hom. 5, 34. Εἰς γ. πίπτειν, Jacobs. Anth. 6, 254. Heyn. Hom. 4, 272. ad Callim. 1. p. 118.: βάλλειν, ad Herod. 450. Ζώσασθαι εἰς γ., Bast Lettre 168. Γ. ἀμπέλου, Boiss. Philostr. 438. Γ. κνήμης ἔγγιον, Thom. M. 261. Τὴν κεφαλὴν εἰς τὰ γόνατα ἐνθεῖναι, ad Charit. 259. Πρὸς γούνατα μητρὸς ἱκέσθαι, Wolf. ad Hesiod. 105. Γουνὸς, Greg. Cor. 233. Γοῦνα, γούνατα, γούνων, γοῦν', Porson. Phœn. 866. Γοῦνα, Jacobs. Anth. 7, 379. 8, 154. Ruhnk. ad H. in Cer. 12. Toup. Opusc. 2, 187. Dawes. M. Cr. 176. Γούνων, Hymn. in Cer. 263. Γούνασι, Markl. Iph. p. 170. 232. Heyn. Hom. 5, 627. 638. 7, 358. 373. 794. Θεῶν ἐν γ., 366. 8, 100. Ἐπὶ γούνασι, 5, 84. Προσπίπτειν γόνασι, ad Dionys. H. 1, 332. Γονάτοιν, Toup. Emendd. 1, 109. * Γόνατον, T. H. ad Plutum p. 428." Schæf. Mss.]

A Γόνυ derivata, compositionem habentia.

C [* " Γονυκαμψεπίκυρτος, * Γονυκλαυσαγρύπνης, (ὁ, ἡ,) Lucian. 3, 656." Schæf. Mss.] Γονυκλινὴς, Genu flectens. In Eccles. Historia, Τοῦτον τὸν θεὸν ἐπικαλοῦμαι γονυκλινής. Γονυκλινεῖς, inquit Cam., Qui provolvuntur genibus, et abjiciunt se, atque jacent ante pedes supplices. [" Valck. Phœn. p. 104." Schæf. Mss.] Hinc VERB. Γονυκλινέω, Genu flecto. Κάμπτεται δὲ γόνυ, inquit Eust., ἔστιν ὅτε καὶ ἱκετευτικῶς· ὃ καὶ γονυπετεῖν λέγεται, καὶ γόνυ κλίνειν, καὶ συνθέτως γονυκλινεῖν. [* " Γονυκλίτης, unde * Γονυκλιτέω, Is. Porphyrog. in Allatii Exc. 299. Philo Carpas. in Cant. Cantic. p. 96." Boiss. Mss.] Invenitur et nomen SUBST. Γονυκλισία, Genuflexio, Supplicatio quæ fit genibus flexis. E Basil. Affertur præterea e Cyrillo, Γονυκλισία ἀνυπερήφανος. Schol. Eur. Phœn. (300.) Γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ Σ', ἄναξ, τὸν οἴκοθεν νόμον σέβουσα, annotat, ὡς τῶν Φοινίκων διὰ γονυκλισίας σεβόντων τοὺς βασιλεῖς. Vide aliquid de hac voce et in Γονυπετῶ. Sciendum est porro, quamvis hæc istam signif. habeant, tamen εἰς γόνυ κλίνειν aliud sonare: sc. Prosternere, aut etiam Subigere: ut Bud. vertit ap. Appian. B. C. 8. Αὐτῷ δὲ ἀπιστοῦσιν ὅτι οὐκ ἀπέκτεινε τὸν Καίσαρα, καταστρεψάμενον τὴν Κελτικὴν καὶ ἐς γόνυ κλίναντα. Idem, Ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλεν, vertit, Affectam admodum reddidit: in Herod. (6, 27.) Ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλεν ἡ ναυμαχίη. (Quidam autem interpr. Prostravit.) Ex eod. Scriptore affert Etym. εἰς γόνυ πεσεῖν: quod illum metaphorice dixisse tradit, significare volentem ὡς εἰς δουλείαν αὐτὴν ἀπήγαγεν: (ita enim scr. est, non ἐπήγαγεν.)
D At comp. Γονυπετεῖν nihil cum hoc loquendi genere commune habet. Γονύκροτοι, sunt οἱ βλαισοί: et ap. Anacr. οἱ δειλοί. Vide Eust. 932. Aristoteli Physiogn., inquit Cam., γονύκροτοι sunt Impuri, quibus genua trepidant. [* Γονύκρουστος, Phot. v. Πλαισός.] Γονυπετὴς, Qui genu succiduo procumbit, (ut loquitur, Ovid.) In genua procidens, Accidens ad genua alicujus, s. Procumbens. Synes. Ep. 57. Καὶ πρηνὴς καὶ γ. ἱκέτης γενόμενος. Eur. Phœn. (300.) γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ σ', ἄναξ: [" Valck. p. 103. Abresch. Æsch. 2, 115. * Γονυπετῶς, Schol. Phœn. p. 647. Valck." Schæf. Mss.] Γονυπετέω, Genu succiduo procumbo, In genua procido, Accido ad genua alicujus, s. Procumbo. Redditur γονυπετῶ uno etiam verbo Ingeniculo, de quo dicam in Γουνάζομαι. Eust. scribit ex Hom. verbo Γουνάζομαι posteros ejus excogitasse hoc Γονυπετεῖν, componentes e γόνυ et πέτειν: a quo πέτειν derivatur πίπτειν, sicut ῥίπτειν a ῥέπειν. Quibus addit, Ἀκολούθως δὲ τούτῳ καὶ ἡ γονυκλισία ὠνόμασται. Construitur porro cum dat. personæ hoc verbum Γονυπετῶ: habetque hanc constr. ap. Matth. (17, 14.): ap. Marcum autem, cum accus. (10, 17.) Γονυπετήσας αὐτόν. [" Abresch. Æsch. 2, 115." Schæf. Mss. * Γονυπέτησις, Theod. Prodr. Ep. f. 152. * " Γονύπεσος, Heyn. Hom. 5, 459. 6, 394. 7, 750." Schæf. Mss. * Γονυπεσέω, Heliod. 9. p. 453. * Γονυτύλη, Hesych. Schn. Lex. Suppl. Γαλιάγκων.]

Γόνυγρος autem suspectum esse potest, quod in VV. LL. redditur Sterilis, Aridus: quoniam Hes. post γόνυγρον, addit,

τὰ ἄκαρπα καὶ ξηρὰ πεδία. Quibus verbis hæc subjungit, Ἡ ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν γερόντων, μηκέτι σθένειν δυναμένων τοῖς γόνασι: unde videri possit in priore expositione aliam quam in hac derivationem sequi. Affertur ETIAM Γονυκρότερος, ex Aristot. H. A. 4. cap. ult. pro Eo cui sunt genua planiora. Aristot. locus est hic, Καὶ ὑγροσαρκότερα δὲ τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων, καὶ γονυκρότερα, καὶ αἱ κνῆμαι λεπτότεραι: Gaza, Caro quoque humidior est feminæ quam maris, et genua planiora, et crura tenuiora. Sed hanc quoque vocem non immerito fortasse suspectam quis habeat; possitque suspicionem adjuvare litera ω, quippe quæ locum in hoc compar. habere non videtur.
[* Γόννον, Gl. Geniculum: * Πολυγόνιον· Geniculatum.]

A γοῦνα [et γούνατα] derivata, et primum ea quæ compositionem habent.

Γουνοπαχής, Genua crassa habens, Qui crassis est genibus. Item generaliter pro Crassus. Ab Hesiodo (Ἀ. 266.) sic vocatur ἀχλὺς, loquente de ea tanquam de femina. [" Græv. Lectt. Hes. 607." Schæf. Mss.]

Βαρύγουνος, Gravis genibus, Cui gravia sunt genua, ideoque tarda, "non agilia in cursu." Redditur etiam, Cui genua sunt infirma. [" Ad Callim. 1. p. 161. Ruhnk. Ep. Cr. 153." Schæf. Mss. Nonn. D. 6, 178. 13, 394. * Βαρυγούνατος, Theocr. 18, 10.] Καμπεσίγουνος, Incurvans genua. Sic dicta fuit Erinnys, quod genua peccantium incurvet. [* " Καρτερογούνασι, Tzetz. Posth. 93." Lobeck. Phryn. 659.] Ταχύγουνος, Cui velocia sunt genua, Velox, Celer. [" Voss Myth. Br. 1. p. 155." Schæf. Mss.]

Ἐπιγουνὶς, ίδος, ἡ, SIVE Ἐπιγουνατὶς, Os toti genu superjectum, s. Os quo tegitur genu, q. d. Supergenuitas. Os est cartilaginosum, latum, rotundum, intus læve et cavum: quod contegit femoris tibiæque articulum, alioqui nimis patentem, prohibetque ne introrsum luxetur. Latine Mola et Patella dicitur; nam et hoc utitur Celsus. || Musculus ipsius genu. Sunt autem intelligendi illi tori, qui circa genu in robustis corporibus apparent, bonæ constitutionis indices. Ita Cam. afferens ex Od. Σ. (73.) Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. In VV. LL. hæc de ista signif. annotantur, Etiam corpulentiam, ut loquitur Plin., vel Corporaturæ amplitudinem, ut Columella, indicare volens Homerus, inquit Od. P. (225.) Καί κεν ὀρὸν πίνων, μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο, Serum lactis bibens, bonam firmamque corporis habitudinem assequeretur: τὴν τοῦ σώματος εὐεξίαν, significando a parte totum. Vel, In corpulentiam excresceret, essetque robustus et validus. Roboris enim indicium, femorum genuque amplitudo, ut et Od. Σ. (l. c.) Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. || Genu, ut quidem a Cic. redditur ap. Arat. duobus in ll.: quos in meo Cic. Lex. videndos tibi relinquo, p. 76. 77. 102. 103. Sic et ap. Apoll. Rh. 2, (875.) ἂν δὲ χιτῶνας Λεπταλέους λευκῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις ἄειρον. Dicit enim famulas Medeæ sustulisse vestes usque ad genua, assectantes essedum dominæ. Cam. Ego potius dicerem ἐπιγουνίδα in his quoque ll. suam signif. retinere, sic tamen ut a parte totum significari putandum sit; ideoque non male reddi Genu. [" Ruhnk. Ep. Cr. 141. ad Lucian. 1, 229. Bergler. ad Alciphr. 318. Græv. Lectt. Hes. 608. ad Diod. S. 1, 235. Scaliger ad Theocr. 26, 34. Brunck. Apoll. Rh. 233. Jacobs. Anth. 9, 225. 11, 127." Schæf. Mss.]

" Γουνὶς, ίδος, Arat. (254.) Ἄγχι δέ οἱ σκαιῆς ἐπὶ γουνίδος. " Hæc VV. LL. sine ulla expositione; sed perperam scribunt " divisim ἐπὶ γουνίδος pro composito ἐπιγουνίδος." HINC Ἐπιγουνίδιος adjective positum, et significans Impositus genibus, (ut ap. Pind. Π. 9, 107. ἐπιγουνίδιον βρέφος,) eam signif. illius nominis ἐπιγουνὶς sequitur, qua pro Genu ponitur, ut quidem nonnulli putant. Alioqui, quoniam ἐπιγουνὶς videtur potius suam signif. retinere, ut docui, videri queat ἐπιγουνίδιος minime inde derivari, sed ex ἐπὶ et nomine γόνυ fieri, utpote quorum simpliciter signif. habeat: illam autem terminationem ex obliquis casibus nominis ἐπιγουνὶς mutuari. Idem enim et aliis quibusdam ejusd. formæ derivatis usuvenire observavi.

Γουνόομαι, Genua amplectens oro, amplector supplex. Cum accus. Il. Φ. (74.) Γουνοῦμαί σ', Ἀχιλεῦ· σὺ δέ μ' αἴδεο καί μ' ἐλέησον. Tale est Od. X. (312.) Γουνοῦμαί σ', Ὀδυσεῦ· σὺ δέ μ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον. Apud Eund. legimus Δ. (433.) πολλὰ θεοὺς γουνούμενος. Invenitur etiam habens adjunctum infin. futuri temporis: K. (521.) Πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα, Ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν, ἥτις ἀρίστη, Ῥέξειν ἐν μεγάροισι, Suppliciter vovebam, Bud. Ac videtur certe rationi consentanea esse hæc interpr.: nisi dicamus subaudiri verbum quo significetur Pollicens. [" Plut. Mor. 1, 86. Meleager 109." Schæf. Mss.]

" Γονόομαι, affertur e Gazæ Gramm. 3. pro ἐκλιπαρῶ, ἱκετεύω, " Genibus advolvor, Ad genua accido. Sed pro eo γουνοῦμαι " potius dicitur, et quidem peculiariter ap. Poëtas."

Γουνάζομαι, i. q. proxime præcedens, et in usu ap. eund. Poëtam: Od. N. (324.) Νῦν δέ σε πρὸς πατρὸς γουνάζομαι. Et cum gen. γούνων, Il. X. (345.) Μή με, κύον, γούνων γουνάζεο, μηδὲ τοκήων. Dixi autem antea, in Γόνυ, de hoc loquendi genere quid mihi videretur. Eust. autem vult phrasin esse similem illi, qua dicitur οἶνον οἰνοχοεῖν, et πόλεμον πολεμίζειν. Ceterum, ut annotant VV. LL., Diomedes testatur a priscis dictum Ingeniculare: quod et Congenulare dicitur, auctore Nonio: legit tamen Egnatius Congenudare: h. e. Ingeniculari, et Ad genua accidere, Flectere genua, inde orare suppliciter. [" Schrader. Præf. ad Emend. p. v. Heyn. Hom. 6, 146." Schæf. Mss. Γουνάσσαιο, Apoll. Rh. 4, 747. * Γούνασμα, Lycophr. 1243.]
[" Γουνὰς, Heyn. Hom. 5, 199. * Γουνιαῖος, ad Herod. 327." Schæf. Mss.]

A A gen. γόνατος, aut alio ex obliquis nominativi γόνας, alioqui inusitati, derivata, quæ compositionem habent, Vel ita, Compp. quæ nominis γόνας declinationem sequuntur.

[* Γονατόδεσμος, Gl. Genuale.]

Ἀγόνατος, ὁ, ἡ, Genu carens, Cui non est genu. Aristot. περὶ Πορείας Ζώων hoc composito utitur, Οἷον εἴτι ἀγόνατον εἴη τῶν βαδιζόντων. At vero ἀγόνατος ab illa altera nominis γόνας signif., reddendum potius " Geniculo s. Geniculis carens," Non geniculatus: de qua voce dictum fuit supra. [Diog. L. 8, 34. Inexorabilis, Inflexibilis, Athen. 72. Contumax, Socr. Hist. Eccl. 6, 15.]

Διαγόνατος, in VV. LL. Duplici geniculorum nodo cinctus, tanquam ab illa nominis γόνας signif. qua pro Internodio ponitur, quale calamo tribuitur. Sed quicunque est illius interpretationis Auctor, videtur LEGISSE Διγόνατος, aut certe illud pro hoc male accepisse. Ab illa nominis γόνας signif. sunt et ista COMPP. Εὐγόνατος, Ὀλιγογόνατος, Πολυγόνατος. Nam Εὐγόνατος redditur Pulcra genicula s. internodia habens, Pulcre s. Bene geniculatus. Sic COMP. Ὀλιγογόνατος: ut ὀλιγογόνατος κάλαμος, e Theophr. H. Pl. 12. Arundo paucioribus geniculis, et longioribus internodiis. Vide Plin. 16, 36. CONTRA Πολυγόνατος, Multa genicula s. internodia habens, Multum geniculatus, Frequentibus geniculis cinctus. [" Polygonum mas, Diosc. Notha 462." Boiss. Mss.] Et SUBST. Πολυγόνατον, τὸ, Polygonaton,
B Herba, a geniculorum frequentia. Officinæ et Herbarii Sigillum Salomonis appellant. [" Leucacantha, Diosc. Notha 452. Polycnemon, 456." Boiss. Mss.]

Μεσογονάτιον, τὸ, SIVE Μεσογόνιον, q. d. Quod est inter genicula, (ab illa nominis γόνυ signif. metaphorica,) Internodium calami s. arundinis, Theophr. H. Pl. 4, 12. [* Παραγονάτιον, Internodium, Synes. Ep. 132.] Ὑπογονάτιον, τὸ, (q. d. Subgenuale,) Quod genibus subjicitur, VV. LL. e libello Chrysostomi de Re Divina, [p. 71.]

Ἐπιγονατὶς, vide in Ἐπιγουνίς. [Schol. Aristoph. A. 113.]

Alia derivata, compositione carentia.

Γονατώδης, ὁ, ἡ, Geniculatus, Geniculis cinctus, Nodis geniculatus. Sic redditur ap. Theophr. H. Pl. 4, 12. e Plin.
[* Γονάτιον, Geniculum, Lucian. 647. Schol. Nicandri Θ. 541. " Jacobs. Anth. 10, 105." Schæf. Mss.]

Γονατίζω, Ingeniculo, Genua flecto. Affertur autem e Cratino Comico ab J. Poll. In VV. LL. exp. Geniculor, λιτανεύω, et γουνάζομαι. [" Heyn. Hom. 6, 418. Wessel. Ep. ad Ven. p. 22. * Γονάτισις, ibid." Schæf. Mss.]

Γονατόομαι, Geniculor, In geniculum nodor, Cam. Affertur e Theophr. H. Pl. 8, 2. Et PARTIC. Γεγονατωμένος, Geniculatus, e Diosc. 3, 58.

AT VERO Ἐνγόνασι, (quod ad verbum sonat In genibus,) videtur potius disjunctim scr. esse Ἐν γόνασι. Sic autem dicitur
C stella, (ut VV. LL. annotant,) quam Julius Firmicus Ingeniculum vocat, Ovid. Met. 8. Nixum genu, Vitr. Nixum in genibus, Cic. Nixum, Manilius Nixam genu speciem. Sic dicitur ab Eratosthene Hercules in cœlo supra draconem collocatus. Alii Thamyrin esse ajunt, a Musis excæcatum, ut supplicem ad genua jacentem; alii Ceteum s. Cetea esse affirmant. Vide Arat. Ph. Apud Cic. in eorum interpretatione extat hic versus, (proxime præcedentes et proxime sequentes desiderantur,) Ἐνγόνασιν vocitant, genibus quod nixa feratur: vel potius Ἐν γόνασιν, disjunctim. Apud Hyginum tamen legitur Engonasin, conjunctim, 2. ubi scribit, Nam qui dicitur in astris Engonasin, is Theseus esse existimatur. Et paulo post, caput cui titulus est Engonasin, ita orditur, Hunc Eratosthenes Herculem dicit supra draconem collocatum, de quo ante diximus: eumque paratum ut ad decertandum, sinistra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem. Paulo post, Habet enim draco caput erectum, Hercules autem dextro genu nixus, sinistro pede capitis ejus dextram partem opprimere conatur: dextra manu sublata, ut feriens, sinistra projecta cum pelle leonis, ut is quammaxime dimicans appareat. Alibi, Præterea Cetea ipsum Engonasin nominari. Sed non video quomodo hæc scriptura ferri possit, ἐνγόνασιν conjunctim, præsertim cum nominativum non esse ἐνγόνασις, (ut quidam existimarunt,) ostendat superior ille locus, Nam qui dicitur in astris Engonasin.

Addendum his censui et ADV. Γνύξ: eo enim significatur ἐπὶ γόνυ, s. ἐπὶ τὰ γόνατα, (ut exp. Hesych.,) i. e. In genu, s. In
D genua: ut πεσὼν γνὺξ, vel ἐριπὼν γνὺξ, Lapsus in genu, in genua, Qui cecidit in genua. Adeo ut non dubitem quin γνὺξ dictum fuerit quasi γονύξ. Extat autem ap. Hom. istud adverbium, cum alibi, tum Il. Y. (417.) Γνὺξ δ' ἔριπ' οἰμώξας: quod exp. ἐπὶ γόνυ ἔπεσε. Sic E. (309.) Ἔστη γνὺξ ἐριπών. Apud eund. Poëtam cum gen., (357.) Ἡ δὲ, γνὺξ ἐριποῦσα κασιγνήτοιο φίλοιο, ubi gen. huic adverbio additur, perinde ac si dictum esset πρὸς γόνατα, vel ἐς γόνατα, aut etiam ἐν γόνασι: ut ipse Poëta paulo post loquitur, hoc in versu, Ἡ δ' ἐν γούνασι πίπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη, Μητρὸς ἑῆς. Redditur alioqui γνὺξ et aliter, sc. Genu flexo. Sed Flexus in genua potius declaratur ADVERBIO Ὀκλὰξ, at prolapsus isto Γνύξ. Ceterum in VV. LL. invenitur NOMEN Γνύα, pro Poplite: cui subjungitur hoc adv. Γνύξ. Ac posset certe Γνὺξ ab illo Γνύα derivatum videri; sed alibi nusquam nomen istud invenio: verum Ἰγνύα tantum, et Ἰγνύς: adeo ut per errorem hoc vocab., sicut alia quamplurima, in VV. LL. irrepsisse crediderim.

VERB. Γνυπήσει, cum ab Hes. exponatur γονυπετήσει, ab illo Γνὺξ originem habere manifestum est. Affertur et VERB. Κατεγνυπῶσθαι, dictum pro παρειμένον εἶναι καὶ μαλακόν: nimirum ἀπὸ τοῦ εἰς γόνυ πεπτωκέναι. Ita enim lego ap. Varinum, Κατεγνυπῶσθαι, ἀντὶ τοῦ παρειμένον εἶναι καὶ μαλακόν: cum alioqui ap. eum scriptum sit, ἀντὶ τοῦ παρειμένος εἶναι καὶ μελανός. Unde autem exp. illam sumserit, incertum mihi est; sed suspicor eum illam ex Hes. excerpsisse, aliam quam ap. eum habetur lectionem

sequendo. Siquidem in vulg. hujus Lexicographi Edd. est NOMEN Γνυπῶνες, expositum στυγνοί, et κατηφεῖς, et ἄτολμοι. Quibus additur παρειμένοι καὶ μαλακοί· ἀπὸ τοῦ (ita enim sc., non ἐπὶ τοῦ,) εἰς γόνυ πεπτωκέναι. Quin etiam NOMEN Γνυπετοί, ap. eum exp. ἐκτεταμένοι, et δειλοί: item κατηφεῖς. Quibus additur verbum illud Κατεγνυπῶσθαι, sed expositum μετεγγυωμάσθαι, haud certe sine mendi suspicione. [* Κατεγνυπωμένους, i. q. νωθρούς, ἀνάνδρους, Menander.] Ut vero γνυπῶνες ei sunt μαλακοί, sic VERB. Γνυπτεῖν est μαλακίζεσθαι, sicut et ἀσθενεῖν. Habet ETIAM Γνύποντι, quod itidem exp. ἀσθενοῦντι. His addendum et NOMEN Γνυπεσὸς, pro ἀργὸς, vel ἔκλυτος. Quin etiam videndum an PARTIC. Γνύων huc pertineat, quod exp. νωθραίνων. ADVERB. Πρόχνυ est itidem a nomine γόνυ derivatum. Existimatur enim πρόχνυ dictum quasi πρόγονυ: e quo πρόχονυ, et per sync. πρόχνυ. Redditurque In genua, sicut et γνύξ. Il. I. (566.) de matre Meleagri, diras illi imprecante, Κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, Πρόχνυ καθεζομένη, ubi Auctor brevium Scholl. exp. εἰς γόνατα. Accipitur alioqui πρόχνυ et pro Funditus, Radicitus: ut ὀλέσθαι πρόχνυ, Interire funditus. Od. Ξ. (69.) ὡς ὤφελλ' Ἑλένης ἀπὸ φῦλον ὀλέσθαι Πρόχνυ, ἐπεὶ πολλῶν ἀνδρῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε. Ubi Eust. exp. παντελῶς: addens, Vel προγόνυ, quod est πρόῤῥιζον. Et aliquanto post scribit, hæc verba, ἐπεὶ πολλῶν ἀνδρῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε, videri posita ἀντιθέτως ad illud πρόχνυ ut dicat, ὡς ἐπὶ γόνυ πέσοι τὸ τῆς Ἑλένης φῦλον, ἐπεὶ πολλῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε. Hic autem observa obiter quæ sit hujus quoque signif. ratio, aut saltem quam Eust. esse putarit. Invenitur et Il. Φ. (460.) οὐδὲ μεθ' ἡμέων Πειρᾷ ὥς κεν Τρῶες ὑπερφίαλοι ἀπόλωνται Πρόχνυ κακῶς, σὺν παισὶ καὶ αἰδοίῃς ἀλόχοισι; [" Heyn. Hom. 5, 661." Schæf. Mss. * Πρόγνυ, Schleusn. Lex. V. T.]

" Προγονεῦσαι, Hes. προελθεῖν, Progredi."

" Ἰγνύα, Hesychio est ψυχὴ, Anima: et τὸ τοῦ γόνατος ὄπισθεν " μέρος, Posterior genu pars: qui Lat. Poples dicitur; nam et " ipsum esse oppositam genui partem ex his phrasibus patet, " Terga ferire ac poplites cædere, Contendere poplitem, Flexo " poplite sidere, Duplicato poplite ad terram incidere, Summit- " tere poplitem. Idem Defectus poples, Succiduus poples, " Lapsus poples: cui opp. Firmus poples, Tensus poples; est " enim ea pars nervosa. Sic Plut. Artaxerxe, dicit Cyrum ceci- " disse τῆς περὶ τὴν ἰγνύαν φλεβὸς ἀναῤῥαγείσης. Et in Galba, " Τυφθεὶς τὰς ἰγνύας ἔπεσε, Cæsis poplitibus cecidit. Dicitur " ETIAM Ἰγνὺς, et in plurali ἰγνύες, teste Suida. Utrumque ap. " Aristot. reperiri ajunt, ac nominatim H. A. 1. Πρὸς τὴν ἰγνὺν, " Ad poplitem. Pro ἰγνύα autem, Ionice DICITUR Ἰγνύη." [" Bergler. ad Alciphr. 190. ad Diod. S. 1, 193. 2, 281. ad Lucian. 2, 89. Jacobs. Anth. 12, 26. Exerc. 2, 32. ad Dionys. H. 1, 459. 2, 1117. Heyn. Hom. 6, 407. 408. Valck. ad Theocr. 267. T. H. ad Plutum p. 428." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 302.]

Ἔρανος, quod proxime sequitur, an ponendum fuisset inter derivata a verbo Ἐρῶ, sequendo etymum id quod ab Etym. ei tribuitur, et Athenæi quoque testimonio comprobatur, incertum mihi est: judicet ipse lector ex iis quæ de illo etymo disseram.

ἜΡΑΝΟΣ, ὁ, Collatitia cœna, Convivium e collecta, Convivium quod instruitur a symbolarum collatoribus, ut loquitur Plaut. (ita enim ap. eum leg. est, non Symbolorum:) Convivium in quod suam quisque symbolam confert, s. suam partem. (Nisi tamen illa signif., qua simpliciter pro Ipsa symbola ponitur, prior est hac.) Redditur a Bud. Collecta. Exp. τὸ ἐκ συμβολῆς δεῖπνον, in Od. A. (226.) Τίς δαὶς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο; τίπτε δέ σε χρεώ; Εἰλαπίν', ἠὲ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν. In Λ. (414.) habemus tria hæc itidem conjuncta, Ἢ γάμῳ, ἢ ἐράνῳ, ἢ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ. Eust. in Il. Π. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἀπὸ συμβολῆς δειπνεῖν ἐκ κοινοῦ Ἡσίοδος ἔφη· ἔστι δὲ τοιοῦτον ὁ ἔρανος. Idem in illum locum, qui ex Il. A. sumtus est, annotat itidem ἔρανον esse τὴν ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς, ἤγουν καταβολῆς καὶ δαπάνης εὐωχίαν. Ubi annotat etiam, ἔρανον fuisse κόσμιον, ac minime πολυτελῆ; solitos enim fuisse τοὺς ἐρανιστὰς ut plurimum φειδωλῶς ἐσθίειν: quoniam unusquisque τὸ ἴδιον ἤσθιε. Idem alibi ex Athen. scribit, ἐράνους esse, κατὰ τοὺς πολλοὺς, τὰς ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγάς: additque, ἀπὸ τοῦ συνερᾶσθαι καὶ συμφέρειν ἕκαστον. Dicam autem infra de hoc etymo plura. Vide Ἐρανιστής. || Ἔρανος, generalius Collatio, Contributio, Quod quis pro virili parte confert. Redditur etiam Symbola. [Consule Casaubonum in Theophr. Char. περὶ Αὐθαδείας p. 199.] Apud Antiph. pro Eo quod sodales s. amici conferunt ad levandam sodalis inopiam: Κἂν ἔρανον παρὰ τῶν φίλων συλλέξας, οὐκ ἂν εἰς τὰ ἔσχατα κακὰ ἦλθον. Sic Lucian. usus est in Tim. (§. 45.) Πυθωνίδης ὁ κόλαξ, ὁ πρώην ἔρανον αἰτήσαντί μοι ὀρέξας τὸν βρόχον. Optime autem cum his ll. convenit (quod ad signif. attinet) iste ex Epigr. in quo ἔρανος ponitur cum gen. δυστυχίης: 3. Γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμένος οὐδ' ὀρέγοντος Οὐδενὸς ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον. Quæ ita verti, (in libro, quem nuper edidi, cui titulus, Epigrammata Græca, selecta ex Anthologia, interpretata ad verbum et Carmine,) Cum me pauperies premeret, pariterque senectus, Nec qui porrigeret vel stipis æra foret. In interpretatione autem, quæ est ad verbum, verti, Infelicitatis (sustentatricem) stipem. Dem. (1249.) Χιλίας τε δραχμὰς ἔρανον αὐτῷ εἰς τὰ λύτρα εἰσοίσω, Collationem, donum munusque conferam pro virili parte amici, ad λύτρα conficienda, Bud. Apud Eund. (1355.) Ἔρανον εἰς τὴν ἐλευθερίαν συλλέγουσα. Ab Eod. redditur etiam Beneficium, Beneficentia, Munificentia, Gratia. Dem. (1491.) Καλὸς οὖν ἔρανος χάρις δικαία, ἣν καὶ σὺ ποίησαι πρὸς ἐμὲ, Honestum igitur est beneficium gratia jure inita. Verba sunt Demosthenis pro homine reo deprecantis: ac si diceret, Honestius ab amico, i. e. a me, gratiam inire non potes, quam si insonti reo mea causa negotium facessere desieris. Greg. Naz. Or. περὶ τῆς Φιλοπτωχίας, Καὶ * προσεισενεκτέον ἀνθρώπους ὄντας ἀνθρώποις

A τὸν ἔρανον τῆς χρηστότητος, Benignitas humanitatis conferenda est et beneficentia. Isocr. Busir. init. Ἡγοῦμαι γὰρ τοῖς μὲν ἀναξίως δυστυχοῦσιν, ἐκ δὲ φιλοσοφίας χρηματίζεσθαι ζητοῦσιν, ἅπαντας τοὺς πλείω πεπραγματευμένους καὶ μᾶλλον ἀπηκριβωμένους προσήκειν ἐθελοντὰς τοῦτον εἰσφέρειν τὸν ἔρανον. Idem ita reddit, Existimo enim bonis omnibus convenire, ut iis qui fortunæ iniquitate facultatibus lapsi sunt, et vitæ subsidium e literarum studio sibi comparare instituerunt, cum ii qui in literis amplius commentando profecerint, et exactius eruditi sint, hanc munificentiam conferant et gratiam. Apud Eund. in Plataico (23.) itidem pro Gratia, Ὀφείλετε δὲ μόνοις τῶν Ἑλλήνων τοῦτον τὸν ἔρανον, ἀναστάτοις ἡμῖν γεγενημένοις ἐπαμῦναι, Hujus gratiæ suppetias eundo hominibus ineundæ sedibus suis ejectis, solis nobis Græcorum debitis præstetis. Apud Dem. (1348.) Τὸν αὐτὸν ἔρανον ἀποδοῦναι, Parem gratiam referre. Alicubi redditur etiam Præmium, Merces, (quæ interpr. extat in Lexx. quæ prima omnium in lucem prodierunt, sed absque exemplo,) ut in isto Isocr. loco, in Hel. Enc. Νομίζων ὀφείλειν τοῦτον τὸν ἔρανον ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος αὐτῷ συνεκινδύνευσε. Sed nihil obstat quominus ut in præcedente hujus Scriptoris loco, sic et in isto, ὀφείλειν ἔρανον reddamus Debere gratiam. Potest aliquando hic reddi etiam Beneficium, ut in aliis, qui paulo ante allati fuerunt, ll. || Ἔρανος in quibusdam VV. LL. redditur etiam Mandatum: quam interpr. plane falsam esse existimo. Sumta est tamen ex Etym., exponente, τὸ ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον, ἡ ἐντολὴ, ἡ συλλογὴ, ἡ εἰσφορά.
B Sed non dubium est quin vox ista ἐντολὴ (quæ in illis Lexx. reddita fuit Mandatum) alienam sedem occuparit: licet ap. Suid. quoque legatur. Idem tradit Etym. ἔρανος dici ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ ἐπιθυμεῖν συνεισφέρειν τι τοῖς φίλοις, καὶ εὐωχεῖσθαι. Quibus subjungitur, Ἀπὸ τοῦ ἐρῶ, τὸ ἐπιθυμῶ, ὁ μέλλων ἐράσω· ἐξ αὐτοῦ ἔρανος. Sed malim meum vetus Lex. sequi, in quo eadem quidem etymologia affertur, sed melius declaratur: vel potius, quæ ad eam pertinent, emendatius scribuntur: hoc sc. modo, Ἔρανος, ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν καὶ ἐπιθυμεῖν συνεισφέρειν τι τοῖς φίλοις καὶ εὐωχεῖσθαι: ut dicatur ἔρανος, quia est illorum qui ἐρῶσι καὶ ἐπιθυμοῦσι συνεισφέρειν τι τοῖς φίλοις: ideoque omnino tollenda sit particula copulativa quæ ap. Etym. habetur inter ἐπιθυμεῖν et συνεισφέρειν. At vero Athen. cum hanc vocem ἔρανος a συνερᾶν deducit, haud itidem addit ἐπιθυμεῖν, sed καὶ συμφέρειν. Ejus verba sunt, (362.) Ἔρανοι δέ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαί, ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ συμφέρειν ἕκαστον. At Eust. hanc deductionem ex eo afferens, passiva voce συνερᾶσθαι utitur. Non video autem quid potius, hoc quidem in loco, vel activa voce, (quam malo,) vel passiva intelligere possimus, (si verbi ἐρᾶν passim obviam signif. sequamur,) quam inter se colere amicitiam. Estque obiter hic VERBI Συνερᾶν usus animadvertendus: si modo is est, quem Athen. ei dare voluit. De hoc enim pronuntiare non ausim, cum constet, in plerisque etymologiis non exacte servari signif. ejus vocabuli a quo deductio petitur. Longe aliam certe Bud. huic verbo subesse putavit; quippe qui συνερᾶν et συμφέ-
C ρειν tanquam synonyma poni annotarit. In qua signif. deducendum esse ab ἔρα dicerem, si admittendam esse censerem. Unde fortasse sunt etiam ἐράσαι, ἐξεράσαι, atque alia: in quorum classe videndum est an et hoc collocari posset. || Ἔρανα plur. numero tanquam ab Ἔρανον, τὸ, vide in Ἐράνιον. [" Ἔρανος, ad Xen. Œc. 2, 5. Heyn. ad Apollod. 293. ad Lucian. 1, 417. Græv. Lectt. Hes. 586. Markl. Suppl. 364. Musgr. Hel. 395. Coray Theophr. 166. 215. 290. 299. Epigr. adesp. 679. Dionys. H. 1, 310." Schæf. Mss.]

Ἐρανάρχης, ὁ, Qui stipibus erogandis præest, VV. LL. At Bud. reddit, Qui est caput collectæ, affertque Diog. L. Ἔρανον αἰτούμενος, πρὸς τὸν ἐρανάρχην ἔφη, τοὺς ἄλλους ἐράνιζε. Ab Artemidoro quoque (1, 18. 37. 2, 38.) usurpari testatur. [" Toup. Opusc. 1, 225." Schæf. Mss.] Ἐρανέμπολος, Qui circa ἐράνους mercaturam exercet, Qui ἐράνους quæstui habet. Ἐρανέμπολοι, οἱ ἐξ ἐράνων ἐμπολῶντες, Hes. Videri autem posset scr. ἐρανέμποροι, ea forma qua dicitur ψυχέμπορος, item χριστέμπορος, atque alia. Sed ap. Suid. eadem illa scriptura extat; qui etiam illis Hes. verbis addit ἀπὸ τῶν ἀρχῶν.

Ἐρανικὸς, Pertinens ad ἐράνους. Dicitur etiam aliquid ἐρανικὸν, Cujus nomine conferuntur et contribuuntur ἔρανοι, s. Quod fit ad corrogandos ἐράνους, vel ad corrogandam stipem. Apud Suid. Ἔμμηνοι δίκαι, αἵ τε ἐμπορικαὶ καὶ ἐρανικαί. Athen. (212.) Ὁπότε Ἀθηνίων ὁ πένης καὶ τὰς ἐρανικὰς ποιησάμενος ἀκροάσεις, διὰ τὸν βασιλέα σιληπορδῶν διὰ τῆς χώρας καὶ πόλεως πομπεύει.
D [" Coray Theophr. 167." Schæf. Mss.]

Ἐράνιον, τὸ, diminutiva forma, q. d. Parva symbola, aut Exigua stips. Hes. exp. ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον: itidemque Suid. In VV. LL. perperam in hac voce Ἐράνιον exempla usus vocis Ἔρανος afferuntur. Sciendum est porro ap. Suid. inveniri plur. NOMEN Ἔρανα, quod exp. δῶρα τὰ ἐκ συλλογῆς, ut Hes. ἐράνιον, τὸ ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον.

Ἐρανίζω, Collationem obtineo s. impetro, Facio ut amici aliquid in me conferant. Vel, Peto ab amicis ut aliquid in me conferant: sequendo eam exp. qua dicitur esse ἔρανον αἰτῶ. Cujus exemplum manifestum habes in Ἐρανάρχης: sed videndum est pro loco, quomodo interpretari debeamus ἔρανον. Generatius, Corrogo, Emendico, Colligo: quæ interprr. Budæi sunt, afferentis ex Æschine (60.) Ὅταν οὖν τοῖς δημοτῶν στεφανουμένοις καὶ φυλετῶν ἀπείπῃ μὴ κηρύττεσθαι τοῖς τραγῳδοῖς, ἵνα μηδεὶς ἐρανίζων στεφάνους καὶ κηρύγματα, ψευδῆ φιλοτιμίαν κτᾶται· τί τὸ καταλειπόμενόν ἐστι; In eo autem, quem huic subjicit, loco, habetur quidem accus. itidem, sed diversæ, ut ita dicam, naturæ; est enim personæ accusativus: e Dem. (1184.) Ἵνα εἴς τε ὦ, τά τε ὀφειλόμενα εἰσπράξας, καὶ τοὺς φίλους ἐρανίσας, τὰ πρὸς ὑμᾶς διοικῆσαι, Ut possim, cum nomina mea exegero, et ab amicis collationem coëgero, publico debito satisfacere. I. e. Judicatum facere. Est autem similis hic usus ei quem ap. Plat. habet, sed cum diversa constr.: de LL. 11. Ἐρανίζων δὲ περὶ, τὸν βουλόμενον ἐρανίζειν φίλον παρὰ φίλοις. Nisi forte leg. sit pu-

.tius φίλον παρὰ φίλου. Invenitur porro et PASS. Ἐρανίζεσθαι in hac signif. activa interdum. Lucian. (1, 552.) Πανταχόθεν ἐρανίζεσθαι τὴν ἡδονήν, Undique colligere s. corrogare, Undique emendicare. Themist. de Anima 3. Καὶ τὸ ἓν δὲ καὶ τὰ δύο καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐκ τῶν αἰσθητῶν ὁ νοῦς ἐρανίζεται: 1. Ἃς καὶ αὐτὰς ἀπὸ τῶν στοιχείων ἐρανίζεται. Sic et ap. Diog. L. Eudoxo, Καὶ πρὸς τῶν φίλων ἐρανισθέντα εἰς Αἴγυπτον ἀπᾶραι, putat Bud. ἐρανισθέντα accipi pro ἐρανίσαντα. (Sed fortassis ἐρανίζεσθαι dicitur etiam pro Donari aliquo munere quod ἐράνου nomine censeatur.) Ex Eod. affert ἐρανίζεσθαι pro Quæstum facere, Capturas factitare: in Protag. Οὗτος καὶ Πρόδικος λόγους ἀναγινώσκοντες ἠρανίζοντο. ‖ Ἐρανίζω, non solum est ἔρανον αἰτῶ, sed etiam ἔρανον δίδωμι. Videturque hoc censuisse Harpocr.; postquam enim dixit ἐρανίσας significare ἔρανον αἰτήσας, in Epistola περὶ τῶν τοῦ Λυκούργου Παίδων, subjungit, Ἐν δὲ τῇ περὶ τοῦ ὀνόματός φησι. Affert enim totum ex Orat. quæ inscribitur ὁ πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ Ὀνόματος Λόγος, in quo signif. hæc optime verbo illi convenit, viderique possint deesse aliqua ad secundam hanc exp. pertinentia verba. Meminit hujus loci Dem. et Bud.: cujus Comm. vide, p. 354. Redditur etiam Confero symbolam, aut generalius, Confero, Contribuo. [" Wakef. Eum. 350. Plato Jun. Epigr. 1. Jacobs. p. 360. Philipp. 69. Coray Theophr. 167. Jacobs. Anth. 9, 59. Aristoph. Fr. 274. Heyn. Hom. 7, 153." Schæf. Mss. * Ἐράνισις, Plato de LL. 11. p. 915. * Ἐρανισμὸς, Gl. Corrogatio. " Dionys. H. 2, 1264." Schæf. Mss.] Ἐρανιστὴς, Qui est ex eorum numero qui ἔρανον in cœnam s. convivium dederunt, Unus ex iis quibus structa est collatitia cœna: tanquam ab ἐρανίζω significante peculiariter, Confero ἔρανον in cœnam s. convivium, i. e. symbolam. Aristot. Eth. 4, 2. περὶ τοῦ βαναύσου loquens, Καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος· οἷον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν. Ex Eod. affert Bud. ἐρανιστὰς et θιασώτας pro Iis qui sacrificiorum et cultus deorum obtentu, sodalitates temporarias quotannis coibant, in iisque vino et epulis indulgebant. Athen. (362.) postquam dixit ἔρανον et θίασον pro eod. poni, addit, Καὶ συνιόντες, ἐρανισταὶ καὶ συνθιασῶται. Apud Eund. Comicus quidam dicit, ὅταν ἐρανισταῖς καρύων διακονῇς. [" Brunck. Aristoph. 3, 167. Jacobs. Anth. 7, 43. Bergler. ad Alciphr. 289. 442. Græv. Lectt. Hes. 586." Schæf. Mss.]

" Ἀντερανίζω, Vicissim corrogo, exigo s. emendico, mihi " contribui peto. Unde pass. τὸ ἀντερανιζόμενον, Id quod ita " exigitur: aliis minus proprie Repensum, Retributum, Relatum; " nam hæc dicuntur potius ratione τοῦ ἀνταποδιδόντος, hoc autem " respectu τοῦ ἀνταπαιτοῦντος." Ἀντερανίζομαι, Vicissim ἔρανον

A confero, s. symbolam. Aut etiam, Beneficium in me collatum alio beneficio compenso. Exp. et uno verbo, Retribuo. Item partic. ἀντερανιζόμενος passive, Repensus, Relatus. [" Leon. Alex. 34. * Προσερανίζω, Dionys. H. 5, 48(=de C. VV. 107.)" Schæf. Mss.] Συνερανίζω, sicut et simplex ἐρανίζω, interdum est Colligo, Cogo, Congero. Isocr. ad Phil. Ὅπως ἂν συνερανίσαιμι τοὺς λόγους πάντας. Idem putat Bud. significare et in isto Greg. Naz. loco, ubi de auctoritatibus propheticis loquens, quibus in Orat. sua utitur, hæc scribit, Ὅπως ἂν ἕκαστον ἐπίῃ τῇ μνήμῃ τῶν συμπληρούντων μοι τὴν ᾠδὴν, καὶ συνερανιζόντων τὸν χαριστήριον λόγον: sed non lubenter Budæo de illa signif. isti loco danda assentior. Aristot. de Gener. Anim. 3, 1. Κἂν πολλὰ συνερανίσας τις ὠὰ εἰς κύστιν, ἤ τι τοιοῦτον, ἕψῃ πυρὶ, Si quis ova multa in folliculum congesserit. ‖ Συνερανίζω habet et alteram verbi ἐρανίζω signif., qua ponitur pro Confero symbolam; vel generalius, Confero, Contribuo. Affertur autem et sine accusativi adjectione positum, e Diog. L. Arcesila, ubi de ejus liberalitate loquitur, Συχνοῖς τε φίλοις ἐπήρκει, καὶ πολλοῖς συνηράνιζε. Ubi Bud. vertit, Pecuniam necessariam conficiebat. Idem interpr. Opitulor ad aliquid conficiendum, afferens ex Appiano, Τὰς χρείας ἀλλήλοις συνηράνιζον, Inter se ita conjuncti erant, ut quod uni opus esset, alii ad id perficiendum operas darent, et conficerent. In VV. LL. Συνερανίζω redditur etiam Mutua convivia agito, et uno verbo Mutito e Gellio. Sed illa signif. verbi συνερανίζειν nullo nec exemplo nec teste ibi proba-

B tur. Sicubi autem extat, dicendum erit sequi eam nominis ἔρανος signif., cui primus locus datus fuit, et qua Hom. utitur. PASS. Συνερανίζομαι, Congeror, Colligor, Auctor Dialogi qui Axiochus inscribitur, Ὡς ἂν συνηρανισμένον ἐκ συγκλύδων ὄχλον. Dionys. H. de Isocrate, Τοσοῦτον δὲ Λυσίου λείπεται κατὰ ταύτην τὴν ἀρετὴν, ὅσον τῶν φύσει καλῶν σωμάτων τὰ συνερανιζόμενα κόσμοις ἐπιθέτοις, Congesta, Adornata, Composita, quasique Coagmentata, Bud. Sed parum mihi istæ interprr. placent; ac potius mutata orationis forma vertendum ita censuerim, Corpora in quæ corrogati fuerunt ornatus ascititii. Vel, Corpora corrogatis ornatibus et emendicatis prædita. Dicitur item aliquid συνερανίζεσθαι pro Conferri, ut ap. Philon. de Mundo, Πάντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ (τοῦ κόσμου) συνερανισθέντων, Cum omnia ad complementum ejus collata fuerint. Bud. autem verbo neutro utens, vertit, Cum omnia ad complementum ejus in unum coierint. [" Toup. ad Longin. 324. Coray Theophr. 215." Schæf. Mss.: ad Dionys. H. de C. VV. 107. * Συνερανισμὸς, Plut. 10, 123. * Συνερανιστὴς, Crobylus Athenæi 248.]

Quod proxime sequitur vocabulum, meum quidem etymum sequendo, post Εἴρω ponendum fuisset, (de quo agitur priore loco, T. 1, 1142.,) at sequendo id quod Etym. affert, alius ei locus dandus fuisset.

ΕΙΡΟΣ, τὸ, Lana. Od. Δ. (135.) αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ Ἠλακάτη τετάνυστο, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα. Etym. εἶρος fieri ex ἔρος tradit, per pleonasmum literæ ι: vel ex ἔῤῥω significante κάμνω, fieri ἔῤῥος: deinde mutando ρ in ι, εἶρος: ut sit ὁ μετὰ ταλαιπωρίας ἐργαζόμενος. Quæ postrema verba sequendo, dicendum esset εἶρος masculini esse generis; alioqui enim respiciendo ad neutrum genus nominis εἶρος, scribere debuisset, τὸ μετὰ ταλαιπωρίας ἐργαζόμενον. Verum illa verba nequaquam hoc mihi persuaserint, sc. εἶρος in masculino etiam genere usurpatum reperiri: sive librarii incuriæ sive etiam ipsius Etymologi fallaci memoriæ error ille imputandus sit. Sed, (quod majoris est momenti,) etymum hoc, sicut alia quamplurima, nimis longe petitum, et coactum, ut ita dicam, mihi videtur: de meo autem etymo, quod εἶρος a verbo εἴρω deducit, nihil tale dici posse existimo: sic tamen ut aliorum judicio id relinquam. Vide Εἰροπόκος, quod est secundum compositum. [" Ad Phalar. 308. Heyn. Hom. 4, 532." Schæf. Mss.]

Εἶρος ab Hes. exp. non solum ἔριον, sed etiam πτωχός: quod corrupte scriptum esse pro πόκος annotant VV. LL. Sed contra mendo carere hanc scripturam, et de Eo mendico id intelligendum esse dico, qui potius Ἶρος nominatur, cum ι, non cum ει. Fortasse etiam de Quovis mendico usurpari hanc vocem significare voluit: ut Lat. quoque Irus interdum est Quivis mendicus: ut vicissim Crœsus vocatur Quilibet qui sit prædives. [" Ruhnk. Ep. Cr. 138." Schæf. Mss.]

Εἰροκόμος, ὁ, ἡ, Lanam tractans s. potius excolens: (ut Ovid. dixit Rudem lanam excolere.) In VV. LL. redditur Lanarius, e Plauto: item Cui lanificium curæ est. Il. Γ. (388.) ἀσκεῖν εἴρια καλὰ tribuit ei, quam εἰροκόμον appellat, ubi Eust. annotat, κομεῖν et ἀσκεῖν idem valere, et addi verba illa ab Hom. ne quis intelligat τὴν εἴρουσαν κόμας, ἤτοι πλέκουσαν. Hes. εἰροκόμῳ, sumtum, ut opinor, ex illo Hom. loco, exp. ἐριουργῷ. [" Ad Herodian. Philet. 449. 464. Toup. Opusc. 1, 417. Heyn. Hom. 4, 532. Jacobs. Anth. 7, 68. Brunck. Aristoph. 3, 141." Schæf. Mss.] Εἰροπόκος, ὁ, ἡ, Epith. ovis, ap. Hom. pariter et Hesiod., sicut a Lat. Poëtis dicitur Lanigera. Il. Ε. (137.) ἐπ' εἰροπόκοις ὀΐεσσι. Hesiod. Θ. (446.) Ποίμνας τ' εἰροπόκων ὀΐων, Ἔργ. (1, 232.) Εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβεβρίθασι. Ceterum hujus compp. duæ sunt expp.; quidam enim putarunt ei inesse duo ejusd. signif. nomina, εἶρος et πόκος, idque ἐκ παραλλήλου: alii autem ex εἶρος et πέκω factum esse dixerunt. Quin etiam tertia deductio afferri possit, ad quam respexerunt qui εἰροπόκος exposuerunt, Habens vellera innexa. Si enim hanc expositionem sequamur, e πόκος et verbo εἴρω deductum dicemus illud vocab.: convenietque hic verbi εἴρω signif. cum illa quam habet, cum εἶρος ex eo deducitur. Sed minime dubium est quin optima omnium deductio sit ea, quæ ex εἶρος et

C verbo πέκειν deducit. Pro qua voce activa tamen, afferenda potius passiva fuerit: ut εἰροπόκος sit ἡ πέκεται εἰς εἶρος, s. ἡ πεκομένη. Hes. quoque passivo verbo in hac expositione utitur, cum εἰροπόκοις exp. ἔρια κειρόμενα ἔχουσι. At vero Hesiodi Schol. Tzetzes εἰροπόκοι exponere maluit, πόκους ἐρίων τρέφοντες. ‖ Εἰροπόκος, Hes. est etiam ἐριουργός. Apud eum enim legitur Εἰροπόκῳ, εἰρουργῷ: pro quo εἰρουργῷ eum scripsisse ἐριουργῷ, aut illi nomini significationem hujus dare voluisse, persuasum habeo. Sed quid si aliquis hanc exp. non dativo εἰροπόκῳ, sed dativo εἰροπόνῳ Hes. dedisse suspicetur? Is certe facile in suam sententiam s. potius suspicionem me pertrahet. [" Heyn. Hom. 4, 532. 5, 25." Schæf. Mss.] Εἰροπόνος, Cui labor est circa lanas, Qui lanis excolendis aut lanificio laborem impendit. Εἰρόπους, in VV. LL. dicitur esse itidem Ovis epith., et significare Lanigera; sed vereor ne hoc vocab. multis supposititiis et ex errore ortis, quæ in illis leguntur, addi debeat. [* Εἰροτόμος, Nonn. D. 6, 119. κτενί. * " Εἰροχαρὴς, Jacobs. Anth. 7, 67. Archias 11." Schæf. Mss.]

" Εὔειρος, Bonam habens lanam, Hippocr. περὶ Ἀφόρων dicit, " Ἐν εἰρίῳ Μιλησίῳ μαλλῷ ὡς εὐειροτάτῳ," [Soph. Trach. 677. " Valck. Phœn. p. 361. Wakef. S. Cr. 2, 109. Lobeck. Aj. p. 342.

D Jacobs. Anth. 7, 149. Brunck. Soph. 3, 512." Schæf. Mss.] " Εὔιρον, Hes. πρόβατον μαλακόν: pro quo scr. potius εὔειρον, " Bonam habens lanam."

Εἰρίνεος autem, quo significatur Laneus, fortassis ab εἰρίον potius fuerit, quod Lanam itidem declarat.

TRISYLL. Εἰρίον, i. q. εἶρος, Lana. Sed εἰρίον dicitur forma dimin., ut τειχίον a τεῖχος: et cum vulg. Edd. habeant εἴρια cum accentu in prima syllaba, Il. Γ. (388.) Ἤσκει, sive ἤσκειν, εἴρια καλὰ, in meo vet. Cod. scriptum est contra εἰρία. Quin etiam quamvis Eust. suis in eum locum Comm. ubique εἴρια scribat, (si tamen hanc ejus scripturam esse putandum est,) ap. eund. tamen in expositione hujus versus Od. Δ. (135.) Ἠλακάτη τετάνυστο, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα, legimus, Τὸ δὲ εἶρος, πρωτότυπόν ἐστι τοῦ εἰρίον, ὡς τειχίον· ὅθεν ἔριον, ὡς ἴχνιον. Legitur alioqui et ap. Suid. εἰρία, assentiente vulgatis Edd. meo etiam exempl. Ms. [" Toup. Opusc. 2, 128. ad Herod. 540. Heyn. Hom. 4, 532." Schæf. Mss.] HINC Εἰρίνεος, Laneus; nam hinc potius quam ab εἶρος deducendum mihi videri, antea docui. [" Ad Herod. 93. 314." Schæf. Mss.]

" Αἰριπόλιοι δμωαί, ap. Simonidem per sync. pro αἰριοπόλιοι, " ut Etym. et Lex. meum vetus referunt ex Herodiano; sed " procul dubio scr. εἰριπόλιοι, Quæ circa lanas carpendas, nen-" das, aut texendas versantur: παρὰ τὸ περὶ τὰ εἴρια πολεῖσθαι."

" Εἰρεσιώνη, ης, ἡ, Ramus oleaginus lana obvolutus: quem, " circumpendentibus arborum fructibus, ante januas ædium sus-" pendere solebant ad famem arcendam ex oraculi præcepto, ut

" fusius tradit Schol. Aristoph. et ex eo Suidas. Aristoph. Πλ. " (1055.) Ἐὰν γὰρ αὐτὴν εἰς μόνος σπινθὴρ λάβῃ, Ὥσπερ παλαιὰν " εἰρεσιώνην, καύσεται: Σφ. (399.) καὶ ταῖσι φιλλάσι ταῖς Ἤν " πως πρύμναν ἀνακρούσηται, πληγεὶς ταῖς εἰρεσιώναις. Eandem " εἰρεσιώνην festo quodam circumferre solebant, a[illegible]ntes versus quosdam τὴν ἀφορίαν depre[illegible]antes, ut videre est a[illegible]. Plut. " Theseo, et ap. eund. Schol. Aristoph. Dicitur autem εἰρεσιώνη " διὰ τὰ ἔρια, teste Suida." [" Ruhnk. ad Timæi Lex. p. 5. Valck. Anim. ad Ammon. 124. Bergler. ad Alciphr. 352. Wakef. S. Cr. 3, 174. T. H. ad Plutum p. 386. Kuster. Aristoph. 111. Musgr. Heracl. 227." Schæf. Mss.]

¶ Ἔριον, τὸ, i. q. εἶρος, s. εἴριον: sed Poëtica sunt ista, at illud prosæ Scriptoribus cum Poetis est commune. Fieri autem εἴριον quidem ex εἶρος, sicut τειχίον e τεῖχος: at ἔριον ex εἴριον fieri, et sequi formam nominis ἴχνιον, paulo ante dixi. Fortasse tamen malit aliquis, sicut εἴριον, ita etiam ἔριον ex εἶρος deducere. Cui deductioni non valde refragabor; præsertim cum ut τειχίον a τεῖχος, ita etiam ἴχνιον, quamvis accentu differens, ab ἴχνος derivari constet. Od. Δ. (124.) Ἀλκίππη δὲ τάπητα φέρεν μαλακοῦ ἐρίοιο. Plato Symp. Ὥσπερ τὸ ἐν ταῖς κύλιξιν ὕδωρ τὸ διὰ τοῦ ἐρίου ῥέον ἐκ τῆς πληρεστέρας εἰς τὴν κενωτέραν. Plut. de Audiendo, Μηδὲ ἱμάτιον περιβαλέσθαι χειμῶνος, εἰ μὴ προβάτων Ἀττικῶν εἴη τὸ ἔριον. Apud Eund. legimus ἔριον esse φθειροποιόν. Frequens est et plur. numerus, ut ap. Eund. Τῶν ἐρίων τοὺς πόκους. Et alibi, Τῶν θρεμμάτων τοῖς δέρμασιν ἀντὶ τῶν ἐρίων ἀμφιέννυνται. Lucian. de Sacrif. (§. 13.) Ἐπὶ πᾶσι δὲ πῦρ B ἀνακαύσας, ἐπέθηκε φέρων αὐτῇ δορᾷ τὴν αἶγα, καὶ αὐτοῖς ἐρίοις τὸ πρόβατον, ubi observa eum de unica etiam loquentem, maluisse dicere τὰ ἔρια quam τὸ ἔριον. Legimus hunc plur. et ap. Xen. (Ἀν. 2, 7, 12.) Ἐωνήθη τὰ ἔρια. || Ἔριον, i. e. Lana, magni in medicina est usus. Ejus duæ differentiæ sunt: una pura est, altera sordida. Pura dicitur quæ lota est; sordida vero, illota: quam Græci ἔριον ῥυπαρὸν et οἰσυπηρὸν, Hippocr. vero πινόεν et πινῶδες appellat. Est autem πίνος i. q. ῥύπος. Gorr. || Ἔριον redditur et Lanugo a Plin., ut cum pro his Theophrasti, Ὅταν δὲ ὡραῖον ᾖ, ἐκπετάννυται καὶ ἐξαίρει τὸ ἔριον, ἐξ οὗ τὰς σινδόνας ὑφαίνουσι πολυτελεστάτας, ista scribit, de laniferis arboribus loquens, Ferunt cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, e quibus vestes pretioso linteo faciunt. [" Meurs. ad Apoll. Dysc. 67. Phryn. Ecl. 58. Lana ornatæ res sacræ, Græv. Lectt. Hes. 630. Conf. c. ἔργον, Brunck. Aristoph. 3, 112.: cum ἱερεῖον, Jacobs. Anth. 7, 212. Ἔριον ἐκ τῆς θαλάσσης, Bergler. ad Alciphr. p. 12.: ἐκ ξύλου, ad Herod. 219. 469. (J. Poll. 7, 75.) Ἔ. ἐργάζεσθαι, Valck. Phœn. p. 183." Schæf. Mss.]

[* Ἐριοβύζω, Paul. Ægin. 211, 48. Τὰ ὦτα ἐριοβύσαντες, nisi leg. ἐρίῳ βύσαντες. * " Ἐριοκόμος, Herodian. Philet. 449." Schæf. Mss. * Ἐριονέω, (ἔριον, νέω,) Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 218. Schneidero susp.]

Ἐριόξυλον, τὸ, Lana s. Lanugo xyli, i. e. gossipii fruticis, de quo Plin. 19, 1. Sed et de gossampinis arboribus lanigerisque C scribit, 12, 10. 11. ut et Theophr. περὶ ἐριοφόρων δένδρων, H. Pl. 9, 4. Ulpian. in Lege, Si cui lana legetur, ff. de Legatis, 3. Lana legata, etiam leporinam lanam et anserinam et caprinam credo contineri: et de ligno, quam Græci ἐριόξυλον, h. e. Ligneam lanam appellant. Quod ἐριόξυλον huic JCto, DICITUR Βομβάκιον Nicolao Myrepso, at SUIDÆ Βάμβαξ ET Πάμβαξ, i. e. Gossipium. Ita VV. LL. Sciendum est autem ap. Suid. extare et tertium NOMEN Παμβακίς: atque adeo ut QUARTUM Βαμβάκιον: sed hoc tanquam e vulgi sermone petitum affert. Scribit enim, Βάμβαξ, ἢ Πάμβαξ, καὶ Παμβακίς, τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον Βαμβάκιον. Et alibi itidem, Πάμβαξ καὶ Παμβακίς, τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον Βαμβάκιον. Observa autem Βαμβάκιον ibi scribi, cum e Nicolao Myrepso afferatur Βομβάκιον, per ο in prima syllaba. Qua scriptura cum appellatione Italica convenit, Bombazo: (at nobis Bombazin aliud est: vocantibus Coton quod illi Bombazo.) Quin etiam cum nomine Bombyx scriptura illa convenit. Tribuit autem bombycem Plinius xylo s. gossipio, quod idem cum bombace s. bambace esse existimatur. Ita enim scribit, 19, 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui Gossipium vocant, plures Xylon: et ideo lina inde facta, Xylina. Parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum: cujus ex interiore bombyce lanugo netur: nec ulla sunt eis in candore mollitiave præferenda. Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ. Sed quamvis Bombycem tribuat Plinius huic xylo, aliud tamen ESSE Βόμβυξ constat. (Alioqui D eum Propert. Arabium vocat, sicut Plinius xylon nasci tradit in superiore parte Ægypti, quæ in Arabiam vergit.) Unde fit ut ap. Diosc. 3, 18. pro βαμβακοειδὴς reponendum esse putem βομβυκοειδής: mirerque Interpr., lectionem illam sequendo, vertisse Vestes bombycinis similes. Nam Plin. quidem ita reddidisse fateor, sed βομβυκοειδὴς legisse persuasum habeo: (licet xylo quoque bombycem tribuat, uti dixi.) Siquidem ut hoc ADJ. Βομβυκοειδὴς sonat Bombyci similis, ita alterum ILLUD Βαμβακοειδὴς sonare debere Bambaci similis, nemo negarit. Adde quod recentem esse hanc βάμβακος s. βαμβακίδος et πάμβακος appellationem constat: quod de βόμβυκος appellatione minime dici potest. Ceterum observandum est Ulpianum VOCEM Ξύλον in hoc etiam comp. pro Ligno accepisse, quippe qui ἐριόξυλον Ligneam lanam reddiderit, cum alioqui Plin. vocem Græcam Xylum retineat. J. Poll. pro ἐριόξυλον dixit, ἀπὸ ξύλου ἔριον: 7, 17. Ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τὶ ἔριον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λινοῦ ἄν τις μᾶλλον φαίη προσεοικέναι πλὴν τοῦ πάχους: (ubi suspectum est illud vocab. λινοῦ.) Sic autem scribens, videtur et ipse voci ξύλον suam illam generalem signif. dedisse. Ibid. autem qui sint βόμβυκες declarat. [" Ἐριόξυλον, ad Diod. S. 1, 339." Schæf. Mss.]

Ἐριοπλύτης, Qui lanam s. lanas lavat, Fullo, Diosc. [" Thom. M. 721." Schæf. Mss.] Ἐριοπώλης, ὁ, Lanæ venditor s. Lanarum. UNDE Ἐριοπώλιον, τὸ, Locus in quo lana venditur, Emporium A lanæ. [Joseph. B. J. 5, 8, 1. ([illegible]) . Al[illegible]x. 297. " Ad [illegible] ian. 1 507." Schæf. Mss.] Ἐριοπωλέω, Lanam vendo. Sum lanæ venditor. Quin etiam ADV. Ἐριοπωλικῶς M[illegible]e eorum qui lanam vendunt. E quo intelligitur [illegible] [illegible] [illegible] alii e[illegible] [illegible]mercantur, ut p[illegible] [illegible] [illegible]geant. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] istius adverbii usu tradit. [Ari[illegible] . B. 1133.

Ἐριουργὸς, ὁ, ἡ, Q[illegible] vel Q[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]m ex[illegible] [" Va[illegible]k. Adoniaz. p. 373. Herman. Plut. 4.9. He[illegible] n. H[illegible] . n. 513." Schæf. Mss.] Ἐριουργέω, Lanificium exerceo, [illegible] A. 1, 3. Ἑλλ. 5, 4, 7. Herm. [illegible] Hem. 4. * Ἐριουργία, Gl. Lanificium. * Ἐριουργικὴ, Pseudo-[illegible] c. M[illegible] 2. p. 64. Wetst. τέχνη. * Ἐριουργεῖον, J. P[illegible] 1. 7, 28. * Ἐριουργῶν, Gl. Lanific[illegible] [illegible].]

Ἐριοφόρος, Lan[illegible] f[illegible], s. [illegible] [illegible] Lan[illegible]er: ut arbores dicuntur Lanif[illegible], p[illegible] [illegible] [illegible]m Lan[illegible] [illegible], [illegible] [illegible] ἐριοφόρα δένδρα ap. Theophr. [H. Pl. 4, 7, 7. " [illegible] [illegible] ad Alciphr. 13." Schæf. Mss. * Ἐριοφορέω, Gl. Lan[illegible], Cyrill. Alex. in Act. Conc. Ephes. 284.]

Ἐριώλη, [illegible] [illegible] ab Aristoph. [illegible] [illegible]tur ἐρίων ἀπώλεια, Σφ. (1047.) ubi cum περὶ καυνάκης quidam dixisset, αὕτη γε τοι ἐρίων τάλαντον κατεπέπωκε ῥᾳδίως, [illegible] [illegible] [illegible] alter, Οὐκοῦν ἐριώλην δῆτ' ἐχρῆν αὐτὴν καλεῖν, Δικαιότερόν γ' ἢ καυνάκην. Alii qui Ἐριώλη non ex ἔριον fit, sed e parti[illegible] [illegible] ἐρι, (quæ vim a[illegible] gen[illegible] signif. habet, ut antea dictum est,) et verbo ἄω, si Etymologo credimus. Est autem ἄω i. q. πνέω. Significatur certe hoc nomine ἐριώλη Impetuosus ventus et præceps, s. Turbo: qua in signif. usus est B hic ipse Poëta Ἱππ. (511.) Καὶ γενναίως πρὸς τὸν τυφῶ χωρεῖ καὶ τὴν ἐριώλην. Hinc est DICTUS Ἐριώλης Unus ex equis Neptuni, Eust. (secundum quem est etiam Alius quidam equus habens NOMEN Σθένων, in quo respicitur ad τὸ σθεναρὸν τοῦ Ἐννοσιγαίου: QUIDAM Ἔγκελαδος, propter pontum κελάδοντα:) idque διὰ τοὺς ὑγρὸν ἀέντας ἀνέμους· ὧν καὶ ἡ σφοδρὰ καὶ * καταιγιδώδης ἐριώλη, ἧς μέμνηται καὶ ὁ Κωμικός. Intelligit autem, ut opinor, illum ipsum Aristoph. locum, quem modo ex ejus Ἱππ. protuli. Solet enim Comici appellatione Aristophanem significare. " Αἰριωλαὶ, " Varino αἱ τῶν μεγάλων ἀνέμων καταιγίδες καὶ συστροφαί: iti" demque VV. LL. Procellæ, Turbines. Sed perperam utrobi" que pro ἐριωλαί. [" Toup. Opusc. 1, 505. ad Lucian. 1, 287. Bibl. Crit. 2, 2. p 34. Pierson. Veris. 203. Brunck. Apoll. Rh. 49. Aristoph. 2, 245. 3, 22. 112." Schæf. Mss.]

" Εὐέριος, et Εὔερος, Bene lanatus, Bona s. Pulcra vestitus " lana: ut γλῶσσαν εὐέρων βοτῶν, ap. Cratinum, de ovibus, teste " Schol. Aristoph., qui itidem εὔερον exp. μαλακὴν ὥσπερ σισύραν " εὐέριον, Mollem ut stragulum e bona et laudata lana: Ὀρν. " (121.) Εἴ τινα πόλιν φράσειας ἡμῖν εὔερον Ὥσπερ σισύραν ἐγκα" τακλιθῆναι μαλθακήν: perperam itaque Suid. pro εὐδέρον etiam " dictum putavit. Rursum Schol. Aristoph. affert e Plat. " Comico, καὶ τοσοῦτον εὐερίας ἀπολέλαυκεν ὁ Ὑπέρβολος ὥστ' " αὐχμότατός ἐστι, Hoc fructus ad Hyperbolum redundavit ex " usu delicatæ mollisque vestis stragulæ, ut jam sit squalidissi" mus; vocat enim εὐερίαν hic Usum lanæ exquisitæ in veste C " stragula. Suid. habet ἀθλιωτάτη ἐστὶ, omisso nomine Ὑπέρ" βολος." [" Εὐέριος, Wakef. Trach. 675. Stanl. Eum. 45. Brunck. Soph. 3, 512. Εὔερος, Lobeck. Aj. p. 312. Phryn. Ecl. 58." Schæf. Mss.: Bekk. Anecd. 59 ἱμάτιον εὔερον.]

Ἐριώδης, [contr. ex * Ἐριοειδής,] Cui lana inest. E Plin. et Colum. Lanatus, e Varrone Lanaris. [" Apoll. Dysc. p. 81. Thom. M. 721. Schneid. Scr. R. R. 3, 2. p. 87. Bast Lettre 51." Schæf. Mss.] " At Ἐριωδία, Hes. ἅμαξα."

Ἐριοῦς, vide in Ἐρεοῦς, post Ἐρέα, quo itidem Lana significatur.

Ἐριόω, Laboro circa lanificium. Ita VV. LL. nisi quod addunt adv. Maxime post verbum Laboro: hoc modo, Laboro, maxime circa lanificium. Sed nullum affertur testimonium.

[* Ἔρειος, Laneus, LXX. Lev. 13, 47. 48. 52. 59. * Ἔριος, Artemid. 2, 3. ἱμάτια.]

AT VERO Ἔριθος an ab ἔριον derivatum sit, controversum esse potest, quamvis eo significetur Qui lanificium exercet, Lanificus. Si enim Hesychio credimus, ἔριθοι sunt οἱ γεωργοὶ, Agricolæ, παρὰ τὸ τὴν ἔραν ἐργάζεσθαι, i. e. τὴν γῆν: per catachresin autem, etiam οἱ ἐριουργοὶ, ἢ μισθωτοί. Sunt autem μισθωτοὶ, Mercenarii. Alii volunt contra propriam esse illam signif., qua περὶ τῶν ἐριουργῶν usurpatur. Quidam, e quibus est Eust., cum περὶ τῶν ἐριουργῶν dicitur, ab ἔριον: cum περὶ τῶν γεωργῶν, ab ἔρα derivari. Etym. tradit significare τὸν ἐργάτην, καὶ τὴν ἐργαζομένην τὰ ἔρια, afferens et ipse duplex etymum. Homero Il. Σ. (550.) D ἔριθοι appellantur Ii qui metunt: Ἔνθα δ' ἔριθοι Ἤμων, ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες. Ubi Eust. admonet ἐριθοὺς esse non solum τὰς ἐριουργοὺς γυναῖκας, ab ἔριον, sed etiam τοὺς μισθοῦ ἐργαζομένους, ut messores eo in loco, a nomine ἔρα. Ex eo autem quod dicit hic Schol., non solum significare τὰς ἐριουργοὺς γυναῖκας, hanc signif. magis usitatam ac receptam esse colligere possumus. (Quo pertinentia quædam afferam ex Eod. in comp. Συνέριθος.) Apud Hesiod. ἔριθος pro Famula, Ἔργ. 2. 221.) Θῆτα ἄοικον ποιεῖσθαι καὶ ἄτεκνον ἔριθον Δίζεσθαι κέλομαι· χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος. Extat vero et χερνῆτις ἔριθος in [illegible] Eratosthenis loco, qui a Schol. Apoll. Rh. affertur, ἡ χερνῆτις ἔριθος ἐφ' ὑψηλοῦ κυλεῶνος Δενδαλίδας τεύχουσα, καλὰς ἤειδεν ἰούλους. Chrys. Ὑφάνται καὶ ἔριθοι. Affertur vero et ex [illegible]. 19 [illegible] 38, 12.) ἔριθος de Textrice, Ἱστὸς ἐρίθου ἐγγιζούσης ἐκτεμεῖν, Tela a textrice proxime succidenda. Hoc certe observandum est, cum dicitur de exercente [illegible] [illegible]ium, p[illegible] [illegible] fem. gen. usurpari. Ceterum aliam præterea [illegible] [illegible] h[illegible]jus ἐριθὸς exp., e tertia quædam etymologia profectam vide in Ἐριθεύομαι. [" To[illegible] p. Ep. de Syra[illegible] 336. Opusc. 2, 41. Valck. Adoniaz. p. 372. Diatr. 169. [illegible] gen. ad Hymn. 432. B[illegible] Philostr. 306. Jacobs. Anth. 6, 282. 7, 314. 8, 29. Brunck. Soph. 3, 501. Heyn. Hom. 7, 547. 519. Timon Phl[illegible]as. 2." Schæf. Mss.]

[* Ἐνέριθος, ὁ, ἡ, Ar[illegible] 3, 173.] Συνέριθος, Qui lanificium simul exercet, Lanificii socius, In lanificio socius, s. potius Socia, sequendo id quod modo dixi in Ἔριθος. Interdum vero genera-

lius Socia alicujus operis, s. in aliquo opere, quodcunque sit. Ab Hes. *συνέριθοι* exp. *συνυφαίνουσαι*, Simul texentes: item *συνεργοί*. (In qua expositione VOCAB. Συνεργοὶ sonat Simul opus facientes.) Od. Z. init. Καί τοι ἐγὼ συνέριθος ἅμ' ἕψομαι: ubi Eust. annotat, *συνέριθον* proprie, sicut et *ἔριθον*, esse *τὴν συνεργαζομένην ἔριον*: sed *καταχρηστικῶς* ita vocari *καὶ τὴν ἁπλῶς συνεργαζομένην*. Obiter autem observa et quæ ad simplex *ἔριθος* pertinentia hic ab Eust. dicuntur: sc. *ἔριθον* proprie esse *τὴν ἐργαζομένην τὸ ἔριον*. Quod enim scribit, *συνέριθον* proprie, sicut et *ἔριθον*, esse *τὴν συνεργαζομένην ἔριον*, ita intelligi debet. [" Ad Timæi Lex. 242. Toup. Ep. de Syrac. 336. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 35. ad Mœr. 358. Boiss. Philostr. 366. Wakef. Ion. 599. Jacobs. Anth. 7, 133. 9, 37. 206. 12, 88. Heyn. Hom. 7, 547." Schæf. Mss. Affinis, Phot. Amphiloch. 753. Wolf.] Φιλέριθος, Lanificii studiosus, VV. LL. ex Epigr. Proprie tamen *φιλέριθος* sonare deberet Studiosus eorum qui lanificium exercent, Studiosus lanificorum, s. lanificarum. [" Jacobs. Anth. 7, 133. Toup. Ep. de Syrac. 336. ad Mœr. 358." Schæf. Mss.]

His addendum VERBUM Ἐριθεύω, s. potius Ἐριθεύομαι, ea præsertim signif. quam habet ap. LXX. Interprr., in hoc loco, qui e Tobiæ libro affertur, (2, 11.) Ἠριθεύετο ἐν τοῖς γυναικείοις, cum in Latino textu sit, Ibat ad opus textrinum. Apud Hes. legimus hoc *ἠριθεύετο*, (dubium unde sumtum,) expositum *εἰργάζετο*, (quod convenit cum *ἔριθος* exposito *ἐργάτης*,) cum alioqui scribat alibi, Ἐριθεύει, εἰκῇ ἐργάζῃ, μάτην. Unde VV. LL. *ἐριθεύω* interpr. Temere laboro et in vanum. Sed ibid. redditur et Servio. Suidas *ἐριθεύεσθαι* simile esse tradit *τῷ δεκάζεσθαι*. Legitur ap. Aristot. Polit. 5, 3. Μεταβάλλουσι δ' αἱ πολιτεῖαι καὶ ἄνευ στάσεως, διά τε τὰς ἐριθείας, ὥσπερ ἐν Ἡραίᾳ· ἐξ αἱρετῶν γὰρ διὰ τοῦτο ἐποίησαν κληρωτὰς, ὅτι ᾑροῦντο τοὺς ἐριθευομένους: ubi quædam vetus Interpr. participii *ἐριθευομένους* est Turpes et pudendos: cui interpretationi, (quamvis ineptissimæ et a vocabuli ipsius origine alienissimæ,) VV. LL. tradunt sensum ipsum assentiri. Vulgo autem recepta est ea hujus vocab. exp., quæ ei Contendendi signif. dat: (ut ap. Paulum *ἐριθεία* redditur Contentio:) ego aliquid amplius significare putarem, quale est quod vulgo dicimus Briguer. Interim tamen fateor posse et aliam quampiam signif. huic verbo subesse. Bud., allato illo Aristot. loco, remittit ad quendam Suidæ, qui extat in Φιλοποίμην: quod in eo legatur COMP. Ἐξεριθεύεσθαι: tanquam sc. hujus significatione affinitatem aliquam cum significatione illius habente, aut etiam cum illa conveniente: interpr. tamen ibi Redimere, Auctorare: quidam vero Quasi mercede allicere. Pertinent autem hæ interprr. ad illam Suidæ expositionem, qua *ἐριθεύεσθαι* simile esse tradit *τῷ δεκάζεσθαι*: et *ἐριθείαν* dictam esse *ἀπὸ τῆς μισθοῦ δόσεως*. Quin etiam *ἐριθείαν* postquam dixit esse *τὴν διὰ λόγων φιλονεικίαν*, (ut *ἐριθευόμενος* ab eo exp. etiam *διὰ λόγων φιλονεικῶν*,) addit ita vocari *καὶ τὴν μισθαρνίαν*. Sciendum est porro has diversas signiff. ad diversas derivationes referri debere: eam sc. qua pro Contendere ponitur, ad nomen *ἔρις ἔριδος* referendam esse; alteram autem, s. potius reliquas duas, ad *ἔριθος*, utpote quo inter alia *μισθωτὸν* declarari dictum sit. Ad illam autem priorem etymologiam pertinent hæc, quæ ab Eust. scribuntur in Od. Z. (92.) ταὶ δ' ἀπ' ἀπήνης Εἵματα χερσὶν ἕλοντο, καὶ ἐσφόρεον μέλαν ὕδωρ· Στεῖβον δ' ἐν βόθροισι, θοῶς ἔριδα προφέρουσαι. Hæc verba, inquit, *θοῶς ἔριδα προφέρειν*, videntur esse etymologia vocum *ἔριθος* et *συνέριθος*: quamvis enim ab *ἔριον* fieri dictum sit *ἔριθος*, non absimile vero est *ἔριθον* dici etiam *τὴν προφέρουσαν θοῶς ἔριδα*. [" Ad Charit. 568. Schol. Soph. Aj. 832." Schæf. Mss.]

Ἐριθεία, ἡ, Contentio, ut quidem exp. in Aristot. l. quem protuli in Ἐριθεύομαι: sed eadem exp. illi datur et ap. Paulum aliquot locis: ego certe sonare existimo alicubi quod vulgo dicimus Brigue: sicut *ἐριθεύεσθαι* dixi supra mihi videri significare Briguer. Inveniuntur etiam copulata *ζῆλος* et *ἐριθεία*, Ep. Jacobi, 3, (16.) Ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα, ubi quidam *ἐριθεία* interpr. Irritatio. Sic copulantur illa vocabula a Paulo, ad Cor. 12. fin., Μή πως ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι. Ubi observa addi ceteris *ἀκαταστασίαι*, ut in illo Jacobi l. dicitur esse *ἀκαταστασία* ubi est *ζῆλος καὶ ἐριθεία*. Alteram autem signif. hujus nominis *ἐριθεία*, quæ cum altera derivatione convenit, vide paulo ante in ipso verbo Ἐριθεύεσθαι. Ceterum quod ad nominis hujus accentum attinet, eum illi in penultima, potius quam in antepenultima dandum esse censui, tanquam verbali. [" Ad Paus. 372. (* Ἐριθευτὸς, unde) * Ἀνερίθευτος, ad Diod. S. 1, 83." Schæf. Mss.]

Ἐξεριθεύομαι, vide in Ἐριθεύομαι, in l. qui e Suida allatus fuit. [* Κατεριθεύομαι, Schn. Lex.]

¶ Ἐρέα etiam dicitur in ea signif. qua *ἔριον*, et illa duo quæ hic ipsum præcedunt. Athen. 5. (p. 197.) Ταύταις δ' ἀμφίταποι ἁλουργοῖς ὑπέστρωντο τῆς πρώτης ἐρέας. In quo Athenæi l., ut hoc obiter annotem, pro *ἁλουργοῖς* reponendum vel *ἁλουργοὶ*, vel *ἁλουργεῖς*. [" Valck. Adoniaz. p. 406. * Ἐρεόστεπτος, Wakef. Eum. 44." Schæf. Mss.]

Ἐρεοῦς adj. ex illo subst. *ἐρέα* factum, significans Laneus. Factum est autem per contr. ex *ἔρεος*, ut alia pleraque adjectiva. Apud Diosc. 1, 18. Ἐρεοῦν ὕφος, Laneum textum, Lanea vestis. Sed ibi legitur etiam *ἐριοῦν*: quæ tamen lectio nullo modo mihi probatur; atque haud scio an ullo exemplo confirmari possit, quod quidem e loco mendi non suspecto petitum sit: alteram autem alii loci confirmant. Apud Suid. legimus Ἐρεοῦν, κλῶσμα τοῦ * μαλλίου. [" Paus. 405." Schæf. Mss.]

" Ἐραῖα, Ramus oleæ, Ramentum, VV. LL. At Suidas habet, " Ἐραῖα, ὁ κλάδος· σημαίνει δὲ καὶ τῆς ἐλαίας τὸ σκυβαλῶ-" δες."

Quod sequitur verbum Ἐρωτάω, sequendo Etym., inter derivata a nomine *ἔρως* ponendum fuisset; inde enim deductum esse tradit: sed ab Ἔρομαι potius derivari, et post ipsum collocandum fuisse existimo.

ἘΡΩΤΑΩ, Rogo, i. e. Interrogo, Sciscitor, Percontor. (Ab Hom. autem et aliis Poëtis dicitur potius Εἰρωτῶ, assumto ι, ad producendam primam syllabam.) Cum accus. personæ construitur, cui interdum et accus. rei adjungitur; dicitur enim *ἐρωτῶ σε*, vel *ἐρωτῶ σε τοῦτο*. Thuc. 8. Ἠρώτα ἕνα ἕκαστον παράγων τῶν ἀντιλεγόντων ἥντινα ἐλπίδα ἔχει σωτηρίας τῇ πόλει. Interdum autem accus. pers. subaudiendus relinquitur, ut et in aliis verbis frequenter fieri videmus. Xen. K. Π. 2, (4, 18.) Ἢν δ' ἐρωτᾷ ὅπου εἰμὶ, λέγε τἀληθῆ, ὅτι ἐπὶ τοῖς ὁρίοις· ἢν δ' ἐρωτᾷ εἰ καὶ αὐτὸς ἔρχομαι, κ. τ. λ. Cum duplici autem accus. personæ sc. et rei, ut Plut. de Garrul. Πῶς οὖν οὐκ εὐθὺς ἔφρασας; ὅτι τοῦτό με οὐκ ἠρώτησας. Sed frequentius cum solo rei accus. relinquendo subaudiendum alterum, uti dixi. Lucian. (1, 562.) Δυσαπόκριτον ἐρωτᾷς. Alibi, Δυσαπόκριτον τοῦτο ἐρωτᾷς. Apud Eund. Τοιαῦτα ἄπορα ἐρωτᾷν. Sic *ἐρωτᾷν ἐρωτήματα*, Plut. in Colot. Ut autem Latine Interrogare et Respondere sunt relativa, (si ita vocare licet,) sic ap. Græcos *ἐρωτᾷν* et *ἀποκρίνεσθαι*, ut legimus ap. eund. Lucian. (2, 386.) Καὶ τὸν ἄτοπα ἐρωτῶντα, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον. Sic Plut. de Garrul. Τοῦ δὲ ἀποκρινομένου μέτρον ἔστω ἡ τοῦ ἐρωτῶντος βούλησις. Ut porro dicitur *ἐρωτῶ τοῦτο*, sic ETIAM Ἐρωτῶμαι cum accus. eod., Xen. K. Π. 1, (4, 3.) Καὶ ὅσα αὐτὸς ὑπ' ἄλλων ἐρωτῷτο, διὰ τὸ ἀγχίνους εἶναι, ταχὺ ἀπεκρίνετο. Sic *ἐρωτῶμαι λόγον*, Plato de LL. ‖ Ἐρωτῶ cum illo accus. rei, interdum quidem commode reddi potest verbo Interrogo habente eund. casum, ut in superioribus exemplis: nonnunquam vero potius reddendum est verbo Interrogo, aut alio ejusmodi, cum præp. De: Aristoph. *ἐρωτᾷν πόλιν*, Interrogare de civitate, s. Percontari s. Sciscitari. Apud Plat. autem de Rep. 6. est aliquantum etiam diversus accusativi usus; ibi enim dicitur Τὸν ἥλιον ἐρωτᾷς, pro Interrogas de sole: significando, Is de quo me interrogas s. percontaris, est sol. Vel, Is quem hac tua interrogatione significas, s. innuis. Ad ista enim, Τίνα οὖν ἔχεις αἰτιάσασθαι τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν τούτου κύριον οὗ ἡμῖν τὸ φῶς ὄψιν τε ποιεῖ ὁρᾷν ὅτι κάλλιστα καὶ τὰ ὁρώμενα ὁρᾶσθαι; ita respondetur, Ὅνπερ καὶ σὺ, ἔφη, καὶ οἱ ἄλλοι· τὸν ἥλιον γὰρ δηλονότι ἐρωτᾷς. Est autem diligenter observandus hic accusativi usus, s. potius hic usus verbi *ἐρωτᾷν* cum suo accus., quippe qui haud temere ap. alium, ut opinor, inveniatur. ‖ Ἐρωτῶ ap. Dialecticos peculiarem quendam usum habet, (cujus a nemine factam mentionem invenio,) pro Argumentum proponere vel Quæstionem. Quin etiam interdum dicunt *οὕτως ἠρώτα*, pro Hoc argumento utebatur, s. potius Hoc argumentum proponebat, s. Hanc quæstionem. Aut etiam, Ita ratiocinabatur. Memini certe hoc verbum multum negotii mihi facessere, cum Sexti Philosophi Pyrrhonia interpretarer, donec hunc ejus usum perspexissem. Afferam autem aliquod ex illo exemplum in Συνερωτάω. Cic. verbo Interrogare talem usum tribuit, in lib. de Fato, cum scribit, Nec nos impediet illa ignava ratio quæ dicitur; appellatur enim quidam a Philosophis *ἀργὸς λόγος*: cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant, Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive medicum adhibueris, sive non adhibueris, convalesces. Item, Si fatum tibi est ex hoc morbo non convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non, non convalesces. Et alterutrum fatum est. Medicum ergo adhibere nihil attinet. Rursumque hunc *λόγον* interrogationem appellat Cic., ita scribens, Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tollatur actio. At quidam, qui hunc Ciceronis librum Commentario illustravit, vir alioqui et doctissimus et acutissimo judicio præditus, cum non animadverteret Ciceronem, dicentem, Sic interrogant, suam huic verbo signif. non dedisse, sed eam potius, quam ap. Græcos Dialecticos habet interdum verbum *ἐρωτᾷν*, et miraretur eum a Cic. dici interrogare, cujus oratio nullam interrogationis formam habet, atque adeo qui potius ratiocinatur s. argumentatur: annotavit illum dixisse Interrogant, quoniam interrogat is, cui respondendum est, ut respondendum est ista ratiocinanti. Equidem ut hoc verum esse detur, Ciceronem tamen non eo, sed ad Græci verbi usum respexisse constat: an autem ipse eos illuc respexisse putarit, cum illum usum ei tribuerent, incertum est. Sed et hoc obiter hic observandum fuerit, NOMEN Λόγος a Cic. reddi Ratio, cum videamus verba illa, quibus *ἀργοῦ λόγου* appellatio tribuitur, Syllogismum potius et Ratiocinationem efficere: et *λόγον* alibi quoque hoc significare sciamus. Ad me quidem quod attinet, ita potius interpretandum censerem, sc. Ratiocinationem. Cic. autem si vocabulum Græcum generalius, Latino, quod itidem generalius esset, reddere voluit, miror non potius vertisse Orationem, s. potius vereor ne illud vocab. sedem hujus occuparit: ut alibi ap. hunc Scriptorem unum alterius loco positum fuisse satis notum est. Alioqui observatione dignissimus fuerit

hic nominis Ratio usus, pro Ratiocinatione: et in plerisque Philosophorum locis, eorum præsertim qui Dialectica tractant, λόγον ita interpretari nobis quoque licebit, veluti cum λόγου θερίζοντος, et λόγου ἐγκεκαλυμμένου, alii similesque id genus mentionem faciunt. At vero illa verbi ἐρωτῶ signif. [illegible] et in Συνερωτάω, exemplum unius [illegible]. Ἐρωτάω, [illegible]; sed in ea signif. qua ponitur pro Oro. Est autem frequens [illegible] verbi ἐρωτῶ usus ap. Evangelistas; id [illegible] constr. Interdum enim accusativo subjungitur infinit., nonnunquam subjunctivus, interjecta particula ὅπως, vel ἵνα. Aliquando autem [illegible]tur ἐρωτῶ σε, sequente præp. περὶ, cum suo gen. Quin etiam invenitur cum accus. personæ habens et accus. rei. Est denique et quintus hujus verbi usus, sc. cum accus. personæ, sequente imper.: qui alioqui resolvi possit in subjunctivum, cum ὅπως vel ἵνα, ut in aliis quibusdam ll. usurpari dixi. Harum autem omnium constrr. exempla proferam, si prius lectorem monuero, idem sentiendum de hac verbi ἐρωτῶ, quod de aliarum quarundam vocum ap. Evangelistas et alios Testamenti Novi Scriptores usu: nimirum quamvis hic ex illis tantum afferatur, fortasse autem et reperiatur duntaxat ap. illos, non esse tamen existimandum eos vel primos vel solos illis vocabulis usos fuisse, sed ea sine delectu ex iis potius, quorum minus purus sermo esset, quam ex aliis sumsisse. Exemplo erit verbum ἐρωτῶ, de quo nunc agitur; id enim quamvis in illa Rogandi, i. e. Orandi s. Precandi, signif., e N. T. duntaxat afferatur, ac fortassis vix in aliis ullis extet eorum, quæ hodie in luce versantur, (de multo recentioribus non loquor,) alios tamen ita fuisse usos, ex Hermog. colligere possumus, meo quidem judicio; quippe qui in lib. περὶ Μεθόδου δεινότητος, non procul ab init., loquens περὶ τῶν κατὰ λέξιν ἁμαρτημάτων, duobus ea modis admitti scribit, nimirum κατὰ ἀκυρίαν et παραφθοράν. Et esse ἀκυρίαν, veluti si quis utatur verbis ἐρωτῶ et παρακαλῶ pro δέομαι: siquidem παρακαλεῖν esse καλεῖν, vel προτρέπεσθαι: at ἐρωτᾶν, esse πυνθάνεσθαι. Hinc, inquam, colligere nos posse arbitror, fuisse et tunc temporis qui verbum ἐρωτῶ, sicut et παρακαλῶ, ita usurparent. Cur vero potius de illo quam de hoc dubitemus? (Estque obiter annotandum quod de hoc VERBO Παρακαλῶ itidem dicitur.) Hæc præfatus, ad exempla venio. Primæ igitur constr., (i. e. cui primum locum dedi,) qua subjungitur accusativo infinitivus, hæc sunt exempla. Jo. 4, (40.) Ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς. Luc. 8, (37.) Ἠρώτησαν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν. Secundæ autem, qua jungitur subjunctivo, inserta particula ὅπως, vel ἵνα, hæc exempla habeto: Luc. 7, (3.) Ἐρωτῶν αὐτὸν ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, Act. 23. Ἐρωτῶσί σε ὅπως κατάγῃς, Luc. 7, (36.) Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ. Extat et ap. Joannem aliquot locis hæc constr. At tertiæ constr. testes sunt hi loci: Jo. 16, (26.) Ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα περὶ ὑμῶν, (17, 9.) Ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ: item, Οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ. Venio ad quartam, eamque sequentibus locis probo: Jo. 16, (5.) Ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Perperam enim omnes hic reddiderunt Interrogabitis, cum verbum ἐρωτᾶν sit Rogare, i. e. Orare, ut in proxime præcedentibus ll. Quod vel ex iis, quæ subjunguntur, satis liquet, ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα, κ. τ. λ. Habet autem Rogare ap. Latinos duplicem itidem accusativum nonnunquam, unum pers., alterum rei. Apud Luc. 14, (32.) eadem constr. dictum est, Πρεσβείαν ἀποστείλας, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην, i. e. Legatione missa rogat (vel petit) ea quæ ad pacem pertinent. Brevius, Mittit legatos de conditionibus pacis, s. de pace. At longe aliter redduntur hæc, 1 Reg. 30. Ἠρώτησεν αὐτοὺς τὰ εἰς εἰρήνην: sc. Salutavit eos. Quæ exp. revocat mihi in memoriam quoddam Anthol. distichum 2. p. 130. meæ Ed., ubi NOMEN Εἰρήνη est itidem salutantis: Εἰρήνη πάντεσσιν, ἐπίσκοπος εἶπεν ἐπελθών. Πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει: Sed qui Epigramma scripsit, ludit in ambigua hujus nominis εἰρήνη signif., cum hæc quidem verba, εἰρήνη πάντεσσιν, salutationem Judaicam complectantur, in posteriore autem versu Εἰρήνη Nomen sit mulieris, quam ille πάντων esse nolebat, sed sibi propriam habebat. Quinta autem illa et ultima constr., earum quidem quæ a me propositæ fuerunt, (fieri enim potest ut aliquam prætermiserim,) est ea qua subjunctum habet imperativum. Id autem fit duobus modis; interdum enim interjicitur partic. verbi λέγειν inter hoc verbum et imperativum, nonnunquam autem sequitur imperativus, nullo participio nec ullo alio verbo interjecto: Matth. 15, (23.) Ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, ἀπόλυσον αὐτήν, Jo. 12, (21.) Καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν. At sine partic. Luc. 14, (19.) Ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον. Sed in hac prima persona locum non habuisset participium, ut in tertia habere potuisset, hoc modo, Ἠρώτα αὐτὸν, λέγων, ἔχε με παρῃτημένον. ‖ Ἠρώτα αὐτῷ διὰ τοῦ Θεοῦ, in VV. LL. affertur e 1 Reg. 22, (10.) et redditur Consuluit Deum pro eo. Sed in Compl. Ed. legitur ἐπηρώτα: itidemque c. 30, ejusdem libri, Καὶ ἐπηρώτησε Δαβὶδ διὰ τοῦ Κυρίου, pro Consuluit David Dominum, s. Interrogavit. Verum aliena prorsus est a Gr. sermonis consuetudine hæc constr. Ἐπηρώτα διὰ τοῦ Κυρίου, pro ἐπηρώτα τὸν Κύριον, adeo ut vel ipsos Bibliorum Interprr. aliter scripsisse, vel novam quampiam signif. isti verbo dare voluisse existimem. ‖ Ἐρωτῶ, (de ejus enim etymologia dicendum est antequam ad verbalia veniam,) derivatum est a nomine ἔρως, nimirum ab ejus gen. ἔρωτος, si Etymologo credimus. Cur vero inde originem habere putat? Quoniam οἱ ἐρωτῶντες ὃ εὔχονται μαθεῖν, τοῖς ἐρῶσιν ἐοίκασι, h. e. Quoniam qui ἐρωτῶσι, (i. e. Interrogant,) de eo quod scire optant, similes sunt ἐρῶσιν, i. e. Amantibus, s. Amatoribus. At ego etymologiam hanc ridiculam esse existimans, ex ἔρομαι ortum esse dico. [" Ammon. 57. 59. Eran. Philo 167. ad Lucian. 1, 332. 416. Thom. M. 368. 424. ad Charit. 710. Jacobs. Anim. 56. Oro, Tyrwh. de Babr. 194. Conf. c. ἐράω, Fischer. ad Euthyphr. 50. De augm., ad Herod. 7. 155. 200. 205. 262. 338. 584. 603. 649. Ἐρώτα ὅ,τι βούλει, Boiss. Philostr. 332. Δεινὸν τοῦτο ἐρωτᾷς,

A Heind. ad Plat. Gorg. 193. Ὃ σε ἐρωτῶ, [illegible] ad [illegible] xxv. Ἐρωτέω [illegible], ad Herod. 11. 22. 32. [illegible] 1, 131. 151. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 157. Ἐρωτέω, Herod. 317. * Ἐρώτημι, Koen. ad Greg. Cor. 7 1. 1 1 5. Schæf. Mss. Ἐρωτότημα, [illegible] V. Gr. 1, 331. supra. * Ἐρωτητέον, Aris[illegible] Soph. Elench. 1. 4, 15.

Ἐρώτημα, τὸ, [illegible] Interrogatio. Interrogatum, [illegible]. Ἐρώτημά τι [illegible] προστιθέμεν δ' ἐρωτηθέντες. Plut. [illegible]. Ἐρώτημά τι τῷ [illegible] προφερόμενον, [illegible] ἀποκρίσεως [illegible]. Λαμβάνοντα δεῖν λέγοντες δύο οὔσας εἶναι περὶ τὰς ἀποκρίσεις καὶ βραχυλογίας, ἐρωτήματα προϊσχόμενοι αὐτοῖς ἄπορα. Apud Luc. [illegible] 2, 352. Πρῶτον [illegible] ἐρώτημά τι [illegible]. Ἐρωτηματικός, Interrogativus. [illegible] Λόγος, Interrogativa [illegible], Oratio [illegible], interrogationem [illegible]. [illegible] Ad interrogationem pertinens. Schol. Eur. Hec. 311. Schol. Aristoph. Ὀρν. 417.] Ἐρωτηματικῶς, Interrogative, [illegible], Eust. 152, 2. Schol. Aristoph. N. 1255. Orn. 10. 23. Ἐρωτηματίζω, Interrogo, VV. LL., sed tantum e [illegible] Dimin. Ἐρωτημάτιον, τὸ, Interrogatiuncula, cujus diminutivo [illegible] utitur.

Ἐρώτησις, ἡ, Interrogatio, i. e. Ipsa interrogandi actio. Sæpe vero est i. q. ἐρώτημα, Id de quo interrogamus, quam etiam signif. habet Lat. vocab. Interrogatio. Redditur etiam Quæstio, Propositio. Xen. K. Π. 8, (4, 7.) Ὡς ψευδοῦς γε οὐδεμία
B ἐρώτησις δεῖται. Atque ut habuisti ἐρωτήματα ἄπορα e Plut., sic ἐρωτήσεις ἄποροι legimus ap. Eund.: itidemque ap. Lucian. (1, 309.) Καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους. Ex Hermog. Ἐρώτησις ἐλεγκτική. [" Ammon. 58. Eran. Philo 167. Ποιεῖσθαι ἐρωτήσεις, Kuster. V. M. 51." Schæf. Mss. * Ἐρωτητὸς, unde * Ἀνερώτητος, Gl. Inconsultus. * Ἐρωτητικὸς, unde adv. * Ἐρωτητικῶς, Epiphan. 1, 983.]

Ἀνερωτάω, pro simpl. ἐρωτῶ, Interrogo, Percontor. Cum accus. rei et personæ, sicut illud, Aristoph. (ΠΛ. 499.) μηδὲν ταύτην γ' ἀνερώτα, Nihil hanc interroges, i. e. Nullam rem, pro De nulla re. Alioqui μηδὲν accipiendum esset adverbialiter. Apud Hom. ἀνειρώτων ab ἀνειρωτάω, vide in Εἰρωτάω. " Ἀνερωτᾶσ, i. q. ἀνέρομαι, Interrogo; sed usitatius in prosa. At- " que ut illud cum duplici accus. construi dictum est, ita et hoc " construi sciendum est. Aristoph. Πλ., μηδὲν ταύτην γ' ἀνερώτα, Nihil hanc interroges, ex hac quæras s. perconteris. " Iones epenthesi τοῦ ι dicunt Ἀνειρωτάω, ut et ἀνείρομαι pro " ἀνέρομαι: quod crebro legitur ap. Herod." [" Ἀνερωτάω, Heind. ad Plat. Phædr. 213." Schæf. Mss. " Aliud quæro, Suid. v. Κώδιον," Schleusn. Mss. * " Ἐξανερωτάω, Tzetz. Ch. 6, 597. et ἐξανηρώτα restituendum 4, 870. ubi perperam ἐξανηρώτις." Elberling. Mss. * Ἐπανερωτάω, Plato 1, 143. 2, 57. 662. 963. 3, 26. Xen. Mem. 3, 1, 11. * Προσανερωτάω, Clem. Alex. 919. Plato Men. 74.] Ἀντερωτάω, Vicissim interrogo, percontor, " Paus." [" Schol. Eur. Or. 1072." Boiss. Mss. Clem.
C Alex. Str. 8. p. 920, 36. Plato Euthyd. 295.] UNDE Ἀντερώτησις, Interrogatio quæ fit vicissim, Mutua " vel Alternata" interrogatio. In VV. LL. Contraria interrogatio s. Repetita. [* Ἀντερωτητέον, Clem. Alex. Str. 8. p. 919, 28.]

Διερωτάω, pro simpl. ἐρωτῶ, Interrogo, e Plat. Διηρώτων αὐτοὺς τί λέγοιεν: [cf. Ἐρωτ. §. 1. " Xen. K. Π. 45." Schæf. Mss.]

[* Ἐξερωτάω, Pind. Π. 9, 77. Eur. Phœn. 388. " Valck. ad Lesbon. 188." Schæf. Mss. * Ἐξερώτησις, Gl. Scrutinium.]

Ἐπερωτάω, pro simpl. ἐρωτῶ, Interrogo. Sed frequentior est hujus comp. usus quam præcedentium ἀνερωτῶ et διερωτῶ. Apud Dem., ambo de eadem re dicta, et in ll. omnino vicinis extant: (596.) Πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς Βουλῆς καὶ ὁ ταὔτ' ἐπιψηφίζων ἐπιστάτης ἠρώτων καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς ἄξιος ἡ Βουλὴ βεβουλευκέναι, καὶ ὅτῳ μή· καίτοι τοὺς γε μὴ αἰτοῦντας μηδ' ἀξιοῦντας λαβεῖν, τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἐπερωτᾶν προσῆκε: Bud. Primum hujus auctor suasorque ψηφίσματος princeps Senatus præsidesque populum in suffragium miserunt, atque unumquemque suffragio suo censere permiserunt recte necne curia eque republica consuluisse ei videretur, eoque nomine coronam meruisse. Qui si nec petendum id a populo existimabant, nec dignam curiam quæ eo præmio donaretur, de eo utique populum rogare omnino non oportebat. Apud Thuc. (1, 118.) Ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν, Consulere deum: eo sensu, quo dicitur Consulere oraculum. At vero LXX. Interprr. Ἐπερωτᾶν διὰ Θεοῦ pro Deum
D consulere, mira constr. dixerunt: de qua supra in simpl. Ἐρωτῶ. [Schleusn. Lex. V. T. " Thom. M. 368. ad Charit. 710. Coray Theophr. 269." Schæf. Mss.] Ἐπερώτημα, τὸ, ET Ἐπερώτησις, ἡ, i. q. ἐρώτημα et ἐρώτησις, supra. Petr. 3, (21.) Συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν, ubi Erasmus hoc verbale Respondendi signif. habere existimavit, Quo fit ut bona conscientia bene respondeat ap. Deum. At ultima Interpr. habet, Quo fit ut bona conscientia Deum interroget: annotaturque, posse etiam reddi Deum interpellet, vel inquirat, aut consulat. Siquidem ἐπερώτημα vocari τὴν ἔντευξιν, s. αἴτησιν, Postulationem et interpellationem: quæ ab Hebræis שאלה dicitur. Atque adeo addi εἰς Θεὸν, e ratione constructionis ap. Hebræos usitatæ, quippe qui dicant באלהים שאל, i. e. Postulavit in Deum, pro Postulavit a Deo, s. Quæsivit e Deo. [Schleusn. Lex. V. T. " De forma Ion., ad Herod. 408." Schæf. Mss. * Ἐπερωτητής, Gl. Interrogator. * Ἀντεπερωτάω Restipulo: * Ἀντεπερώτησις Restipulatio.] Προσεπερωτάω, Insuper s. Præterea interrogo, [Thom. M. 369. et n. * Προσεπερωτητής, Gl. Astipulator.]

Προερωτάω, Prius, Ante interrogo, [Schol. Lycophr. 1. * Προσερωτάω, Xen. Mem. 3, 9, 4. " Thom. M. 369." Schæf. Mss.]

Συνερωτάω, q. d. Simul interrogo. Sed hoc comp. eam signif. verbi ἐρωτῶ habere existimo, quam Dialecticis peculiarem esse antea dixi. Sextus Philosophus Πυῤῥωνίων Ὑποτυπώσεων 3, 13. quo disputat an sit ἀπόδειξις, hæc inter alia scribit, Ὅθεν καὶ τοιοῦτον συνερωτῶσι λόγον, Εἰ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις· εἰ οὐκ

ἔστιν ἀπόδειξις, ἐστὶν ἀπόδειξις· ἤτοι δέ ἐστιν ἀπόδειξις, ἢ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις· ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις. Eundemque prorsus usum dans simplici verbo ἐρωτᾷν, quem dedit illi comp. συνερωτᾷν, subjungit, Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ τοῦτον ἐρωτῶσι τὸν λόγον, Τὸ τοῖς ἀντικειμένοις ἑπόμενον, οὐ μόνον ἀληθές ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον· ἀντίκειται δὲ ταῦτα ἀλλήλοις, ἔστιν ἀπόδειξις, οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις· ὧν ἑκατέρῳ ἀκολουθεῖ τὸ εἶναι ἀπόδειξις· ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις. Videmus autem his in ll. ἐρωτᾷν et συνερωτᾷν de eo dici, qui syllogismo s. ratiocinatione utitur. Posse tamen ἐρωτᾷν ad verbum reddi Interrogare, patet e loco Cic. quem attuli, cum de illo ἐρωτᾷν agerem. Ibi enim, Sic interrogant, non aliud est quam τοῦτον ἐρωτῶσι τὸν λόγον, vel συνερωτῶσι. Cur autem hoc vocent ἐρωτᾷν, non liquet: suspicor quidem certe eo respici, quod is qui syllogismo usus est, s. per syllogismum aliquid proposuit, solitus sit interrogare, id sibi tanquam verum concedatur, necne. Fortassis etiam ἐρωτᾷν primo dici solebat tum demum, cum oratio ejus qui ratiocinatione utebatur, ab interrogatione incipiebat, ut Diog. L. Stilpone p. 90. meæ Ed. Τοῦτόν φασι περὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς τοῦ Φειδίου τοιοῦτόν τινα λόγον ἐρωτῆσαι, Ἆρά γε ἡ τοῦ Διὸς Ἀθηνᾶ, θεός ἐστι; φήσαντος δὲ, ναί· Αὕτη δέ γε, εἶπεν, οὐκ ἔστι Διὸς, ἀλλὰ Φειδίου· συγχωρουμένου δὲ, Οὐκ ἄρα, εἶπεν, αὐτὴ θεός ἐστιν. Ubi τοιοῦτόν τινα λόγον ἐρωτῆσαι Interpres reddidit, Ita compellasse quendam; Erasmus, Ita percontatum esse; ego malim, Talem interrogationem proposuisse. Ceterum quandoquidem et de verbo ἐρωτῶ hic ago, addendum est hoc quoque iis quæ de hac ejus signif. dicta sunt, quam cum comp. συνερωτῶ communem habet: ejus etiam passivum verbum hanc illius significationem sequi. Unde est ap. Sextum Philos. in illo eod. l., Οἱ κατὰ τῆς ἀποδείξεως ἠρωτημένοι λόγοι, Argumenta adversus demonstrationem allata, s. Syllogismi allati, etc. Aut etiam, Quæ adversus demonstrationem proposita fuerunt. Quamvis enim Cic. ἐρωτᾷν ad verbum verterit Interrogare, de ratiocinante loquens, s. utente syllogismo, vereor tamen ut possint illa verba ἠρωτημένοι λόγοι κατὰ τῆς ἀποδείξεως, reddi itidem, Quæ adversus demonstrationem interrogata fuerunt. Quod ego tamen aliorum judicio relinquo. Interim autem observetur hic usus PARTIC.

A Ἠρωτημένος. [“ Ad Lucian. 2, 26. Muret. Opp. 3, 65.” Schæf. Mss. * Συνερώτησις, Sext. Emp. 102.]

Ὑπερωτάω, q. d. Subinterrogo. In VV. LL. redditur Clam interrogo, et ascribitur hic verbi istius usus Demostheni Olynth. 1. Sed videndum est ne falso nominetur Demosth. pro Libanio in Argumento illius Olynth. 1. Is enim ibi hoc verbo s. potius hujus verbi participio usus est, circa finem: Διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλαβῶς ἅπτεται τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς· καὶ ὑπερωτήσας ἑαυτὸν, ὅτι σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά; ἐπιφέρει, μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. Cui tamen loco interpr. illa parum convenire videtur. [“ Plato Gorg. 121.” Schæf. Mss.]

POETICE, aut etiam Ionice, Εἰρωτάω, quo Hom. uti solet, ut Od. O. (422.) Εἰρώτα δ' ἤπειτα τίς εἴη, I. (364.) Κύκλωψ, εἰρωτᾷς μ' ὄνομα κλυτόν· αὐτὰρ ἐγώ τοι Ἐξερέω. Ubi observa duplicem accus., sicut et in ἐρωτῶ hujus constr. exempla allata fuerunt. Apud Eund. legitur Δ. (347.) et alibi, eadem constr. Ταῦτα δ' ἅ μ' εἰρωτᾷς καὶ λίσσεαι: sed in plerisque exempl. mendose legitur ἅμ', tanquam pro ἅμα. Ceterum invenitur et ap. Herod. hoc verbum: quod pro iis faciet, qui Ionicam esse hanc literæ ι epenthesin dixerint. ‖ Εἰρώτων in VV. LL. dicitur esse imperf. ab ἐρωτάω, pro ἠρώτων. Hoc autem εἰρώτων illud ipsum esse puto, cujus Eust. Od. Δ. mentionem facit; sed is contra, ut a diphthongo incipit, ita esse a themate tradit, quod diphthongum in principio habet, sc. εἰρωτῶ. In eo tamen loco non est simplex εἰρώτων, sed comp. ἀνειρώτων: et quidem mutatum etiam in ἀνηρώτων, in plerisque exempl. Vide quæ proxime sequuntur. B [“ Koen. ad Greg. Cor. 229. * Εἰρωτέω, ad Herod. 631. 638. 676.” Schæf. Mss.] Ἀνειρωτάω, i. q. εἰρωτῶ, Interrogo. Od. Δ. (251.) Καί μιν ἀνειρώτων. Sed pro ἀνειρώτων legitur in plerisque Codd. ἀνηρώτων, tanquam ab ἀνερωτάω: agnosci tamen illam lect., non hanc, ab Eust., docui in proxime præcedente tmematio. “ Ἀνειρώτευν, Ionice pro ἀνειρώτων, Eust.” [Herod. 1, 32. * Ἀνειρώτησις, 6, 67. 9, 43.]

[* Ἐρωτίζω, i. q. ἐρωτάω, Hes. v. Ἠρώτιζον.] “ Ἀνερωτίζω, “ i. q. ἀνερωτάω. Suidas enim Teleclidem Comicum ἀνηρώτιζεν “ pro ἀνηρώτα usurpasse testatur.”

Ἔσθω, de quo nunc agam, post verbum Ἔδω collocari potuisset, sequendo derivationem quæ ab Etym. traditur, et Eustathii auctoritate comprobatur: sic tamen ut alias quoque afferat.

ἜΣΘΩ, Edo, Comedo, ap. Poëtas usitatum; at in soluta oratione dicitur ἐσθίω. Od. E. (197.) νύμφη δ' ἐτίθει πάρα πᾶσαν ἐδωδὴν, Ἔσθειν καὶ πίνειν, (94.) Αὐτὰρ ὁ πῖνε καὶ ἦσθε διάκτορος Ἀργειφόντης. Itidemque alibi hæc copulat. Infin. ἐσθέμεναι extat, K. (373.) Ἐσθέμεναι δὲ κέλευεν· ἐμῷ δ' οὐχ ἥνδανε θυμῷ. C At linguæ communis infin. ἔσθειν, ap. Hesiod. (Ἔργ. 1, 376.) Ἔσθειν ἀλλήλους. Quod autem ad hujus verbi derivationem attinet, eam esse ab ἔδω, non solum Etym. tradit, sed Eust. quoque, s. potius Heraclides ap. eum. Verum de formatione inter eos non convenit. Nam Etym. ab ἔδω fieri scribit ἐστός: unde sit ἔσθω: ut ex ἐγείρω fit ἐγερτός: unde ἐγέρθω. (Quæ et in meo vet. Lex. habentur, sed cum alio etiam exemplo: hoc modo, Ab ἔδω, ἐστός: ut βιβάζω, βιβαστός: ἐγείρω, ἐγερτός. Atque ut a βιβαστὸς formatur βιβάσθω, ex ἐγερτὸς item ἐγέρθω, sic ἔσθω ex ἐστός.) At vero Heraclides Gramm. vult hoc ἔσθω esse ab ἔθω: quod ἔθω esse ex ἔδω, more Dorico: quo etiam dicitur μαθὸς pro μαδός. Atque in exemplum usus hujus VERBI Ἔθω, affert Eust. hunc versum, Οἳ πίνουσι μόνον, βατράχων τρόπον, οὐδὲν ἔθοντες: cujus auctorem non nominat; sed eum esse puto Panyasin. Verum ap. Athen. affertur idem versus ἀνωνύμως itidem, cum ἔδοντες, non ἔθοντες. Apud autem, Il. I. (536.) ἔθων Οἰνῆος ἀλωὴν, longe aliam signif. habet; (exp. enim ἐξ ἔθους βλάπτων, aliisque modis.) Existimatur porro analogiam non servasse hoc ἔσθω, in derivatione ab ἔθω: debuisse enim dici ἴσθω: sicut ἴσχω ab ἔχω, et ἴσπω ab ἔπω dicitur. Sed Eust. non satis est in hac derivatione constans: quin potius alicubi dubitare se dicit utrum ex utro ortum sit: ἔθω ex ἔδω, an contra ἔδω ex ἔθω. Quin etiam alicubi annotat, ex ἔσω fut. verbi ἔδω, factum esse ἔσθω, adjectione literæ θ. Afferturque ibi ab ipso exemplum illud verbi βιβάσθω, quod et e meo vet. Lex. protuli. Loquens D enim de participio ἀΐσθων, quod exp. ἀποπνέων ap. Hom. (Il. Π. 468.) ὁ δ' ἔβραχε θυμὸν ἀΐσθων, scribit, verbi ἀΐω futurum esse ἀΐσω, inusitatum: unde per pleonasmum literæ θ, esse PRÆSENS Ἀΐσθω: ut βιβῶ, βιβάσω, βιβάσθω, (unde μακρὰ βιβάσθων,) itidemque ἔδω, ἔσω, ἔσθω. AT VERO Ἐσθῶ circumflexum minime huc pertinet: utpote ab alia origine profectum, et aliam signif. habens: de illo tamen hic monendus est lector. In meo vet. Lex., ubi dictum fuit de verbi Ἔσθω derivatione, additur, Ἐσθῶ περισπώμενον, ἐπὶ τοῦ ἐνδύομαι. Quibus subjungitur, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Ἔσθω, τοῦ σημαίνοντος τὸ ἐσθίω. Ad derivationem autem quod attinet, annotatur fieri ab ἕω, quod est ἐνδύομαι. Esse porro hoc Ἐσθῶ primæ conjugationis circumflexorum, apparet e passivo PARTIC. Ἐσθημένος, quod ap. Herod. (3, 129.) habetur pro Ἠσθημένος. Utriusque exempla vide supra, T. 1, 1382. [“ Ἔσθω, Heringa Obs. 165. Wyttenb. ad Plut. 1, 400. Jacobs. Anth. 9, 38. 414. 11, 105. Brunck. Aristoph. 3, 170. Schneid. ad Xen. Hier. 231. Heyn. Hom. 8, 693.” Schæf. Mss.]

“ Ἀνεσθίων, Hes. affert pro μηκέτι ἐσθιομένων.”

[* “ Διέσθω, i. q. διεσθίω, Plut. 2, 291.” Wakef. Mss.] “ Ἐπέ“ σθω, poëtice pro ἐπεσθίω, habes in Διακόνιον,” [“ Bentl. Opusc. 117. Jacobs. Anth. 7, 279. T. H. ad Plutum p. 359.” Schæf. Mss.] Κατέσθω in VV. LL. una cum Κατεσθίω, sed absque ullo exemplo, et sine ullo etiam testimonio, [“ Wessel. ad Herod. 102. Jacobs. Anth. 9, 38. Philippus 56. Heyn. Hom. 8, 119.” Schæf. Mss. Ad Hesych. 1, 1458. n. 10.]

¶ Ἐσθίω, i. q. ἔσθω, Edo, Comedo; sed hoc quidem ἔσθω Poëtis solis, ut opinor, in usu est: at ἐσθίω Poëtis cum ceteris Scriptt. commune est. Od. K. (460.) Ἀλλ' ἄγετ', ἐσθίετε βρώμην, καὶ πίνετε οἶνον. Apud Eund. legimus Ξ. (81.) Ἔσθιε νῦν, ὦ ξεῖνε, τά τε δμώεσσι πάρεστι Χοίρε'· ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσιν: ubi vides ἐσθίειν et ἔδειν esse synonyma. Xen. K. Π. 8, (8, 6.) Κἀκεῖνο ἦν αὐτοῖς ἐπιχώριον, τὸ μεταξὺ πορευομένους μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν. Apud Eund. legimus (2, 11.) Οὔτε ἐσθίουσι πλείω ἢ δύνανται φέρειν· διαῤῥαγεῖεν γὰρ ἄν. Ubi quemadmodum διαῤῥαγῆναι dicitur περὶ τοῦ ἐσθίοντος, sed ultra modum; sic ap. Lucian. Q. H. Scr. (§. 20.) Ὑπερεμπίπλαται ἔτνους τινὸς, ἢ ταρίχου, ἔστ' ἂν διαῤῥαγῇ ἐσθίων. Apud Gal. legitur etiam ἐσθίειν τὸ φάρμακον. Quidam Gramm. annotant dici ἐσθίειν τοῦ ἄρτου potius quam ἐσθίειν τὸν ἄρτον: itidemque cum aliis nominibus; sed in N. T. passim constr. hæc, non illa, reperitur. Ubi legitur et cum præp. ἐκ præfixa gen., 1 ad Cor. 9, (7.) Τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει; Ibid. legitur, Καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει; Sed dubito an ap. vett. Scriptt. hujus constr. exempla extent. ‖ Ἐσθίειν de homine proprie dici annotant Gramm., ut τρώγειν de brutis. Invenitur tamen ἐσθίειν et de brutis dictum, non solum ap. Lucam, sed et ap. Plut. Nec dubito quin et ap. alios inveniatur; sed in præsentia aliorum exempla mihi non suppetunt. Quin etiam invenitur ἔσθων ap. Hes. expositum τρώγων. Quod si verbo ἔσθειν tribuitur ille usus, etiam isti ἐσθίειν tribui posse constat. (Verum et ipsum ἔσθιε idem Lexicogr. exp. τρῶγε: præfigens huic expositioni aliam, sc. ἀνάλισκε. Fieri tamen potest ut ille non usus sit verbo τρώγειν tanquam il- D lam peculiarem signif., sed potius tanquam generalem habente.) Adde quod Hom. compositum κατεσθίειν ita usurparit. ‖ Ἐσθίειν dicitur etiam ignis, Il. Ψ. (182.) Τοὺς ἅμα σοὶ πάντας πῦρ ἐσθίει. Sic ap. Lat. ignis s. flamma dicitur Edere, et Vorare: unde Ignis edax s. vorax, itidemque Flamma. ‖ Ἐσθίειν curæ etiam et mœrori tribuitur: quod convenit cum epith. eo quod Lat. Poëtæ tribuunt interdum curis, cum sc. eas appellant edaces. Dicuntur vero et Rodere cor, quo modo Græce ἐσθίειν τὴν καρδίαν. Sed et aliquis suam ipsius καρδίαν, i. e. Suum ipsius cor, dicitur rodere, cum se curis et mœroribus excruciat ac macerat. Sic in uno e symbolis Pythagoricis jubemur μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν: quod vulgo redditur, Non edere cor. Est certe ἐσθίειν τὴν καρδίαν, non Angi ad tempus, sed Ita nos mœrori tradere, ut eo tandem, ceu lenta quadam tabe, cor nostrum absumatur. Apud Aristoph. legimus ἐσθίειν in hac signif.: Σφ. (287.) ἀλλ', ὦ 'γάθ', ἀνίστασο, μηδ' οὕτω Σαυτὸν ἔσθιε, μηδ' ἀγανάκτει, Neque te macerato dolore, ac conficito. ‖ Ἐσθίειν, Absumere, ἀναλίσκειν, ut Hes. ἔσθιε exp. ἀνάλισκε. Sic autem exponi potest, cum de igni dicitur: licet alioqui et ad verbum reddi possit Edere, s. Vorare, ut docui in proxime præcedente tmematio. Vide Ἐσθίεσθαι, quod proxime sequitur. ‖ PASS. Ἐσθίεσθαι, Edi. Hujus partic. ἐσθιόμενος e Gal. affertur pro Idoneus cibo. Et quemadmodum ἐσθίειν usurpatur etiam pro ἀναλίσκειν, Absumere, Consumere, sic pass. ἐσθίεσθαι pro Absumi. Od. Δ. (318.) Ἐσθίεταί μοι οἶκος, ὄλωλε δὲ πίονα ἔργα.

A

|| Cum autem dicitur ἐσθιόμενος ἕρπης a Medicis, participium ἐσθιόμενος activam signif. habet. Est enim Ulcus, [illegible] nominatur a Græcis, quoniam celeriter serpendo per circuitum [illegible] ad ossa, corpus vorat, ut testatur etiam Celsus. Vide in Ἕρπης, T. 1, 1258. Nostrates Chirurgi vocem Græcam retinentes appellant itidem Un estiomene: licet potius Ignis sacer, qui Græcis est ἐρυσίπελας, eo nomine intelligatur. Verum et Ignis sacer ἕρπητος appellatione comprehensus fuisse existimatur. "Seguier. in Daniel. p. 74. Wyttenb. ad Plut. 1, 400. Valck. Callim. 107. Thom. M. 351. Jacobs. Anth. 9, 221. Cum gen., Markl. Suppl. 63. Callim. 1. p. 515. Ἐσθίειν καταπέλτας, Casaub. Athen. 397.: τὴν καρδίαν, Heyn. Hom. 8, 618." Schæf. Mss.]

"Ἀνεσθίω, Exedo, Erodo. Hippocr. Epidem. 4. init. Οἷα τὰ "ἀνεσθιόμενα καὶ βλεννώδεα, qualia sunt erodentia et mucosa."

Ἀπεσθίω, Abedo, Exedo. A Gaza redditur alicubi Erodo. Reddi etiam possit Abrodo, eod. modo quo Abedo. Utuntur Græci verbo ἀπεσθίειν pro ἀπό τινος ἐσθίειν, inquit Athen. (649.) ut Hermippus ἐν Στρατιώταις dixit, Οἴμοι τάλας, δάκνει, δάκνει, ἀπεσθίει Μου τὴν ἀκοήν. || Ἀπεσθίω τοῦτο est etiam Esu hujus rei abstineo, ut præp. ἀπὸ Privandi vim hic in verbo obtineat. Mira autem et vix fide digna videri posset hæc signif., nisi ap. Athen. ejus exemplum e Theopompo Comico depromtum extaret; ibid. Ibi enim cum Democritus Ulpiano hæc dixisset, Ἀπέχεις, ὦ καλέ μου λογιστὰ Οὐλπιανὲ, τὴν κοπτήν· ἧς συμβουλεύω σοι ἀπεσθίειν, hic nihilominus οὐδὲν μελήσας, ἀνελόμενος ἤσθιε. Cum autem omnes ridere cœpissent, dixit Democritus, Ἀλλ' οὐκ ἐσθίειν σε προσέταξα, καλὲ ὀνοματοθήρα, ἀλλὰ μὴ ἐσθίειν· τὸ γὰρ ἀπεσθίειν οὕτως εἴρηκεν ἐν Φινεῖ ὁ Κωμῳδοποιὸς Θεόπομπος. Additurque hic ipsius Theopompi locus, in quo usurpat ἀπεσθίειν in illa signif. Παῦσαι κυβεύων, μειράκιον, καὶ τοῖς βλίτοις Διαχρῶ τολοιπόν· κοιλίαν σκληρὰν ἔχεις. Τὰ πετραῖα τῶν ἰχθυδίων ἀπέσθιε. In VV. LL. annotatur hic poni pro Cibum ab ore depellere et regerere; at ego existimo esse simpliciter contrarium τοῦ ἐσθίειν, Non comedere, Esu alicujus rei abstinere, ut modo exposui. [" Philo J. 1, 353. Dio Chrys. 1, 555." Wakef. Mss. " Cattier. p. 69." Schæf. Mss.]

Διεσθίω, Exedo, Erodo, Corrodo, VV. LL., in quibus additur etiam, Διεσθίω στόματι, Lacero dentibus, [" Ælian. H. A. 845. Aret. (13, 28.)" Wakef. Mss. Διεσθίειν τὴν ψυχὴν, Animum rodere dicitur contentio ap. Apollon. Lex. v. Θυμοβόροι.]

"Ἐξεσθίω, Exedo, Erodo [illegible]." [illegible] .279.]

Ἐπεσθίω, Superedo, [illegible] Menandro [illegible] [illegible] superveniunt, ad rem [illegible] [illegible] ed. [illegible] Ἀν. 3. 11. 3 Ἐπεσθίειν μικρὸν σῖτον πολύ [illegible] paulum panis [illegible] [illegible] Athen. 4 [illegible] ἐπεσθίειν et ἐπιφαγεῖν [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]. Pass. [illegible] ἐπεσθίεσθαι, S[illegible] etc. [illegible] ἐν τρογγμασι [illegible], in [illegible] [illegible] [illegible] ut τὰ ἐπεσθιόμενα, Q[illegible] ultimo [illegible] [illegible] ἐπιδορπίσματα, et ἐπιδειπνα, et ἐπιφορήματα [illegible] Athen. [" Ja[illegible] Anth. 7, 279. T. H. ad Plutum p. 359. Wakef. Alc. 772. Brunck. Aristoph. 1. 278. Kuster. 15." Schæf. Mss.]

Κατεσθίω, Edo, Peredo, Prorsus edo, ut κατὰ hic ἐπίτασιν inducat; redditur etiam Voro, Devoro. Il. Φ. (126.) de delphino, μάλα γάρ τε κατεσθίει ὅν κε λάβῃσι B. 314.) de dracone, Ἔνθ' ὅγε τοὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας, Vorarit, Devoravit. Pro eod. dicit statim post κατέφαγε. P[illegible] Col. Πολλοῦ δεήσομεν ἀλλήλους κατεσθίειν, καὶ θηρίων βίον ζῆν. [" Dawes. M. Cr. 282. Brunck. Aristoph. 2, 238." Schæf. Mss. [illegible] h. 4, 1. 7, 4. 8, 1. * Παρακατεσθίω, Sotades ap. Athen. 368. * " Ὑποκατεσθίω, Heyn. Hom. 8, 165." Schæf. Mss.]

" Παρεσθίω, Adedo, Arrodo: unde παρεσθίεται ap. Aristoph. " (Ἱππ. 1022.) quod exp. παραβιβρώσκεται." [Hipporr. 267,

B

38.]

[* " Περιεσθίω, ad Lucian. 2, 348." Schæf. Mss. Schol. Aristoph. Ἱππ. 1023.]

Προεσθίω, (q. d. Præedo,) Ante edo s. comedo: τὰ προεσθιόμενα, Quæ ante alios cibos eduntur. [" Zeun. ad Xen. K. Π. 40." Schæf. Mss. " Athen. 4. p. 171. Οἱ προγεῦσται προέσθιον τῶν βασιλέων." Schw. Mss.]

" Συνεσθίω, Una comedo, vescor, Simul cibum capio," [Schleusn. Lex. V. T.: Lucian. 2, 250.]

Ὑπερεσθίω, Supra s. Ultra modum edo, Nimium edo, Cibo nimio me onero. Redditur etiam Superedo, e Plin.; sed illi aliud hanc vocem significare videmus, in loco qui in comp. Ἐπεσθίω allatus fuit. [Xen. Mem. 1, 2, 4. * Ὑπεσθίω, Schn. Lex. ἁμαρτόρως.]

Quæ sequuntur nomina, Ζόφος, ac Δνόφος, ac Γνόφος, eand. signif. habentia, ab eadem etiam origine esse videntur, sc. a nomine Νέφος. Sed cum incertum sit an ex uno horum reliqua facta sint, atque ut hoc detur, quodnam sit illud, ignoretur, majorem tamen Δνόφος et Γνόφος affinitatem inter se habere constet quam cum illo Ζόφος: de hoc Ζόφος primum dicetur seorsim, deinde de illis Δνόφος et Γνόφος simul.

ΖΟΦΟΣ, ὁ, Caligo, Tenebræ. Hesiod. Ἀ. (227.) νυκτὸς ζόφον αἰνὸν ἔχουσα. Apud Hom. Il. O. (191.) sicut Jupiter οὐρανὸν, Neptunus πολιὴν ἅλα ναιέμεν, sic Pluto dicitur λαχεῖν ζόφον ἠερόεντα. Eodemque modo alibi has Orci tenebras, s. tenebricosa hæc loca et caliginosa, (quæ Eur. νεκρῶν κευθμῶνα et σκότου πύλας appellat, initio Hecubæ,) vocat ζόφον ἠερόεντα: ut Od. Λ. (154.) Τέκνον ἐμὸν, πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα Ζωὸς ἐών; Sic Il. Φ. legimus, non procul a principio, Ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες οὕσπερ ἔπεφνον, Αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος. Apud Eund. ζόφος est Occasus, s. Pars occidentalis, ut ἠὼς, Oriens, s. Pars orientalis. Od. K. (190.) οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς. Quin etiam in hoc Ejusd. loco, qui legitur ejusd. Poëmatis libro Γ. (335.): κοίτοιο μεδώμεθα· τοῖο γὰρ ὥρη· Ἤδη γὰρ φάος οἴχεθ' ὑπὸ ζόφον· videtur eod. modo posse exponi ζόφος: ut dicatur sc. lux solis ad occasum abire, s. occasum subire, sicut ipse sol dicitur occasum petere, vel ad occasum vergere. Sic etiam præcipitantem in occasum diem dixit Tac. Legitur porro et δειελινὸς ζόφος ap. Apoll. Rh. (1, 452.) pro Vespertinis tenebris. Ceterum est aliquis hujus nominis ζόφοι usus et in soluta oratione pro Tenebris s. Caligine. Plut. Alcib. Πολὺν ὄμβρον ἐξαίφνης ἐπιπεσόντα καὶ βροντὰς, καὶ ζόφον, συνεργῆσαι καὶ συνεπικρύψαι τὴν παρασκευήν. Usus est et Lucian. (1, 400. 622. 2, 74.) || Ζόφος a nomine νέφος deducit Etym., subjungitque, μετὰ τοῦ ζα, ζάνοφος, et per sync. ζόφος. Affert vero et aliam derivationem a nomine φάος: ut accessione literæ ο sit ὄφαος: deinde per pleonasmum literæ ζ, ζόφος: abjecto sc. α. Vel, inquit, a Γνόφος fit Δνόφος et Ζόφος, abjectione literæ ν. Sed mihi parum fit verisimile, ζόφος e γνόφος s. δνόφος ortum esse; potiusque communem cum illis originem habere persuasum habeo. In meo vet. Lex. legitur, Παρὰ τὸ νέφος, νόφος· καὶ μετὰ τοῦ ζα, ζάνοφος: deinde ζόφος per sync., et abjectionem literæ ν: quoniam hæc litera duplici consonanti non subjungitur. Quin etiam quod ad tertiam etymologiam attinet, multo magis rationi consentanea sunt, quæ ibi leguntur, quam quæ ap. Etym. Quale enim hoc est quod ille tradit, e Γνόφος, reliqua duo Δνόφος et Ζόφος esse derivata? Cur, quæso, potius Δνόφος e Γνόφος, quam versa vice Γνόφος e Δνόφος deduci dicendum esset, si unum ex altero derivandum foret? (licet et Eust. quodam in l., quem afferam in Δνοφερὸς, dubitet num facta sit mutatio literæ γ in δ, addatque, συνήθως.) Idem vero et de Ζόφος objici potest; cur enim minus πρωτότυπον esse quam Γνόφος censebitur? Rectius igitur in illo vet. Lex. scriptum est, Ἀ νέφος, Νόφος, et Γνόφος, et Δνόφος: interdum vero et Ζόφος, per ζ, abjecta litera ν. Sed fortassis mendosa ibi sunt Etym. exempl., et ap. ipsum quoque ita leg. est, ἀπὸ τοῦ νέφος, Γνόφος, Δνόφος, καὶ Ζόφος. [" Ζόφος, Heyn. Hom. 6, 316. Septentrio,

C

Græv. Lectt. Hes. 623." Schæf. Mss. " Πρὸς ζόφον εἶναι, Vergere ad mortem, Quint. Sm. 3, 255." Wakef. Mss. * " Ζοφώτατος, Tenebrosissimus, Chrys. in Gen. Or. 6. T. 1. p. 36." Seager. Mss.]

Ζοφοδορπίας, Nocturna cœna, si quidem sequamur hanc Suidæ expositionem, ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος: ut intelligatur de Epulis quæ celebrantur ortis jam tenebris. Quidam interpr. e Plauto, Vesperna: qua voce redditur et vocab. Ἑσπέρισμα: ut Vesperna sit serotina cœna. A Festo tamen exp. simpliciter nomine Cœna. Vesperna, inquit, ap. Plautum Cœna intelligitur. Idem alibi, Cœna ap. antiquos dicebatur quod nunc est Prandium: Vesperna, quam nunc Cœnam appellamus. Sed ἑσπέρισμα, (cujus etymologia optime respondet etymo nominis illius Vesperna,) antecedit δεῖπνον ap. Athen.: in his, quæ e Philemone affert, Φιλήμων δέ φησιν ὅτι τροφαῖς ἐχρῶντο οἱ παλαιοὶ, ἀκρατίσματι, ἀρίστῳ, ἑσπερίσματι, δείπνῳ. Sed ζοφοδορπίας contra videtur de Epulis debuisse dici, quæ sequerentur ipsum δεῖπνον, non præcederent. At si verum sit quod scribit Festus, Vespernam fuisse antiquis, quod eorum posteri vocarint Cœnam, cum ζοφοδορπίας interpretabimur Vespernam, perinde fuerit ac si interpretaremur Cœnam. A Suida tamen non simpliciter δεῖπνος exp., sed ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος. Cum autem e Plut. constet, δεῖπνον esse quam Lat. appellarint Cœnam, sonabunt illa Suidæ verba, Cœna quæ celebratur in tenebris, q. d. Tenebrosa cœna:

D

quo forsan plus aliquid indicetur quam si diceretur Nocturna: quod et Vespertinæ epulæ, Nocturnæ dici possunt, latius vocis hujus signif. extendendo. || Sed alius hic oritur scrupulus: quod nimirum ap. Hes. sit SCRIPTUM Ζοφοδερκέας: et expositum σκοτοδείπνους, item λαθροφάγους; quin etiam, (quod magis mirum est,) in meo vet. exemplari Suidæ non scriptum est Ζοφοδορπίας, ut in vulg. Edd., nec Ζοφοδορπία, ut habent VV. LL., sed eadem fere quæ ap. Hes. scriptura habetur, SCILICET Ζοφοδερκίας, unica litera ab illa differens, cum alioqui eadem detur huic nomini exp., quæ in vulgatis Edd. datur voci Ζοφοδορπίας: sc. ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος. Ego autem, ut vera lectio habeatur simulque exp., alterum ex altero emendandum esse arbitror; vocem enim ipsam ap. Suid., et quidem in vulg. Edd., rectius scriptam esse puto quam ap. Hes.; at expositionem ejus ex Hes. esse petendam: ut nimirum Ζοφοδορπίας retineatur ap. Suid., sed pro ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος, (præsertim cum vel hoc NOMEN Δεῖπνος masc. gen. merito suspectum esse possit,) reponatur σκοτοδείπνος. Hesychio autem relinquamus itidem suum σκοτοδείπνους, sed Ζοφοδερκέας mutemus in Ζοφοδορπίας, quod sit nomen pluralis numeri, accus. casus, ut ap. Suid. sing. numeri, nominativi casus. Non ignoro aliquem Ζοφοδερκέας posse compositum esse e ζόφος et δέρκω: et Ζοφοδερκέας dici eadem forma qua Ὀξυ-

δερκέας et Πολυδερκέας, a nomin. Ὀξυδερκὴς et Πολυδερκής: quin etiam illud Ζοφοδερκίας posse ab eadem origine duci; sed Ζοφοδερκὴς s. Ζοφοδερκίας significabit Qui in tenebris cernit: quæ signif. cur τοῖς σκοτοδείπνοις potius quam aliis plerisque convenire dicetur? Jam vero et quod in vet. illo Suidæ exempl. legitur Ζοφοδερκίας, medium quodammodo inter Ζοφοδερκέας et Ζοφοδορπίας, (utpote e quo literam ι servarit,) ad tuendam illam sententiam audaciorem me reddit. Verum quod ad Hesychii expp. attinet, earum posterior aliam signif. huic nomini videri potest tribuere quam prior. Alioqui si σκοτόδειπνοι et λαθροφάγοι ad eand. signif. referenda existimentur, σκοτόδειπνοι erunt potius Qui in tenebris cœnant, i. e. in tenebroso loco, quam Qui cœnant tenebris ortis. [Legitur etiam ap. eund. Hes. Ζοπαδασπίδας· λαθροφάγους.] || Cum autem præcedentia, in quibus de nomine ζοφοδορπίας dissero, jam typographicæ compositioni tradita essent, (sic autem appellamus typorum elementariorum coagmentationem,) venit in mentem Plutarchi Symp. locus, ubi ζοφοδόρπιδας legitur: 8, 6. cujus hoc est init.: Τῶν υἱῶν μου τοὺς νεωτέρους ἐν θεάτρῳ προσδιατρίψαντας ἀκροάμασι, καὶ βράδιον ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐλθόντας, οἱ Θέωνος υἱοὶ κωλυσιδείπνους καὶ ζοφοδόρπιδας, καὶ τοιαῦτα μετὰ παιδιᾶς ἔσκωπτον· οἱ δὲ ἀμυνόμενοι, πάλιν ἐκείνους τρεχεδείπνους ἀπεκάλουν. Hic certe non dubium est quin Plut. voce uti voluerit illam ipsam signif. habente, quam habet illud, quod attuli e Suida, vocabulum. Sed an Plut. ζοφοδόρπιδας scripserit, dubitari potest: ego vel ζοφοδορπίας, (quod cum illa, quæ ap. Suid. legitur, scriptura conveniret,) aut certe ζοφοδορπίδας cum accentu in penult. scripsisse arbitror: ut sit nomin. ζοφοδορπίδαι, non ζοφοδόρπιδες. Verum, utrocunque modo scr. sit, habemus saltem quod illi lectioni, quam defendebam, patrocinetur, alteram contra, quæ et ap. Hes. extat, magis etiam quam antea suspectam reddat, vel reddere debeat. "Vide "Κωλυσίδειπνος."

Apud Erasmum autem in Chil. legitur Ζοφοροδόρπιδες. Plut. inquit, in Symp. ostendit olim cognomina quædam proverbiali joco jactata fuisse in eos qui serius ac cunctantius ad convivium accederent. Dictos enim tum κωλυσιδείπνους, tum ζοφοροδόρπιδας, tum τρεχεδείπνους. Quorum nominum rationem si conjectare licet, hanc esse puto, quod qui cunctarentur adire, hi, quod aliis essent in mora, impedimento esse videbantur, quominus illis cœnare liceret; deinde quod lentitudine sua efficerent ut convivium ad noctem usque proferretur. Hæc Erasmus, qui in illa hujus nominis scriptura minime sequendus videtur: si tamen ejus esse putanda est, ac non potius alicujus amanuensis incuriæ imputanda. Equidem si ex adj. ζοφερὸς factum hoc compositum esset, saltem ζοφεροδόρπιδες scr. foret, non ζοφοροδόρπιδες: sed videmus reliqua compp. e subst. ζόφος, non ex illo adj. esse facta: adeo ut minime dubitandum esse videatur quin ζοφοδόρπιδες a Plut. scriptum sit, aut potius ζοφοδορπίδαι, (ut paulo post ζοφοδορπίδαν ap. eum legimus, in loco quem mox afferam,) s. ζοφοδορπίαι, sequendo ea quæ paulo ante dixi. Jam vero quod ad exp. illam attinet, quam Erasmus huic vocab. tribuit, ea minime iis, quæ a nobis de illius signif. dicta fuerunt, repugnat; sed male et ipsa cum Hesychiana convenit, ea quidem certe cui posteriorem locum tribuit, utens vocab. λαθροφάγοι. At convenire possit fortassis cum illa exp. quam Plut. huic ipsi voci tribuit, cum Pittacum ζοφοδορπίδαν, (observa autem hunc accus. a nomin. ζοφοδορπίδας, qua declinatione videtur leg. itidem supra in accus. plur. ζοφοδορπίδας,) appellatum ait ab Alcæo, (perperam enim scriptum est ap. eum Ἄλκιος pro Ἀλκαῖος,) non quod serotinæ essent ejus cœnæ, sed quod plerumque convivas haberet, qui ignobiles et nihili homines erant. Convenire, inquam, posse videtur illa Hes. exp. λαθροφάγοι, cum ista quæ hic a Plut. affertur: quod verisimile sit Pittacum, cum principatu potiretur, minime palam tales convivas suis epulis adhibere solitum. Ceterum quod tradit Erasmus e Plut. cognomina illa proverbiali joco jactata fuisse, id ex ejus verbis elici posse non videtur. [Diog. L. 1, 81.]

Ζοφοείδελος, ὁ, ἡ, Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus. Redditur et Ater, ap. Nicandr. Θ. (658.) ubi Schol. exp. ζοφοειδής. Ζοφοειδὴς, itidem Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus, sicut et ζοφώδης, quod vide. [Hippocr. 595. 604. "Mortuus, Valck. Eur. Phœn. 277." Wakef. Mss.]

Ζοφομηνία, ἡ, Obscuritas s. Defectus lunæ, Suid.: ap. quem legitur, Ζοφομηνία, ἡ ἔκλειψις τῆς σελήνης. Ab Hes. autem ζοφομηνία esse dicitur ὅταν κρυβῇ ἡ σελήνη, i. e. Cum absconsa fuerit luna. [Anecd. Bekkeri p. 261. Cf. Σκοτομηνία. * Ζοφόπνοια, Schol. Ven. Il. Φ. 334. Lobeck. Phryn. 497. * "Ζοφοφθόρος, Tenebras expellens, Theodos. Diac. Acr. 1, 225. (App. Byz. 361.)" Boiss. Mss. * Ζοφηφορία ποντικὴ, Caligo, Greg. Naz. Ep. 7. p. 771.]

[* "Μελάνζοφος, Priscian. 2, 2, 11." Elberling. Mss. * Πάνζοφος, Greg. Naz. 2, 279.]

Ζοφόεις, Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus, [Nicander Θ. 775. Ἀ. 474.]

Ζοφερὸς, i. q. ζοφόεις, et ζοφοειδὴς, ac ζοφοείδελος. Sed hæc sunt potius Poëtica, (præsertim ζοφόεις et ζοφοείδελος,) at ζοφερὸς in soluta etiam oratione usurpatur, ut Lucian. Nigrino (§. 4.) Ἔχαιρον δ' αὖ ὥσπερ ἐκ ζοφεροῦ τινος ἀέρος τοῦ βίου τοῦ πρόσθεν, ἐς αἰθρίαν τε καὶ μέγα φῶς ἀναβλέπων. [Nicander Θ. 404. * Ζοφερότης, Niceph. Blemm. 155.]

Ζόφεος, etiam dicitur ead. signif. Nam Hes. ζόφεον exp. μέλαν et σκοτεινόν. [Nicander A. 501.]

[* "Ὑποζόφιος. Sic ap. Kust. ad Suid. 3, 52. et Toupium in Hes. 4, 306. Τοιγὰρ ὑποζοφίαισιν Ἐριννύσιν ἀμμέσον ἧπται Κωκυτοῦ, κλοιῷ λαιμὸν ἀπαγχόμενος. Ὑποζόφιος est vox nihili. Brunck. Anal. 2, 298. dedit ὑπὸ ζοφίαισιν. Silet Jacobs. 9, 362. qui certe observare debuerat, adjectivum * Ζόφιος, ία, ον, novæ esse formæ in Lexx. non extantis. Originem eand. habet, quam ζόφεος, α, ον, ζοφερὸς, ζοφόεις, ζοφώδης. Sicut dicitur ζόφεος, ita γνόφεος et δνόφεος a γνόφος et δνόφος. Tres voces sunt ex A Hesychio. Fortasse pro ζοφίαισιν leg. ζοφέαισιν, quæ forma, cum esset inusitatior, facile in ζοφίαισιν mutari potuisset. A νέκταρ ductum est νεκτάρεος, non νεκτάριος." Bast. de VV. nihili vel dub. ad calcem Scap. Oxon.]

Ζοφώδης, i. q. ζοφερὸς, et cetera, quorum modo mentionem feci. Ζοφώδης, ὁ σκοτεινός· καὶ ζοφοειδής: inquit Suid. Apud Herodian. 1, (8, 12.) Ζοφώδης εἴσοδος, Obscura. ["Jacobs. Anth. 8, 409." Schæf. Mss. Anna C. 505.]

Ζοφόω, Obtenebro, Tenebras offundo, Tenebrosum reddo, Obscuro. Damascen. 101. Ἐπειδὴ διὰ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τοὺς τῆς θείας εἰκόνος χαρακτῆρας ἐζοφώσαμέν τε καὶ συνεχέαμεν. Pass. Ζοφοῦμαι: unde PARTICIP. Ἐζοφωμένος ap. Lucian., de Æthiopibus, (3, 590.) Ἀνδράσι μελαντέροις καὶ τὴν ὄψιν ἐζοφωμένοις. Cui simile est ap. Ovid. Met. Obscura forma: adeo ut Obscuratis ibi reddi posse videatur. Nisi malis Fuscatis; nam Æthiopes sicut et Indi interdum fusci dicuntur ἐπιθετικῶς. ["Bergler. ad Alciphr. p. 4. Philipp. 16." Schæf. Mss. * Ζόφωμα, Nicet. Annal. 19, 9.] Ζόφωσις, Obtenebratio, Obscuratio, Tenebræ, Obscuritas, [Eust. Il. A. p. 34, 23. * Ἐκζοφόω, Nicet. Annal. 9, 9. * "Ἐπιζοφόω, In caligine colloco, Greg. Naz. in Tollii Itin. Ital. p. 8." Boiss. Mss. "Chrys. Hom. 28. T. 5. p. 170." Seager. Mss. * "Καταζοφόω, Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. Imp. de Imag. 126. Nicet. Eugen. Argum. Operis, 3, 39." Boiss. Mss.] "Συζοφόω, Una tenebras offundo, Una "obscuro. Ex Epigr." [Philippi 12. "Toup. Opusc. 1, 152." B Schæf. Mss. * Ὑποζοφόω, Nicander Θ. 337.]

AT VERO Δνόφος, ET Γνόφος, de quibus hic me dicturum promisi, magis Poëtica sunt: eand. alioqui quam ζόφος signif. habentia, Tenebrarum et Caliginis. De derivatione autem vide quæ in Ζόφος a me allata fuerunt. Quibus tamen addendum est quod ap. Eust. legitur, sc. γνόφος habere γ ex Æolica dialecto: Ἀπὸ τοῦ νέφος, inquit, νόφος, καὶ γνόφος Αἰολικόν: ὁ ἄλλως δνόφος. Sed δ, quod habetur in isto δνόφος, e v. δονῶ manare existimavit, ut apparet ex ea exp. quam adjectivo δνοφερὸς tribuit: de qua dicam paulo post, cum ejus exempla proferam. Etym. quoque hujus derivationis meminit; nam in γνόφος postquam exposuit, ἡ * συννεφία, et ὁ ζοφώδης ἀὴρ, addit, παρὰ τὸ κενὸς φάους εἶναι, κνόφος καὶ γνόφος: vel a νείφω, νόφος, et γνόφος, per pleonasmum literæ γ. Adjicit vero et tertiam derivationem, utrique communem. A δονεῖν (inquit) et νέφος fit δόνοφος, et per sync. δνόφος, ac γνόφος. Sed perperam, ut de reliquis taceam, adjici videtur hic γνόφος, cum e δόνοφος per sync. fieri possit δνόφος, at non item γνόφος. Hoc quoque ap. eum videri mirum queat, quod de adjectivo δνοφερὸν ita loquitur ac si non extaret ejus substantivum δνόφος. Scribit enim a νέφος fieri νεφερὸν, deinde intervenire mutationem et pleonasmum. (Intellige autem, ad formandum hoc δνοφερόν.) Vel a γνόφος fieri γνοφερὸν et δνοφερόν. Quin etiam adjungit, vel κνόφος, κνοφερόν. Sed puto eum scripsisse ἢ παρὰ τὸ κνόφος, κνοφερὸν καὶ γνοφερὸν καὶ δνοφερόν. Ego certe mutationem a κνόφος in γνόφος C facilem fuisse non negarim, cum et in aliarum quarundam vocum initiis hanc istarum literarum κ et γ permutationem videamus; sed de mutatione in δ haud scio an idem dici possit: licet Eust. scribat, τραπέντος τοῦ γ εἰς δ, συνήθως. Adde quod illius NOMINIS Κνόφος nullum exemplum affertur, ac tantum formationis gratia poni videtur. Longius igitur petenda esset illa derivatio: nimirum a NOMINE Κνέφος, (quod dici sicut et κνέφας, Etym. testatur, quemadmodum οὖδας et οὖδος,) e quo fingendum esset illud Κνόφος. Quæ cum ita sint, ab illa derivatione a νέφος nolim discedere, ac potius sicut γνόφος habet γ e dialecto Æolica, ita δνόφος ex alia quapiam accepisse δ dixerim. Sed quid certi de his afferri potest? Eust. enim γνόφος Æolicum esse tradit, at Hes. δνόφος, non γνόφος Æolibus ascribit. Venio tandem ad exempla usus horum nominum. Hujus quidem δνόφος nullum in præsentia se offert; sed ex eo facti nominis ADJ. Δνοφερὸς exemplum in promtu est: Il. I. (15.) ὥστε κρήνη μελάνυδρος, Ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ. Ubi Eust. exp. τὸ μέλαν, ἐξ ὁμοιότητος γνόφου· τραπέντος τοῦ γ εἰς δ, συνήθως. Vel, inquit, Ὡς ἐν σχήματι συνθέτῳ, τὸ μετὰ δονήσεως φερόμενον καὶ ψόφου τινός. Ab Hes. autem δνοφερὸν exp. σκοτεινὸν, et μέλαν, additurque, ἀπὸ τοῦ δνόφου: quod subst. δνόφος vult esse Æolicum, ἀπὸ τοῦ δονεῖσθαι τὰ νέφη. Contra autem non δνόφος, sed γνόφος Eust. Æolicum esse tradit, ut antea docui. Sed quæcunque sit illius δνόφος origo, hujus adjectivi δνοφερὸς ex eo facti signif. minime dubia est. Potestque reddi Tenebrosus, Caliginosus, D vel Ater, non solum Eust. et Hesychii, sed et Suidæ testimonio, qui h. l. affert, ὀλοφύρατο χερσὶν ἀμήσας Ἀνδροφόνοις δνοφερὰν κρατὸς ὕπερθε κόνιν. Ceterum ut non ζοφερὸς solum dicitur a ζόφος, sed ζόφεος etiam, sic a δνόφος non tantum δνοφερὸς, sed ETIAM Δνόφεος, ead. signif. Nam Hes. habet δνοφέῃ, quod exp. σκοτεινῇ. ["Δνόφος, Valck. Phœn. p. 439. Δνοφερὸς, Ruhnk. Ep. Cr. 261. Brunck. ad Æsch. Pers. 534. Theogn. 680. Heyn. Hom. 5, 529. Markl. Iph. p. 391. Wakef. Herc. F. 782. Eum. 238. De aqua, Casaub. ad Athen. 85." Schæf. Mss.] "Δνοφόεις, i. q. δνόφεος et δνοφερὸς, Tenebrosus, Obscurus. Unde "fem. δνοφόεσσα." [Empedocles Plutarchi 9, 741.] Altero SUBST. Γνόφος usi sunt LXX. Interprr. Exod. 10, (22.) Καὶ ἐγένετο σκότος, γνόφος, καὶ θύελλα, ἐπὶ πᾶσαν γῆν Αἰγύπτου. Quæ tria itidem conjunguntur ab Auctore Epistolæ ad Hebr. 12, (18.) Οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ, ubi γνόφον vetus Interpres reddidit Turbinem: quam interpr. et alii retinuerunt. In eo tamen Exodi loco, qui historiam continet, cujus ibi fit mentio, Græci illi Bibl. Interprr. non habent tria illa vocabula, sed tantum νεφέλαι γνοφώδεις, i. e. Nubes caliginosæ. Plur. γνόφοι ap. Aristot. de Mundo, Πτώσεις κεραυνῶν, μυρίων τε γνόφων συμπληγάδες, Conflictationes aëriæ caliginis vel opacitatis, Bud. ["Valck. Phœn. p. 439. Turbo, ad Lucian. 3, 363. Apoll. Dysc. 46. Teuch." Schæf. Mss.] "Βαθύγνοφος, Altis demersus tenebris, Greg. Naz." ADJ. Γνοφώδης, [contr. e * Γνοφοειδὴς,] est Caliginosus, Tene-

brosus, ut vides in l. quem modo attuli. Affertur etiam et pro Ater, ex Eur. [Tr. 79. * " Γνοφε, ... Hem ... 4 1 ... Pers. 534." ... Mss. LXX. Job. 10, 21.] A ... est etiam verb. Γνοφόω, Caligine ... Affertur et Γνοφέω in VV. LL. pr. ead. s. ... Γνοφόω ... placet, ut ζοφόω a ζόφος.

[Κνέφας, vide Δνόφος. " Xen. K. Π 317 ... Iolu- culum esse, ... 1. 510. Κν... Κνεφαῖ, Fischer. ad Well. r. Gr. Gr. 1. 21 Κν... r. 38. Brunck. Arist. ... 2, 62." ... 'Α... circa nebulosus et caliginosus, ... furnis se-

A " ... smirt s." [... 2 252 ... Gr. 610. * Στερρονεφής, ... 114. ... 21 " Κνεφαῖος, ... Item ... " κνέφαιος ... " ... Arist ... " ... ut Σφ. 121 ... ἐπὶ τῷ " κνέφ... B 1319 "Όπως κνεφαῖος ἐς τὴν ἀγ... " αν... " ... Dion. H. ... 23. * Κνεφαῖον Brunck. Arist ... 214. ... Schæf. Mss. ... A. 327. * Κνεφαίως ... 3, 450. * Κνεφάζω, ... Ag. 155.]

'Ιθὺς, de quo nunc agendum est, post derivata ab Εὐθὺς ponendum fuisset, sequendo eos qui inde derivant, at qui Etym. sequi volet, post 'Ιέναι collocandum fuisse ducet. Eust. autem ab 'Ιθύνω fut. verbi 'Ιθύω ... putavit 'Ιθὺ adv., pro quo scribitur et 'Ιθύς.

'ΙΘΥΣ, Rectus, (i. e. Non obliquus s. tortuosus,) Directus, In rectum tendens. Ab Hes. ἰθὺς exp. εὐθὺς, et ὀρθός. Sic ἰθὺ σχῆμα Hippocrati ὀρθόν. Superl. ἰθύτατα e Theophr. affertur, C. Pl. 3. "Ολως δὴ λεῖα ταῦτα δεῖ λαμβάνειν καὶ ἰθύτατα, καὶ ὡς κάλλιστα. Eod. lib. legitur et FEM. 'Ιθεῖα. Epigr. p. 64. meæ Ed. Εἰς ἀΐδην ἰθεῖα κατήλυσις, εἴτ' ἀπ' 'Αθηνῶν Στείχεις εἴτε νέκυς νείσεαι ἐκ Μερόης. Μή σέ γ' ἀνιάτω, κ. τ. λ. quod distichum ita sum interpretatus, in libro quem edidi Selectorum Epigrammatum Græcorum, Rectus ad orci umbras descensus; seu quis Athenis, Lumine cassus ut est, seu venit a Meroe. Ex Herod. 7, 193.) 'Ιθεῖαν ἔπλεον, (rectius 'Ιθείην Ionice,) Recta navigabant, Rectum cursum tenebant. Ubi videtur subaudiri ὁδόν. Ex Eod. (9, 57.) 'Ιθείῃ τέχνῃ, Recta disciplina, ubi metaphorice ponitur. Sic per metaph. ἰθεῖα δίκη, ap. Hom. pariter et Hesiod., Rectum judicium, Recta sententia, quæ fertur ab eo qui judicat. Homeri locus est Il. (Ψ. 580.) Εἰ δ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς δικάσω· καί μ' οὔτινα φημὶ "Αλλον ἐπιπλήξειν Δαναῶν· ἰθεῖα γὰρ ἔσται. Hic enim cum ἰθεῖα relinquitur ἀπὸ κοινοῦ subaudiendum nomen δίκη, e verbo δικάσαι, ut etiam Eust. annotat. Apud Hesiod. autem legimus "Εργ. 1, (224.) δίκας ἰθείας, et illis oppositas δίκας σκολιὰς, ubi canit, Οἳ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐν δήμοισι διδοῦσι 'Ιθείας, καὶ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίου: quæ posteriora verba veluti ad epexegesin addita sunt. Atque illos versus præcedunt isti, Αὐτίκα γὰρ τρέχει ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν. Τῆς δὲ δίκης ῥόθος ἑλκομένης ᾗ κ' ἄνδρες ἄγωσι Δωροφάγοι, σκολιαῖς δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας. Quibus in II. ἰθείας δίκας, Recta judicia vel Justa judicia, s. Justa jura: σκολιὰς δίκας contra Prava judicia vel Injusta, aut Jura injusta, interpretari possis. Nam Injustum jus legimus ap. Ovid. Trist. 5. Adde quod injustum rigido jus dicitur ense. Silius itidem Improba jura dixit. Sed quod ap. eund. Poëtam legitur in versibus qui illis interjecti sunt, καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν, aliud interpretationis genus postulat: si ibi δίκην vertamus Justitiam, ut certe debet verti. Eust. exp. τὴν εὐθυτάτην δίκην, in qua exp. non fuisse præcedentium ibi verborum memorem manifestum est. Cum enim dicatur δίκη exitium afferre hominibus qui ipsam expellunt, et ipsam οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν, non cohæret illa exp., τὴν εὐθυτάτην δίκην: hæc enim esset orationis structura, Δίκη φέρουσα κακὸν ἀνθρώποισιν, οἳ τὴν εὐθυτάτην δίκην οὐκ ἔνειμαν. Ego autem nullam commodiorem exp. animadverto quam si ἰθεῖαν in aliquod adverbium loco aptum resolvamus, aut in substantivum pariter et adjectivum ablativi casus. " Εἰθεῖα, Hes. δικαιοσύνη, " Justitia. Videtur tamen sonare potius Recta, ἰθεῖα." ‖ 'Εκ τῆς ἰθείης ap. Herod., (subaudiendo ὁδοῦ, ut opinor,) Aperte, Aperto Marte (3, 127.) 'Εκ μὲν δὴ τῆς ἰθείης στρατὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, Non videbatur aperte mittendus exercitus adversus ipsum, Non videbatur aperto Marte oppugnandus misso exercitu. Suidas exp. ἐκ τοῦ προφανοῦς, et παρευθύ. Quidam interpr. E professo. Vide 'Ιθυμαχία. Apud Eund. legimus, (2, 161.) 'Εκ τῆς ἰθείης ἀπέστησαν. Denique ἐκ τῆς ἰθείης aliquid facere, est Absque ulla dissimulatione, et aperte voluntatem suam profitendo. Quare ἐκ τῆς ἰθείης ἀπέστησαν aliter potius reddendum videtur fuisse quam Ingenue desciverunt. Sed nec illa verba, Aperto Marte, ei loco conveniunt: quibus tamen quidam ibi usi sunt. [" 'Εκ τῆς ἰθείης, Herod. 9, 37. Ead. notione usurpatur etiam ἰθεῖαν, sc. ὁδὸν, 7, 193. 'Ιθεῖαν ἔπλεον ἐς τὸν κόλπον, Recta in sinum navigarunt. Sed κατ' ἰθὺ, E regione, Ex adverso, 9, 51." Schw. Mss. " 'Ιθὺς, ad Herod. 50. 402. 719. Toup. Opusc. 1, 172. Græv. Lectt. Hes. 534. ad Charit. 782. Jacobs. Anim. 305. Anth. 6, 136. 7, 119. 12, 124. Fac. ad Paus. 3, 154. Heyn. Hom. 6, 295. 297. 318. 394. 603. 7, 235. 241. Conf. c. εὐθὺς, 6, 331. 'Αν' ἰθὺν, ad Od. Θ. 377. 'Ιθείῃσι δίκῃσι, Mitsch. H. in Cer. 157. Εἰς τὸ ἰθὺ, Heyn. Hom. 7, 88. Κατ' ἰθὺ, Epigr. adesp. 176. Semper et ubique ἰθὺς primam producit, Brunck. Apoll. Rh. 197. 'Ιθύντατος, Heyn. Hom. 7, 534." Schæf. Mss. Dionys. P. 651. 'Ιθέα, Ionice pro ἰθεῖα, Nicander Θ. 478.]

Quæ sequuntur compp., partim e nomine præcedente ἰθὺς, partim ex adv. ἰθὺ sunt composita: plura tamen e nomine esse videntur, ideoque hic, non post adv. ἰθὺ, posita fuerunt.

'Ιθύβολος, ὁ, ἡ, Rectus, Directus, VV. LL. sine ullo testimonio. Videtur sonare proprie Qui recta jacitur s. projicitur. Sic 'Ορθόβολος in 'Ιθυπτίων, aliquanto post. [" Apollod. 273." Schæf. Mss. * " 'Ιθυβόλος, Recta feriens, superl., Joseph. 1011, 5." Wakef. Mss. * 'Ιθύγραμμος, Agathem. Schol. Hist. 5. p. 153. Ed. Par. * " 'Ιθυγώνιος, Musgr. Ion. 1137." Schæf. Mss.] 'Ιθυδίκης, ὁ, Cujus recta sunt judicia et justa, Qui recte et juste fert judicium. Possit exponi ὁ ἰθείας δίκας διδοὺς, ex loco Hesiodi quem protuli in 'Ιθύς. Utitur vero Idem, eodemque loco, hoc

B comp. (228.) Οὐδέποτ' ἰθυδίκαισι [al. ἰθυδίκοισι] μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ. His opp. ap. Eund. χειροδίκαι: quales sunt ap. Ovid. ii, a quibus rigido jus dicitur ense. [? 'Ιθύδικος, Maximus v. 13. Brunck. Anal. Lect. 286.] 'Ιθύδρομος, Qui rectum cursum tenet, Qui rectam viam in currendo tenet, Recte currens, Epigr. [" Jacobs. Anth. 9, 158." Schæf. Mss. * " 'Ιθυθήριον, Diosc. Notha p. 450." Boiss. Mss. Forte leg. ἰχθυοθήριον, ut p. 447.] 'Ιθύθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, vide in Θρίξ. 'Ιθυκέλευθος, Qui recta via incedit, Qui rectam viam tenet, Recta ambulans, [" Nonn. D. 15, 364. Jo. 11, 168." Wakef. Mss. * 'Ιθυκρήδεμνος, Paus. 7, 21. ναῦς. " Ruhnk. Ep. Cr. 125. Ilgen. Hymn. 588." Schæf. Mss. * 'Ιθυμάχος, Anal. 1, 132. Plut. 9, 456. * 'Ιθυμαχέω, Nicet. Annal. 19, 3.] 'Ιθυμαχία, et IONICE 'Ιθυμαχίη, Recta pugna, i. e. Ex aperto conserta, Bud. Et ἰθυμαχίην ποιήσασθαι, Aperto Marte pugnare, et stataria pugna: in h. l., quem ex Herod. (4, 120.) affert, 'Ιθυμαχίην μὲν μηδεμίην ποιήσασθαι ἐκ τοῦ ἐμφανέος· ὑπεξιόντες δὲ καὶ ὑπεξελαύνοντες, κ. τ. λ. Ubi observa ἐκ τοῦ ἐμφανέος addi: quod confirmare videtur illam exp. quam Suidas dat ap. Eund. illi loquendi generi, ἐκ τῆς ἰθείης. 'Ιθυπετεῖν, Recta volare, ut in VV. LL. redditur, nimirum tanquam ex ἰθὺ et verbo πέτεσθαι. At Hes. exp. ἐπ' εὐθείας ὁρμῆσαι. Vide 'Ιθυπτίων. 'Ιθυπόρος et 'Ιθύπορος vide supra, T. 3, 181.

'Ιθυπτίων, ωνος, ὁ, ἡ, Recta volans, Qui recto cursu fertur, eoque valde citato, ut volare videatur. Il. Φ. (169.) Δεύτερος αὖτ' 'Αχιλεὺς μελίην ἰθυπτίωνα 'Αστεροπαίῳ ἐφῆκε, κατακτάμεναι μενεαίνων.

C Ubi Eust. exp. τὴν ἰθὺ πετομένην, i. e. κατευθὺ et * ἀπλαγιάστως, ut alicubi ipse Poëta διαλελυμένως dixit ipsam ἰθὺ πέτεσθαι. Ut autem dicitur Hasta πέτεσθαι, sic a Lat. Poëtis volare, ut ap. Virg. Æn. 9. hasta volans noctis diverberat umbras: 10. illa volans clypei transverberat æra Mæonis: aliisque in II. Magis tamen proprie Sagitta dicitur volare: unde et Volatile ferrum ab eod. Poëta vocatur. Ceterum Hes. itidem exp. ἰθυπτίωνα, (pro quo perperam ap. eum habes scriptum ἰθυπτύωνα,) τὴν ἐπ' εὐθείας πετομένην καὶ καταντικρύ: item ὀρθόβολον, et κατευθὺ φερομένην. Sed ap. eum perperam legitur ὀρθόβουλον, pro quo repono istud ὀρθόβολον. Signif. autem hoc COMP. 'Ορθόβολος i. q. ἰθύβολος, de quo paulo ante dictum est, Qui recta jacitur, s. projicitur. Fieri potest tamen ut ab ipso Hes. fictum sit, (ut alia multa fingere solet,) expositionis causa. Ceterum quamvis ἰθυπτίωνα exponant ἰθὺ πετομένην, magis tamen commoda esse videtur a v. ἵπταμαι idem significante deductio, cujus participia sunt ἱπτάμενος et πτάμενος. | Sed pro ἰθυπτίωνα fertur Aristarchus legisse ἰθυκτίωνα. Significaret autem hoc COMP. 'Ιθυκτίων ἐπ' εὐθείας ἔχουσα τὰς κτιδόνας, i. e. τὰς ἐν τοῖς ξύλοις διαφύσεις, inquit Eust. Fortasse vero huic simile vocabulum ap. Hes. reponi debet, ubi legitur, ἰθὺ κτέανον, τὸ ἰθὺ πεφυκὸς καὶ ὀρθὸν δένδρον. At in VV. LL. ἰθυκτίων redditur Recte s. Obviam iens: quam interpr. plane falsam esse arbitror. [Schn. Lex. " Heyn. Hom. 8, 72. 143. 144." Schæf. Mss.] " Εἰθυπτίωνα Hes. exp. ἐπ' εὐθείας φερόμενον, Qui recta affertur: af-

D " ferens et Εἰθὺ pro ἐπ' εὐθείας."

'Ιθυτενής, In rectum extensus, Rectus: ut ἰθυτενὴς ὁδὸς, cui opp. λοξή. Ptol. Διὰ τὸ σπανίως ταῖς ἰθυτενέσι περιπίπτειν πορείαις. Apud Hes. 'Ιθυτενὲς, ἐπ' εὐθεῖαν τετραμμένον. In VV. LL. 'Ιθυτενής, εἰς εὐθεῖαν τεταγμένος. Sed reponendum ibi est τεταμένος, itidemque ap. Hes. τεταμένον pro τετραμμένον, e Suida. [Aristæn. Ep. 1, 27. " Abresch. Lectt. 169. Bast. Specim. 42." Schæf. Mss. * 'Ιθυτενῶς, Cyr. Alex. in Collectan. p. 64. Hes. Suid. " Nicet. Eugen. 1, 206. Planud. in Diomedis Laud. Ms." Boiss. Mss.] 'Ιθυτένεια, q. d. In rectum extensio, Via in rectum extensa, Via recta. Huic autem ἰθυτένεια ... Ptol. opp. ἐκτροπή. [* 'Ιθυτυπής, Nonn. D. 2, 452. 5, 252.] 'Ιθύτομος, (q. d. In rectum sectus,) Recte ... 'Ι... Dionys. Areop. 'Ιθύτριχες, vide una cum nomine ... 'Ιθύθριξ, inter derivata a nomine Θρίξ, T. 4, 1586. 'Ιθύφαλλος pertinet potius ad ... men Φαλλός.

'Ιθὺ ET 'Ιθὺς, adv. Recta, Recta in, Recta ad, etiam Recta adversus. Redditur etiam Obviam et Ex adverso. Od. O. (511.) *Η ἰθὺς σῆς μητρὸς ἴω καὶ σοῖο δόμοιο, Recta ad matrem tuam eam et domum tuam. Sic Il. Ω. (471.) γέρων δ' ἰθὺς κίεν οἴκου. Ex Herod. 2, 119. 'Ιθὺ τοῦ "Ιστρου ἔπλεον, Recta ad Istrum navigarunt. Ex Eod. (1, 207.) 'Ιθὺς τῆς ἀρχῆς ἐλᾷς, Recta pergas ad ... pandum regnum. At pro Recta adversus, Il. B. (849.) Β... δ' ἰθὺς Διομήδεος, Ivit recta adversus Diomedem. Sic, Π. (552.) Βὰν δ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι. Ibid. (584.) "Ως ἰθὺς Λυκίων, Πατρόκλεις ἱπποκέλευθε, "Εσσυο καὶ Τρώων, (602.) οὐδ'

ἄρ' Ἀχαιοὶ Ἀλκῆς ἐξελάθοντο, μένος δ' ἰθὺς φέρον αὐτῶν. Ubi A Eust. annotat, ex h. l. cognosci non esse intelligendum ἔβησαν ἰθὺς λελιημένοι τῶν Δαναῶν, in hemistichio quod allatum modo fuit; sed ἔβησαν ἰθὺς τῶν Δαναῶν, i. e. ἀντικρύ: λελιημένοι, i. e. ἐπιθυμοῦντες μάχης, vel αὐτοῦ δὴ τοῦ βῆναι ἰθὺς Δαναῶν. Quibus adjungit, Ἰθὺς βῆναι τινῶν, et μένος ἰθὺς φέρειν, esse contraria τῷ ὑποχωρεῖν, et τῷ ἀναχωρεῖν. Interdum vero ἰθὺ s. ἰθὺς absque casu, ut ἰθὺς μαχέσασθαι ap. Hom., unde est ἰθυμαχία. Item ἰθὺς φέρειν ὅπλα, quod exp. ἀνθιστάναι τοῖς πολεμίοις τὰ ὅπλα. Item ἰθὺς τετράφθαι, quod ap. Hom. dicitur περὶ τοῦ κατευθὺ μαχομένου. Ab Hes. exp. ἐπ' εὐθείας ὁρμᾷν. Eidem Poëtæ in usu est ἰθὺς φρονεῖν: quod exp. προθυμεῖσθαι καὶ εἰς τὸ ἀντικρὺ καὶ πρὸς εὐθὺ καὶ πρόσω θρασύνεσθαι. Superl. Ἰθύντατα, Rectissime, (ut a nomine ἰθὺς est ἰθύντατος,) Il. Σ. (508.) Τῷ δόμεν ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴπῃ. [" Ἰθὺ, Wakef. S. Cr. 2, 137. ad Herod. 636. Apollonid. 20. Cum gen., Valck. Anim. ad Ammon. 91. ad Herod. 158. 402. Ἰθὺς, adv., Pierson. Veris. 167. ad Herod. 225. Od. P. 33. Ilgen. ad Hymn. 620. Heyn. Hom. 8, 91. 214. 692." Schæf. Mss. * Κατιθὺς, cum gen., Quint. Sm. 7, 136.]

Invenitur et adv. Ἰθέως expositum ὀρθῶς ab Hes. et Suida, i. e. Recte. Apud Herod. autem pro εὐθέως, Confestim, Statim.

[* Ἰθύτης, ητος, ἡ, Rectitudo, Aretæus 107. τῆς ὁδοῦ.]

Ἰθύνω, (ut ab εὐθὺς fit εὐθύνω,) Dirigo, Rego: (ea proprie signif., qua dicitur Regere navim. Quem usum habet interdum B et verbum Dirigo, ut Ovid. Fast. init., et timidæ dirige navis iter. Apud Lucan. Dirigit huc puppim. Habet alioqui et alteram Regendi signif. interdum:) Il. Ψ. (317.) Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι. Sic Od. Λ. (10.) τὴν δ' ἄνεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνεν. Cui simile est Ξ. (256.) τὰς δ' ἄνεμός τε κυβερνῆταί τ' ἴθυνον. Itidem de navigio usus est Theodorit. H. E. 4. allegorice loquens, Εὐδόξιος γὰρ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατεῖχε τοὺς οἴακας, οὐκ ἰθύνων, ἀλλὰ βαπτίζων τὸ σκάφος. Quemadmodum autem usurpat de navi verbum ἰθύνειν Homerus, sic etiam de curru, atque adeo de mulis qui ipsum trahunt: Il. Ω. (149.) ὅς κ' ἰθύνοι Ἡμιόνους καὶ ἅμαξαν ἐΰτροχον. Apud Eund. ἐπὶ στάθμην ἰθύνειν, quod vide in Ἐξιθύνω. Præterea βέλος ἰθύνειν ap. eum legimus: qua etiam in re convenit verbum Dirigere cum isto ἰθύνειν: nam et illud hunc usum habet. Utiturque hac in signif. et passiva voce pro activa: Il. Z. init. Ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα, pro ἰθυνόντων κατ' ἀλλήλων, s. ἐπ' ἀλλήλους, i. e. ἐπ' εὐθείας βαλλόντων, ut in mei exemplaris vetusti margine annotatum est. Sed ap. Eund. dicitur deus aliquis vel dea quæpiam ἰθύνειν telum ejus, qui ipsum jacit, Il. P. (632.) Τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε' ἅπτεται ὅστις ἀφείῃ, Ἢ κακὸς ἢ ἀγαθός· Ζεὺς δ' ἔμπης πάντ' ἰθύνει· Ἡμῖν δ' αὔτως πᾶσιν ἐτώσια πίπτει ἔραζε. At cum duplici accus. ap. Eund., in eadem re significanda, Il. E. (290.) Ὡς φάμενος προέηκε· βέλος δ' ἴθυνεν Ἀθήνη Ῥῖνα παρ' ὀφθαλμόν. Sed ante posteriorem accus. subaudiri præpositionem manifestum est. In meo vet. exem- C plari hujus Poëmatis Homerici, Scholium hoc verbis illis superpositum est, (sunt enim ibi Scholia superlinearia, ut ita loquar,) Τὸ δὲ βέλος ἐφορμηθῆναι ἐποίησεν ἡ Ἀθηνᾶ ἐπὶ τὴν μύτιν, πλησίον τοῦ ὀφθαλμοῦ. Pass. Ἰθύνομαι itidem pro Dirigor, Regor. Sed Hesiodus activam signif. ei dedit in (Ἀ. 324.) Δίφρου ἐπεμβεβαὼς, ἰθύνετο καμπύλον ἅρμα, ut ἰθύνειν ἅμαξαν in Hom. loco quem protuli. Sic autem et Hom. verbo ἰθύνεσθαι activam signif. alicubi dedit. Sed activæ voci ἰθύνειν Hes. neutralem etiam signif. tribuit, cum exp. εἰς ὀρθὸν ὥρμησεν. || Ἰθύνειν μύθους, ap. Hesiod. existimo posse reddi Ad rectam æquitatis normam dirigere, Ἔργ. (1, 261.) Ταῦτα φυλασσόμενοι, βασιλῆες, ἰθύνετε μύθους, Δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε. Apud Eund. initio illius Operis habemus idem verbum in ead. signif., sed cum dat. δίκῃ: in isto hemistichio, δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας. || Ἰθύνειν interdum est Corrigere, in signif. metaphorica, qua dicimur aliquem, qui peccat, corrigere. Quam metaphoram damus itidem verbo nostro Redresser, veluti cum dicimus, S'il fait du mauvais, on le redressera bien. Vel, S'il ne se gouverne sagement, on le redressera bien. Hesiod. initio suorum Ergων, de Jove, Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα καρφει, Facile corrigit tortuosum. Quidam tamen interpr. In rectam viam adducit; sed alteram interpr. huic præfero. Sic etiam Tzetzes, Τοῦτον οὖν, inquit, ἰθύνειν τὸν Δία, πάλιν εἰς τὸ ἁπλοῦν ἐπανάγοντα ἦθος, διὰ τοῦ κολάζειν αὐτὸν ἐπὶ τῇ πανουργίᾳ. D Convenitque optime hæc exp. cum ea signif., quam habet ἰθύνειν ap. Herod. pro Multare. Sic et pass. ἰθύνεσθαι ap. Eund.: ut Ἰθύνεσθαι θανάτῳ, Multari morte. || Ἰθύνειν interdum eand. signif. habet quam ἰθύειν: invenitur enim loco hujus scriptum, ut dicetur in Ἰθύειν. " Εἰθυνόμενον, Hes. exp. ἐπίπονον, Laboriosum. Videtur tamen positum pro ἰθυνόμενον." [" Eur. Phœn. 184. Pierson. Veris. 167. Ruhnk. Ep. Cr. 23. Brunck. ad Æsch. Pers. 409. 770. T. H. ad Lucian. 1, 205. Valck. Hipp. p. 296. Græv. Lectt. Hes. 507. ad Charit. 580. 788. Jacobs. Anth. 7, 90. 140. Brunck. Apoll. Rh. 19. 71. Huschk. Anal. 280. Heyn. Hom. 5, 183. 436. 6, 210. 7, 71. De quant., ad Il. Θ. 110. P. 663. Brunck. ad Eur. Or. p. 199." Schæf. Mss.] Inde est verbale Ἴθυνσις, ἡ, Directio. At in VV. LL. Ἰθύνυσις, et Ἰθύνη, Directio: ἰθυωρίη, ἶξις, Ad amussim directio. Sed nullus Auctor nominatur. [Ἰθυωρίη, Hippocr. 750. 772. " Koen. ad Greg. Cor. 266." Schæf. Mss. * Ἰθυνίη, Hippocr. 806. Foës., sed male pro ἰθυωρίη, quod Codd. præbent.] Item Ἰθυντὴς, ὁ, Director, Rector. Utitur autem hoc comp. Hes. in expositione compositi Διϊθυντής. " Ἰθυτὴς, ὁ, affertur pro " Director, qui potius ἰθυντής." Dicitur etiam Ἰθυντὴρ, ῆρος, ὁ, ead. signif. Cujus fem. Ἰθύντειρα, ἡ, Rectrix. Sed ἰθυντὴρ est etiam Dux viæ: nec de Gubernatore solum, sed de Gubernaculo quoque dicitur. Interdum et de Fræno, quia sc. eo ἰθύνομεν equum, ut gubernaculo navim: unde Od. E. (270.) Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως Ἥμενος, ubi est ἰθύνετο pro A act. ἴθυνε. Sic etiam vocatur quicquid est ἰθύνον, κανονίζον, καὶ ἰσότητα παρέχον, inquit Hes. [" Ἰθυντὴρ, Valck. Hipp. p. 296." Schæf. Mss.] Invenitur vero et nomen Ἰθύντωρ, ορος, ὁ, itidem pro Rectore et Moderatore. [" Ad Charit. 293=749." Schæf. Mss. Orph. Arg. 120. 489. 1202.] At verbale Ἰθυντήριον, τὸ, [ex * Ἰθυντήριος,] signif. Sceptrum e lauro, quod vates gestabant, ut scribit Hes. [Gl. Regimen. " Ilgen. ad Hymn. 473." Schæf. Mss.]

[* Ἀπιθύνω, Gl. Dirigo. " Ad Charit. 551. Jacobs. Anth. 11, 77. 81. * Ἀπιθυντὴρ, Paul. Silent. Ambo 49." Schæf. Mss.] Διϊθύνω, pro Dirigo, Rego, Moderor. Itidemque pass. Διϊθύνομαι, Dirigor, Regor. Nam διϊθυνόμενοι Hes. exp. διοικούμενοι et κυβερνώμενοι. [" Jacobs. Anth. 7, 106." Schæf. Mss.] Est autem a διϊθύνω et verbale Διϊθυντὴς, ὁ, Rector, Gubernator, διοικητὴς, ἰθυντὴς, Hes. " Διϊθύτης, Suidæ ὁ διευθύνων: quæ " scriptura in vet. etiam Cod. extat. Alioqui διϊθυντὴς dicitur." [* Διϊθυντὴρ, Manetho 4, 40.] Ἐξιθύνω, pro simpl. ἰθύνω, Dirigo, Apoll. Rh. (1, 562.) Usus est ante illum Homerus, Il. O. (410.) de amussi, Ἀλλ' ὥστε στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος. Alibi autem dicit ipsum fabrum ἰθύνειν ἐπὶ στάθμην: Od. P. (341.) ὅν ποτε τέκτων Ξέσσεν ἐπισταμένως, καὶ ἐπιστάθμην ἴθυνε. Sic et E. [245. " Heyn. Hom. 7, 71." Schæf. Mss.] Comp. Κατιθύνω, itidem pro Dirigo, Rego, Moderor. Quin etiam pro Modulor VV. LL. afferunt ex Epigr. [" Jacobs. Anth. 7, 90. 140. 355. Valck. Phœn. p. 81. ad Cha- B rit. 218." Schæf. Mss.]

Ἰθύω, verbum Poet., Recta feror, tendo, pergo. Item Impetu feror, Prorumpo. Il. M. (443.) Ἴθυσαν δ' ἐπὶ τεῖχος ἀολλέες: Δ. (507.) Ἴθυσαν δὲ πολὺ προτέρω: O. (693.) Ὡς Ἕκτωρ ἴθυσε νεὸς κυανοπρώροιο Ἀντίος ἀΐξας. Ubi Eust. exp. ὥρμησε κατὰ νηὸς, item κατ' εὐθὺ ὥρμησε. Idem ait posse etiam intelligi, νηὸς ἀντίος ἀΐξας. Idem Poëta hoc verbum usurpat de leone, P. (661.) ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων Ἰθύει, ἀλλ' οὔτι πρήσσει, Cum impetu fertur in septa, aut etiam Impetum facit. Sed videndum est an non reddi etiam possit Grassatur. (Neque hoc silentio prætereundum est, legi etiam ἰθύνει in h. l.; atque adeo ab Eust. hanc lectionem agnosci, Τὸ δὲ ἰθύνειν, ὁμώνυμος οὖσα λέξις, πολλαχοῦ ἰθύειν λέγεται δίχα τοῦ ν. Dixerat tamen antea, cum verba textus recitaret, ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων ἰθύνει, ἢ μάλιστα ἰθύει. Atque adeo libro Λ, ejusdem Poëmatis, ubi utitur eadem comparatione, hic Schol. agnoscit ἰθύει, nullam alterius lectionis mentionem faciens. Quin etiam in meo vet. exemplari utrobique ἰθύει legitur.) Dicitur et μάχη ἰθύειν ab hoc Poëta, Z. init. Πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο, Ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα. Ubi fortasse convenire possit idem illud verbum Grassari; præsertim si quis carmine reddens μάχην interpretetur Martem. Apte enim dici queat Mars grassari, ea in signif. In VV. LL. ἴθυσε μάχη redditur Recta ferebatur; sed hoc inepte dici videtur de pugna. Quidam interpr. Progressum est prælium. Ego malim, Cum impetu commissum fuit prælium, C Prælii impetus invaluit. Ceterum quamvis verbum Ἰθύω verbo Ἰθύνω postponam, non ignoro Eust. velle Ἰθύω prius esse, ut δύω prius est quam δύνω, et χύω quam χύνω, item πλύω quam πλύνω: sed quoniam ἰθύνω ab ἰθὺς tale est quale εὐθύνω ab εὐθὺς, et in eo analogiam sequitur, præponendum esse putavi. || Ἰθύω jungitur etiam infinitivo, ut ὁρμῶ, cujus alioqui signif. et in ll. præcedentibus habet. Est autem Ἰθύω ποιεῖν τοῦτο, Impetus me capit hoc faciendi, Impetum capio hoc faciendi. Et q. d. Impetu feror ad hoc faciendum, aut etiam Toto animi impetu feror. Interdum tamen potest et simplicius reddi Animatus sum ad hoc faciendum, Animus est hoc facere, In animo habeo hoc facere. Redditur et Gestio, ut Od. (Λ. 590.) de Tantalo, Τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι, Τάσδ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα, Cum prehendere gestiret poma, Cum manibus appeteret poma, Bud. Idem alioqui in isto Herod. loco, (1, 204.) Ὅταν ἰθύσειε στρατεύεσθαι, (ne mireris autem Herod. hoc verbo uti quod Poëticum esse dixi; habet enim multa hic Scriptor vel potius hujus Scriptoris dialectus cum Poëtis communia,) reddit, Cum impetum caperet. Rursum Od. X. (408.) Ἴθυσέν ῥ' ὀλολύξαι, ἐπεὶ μέγα εἴσιδεν ἔργον. Ubi existimo reddi posse, Incitata fuit ad ululandum; Prorumpere voluit ad ululatum. Non enim satis significanter redderetur, Voluit ululare. Neque etiam probarim, In animo habuit ululare, Parata fuit ululare. Sed tolerabiles tamen hæ interprr. sunt præ illis, quibus redditur Cœpit ululare: item Prorupit ululando. Hæ enim in- D terprr. plane discedunt a mente Poëtæ; nam eas sequendo, factum id esset, quod Poëta factum esse negat, ac ne fieret ipse Ulyssem obstitisse scribit: addens, Ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἔσχεθεν ἱεμένην περ. Ubi observa partic. ἱεμένην de re eadem dici; sic tamen ut verbo ἰθύειν aliquid majus exprimi putandum sit. Invenitur autem hoc verbum et cum accus. pro Desiderio alicujus rei feror s. agor, Incendor desiderio, Apoll. Rh. 2, (950.) νεῦσε δ' ὅ γ' αὐτῇ Δωσέμεναι ὅ κεν ᾗσι μετὰ φρεσὶν ἰθύσειε. Neque enim placet quæ vulgo affertur interpr., Quicquid animo destinaret. Pass. Ἰθύομαι ab Eust. affertur ex Herod. Ἰθύοντο στρατεύεσθαι, eadem forma eademque signif. qua habuisti supra ex Eod. Ἰθύσειε στρατεύεσθαι, exponiturque ὥρμων. [" Brunck. ad Æsch. Pers. 770. ad Eur. Or. p. 199. Pierson. Veris. 167. ad Hom. 5. p. 59. ad Herod. 510. ad Charit. 516. Jacobs. Anth. 6, 403. 9, 95. Brunck. Apoll. Rh. 19. 71. 118. Heyn. Hom. 5, 183. 6, 282. 7, 385." Schæf. Mss. * Ἐξιθύω, Phav. p. 682.: cf. Osann. Syllog. Inscr.]

Hinc est Ἰθὺς, ἰθύος, ἡ, Impetus ejus, qui recta fertur ad aliquid, s. prorumpit. Od. Δ. (434.) αὐτὰρ ἑταίρους Τρεῖς ἄγον, οἷσι μάλιστα πεποίθεα πᾶσαν ἐπ' ἰθὺν, ubi Eust. exp. πᾶσαν ὁρμὴν πράξεως: quod possimus interpretari Quemvis conatum. Ipsi certe loco Homeri non male convenire hæc interpr. videtur. Posset etiam fortassis reddi Quodvis inceptum; sed major vis inest alteri verbo, ideoque melius vim Græci vocabuli exprimit. Est etiam Impetus animi, ἡ κατὰ ψυχὴν ὁρμὴ, ut ab eod. Schol.

exp. in Od. Π. 304. Ἀλλ' οἶοι σύ τ' ἐγώ τε γυναικῶν γνώομεν ἰθύν. Crediderim autem hunc ipsum locum esse, in [illegible] ἰθὺν Hes. exponendum putarit φρόνησιν, τρόπον, ὁρμὴν, βούλησιν, διάνοιαν. Sed ex his omnibus unum tantum delig[illegible], qu[o]d [co]nvenire vid[e]atur, sc. διάνοιαν. Ceterum quod nomen hoc ἰθὺς tan[q]uam verba e subjunxi verbo Ἰθύνω, id Eustathii etiam auct[o]ritate c[o]mprobatur;

A quippe qui h[oc] n[o]men ab il[lo] verb[o] derivet. ["H[e]yn. H[om]. 5, 197. C[illegible], M[illegible], R[illegible] k. F[illegible] (r. 28 [illegible] [Sch]æf. Mss.] "Ἰθ[illegible], H[e]s. [illegible] σιδηρο[illegible] [illegible] [illegible] μενον, F[illegible] "qu[o]d [illegible] ta currente. [illegible] ἄταρσον, γυμνόν, et [illegible]- "στρον [illegible]."

Nomen Ἴλλος, quod proxime sequitur, a verbo Ἴλλω deducendum alicui videri possit. Cum autem unum ab altero derivatum esse persuasum haberem, sed utrum ab utro, ignorarem: mei veteris Lex. auctoritatem secutus sum, in quo Ἴλλω dicitur ortum ex Ἴλλος, quo significatur ὀφθαλμός.

ἼΛΛΟΣ, ὁ, Oculus. J. Poll. Ionicum esse tradit, 2. Οἱ δὲ καὶ ἴλλους τοὺς ὀφθαλμοὺς Ἰωνικῶς ὠνόμασαν: sed Eust. hac de re tacet, cum differentiam hujus ἴλλος ab ἰλλὸς annotat. Ceterum cum e verbis hinc derivatis nonnulla sint quæ ab utro derivari debeant, dubium esse possit, antequam ad verba illa hinc derivata veniam, etiam de altero illo nomine dicam. Ut igitur Ἴλλος dicitur esse ὀφθαλμὸς, i. e. Oculus; sic alterum ILLUD Ἰλλὸς traditur significare Eum cui distorti et strabi s. strabones sunt oculi, i. e. Strabonem, uno verbo. Eust. Καὶ ἴλλος μὲν, ὁ ὀφθαλμός· ἰλλὸς δὲ, ὁ στραβός. Idem in Il. I. loquens de vocab. Χωλὸς, tradit παρὰ τὸ φύσει κῶλον dici Κωλὸς et Χωλὸς, quo significetur ὁ τὸ τοιοῦτον κῶλον πεπονθὼς, sicut παρὰ τὸν εὖ ἔχοντα ἴλλον vocatur ἰλλὸς oxytone ὁ τὸν ἴλλον διάστροφος. Itidemque in (180.) Δενδίλλων ἐς ἕκαστον, annotat δενδίλλειν esse Ionicum, et esse δινεῖν ἴλλους ὧδε καὶ ἐκεῖ. Additque ἐξ ὧν (ἴλλων) sunt ἰλλοὶ ap. Comicum οἱ στραβοί. Idem tamen alibi a se suo more dissentiens, a v. ἴλλω deductum esse ait hoc ἰλλὸς, quo significatur στραβός. ["Ἴλλος, Toup. Opusc. 1, 175. Jacobs. Anth. 7, 223. Heyn. Hom. 5, 567. Ἰλλὸς, ad Mœr. 205. Heringa Obs. 218. Brunck. Aristoph. 1, 128. Jacobs. Anth. 11, 350." Schæf. Mss.] Ceterum habet hoc Ἰλλὸς et COMP. Ἔπιλλος, quo significatur ὁ παράστραβος, ut Eust. scribit. Est autem obiter notandum et hoc COMP. Παράστραβος, quod minus esse videtur quam στραβός. Apud Hes. legitur etiam FEM. Ἰλλὶς, expositum στρεβλὴ, et διεστραμμένη.

[* Ἰλλοειδὴς, unde * Ἰλλώδης, Strabo, Hippocr. 607, 44. θράσος ὀμμάτων ἰλλωδέων.]

Ἴλλω quamvis simpliciorem, ut ita dicam, formam habeat quam quæ sequuntur, i. e. minus ab Ἴλλος immutatam, et illorum πρωτότυπον esse videri possit: quoniam tamen hujus significatione, sicut illorum, vox illa Ἴλλος non includitur, (quamvis quædam ejus compp. inclusam habeant,) illa huic præponenda esse censui.

Ἰλλώπτω, et COMP. Ἐνιλλώπτω, Strabis oculis s. Contortis intueor. Illud quidem certe ab Eust., e quorundam auctoritate, redditur στραβίζω. (Sonat autem VERB. Στραβίζω, Sum strabis oculis s. distortis, Sum strabo, Oculis distortis intueor. Atque hoc ipso verbo στραβίζω Etym. exp. verbum σιλλαίνω, ut postea docebo.) Apud quem tamen Ælius Dionysius exp., ὑγροῖς καὶ ἐπιμύουσι καὶ κατακεκλασμένοις ὄμμασιν ἐμβλέπω. Itidemque Hes. ἐνιλλώπτειν esse ait κατακεκλασμένῳ ὄμματι ἐμβλέπειν. Sed addit etiam καταμωκᾶσθαι: itidem partic. ἐνιλλώψας exponens καταμωκησάμενος. Itidemque COMP. Κατιλλώπτειν ibi a Paus. exp. * καταμυκτηρίζειν: ut simplex Ἰλλώπτειν et Ἐπιλλοῦν, μυκτηρίζειν. Apud Suid. vero LEGITUR Ἐνιλλωπέω, ET Ἐνιλλώπω: (pro quo reponendum puto illud Ἐνιλλώπτω, quod ex aliis attuli:) quæ exp., τοὺς ὀφθαλμοὺς συστρέφω, Oculos contorqueo s. distorqueo. At VV. LL. interpr., Contorte et strabonis more intueor. ["Ἰλλώπτω, ad Mœr. 205. Toup. Opusc. 1, 174. Emendd. 1, 264. Markl. Suppl. p. 246. Jacobs. Anth. 11, 350. Ἐνιλλώπτω, Markl. Suppl. p. 246. * Ἐπιλλώπτω, Jacobs. l. c. (Plut. Mor. 1, 195.) Κατιλλώπτω, Toup. l. c. Markl. Suppl. p. 245. Jacobs. l. c." Schæf. Mss. "Philem. Fr. p. 37. ubi * κατιλλώττω, quod Clericus interpr. per Garrio." Schleusn. Mss.] "Ἐγκατιλλῶψαι, Hes. * ἐγκαταμυκτηρίσαι, Irridere." [Æsch. Eum. 113. "Abresch. 2, 12. Toup. Opusc. 1, 175." Schæf. Mss.] "Ἰλλόπτειν autem, et Ἰλλοπεῖν, perperam in VV. LL. "scripta sunt per ο, cum per ω scribi debeant ἰλλώπτειν et ἰλλω- "πεῖν." "Ἐλλώπτειν, Humectis infractisque oculis inspectare, "VV. LL. Sed suspectum."

Ἰλλωπέω, ap. Schol. Aristoph., (ut ἐνιλλωπέω attuli e Suida,) ITEM Ἰλλωπίζω ap. Eund. legitur, sed potius pro eo quod Lat. Nictare vocant. At VV. LL. exp. etiam Connivere et Hallucinari, ex J. Poll. (2, 52.) qui tamen exp. παραβλέπειν: de cujus verbi signif. suo loco dictum fuit. Ceterum ap. eum legitur Ἰλλώπειν, non Ἰλλωπεῖν: at ego hoc reponendum in illius locum existimo. Atque ut Ἰλλωπεῖν pro Ἰλλώπειν, sic etiam COMP. Κατιλλωπεῖν pro Κατιλλώπειν reponendum ap. eum censeo: quod ille exp. καταβλέπειν ἐπὶ χλευασμῷ: i. e., ut eadem Lex. interpr., Dejectis oculis irridere. Sed malit quis fortasse, Dejectis oculis intuendo irridere. (Signif. certe COMP. Καταβλέπειν, Deorsum aspicere, et defixis in terram oculis, ἀναβλέπειν μὲν εἰς τὸν οὐρανὸν, καταβλέπειν δὲ εἰς τὴν γῆν, ut inquit idem Poll. Et ita respondebit τὸ καταβλέπειν verbo Despicere, sicut ἀναβλέπειν verbo Suspicere. Quæ obiter de verbo καταβλέπειν hic dixi, oblata occasione, quod inter alia e βλέπω compp. collocatum non fuerit.) Apud Hes. legimus Κατιλλοπτέω expositum καθορῶ: quod καθορῶ in propria signif., si præpositionis ratio habeatur, cum καταβλέπω convenit. Sed vel Κατιλλωπέω itidem, vel Κατιλλώπτω reponendum ap. eum fuerit. Ceterum et COMP. Ἐνιλλωπέω habuisti paulo ante e Suida; sed eum verisimile est, ut compositum, ita et ipsum simplex verbum aliter quam Schol. Aristoph. exposuisse. ["Wakef. Eum. 113." Schæf. Mss.]

Ἰλλαίνω, Ocul[os] c[o]nt[orq]ue[o] s. di[s]torque[o], διαστρέφω τοὺς ὀφθαλμοὺς, Gal. ap. Hipp[oc]r. At J. Poll. scr[ib]it ὀφθαλμὸν ab Hippocr. ἰλλαίνειν dici τ[ὸ]ν διαστροφὸν γεν[ό]μενον: cu[m] exp. se- quendo esse[t] neutr[u]m hoc ver[bu]m ἰλλαίνειν. Ex eod. Hippocr. de Morbis 3. affertur PASS. Ἰλλαίνεσθαι, Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσί τε καὶ ἰλλαίνονται. ["Heyn. Hom. 6, 472." Schæf. Mss.] Legitur etiam COMP. Κατιλλαίνω in VV. LL., cui datur eadem illa

B signif. quæ verbo κατιλλώπτω data modo fuit: sc. Dejectis oculis irrideo. Convenit autem cum expositione quam habet ap. Hes. κατιλλάνθη: ait enim esse * κατεμυκτήρισεν: quo verbo exponi etiam κατιλλώπτειν a Pausania Lexicographo, dictum paulo ante fuit. [* Κατιλλάντης, Aristot. Phys. 154.] "Παριλλαίνουσα, "Hesychio est * παρεμβλέπουσα: nam ἴλλοι sunt Oculi."

AT VERO Σιλλαίνω, ut ejusd. formæ, ita ejusd. derivationis est: (ac, si Etymologo credimus, eand. etiam cum ἰλλώπτω signif. habet, exp. enim στραβίζω, i. e. Sum strabo, Oculos distortos habeo, Oculis distortis intueor:) sed cum Ἰλλαίνω fiat e solo nomine Ἴλλος significante Oculum, videtur J. Poll. existimasse Σιλλαίνω fieri e σείω et nomine ἴλλος. Postquam enim scripsit, Οἱ δὲ καὶ ἴλλους τοὺς ὀφθαλμοὺς Ἰωνικῶς ὠνόμασαν· σιλλαίνειν δὲ, τὸ ἐπὶ χλευασμῷ σείειν τοὺς ὀφθαλμούς: unde, inquit, τὸ χλευαστικὸν ποίημα Σίλλος. Quam Pollucis exp. sequentes quidam interpr. σιλλαίνω, Irridendo s. Per ludibrium oculos agito s. motito. Ceterum quod J. Poll. scribit σιλλαίνειν esse σείειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, facit ut minus dubitem reponere ἴλλους, i. e. ὀφθαλμοὺς, ap. Suid., ubi scribit σιλλαίνω esse τὸ τοὺς ἵππους κινῶ. At Hesych. σιλλαίνειν et σιλλοῦν exponens διασύρειν et μωκᾶσθαι, ait dici ἀπὸ τοῦ τοῖς ἴλλοις σίνεσθαι, i. e. τοῖς ὀφθαλμοῖς. Et paulo ante ap. Eund. Σιλλαίνει, σκώπτει, ὑβρίζει. Hoc certe constat, generaliter accipi σιλλαίνω pro Dicteriis irrideo, Dicteriis et convitiis aliquem proscindo, Dicteria et convitia in aliquem jacio, Dicaciter alicui illudo, s. Salse. Diog. L. de Timone Phliasio, qui illud Poëmatis

C genus scripsit, Ἐν οἷς, (i. e. in quibus σίλλων libris,) ὡς ἂν σκεπτικὸς ὢν, πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικοὺς ἐν παρῳδίας εἴδει. Eust. de Homero, Ἐν οἷς αὐτός τε τὸν Θερσίτην σιλλαίνει καὶ ὁ Θερσίτης τοὺς βασιλεῖς. E Luciano (1, 191.) affertur verbum hoc σιλλαίνειν copulatum cum ἐπιγελᾷν. Apud Eund. extat et COMP. Διασιλλαίνω, quod eund. illam Irridendi signif. habet: in fine Lexiphanis, Καὶ τὸ διασιλλαίνειν τὰ τῶν ἄλλων. ["Alciphr. 430." Schæf. Mss. Jambl. Protr. 368. Διασιλλαίνων καὶ * διαδάκνων. * Κατασιλλαίνω, Hippocr. 27, 39.] Ut porro Σιλλαίνω, ac Διασιλλαίνω, ita ETIAM Σιλλόω, ET Διασιλλόω, dici sciendum est; atque adeo idem Pollux alio in loco cum Κωμῳδεῖν, Διακωμῳδεῖν, Διασύρειν, Διασκώπτειν, Χλευάζειν, aliisque nonnullis hujusmodi ponit hæc tria, Σιλλαίνειν, Σιλλοῦν, et Διασιλλοῦν. Sed ποιητικώτερον esse tradit Σιλλαίνειν: addens, καὶ Σιλλοῦν, Διασιλλοῦν. Apud Hes. legimus σιλλοῖ expositum μωκᾶται, et ψέγει, nec non κακολογεῖ. Etymum autem illud, quod modo ex eo attuli, commune, ut opinor, esse voluit huic verbo σιλλῶ cum illo σιλλαίνω. Nam præterquam quod rationi consentaneum est, ut eand. utriusque derivationem esse dicamus, ita scriptum est ap. eum, Σιλλαίνειν, σιλλοῦν, τὸ διασύρειν, κ. τ. λ. Si enim σιλλαίνειν per hoc σιλλοῦν exponere voluisset, dixisset σιλλαίνειν, τὸ σιλλοῦν. Fortasse autem scripserat σιλλαίνειν καὶ σιλλοῦν. Suidas habet Σιλαίνει unico λ scriptum, et exp. μυλλαίνει, item διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτει. Sed non dubito quin librarii incuria alterum λ eo in verbo prætermissum fuerit. Verum dicam de hac

D scriptura et infra, ubi agam de nomine Σιληνός. (De σιλλαίνω autem exposito τοὺς ἵππους κινῶ, dixi supra.) Affert alioqui et Ælius Dionysius ap. Eust. VERBUM Σιλοῦν scriptum unico λ: quod exp. τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠρέμα παραφέρειν ἐν τῷ διαφαυλίζειν καὶ διασύρειν. Ubi forsitan aliquis reponendum existimet σιλλοῦν cum λλ: verum sciendum est proxime præcedere ap. Eust. NOMEN Σιληνοὶ, quod itidem unico λ ibi scribitur, (licet a σιλλαίνω hoc quoque derivet,) sicut et ab aliis scribi consuevit. Sunt autem σιληνοὶ, ut ille ait, δαίμονές τινες κομψοὶ τὰ εἰς ὄρχησιν καὶ εἰς Διονύσου τελετάς. Ab Hes. autem σιληνοὶ exp. Satyri, licet ap. Plat. tanquam diversi ponantur. Scimus alioqui passim SCRIBI Σειληνὸς, et hoc nomine illum bellum Bacchi nutricium s. pædagogum vocari. Itidemque σειληνοὶ plur. de illis dæmonibus saltatoribus, ut σειληνοὶ καὶ σάτυροι, ap. Plat. Atque adeo altera etymologia, quæ nomini illi tribuitur, postulat ut prima syllaba cum ει scribatur; dicitur enim ita vocatus παρὰ τὸ σείεσθαι ἐν τῇ ληνῷ. Sed ap. Suid. legimus, Σειληνὸς ὁ Διόνυσος, παρὰ τὸ σείεσθαι ἐν τῷ ληνῷ. AT VERO Σειλανὸς, ὁ γέρων, διὰ τοῦ ι, παρὰ τὸ σείεσθαι ἅλις. Extat et tertia illa scriptura ap. Eund. Σιληνός: verum hoc exp. σαλὸς et φλύαρος: a v. σιλαίνω, quod est φλυαρῶ: quæ etiam exp. verbi σιλαίνω superioribus addenda est. ["Σειληνὸς, Brunck. Soph. 3, 399. Σιληνὸς, Jacobs. Anth. 9, 223. 301. Exerc. 2, 145. ad Diod. S. 1, 240. Σειληνὸς, Σιληνὸς, ad Herod. 523. Sylb. ad Paus. 128. Toup. Opusc. 2, 51. * Σιληνὴ, Luc. 4, 1103. * Σειληνοειδὴς, unde * Σειληνώδης, ad Lucian. 1, 417. * Σιληνὶς,

Jacobs. Anth. 9, 36. *Σειλήνη, Bentl. ad Callim. 306. 444." Schæf. Mss.] Verum, ut ad verbum σιλλαίνειν redeam, sciendum est, cum J. Poll. a σιλλαίνω velit esse NOMEN Σίλλος, contra Eust. existimare verbum illud ab hoc nomine originem ducere. Qui tamen non habet sing. Σίλλος, sed PLUR. Σιλλοὶ, cum accentu in posteriore. Σιλλοὶ, inquit, sunt Quoddam genus poësis comicæ: et qui hanc tractabant, σιλλογράφοι vocabantur. Atque ita ludere, appellabatur σιλλαίνειν. Equidem magis analogiam servare videtur formatio verbi σιλλαίνω a nomine σίλλος s. σίλλοι, quam contra formatio nominis σίλλος a v. σιλλαίνειν: sed vicissim, sive etymum spectes quod ab J. Poll., sive id quod ab Hes. affertur, minus verisimiliter nomini tribuetur. At vero Etymologici Auctor huic nomini illud etymum tribuit, quod J. Poll. ipsi verbo ἰλλαίνειν. Postquam enim scripsit σίλλοι de Scommatibus dici, (nam ap. eum reponendum est ἐπὶ σκωμμάτων, aut certe ἐπὶ σκώμματος,) perinde ac si diceretur τίλλοι, (quod VERBO Τίλλειν usus sit Anacr. pro σκώπτειν,) addit significare etiam Irrisorium poëma, παρὰ τὸ διασείειν τοὺς ἴλλους, καὶ διασύρειν τῷ σχήματι τῶν ὀφθαλμῶν. Ceterum cum prius num. plur. σίλλοι afferat, postea singulari σίλλος utitur: Ὁ γὰρ σίλλος λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς πεφεισμένως ἀνθρώπων ἔχει· μέλος δ' ἐστί. Habet et Suidas σίλλος sing. num., a quo exp. μῖμος, et μῶμος, et κακολογία, et χλευασμός. Quod autem ad deductionem attinet, magis mihi quoque placet, verbum illud ab hoc nomine derivari, quamcunque originem habeat; quæ enim affertur, in dubium vocari posse videtur. Interim inter has diversas de derivatione illa opiniones hoc saltem constat, a nomine Σίλλοι esse factum illud COMP. Σιλλογράφος, Sillorum scriptor, i. e. Carminum dicacium s. mordacium, et dicteriis ac convitiis atque adeo maledicentia refertorum. [" Ad Mœr. 290." Schæf. Mss. " Eust. 154, 33." Seager. Mss. * Σιλλογραφέω, UNDE] Σιλλογραφία, Sillorum scriptio. Fuit autem inter σιλλογράφους celeberrimus Timon Phliasius. Philosophus scepticus s. Pyrrhonius, cujus Poëma vocabatur Σίλλοι, ut ap. Athen., Euseb., Diog. L., videre est: e quibus hic Σίλλων tres libros commemorat, in quibus, utpote scepticus, omnes dogmaticos Philosophos λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει, idque per parodiam. [" Σίλλος, ad Lucian. 2, 324. ad Mœr. 205. Valck. Anim. ad Ammon. 210." Schæf. Mss.]

" Ἀνάσιλλος, Hes. στέφανος, Corona, Sertum: unde Ἀνασεσιλλᾶσθαι dicitur τὸ ἐστεμμένας ἔχειν τὰς τρίχας, Habere coronam crinibus impositam. Scriptum tamen ap. eum Ἀνασεσυλιᾶσθαι. Apud Suid. unico λ scriptum Ἀνάσιλος, quod exp. ἀναφαλαντίας, ἄκοσμος τὴν κεφαλὴν, i. e. Recalvaster, Recalvum, ideoque Turpe, habens caput. At pro ἀνάσιλλον τρίχωμα, quod ap. Etym. habetur, esseque dicitur τὸ ἀπὸ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἀνεστραμμένον, in Lex. meo vet. et ap. Hes. scriptum est Ἀνάσιμον." [Vide Interprr. ad Hes., Schn. Lex. et Suppl. " Heringa Obs. 281." Schæf. Mss.]

Nunc de VERBO Δενδίλλω agere non incommodum esse videtur, et interjecta de verbo σιλλαίνειν disquisitione, aliam de verbo δενδίλλειν interjicere: quoniam ut σιλλαίνειν deduxerunt quidam ἀπὸ τοῦ σείειν τοὺς ἴλλους, ita δενδίλλειν nonnulli derivatum dixerunt ἀπὸ τοῦ δινεῖν τοὺς ἴλλους. J. Poll. exp. τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλειν: (ita enim ap. eum legendum est, non τῷ ὀφθαλμῷ, ut habent typographicæ Edd.: estque commissus idem error et in VV. LL., in verbo Παραβάλλω.) Est autem τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλειν: quod ex Aristoph. puto sumsisse J. Poll., sed mutantem τὠφθαλμὼ in τὼ ὀφθαλμὼ, et vocem passivam in activam, cum legatur ap. eum (N. 362.) καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλει, per ει Attice pro παραβάλλῃ: Limis oculis torvisque aspicere, Oculos intorquere, Bud. Quidam vero interpr. etiam Connivere oculis: quam interpr. non ita facile admittere possim. Sed utramcunque demus illis verbis, non videtur apta fore verbo δενδίλλειν, quod per illa exp., cum δενδίλλειν sit ap. Hom. Circumspectare, et oculos huc illuc vertere: περιβλέπεσθαι καὶ δινεῖν τοὺς ἴλλους, (i. e. τοὺς ὀφθαλμοὺς,) ὧδε καὶ ἐκεῖ: ut inquit Eust. in Il. I. (180.) Τοῖσι δὲ πόλλ' ἐπέτελλε γερήνιος ἱππότα Νέστωρ, Δενδίλλων ἐς ἕκαστον, Oculos in unumquemque vertens s. flectens, per vices sc. At brevium Scholl. Auctor vult esse vel τοῖς ὄμμασι διανεύων, vel περιβλέπων. Additque, ἀπὸ τοῦ διειλεῖν τοὺς ὀφθαλμούς: quod διειλεῖν mihi suspectum est. Sequendo autem illam priorem exp., tale esset quale Lat. Nictare. At ex Apoll. Rh. affert Cam. δενδίλλειν pro Connivere, ut sagittarii solent quo certius collinient: 3, (281.) Ὀξέα δενδίλλων. " Schol. ὀξέα δενδίλλων exp. ὀξέως συστρέψας ἑαυτὸν, ὀξέως παρεπιστρεφόμενος, καὶ εἰς αὐτὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπινεύων: addens Homero δενδίλλειν esse τὸ ἐν ἐπιστροφῇ τοῦ προσώπου παρεκκλίνοντα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπινεύειν, Sophocli τὸ περιβλέπειν: quæ posterior exp. optime quadrat illi Apoll. Rh. loco; nam ibi Amor ædes ingressus et acutum circumspiciens, vestigansque Jasonem, ei ὑπὸ βαιὸς ἐλυσθεὶς, γλυφίδας μέσσῃ ἐνικάτθετο νευρῇ, Medeamque emissa sagitta fixit. Nec enim pro Collimans accipi potest, cum subjungat, eum, postquam ὀξέα δενδίλλεσκε, tum primum arcui imposuisse sagittam." [" Ilgen. ad Hymn. 446. Heyn. ad Apollod. 1151. Heyn. Hom. 5, 567. 730." Schæf. Mss. * Ἐνδενδίλλειν, Hes. ἐμβλέπειν."]

Ἰλλόω, de re eadem dictum fuisse videtur, de qua præcedentia, ἰλλώπτω, (cum suis compp.,) et ἰλλωπῶ, nec non ἰλλαίνω. Invenitur enim nomen verbale ap. J. POLL. Ἀνίλλωμα: et verbum comp. ap. EUST. Ἐπιλλοῦν. Exp. autem ἀνίλλωμα J. Poll. ἀνάβλεμμα: quo videtur voluisse significare Intuitum ejus qui oculos cœlum versus attollit, cum ipsemet aliquanto ante dixisset κατιλλώπειν, pro quo leg. puto κατιλλώπτειν, esse καταβλέπειν ἐπὶ χλευασμῷ. Et paucis verbis interjectis, καὶ ἀναβλέπειν μὲν εἰς τὸν οὐρανὸν, καταβλέπειν δὲ εἰς τὴν γῆν. Fuerit igitur ἀνίλλωμα tanquam ab Ἀνιλλόω. At vero comp. illud Ἐπιλλοῦν dubitari possit an ab ἰλλὸς deduci debeat, (si tamen ab ἴλλος discedendum sit,) an potius ab Ἔπιλλος, quod Eust. παράστραβον significare tradit: illud autem ἐπιλλοῦν exp. μυκτηρίζειν. [* Ἴλλωσις, Distortio oculorum, Hippocr. 72. 136. Aret. 35. cf. Gal. 4, 543. 544.]

Ἵμερος, ὁ, Desiderium, Cupiditas, Cupido. A Poëtis ἵμερος dicitur αἱρεῖν aliquem, i. e. Desiderium capere aliquem, vel, mutata forma orationis, Aliquis teneri desiderio s. cupiditate rei alicujus. Hesiod. Ἔργ. (2, 236.) Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἱρεῖ. Il. Λ. (89.) Σίτου τε γλυκεροῖο περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ. Apud Eund. non infrequens est ἵμερον ὦρσε, et quidem cum gen. γόοιο: Il. Ψ. init. μετὰ δέ σφι Θέτις γόου ἵμερον ὦρσε: Od. Δ. (113.) τῷ δ' ἄρα πατρὸς ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο. Alicubi autem ab eod. Poëta dicitur ἵμερος ὦρτο, aut ὑπῶρτο: Π. (215.) Ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν ὑφ' ἵμερος ὦρτο γόοιο. Ubi annotat Eust. ἵμερον non esse ἁπλῶς ἀλλοίαν ὄρεξιν, sed ἐπιθυμίας ἐπίτασιν: Latine fortassis usurpetur Libido hic potius quam Desiderium, aut Cupiditas, et quidem cum gerundio Flendi: ut ἵμερος γόοιο, sit Libido flendi. Statius dixit etiam Voluptatem flendi, Epicedio in Glauciam Melioris: Jam flendi expleta voluptas? Sunt autem hoc vocabulo usi quidam etiam solutæ orationis Scriptt. Philo de Mundo, Πόσον τινὰ χρὴ νομίσαι τὸν δρόμον τῶν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων, ἅπερ ὑπὸ πολλοῦ τοῦ τὸ ἐν κατιδεῖν τηλαυγῶς ἱμέρου πτερωθέντα, οὐ μόνον κ. τ. λ., Bud. Cujus tandem esse modi oculorum animæ cursum existimare debemus, qui præ ingenti ipsi desiderio perspicue cernendi illud unum, quasi alites facti, etc. Apud Eund. aut certe alium ejusd. nominis Scriptorem, legimus, V. M. 1. Ὡς πολὺν ἵμερον ἐνεργάσασθαι τοῦ ξένου τῷ πατρί. || Ἵμερος est etiam peculiariter Desiderium amatorium, i. e. quo tenentur amatores. Il. Ξ. (328.) Ὡς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ. Eur. Med. (556.) Καινῆς δὲ νύμφης ἱμέρῳ πεπληγμένος. Aristoph. B. (59.) Τοιοῦτος ἵμερός με διαλυμαίνεται: (ubi ἵμερος vocatur quod antea dictum fuit πόθος. Cum autem dixisset Dionysius, ἐξαίφνης πόθος Τὴν καρδίαν ἐπάταξε, interrogat Hercules, sitne γυναικὸς πόθος, an παιδός.) Latine apte reddi posse existimo cupidinem, non fem. genere solum, sed et masculino: dando sc. huic nomini eum usum, quem Lat. dant, cum gen. personæ ei tribuunt, aut certe subaudiendum relinquunt. Atque adeo possimus, ut opinor, ἵμερος αἱρεῖ με in illo Homeri loco reddere Capit me cupido, ut dicitur a Virg. Capta cupidine conjux, Æn. 7. Sic ap. Ovid. legimus, Quid sit amor, sentit, nostrique cupidine captus Uritur. Idem alibi, Viderat hanc Janus, visæque cupidine captus. Alioqui dici etiam potest aliquis vel aliqua tangi cupidine, et tactus s. tacta cupidine: Met. 10. utque rudis primoque cupidine tacta, Quod facit, ignorans, amat, et non sentit amorem. Dicitur etiam Correptus vel Correpta cupidine: ut hoc in versu, Arsit enim magna correpta cupidine regis: ubi notandus est ablativus Magna, genere fem., cum alibi sæpe masculinum genus locis hujusmodi adhibeat: ut in eo, quem paulo ante protuli, habes, Primo cupidine, (falso enim credita est hic vox Primo esse adverbium,) et Met. 8. Altera jamdudum succensa cupidine tanto, Perdere gauderet quodcunque obstaret amori. Ubi etiam observa Cupidinem et Amorem de una eademque re dici: ut in loco alio, quem paulo ante attuli, Quid sit amor sentit, nostrique cupidine captus Uritur. Item in loco qui ex ejusd. Poëmatis 10. allatus fuit. Obiter autem animadvertendus est hic usus nominis Cupido hac in signif. genere masculino: (quem quidam ignorans, putavit Primo esse adverbium in loco illo, primoque cupidine tacta:) cum vulgo afferantur quidem exempla ex Horat. nominis hujus masculino itidem genere ab eo usurpati, verum non significantis τὸν ἐρωτικὸν ἵμερον, s. τὴν ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν, Amatoriam cupiditatem, sed simpliciter Cupiditatem: ut cum scribit Carm. 2. Nec leves somnos timor aut cupido Sordidus aufert. Et 3. Eradenda cupidinis Pravi sunt elementa. Itidemque in aliis aliquot locis ita utitur. Quod si Servius observasset, nequaquam, postquam scripserat genera plerumque confundi aut metri ratione, aut hiatus causa: in exemplum attulisset illum Horatii locum, Nec cupido Sordidus aufert. Atenim dicet forsitan aliquis, in his quidem Horatianis ll. esse apertam generis mutationem, et quandam in hac mutatione καινοπρέπειαν: at vero ap. Ovid., ubi Cupido usurpatur ἐπὶ τοῦ ἐρωτικοῦ ἱμείρου, perinde esse ac si Bacchum pro Vino, Cererem pro Frumento usurparemus. Verum quod et altero genere interdum eadem in re utitur, facit ut credam potius simpliciter pro Cupiditate accipi, sed peculiariter pro Cupiditate amatoria: ut ἵμερος est peculiariter ἐπιθυμία ἐρωτική. Utrocunque tamen modo se res habeat, satis constat, meo quidem judicio, e ll. quos protuli, (quibus addere possem multos, in quibus Cupidus dicitur is qui amore captus est, tanquam ἐπιθετικῶς,) apte nos reddituros ἵμερον, Cupidinem, in isto Homeri versu, (quem et antea protuli,) Ὡς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ. Ubi hoc quoque observandum est, de re eadem usurpari verbum ἔραμαι et nomen ἵμερον, ut Cupidinem et Amorem vidisti conjungi in quibusdam ll. quos ex Ovidio protuli. Nec vero ap. Hom. de re eadem tantummodo (ut in loco illo, ἔραμαι et ἵμερος de re eadem, sed separatim dicuntur,) dicta, sed copulata etiam inveniuntur φιλότης et ἵμερος, perinde ac si Amorem et Cupidinem copules: Il. Ξ. (198.) Δὸς νῦν μοι φιλότητα καὶ ἵμερον ᾧ τε σὺ πάντας Δαμνᾷ ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους. Ut autem in isto Hom. loco dicitur Venus donare ἵμερον, quo non solum homines, sed deos etiam domat, sic et ap. Eur. Med. (635.) legimus hæc Chori ad eand. deam verba, Μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ Χρυσέων τόξων ἐφίης, (sed repono ἐφιῇς,) Ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰστόν. Quin etiam in alio Hom. loco eidem deæ vel potius ejusd. deæ cesto illa duo φιλότης et ἵμερος tribuuntur: Il. Ξ. (216.) Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα, Ποικίλον· ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο. Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς, Πάρφασις ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Ubi Eust. e veterum quorundam auctoritate tradit, φιλότητα quidem esse præsentium; at ἵμερον, absentium. Sed eos id non dixisse Homerice: i. e. hoc non convenire cum eo usu, quem ap. Hom. habet nomen ἵμερος. Jovem enim dicere in sequentibus, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ: Junonis sc. ἵμερος, præsentis tamen. Potius igitur videri nomine φιλότης, significari simpliciter φιλίαν: et interdum quidem Veneream, ut isto in loco: nonnunquam vero τὴν ὁμονοητικήν: ut in versu hoc, φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι βάλωμεν. At vero ἵμερον dici κυρίως ἐπὶ ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας: ideoque videri inesse huic nomini Æolicam vocem ἔρος: ut ἵμερος dictus sit quasi ἔρος ἐξ ἱμάντος ἀφροδισίου. Sed quod ad hanc deductionem nominis ἵμερος attinet, in ea ludere voluisse Eust. suspicor: pro ludicra certe habendam censeo, etiamsi ab illo tanquam seriam allatam esse constaret. Sed in eo quoque ab eo dissentio, quod ἵμερον vult proprie de Amatoria cupiditate usurpari; cum enim extet et verbum ἱμείρειν, s. pass. ἱμείρεσθαι, quo generaliter significatur Cupere, Desiderare, ut ipsum etiam nomen generalem Cupiditatis s. Desiderii signif. habeat, deinde peculiariter de Amatoria cupiditate dicatur, (i. e. qualis est eorum qui amore capti sunt, s. earum quæ amore captæ sunt,) rationi consentaneum esse videtur. Ceterum quod de derivatione nominis ἵμερος tradit, ἐκ τοῦ ἱμάντος, idem et de verbo ἱμείρειν: cum tamen unum quidem inde derivatum esse, (fingamus enim veram esse illam derivationem,) deinde alterum ex eo factum dicendum foret. Verum ut ad alias nominis ἵμερος derivationes s. etymologias veniam, in meo vet. Lex. ab ἵημι deductum esse traditur: quoniam ὁ ποθῶν ἵεται ἐπὶ τὸν ποθούμενον. Sed non satis inter se convenire videntur quæ ibi scripta sunt: quia primum dicitur ἵμερος, quo significatur ἐπιθυμία, esse a verbo Ἵημι, quod est προθυμοῦμαι: deinde in hujus etymologiæ ratione, quæ subjungitur, verbi illius ἵημι locum occupat verbum ἵεμαι, quod signif. illam non admittit, quæ verbo ἵημι tribuitur: (cujus tamen exemplum desidero.) Neque enim cum dicit ὁ ποθῶν ἵεται ἐπὶ τὸν ποθούμενον, possis ἵεται exponere itidem προθυμεῖται. Ibid. dicitur ἱμείρω esse ab hoc ἵμερος, cum ego contra hoc ab illo deductum esse et pro verbali haberi debere censeam. Quin etiam differentia nominis ἵμερος a nomine ἔρως ibid. hæc traditur: ut ἔρως quidem sit τὸ διὰ τῆς ὁράσεως ἐρᾷν: at ἵμερος sit, τὸ μετὰ τὴν ὅρασιν ἐπιθυμεῖν. Quid vero Plato in suo Cratylo de nominis hujus etymologia? Ex eo dictus est, inquit, ὅτι ἱέμενος ῥεῖ, καὶ ἀφιέμενος τῶν πραγμάτων, καὶ οὕτω δὴ ἐπισπᾷ σφόδρα τὴν ψυχὴν διὰ τὴν ἕσιν τῆς ῥοῆς. Repono autem ibi ἕσιν spiritu aspero pro ἔσιν quod tenuatum est: ut conveniat hoc nomen Ἕσις, (quod an usitatum sit, dubium esse queat,) cum præcedente partic. ἱέμενος, et eo significetur Cupiditas s. Desiderium: sicut ἱέμενος aspiratum pro ἐφιέμενος poni scimus. Atque adeo hoc ipsum ἐφιέμενος legit Ficinus, non ἀφιέμενος: cui libenter de hac lectione assentior, sed de præcedentis participii ἱέμενος interpretatione ab eo dissentio. Existimo enim illud simplex ἱέμενος non aliud esse quam compositum ἐφιέμενος: et addi a Plat. καὶ ἐφιέμενος tanquam per epexegesin. At ille ἱέμενος vertit Incitatus: itidemque verbale ἕσιν Incitamentum, s. Impe-

tum: vel *ἵμενος* legens spiritu tenui, vel certe differentiam, quæ statuitur inter VERB. *Ἵεμαι* aspiratum, et inter VERB. *Ἵεμαι* tenuatum, confundens: cum *ἵεμαι* potius scr. existimetur in Cupiendi signif., at *ἵεμαι* pro Incitatus s. Impetu feror. Illud autem verbale nomen *Ἕσις* invenitur et in alio ejusd. Ibi loco: ubi nimirum dicitur *νόησις ἔσις τοῦ νέου ἕσις*. Itaque rectius quam hic ab eod. Interpr. redditur, sc. Desiderium. Verum ibi quoque perperam scriptum est *ἕσις* spiritu tenui. Ceterum ab ipso Plat. hæc vocis *ἵμερος* a voce Πόθος differentia statuitur, quod qui *ἵμερος* vocabatur *ὅταν παρῇ οὗ τις ἐφίετο*, vocetur *πόθος*, *ἀπογενομένου*.

Ἵμερος, Cupido, deus. Apud Lucian. in Deorum Judicio (§. 15.) Venus duos filios se habere dicit, *Ἵμερον* et *Ἔρωτα*. Ejus hac de re verba sunt hæc ad Paridem, *Παῖδε γάρ μοι ἐστὸν δύο καλὼ, Ἵμερος καὶ Ἔρως· τούτω σοι παραδώσω, ἡγεμόνε τῆς ὁδοῦ γενησομένω*. Deinde utriusque officium describens, simulque ad horum nominum originem respiciens, addit, *Καὶ ὁ μὲν Ἔρως, ὅλος παρελθὼν ἐς αὐτὴν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾷν· ὁ δ' Ἵμερος αὐτῷ σοι περιχυθεὶς, τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ἱμερτόν τε θήσει καὶ ἐράσμιον*. Apud Paus. non solum conjunguntur *Ἔρως* et *Ἵμερος*, sed illis additur Πόθος: in Att. p. 32. *Σκόπα δὲ Ἔρως καὶ Ἵμερος καὶ Πόθος, εἴδη διάφορά ἐστι· κατὰ ταυτὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὰ ἔργα σφίσι*. Apud Plat. quoque in illo Cratyli loco horum trium itidem mentio fit simul, verum non itidem de personis, * sed de rebus dicuntur. Ubi tria illa nomina *ἔρως, ἵμερος, πόθος*, tribus Latinis commode reddi possunt, Amor, Cupido, Desiderium. At cum personarum (deorum sc.) nomina sunt, tum NOMEN Πόθος aliam interpr. postulat, quam fortassis in illa lingua reperire haud possit; intelligitur enim, ut opinor, ille deus, qui desiderium ejus, quæ amatur, excitat, et dulci ejus recordatione animum velut titillat. Cum autem idem cum ipsa actione Desiderandi, ut ita loquar, nomen habeat, ne idem in Latina lingua fieri possit, obstat generis differentia: cum desiderium neutrius, non masculini, ut illud, generis esse sciamus: masculinum autem nomen eandem omnino vim habens nullum afferatur.

Ἵμερος est etiam Id in oculis, quo intuentium amor conciliatur. J. Poll. 2. de oculis loquens, postquam docuit oculos posse describi cum aliis appellationibus tum his, *πυρώδεις, μαρμαρυγὰς ἀφιέντες*, s. *αἴγλην* aut *αὐγὴν ἀφιέντες, ἡδεῖς, ἐπαγωγοὶ, ἐπέραστοι*, subjungit, *καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀπυῤῥέον, ἵμερος*, Et quod ab illis defluit, *ἵμερος*. Sed debuit fortassis alio potius vocabulo uti quam isto *ἀποῤῥέον*, præsertim cum postea *περὶ δακρύου* loquens, dicat itidem *τὸ καταῤῥέον ἐκ τῶν ὀμμάτων*: debuit, inquam, potius, meo quidem judicio, illud *ἀπυῤῥέον* expositioni vocis *δάκρυον* reservare: ne quis putaret intelligi illud *ἀποῤῥέον*, esse aliquid *ὑγρόν*: sicut de lacryma dicit *τὸ καταῤῥέον ἐκ τῶν ὀμμάτων ὑγρόν*. Minimeque ad hoc *ὑγρὸν* pertinere existimandi sunt qui DICUNTUR Ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ, vel Lubrici et mobiles, ut Cic. loquitur: vel Quales sunt oculi hominum qui *ὑγροὶ* vocantur, i. e. *εὐκατάφοροι εἰς τὰς ἡδονὰς*, sequendo Hes. et Suidæ expositionem: (nisi quod ex Hes. scribendum esset * *εὐκαταφερεῖς*:) cum qua optime convenit quod ap. J. Poll. legimus, de cinædo, ei cum alias multas appellationes tribui, quas recenset, tum has, *ὑγρὸς* et *ὑγρόνους*. (Ubi obiter observandum etiam est hoc COMP. Ὑγρόνους, utpote in quo nomen *ὑγρὸς* ipsi etiam animo tribuitur, s. ipsi menti; est enim *ὑγρόνους* cui est *ὑγρὸς νοῦς*, s. Habens *ὑγρὸν νοῦν*: adeo ut non male conveniat *ὑγρόνους* cum *θῆλυς τὴν ψυχήν*: quod ab eod. J. Poll. de cinædo itidem dicitur: sicut et *γυναικίας* ac *γύνις*.) Oculus mollis non male reddatur, meo quidem judicio: licet aliam signif. habeant oculi molles in isto Ovidii loco, de Remedio, 1. Si male dentata est, narra quod rideat illa: Mollibus est oculis? quod fleat illa, refer. Neque enim dubium est quin Molles oculi hic dicantur Qui facile ad lacrymas moventur: sive oculis tribuatur mollitia quæ a corde proficiscitur, (ut ap. eund. Poëtam legimus Molle cor,) sive Molles oculi eo dicantur modo, quo a nostratibus Teneri; vox enim nostra Tendres est Latina Teneri, i. e. facta ex hac. Vocamus autem Des yeux tendres, vel Tendres à pleurer, Qui facile ad lacrymas moventur s. impelluntur: quod scimus a natura muliebri sexui multo magis quam virili esse insitum. Legitur porro illud *ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ* cum alibi, tum ap. Ælium Dionysium, ubi exponens *ἰλλώπτειν* et *ἐνιλλώπτειν*, dicit esse, *ὑγροῖς καὶ ἐπιμύουσι καὶ κατακεκλασμένοις ὄμμασιν ἐμβλέπειν*. Quocunque autem nomine Latino debeant exponi *ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ*, videntur esse ii qui aliquid procacitatis s. petulantiæ habent: et quales appellamus nostrate lingua Des yeux attrayans, vel Des yeux affetés. Ac certe convenit illa signif. verborum *ἰλλώπτειν* et *ἐνιλλώπτειν*, (i. e. quam illis tribuit Ælius Dionysius,) cum ea quam habet COMP. Κατιλλώπτω, in isto Epigr. versu, *Τῷ γλυκερὸν καὶ θῆλυ κατιλλώπτοντι Πριήπῳ*: neque enim hic *κατιλλώπτειν* de Eo gestu oculorum dicitur, quo utuntur *οἱ μυκτηρίζοντες* s. *καταμωκώμενοι*, (de qua signif. dictum antea fuit,) sed potius *κατιλλώπτοντι* exponere hic debemus eod. modo quo Ælius Dionysius *ἰλλώπτειν* et *ἐνιλλώπτειν* exp. Certe quod addatur *θῆλυ*, eo magis impellor ut credam istud *κατιλλώπτειν* illis *ὑγροῖς ὀφθαλμοῖς* convenire, sequendo ea quæ de nominis *ὑγρὸς* significatione disserui. Jam vero et limi oculi videntur posse *ὑγρῶν* appellatione comprehendi: ita quidem accipiendo illam vocem ut ab Ovidio accipitur, ubi dicit, Limis subrisit ocellis. Ipsum certe etymum (si ab *ἰλλὸς* verba illa deducamus) plane interpr. hujusmodi requirere manifestum est. Et hæc quidem obiter de his dicta sint: quibus quamvis non suus datus sit locus, i. e. is quem series alphabetica postulat, non minus tamen lectori, quam si ibi dicta essent, sunt profutura.

Ad *ἵμερος* autem ut revertar, variis modis eum Poëtæ describunt; neque enim dubium est quin illi, cum canunt oculos esse in amore duces, (ut legimus ap. Propert. Si nescis, oculi sunt in amore duces,) cum canunt oculos esse fores s. fenestras quibus intrat amor, cum sagittis quæ ex oculis puellarum prodeunt,

A peti se conqueruntur, (quo pertinent illi Anacreontis versiculi, *Στρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος Ἀπ' ὀμμάτων βαλών με*, cum alicujus puellæ oculos vocant loquaces, vel dicunt eos non tacere, (ut Ovid. Non oculi tacuere tui,) cum dicunt oculos fateri ignem, cum dicunt puellam oculis aliquid promittere, (quorum utrumque ap. eund. Poetam legimus,) cum puellam quampiam suos oculos rapuisse querantur, (ut Ovid. Tu quoque quæ nostros rapuisti nuper ocellos, aut cum inducunt vicissim puellam raptos s. ablatos sibi oculos querentem, (ut Medea Jasoni ap. Eund., Abstulerant oculi lumina nostra tui,) cum denique oculos alicujus puellæ vocant sua sidera, quod argutis oculis præsertim convenire, ostendit ille Ovidianus versus, Argutos habuit, radiant ut sidus ocelli,) non dubium est, inquam, quin Poëtæ, cum hæc aliaque id genus plurima de oculis dicunt, *ἵμερον* illum, de quo nunc agitur, describant. Verum ex hujusmodi ll. potius quid valeat vox *ἵμερος*, quam quo nomine eam debeamus interpretari discimus; ac profecto cum existimem frustra quæsitum iri vocab. Lat., quod unum uni Græco respondeat, si duobus aut etiam tribus vim ejus expressero, lectori satisfecisse me putabo. Reddo igitur hic *ἵμερος* Amoris illicium in oculis, Amoris illices oculi, (aut simpliciter Illices oculi,) Oculorum philtrum, s. Philtrum ab oculis prodiens, Aspectus amoris conciliator.

Ἵμερος tanquam Venenum quoddam Veneris fingitur ab Eur.: ut innuit Eust., afferens h. ejus l. *μή ποτ' ἐπ' ἐμοὶ χρυσέων τόξων ἐφίης*, (nisi potius scr. *ἐφιῇς*,) *ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰστόν*. B Qui locus e Medea hujus Poëtæ est sumtus; inde enim et ipse eum antea protuli: scribens *μή ποτ', ὦ δέσποινα*, ut ibi legitur. Est porro hæc *δέσποινα*, Venus, ad quam sermo dirigitur. Non male autem fortassis h. etiam l. ad ea, quæ *περὶ ἱμέρου* in proximo tmemate dicta fuerunt, referemus: ut intelligamus, *ἵμερον*, i. e. Amoris illicium, quod ex oculis alicujus emanat, esse Venenum quo Venus suas sagittas tingit. Alioqui potest etiam generalius accipi pro Cupidine, (sicut antea hanc illi significationem dedi,) eo sensu quo dicitur Captus vel Capta cupidine, Tactus vel Tacta cupidine: aut etiam cum aliis verbis, ut in præcedentibus docui.

Ἵμερος, est etiam Certa quædam *ᾠδὴ*, i. e. Cantilena, Canticum, Certæ cujusdam cantilenæ nomen, aut Cantici. Vide J. Poll. 4, c. 7.

[" *Ἵμερος*, Abresch. Lectt. Aristæn. 210. Toup. Opusc. 1, 510. Ammon. 59. Valck. Diatr. 161. ad Callim. 1. p. 246. Valck. 121. 209. Wyttenb. Select. 346. ad Il. Ω. 507. Ilgen. ad Hymn. 452. Phryn. Ecl. 179. Heind. ad Plat. Phædr. 266. Heyn. Hom. 8, 358. *Ἴμερος*, Æolice, Toup. ad Longin. 301." Schæf. Mss. Pind. 'O. 1, 65. *ἱμέρῳ δαμεὶς*, pro *ἔρωτι*.]

ADJ. *Ἵμερος* est Desiderabilis, Desiderium excitans, Dignus qui desideretur. Sed reddi etiam potest Amabilis, Suavis. Affertur ex Epigr. et in superl. gradu, *ἱμερότατον κάλλος*. Ab Hes. *ἱμέρων* exp. *ἐρασμίων, ποθεινῶν*: *ἵμεροι* autem, *ποθεινοὶ* et *ἐπιθυμητοί*: nec non *ἀγαθοὶ, ἐραστοὶ, ἀγαπητοὶ, ἀγαστοί*. C [" Wakef. ad Bion. 6, 10. et Add., Antip. Sid. 76. Thess. 29. Jacobs. Anth. 9, 296." Schæf. Mss.] Rarum tamen esse puto vocis hujus usum pro adjectivo nomine, licet inveniatur et COMP. Ἱμερόφωνος, in eod. lib., pro Dulciloquus. [" Jacobs. Spec. p. 14." Schæf. Mss. Theocr. 28, 7. Athen. 374. Inveniuntur etiam * Ἱμερυδερκής, Paul. Silent. Ambo 271. * Ἱμεροθαλής, Anal. 1, 219. sed male conf. cum *ἡμεροθαλής*. * Ἱμερῶπις, Empedocles e Plut. ap. HSt. de Poësi Philos. p. 25. " Mitsch. Cer. 121." Schæf. Mss.] " *Δυσίμερος*, Ægre amabilis, Cupitus. E Nonno " affertur pro Improbus et protervus amator." [Apoll. Rh. 3, 961. 4, 4. " Ruhnk. Ep. Cr. 155. Christod. Ecphr. 216." Schæf. Mss.] " Ἐφίμερος, Amabilis, Desiderabilis, Hesiod. 'A. (15.) " *Νόσφιν ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου*." [Æsch. Choëph. 840. Hesiod. Θ. 132. " Brunck. Œd. T. 1375. Soph. 3, 403. Archiloch. 22. Jacobs. Anth. 7, 96." Schæf. Mss.] " Πανίμερος, ex Epigr. " affertur pro Gratissimus," [Anthol. 5. p. 527. " Wakef. Trach. 660." Schæf. Mss.]

Est denique et proprium NOMEN *Ἵμερος*, unius e tyrannis Seleuciæ. [" Ad Lucian. 1, 265." Schæf. Mss.] Invenitur alioqui et VOCAB. Ἱμέριος, Proprium itidem nomen. Apud Plut. (6, 222.) est Cujusdam *κόλακος* nomen. Sic vocatus fuit et quidam Rhetor aut Sophista, cujus Declamationes a me editæ fuerunt cum Polemonis et aliorum quorundam Declamationibus. Meminit Suidas: ap. quem legitur ETIAM Ἱμερία, et dicitur esse Fluvius. Sed perperam in Germanica Ed. pro Ἱμερία scriptum D est Ἱμερίαν. [* " Ἱμερὶς, Lennep. ad Phal. 63." Schæf. Mss.]

Ἱμερόεις, Desiderabilis, Optabilis, Amabilis, Suavis, Gratus. In Epigr. *ἱμερόεις* dicitur cestus Veneris, (cui Hom. *ἵμερον* inesse perhibet,) *Αὐτή σοι Κυθέρεια τὸν ἱμερόεντ' ἀπὸ μαστῶν Κεστὸν ἔδωκεν ἔχειν*. Hom. Il. Ξ. (429.) valde apto epitheto, *ἔργα γάμοιο* appellavit *ἱμερόεντα*, hoc in versu, *Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο*. Apud Eund. legimus *ἱμερόεν κιθάριζε*, Σ. (570.) ubi *ἱμερόεν* adverbialiter ponitur, *Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ Ἱμερόεν κιθάριζε*. Quod vero ap. Eund. legitur Od. K. (398.) *Πᾶσιν δ' ἱμερόεις ὑπέδυ γόος*, mirum videri possit, propter hoc adjectivum *ἱμερόεις*: quomodo enim *γόος* potest *ἱμερόεις* appellari? Sed ego existimo Homerum, cui frequens est *ἵμερος ὦρτο γόοιο*, hoc loquendi genus voluisse in illud resolvere. || Ἱμερόεις est etiam *ἐπιθυμητικὸς*, si Suidæ, vel potius si vulgatis exempl. Operis illius credimus. Eum enim *ἐπιθυμητὸς* scripsisse, (quo et *ἱμερτὸς* ab Hes. exp.,) magis verisimile est. Alioqui retinendo *ἐπιθυμητικὸς*, activam etiam signif. habere nomen illud *ἱμερόεις* dicendum erit. [" Ad Charit. 731." Schæf. Mss. * Ἱμεροειδής, unde * Ἱμερώδης, Callistratus p. 904. *ὄμμα*.]

Ἱμερτὸς, i. q. *ἱμερόεις*. Sed hoc *ἱμερτὸς* habet potius formam nominis verbalis ab *ἱμείρομαι*. Eust. illud *ἱμερόεντα*, quod paulo ante ex Hom. attuli, exp. *ἱμερτά*. Hesychio *ἱμερτὸν* est *ἐπέραστον*, et *καλὸν, ποθεινὸν, ἐπιθυμητὸν, ἐράσμιον*. Idemque Suidæ *ἱμερτὸς* est *καλὸς, ἐπέραστος, ποθεινός*. Quas expp. sequendo, *ἱμερτὸς* erit (sicut et *ἱμερόεις*) Desiderabilis, Optatus: item

Amabilis, Suavis, Gratus: nec non Pulcer, s. Venustus. At VV. LL. ἱμερτοῖσιν ὑδάτεσσι interpr. Liquidis aquis, in Apoll. Rh. (2, 939.) Ὃν δέμας ἱμερτοῖσιν ἀναψύχει ὑδάτεσσι. Sed fidem huic interpretationi non adhibeo. [" Bergler. ad Alciphr. 213. Brunck. Apoll. Rh. 88. Heyn. Hom. 4, 392." Schæf. Mss.] In Iisd. est SUBST. Ἱμερτὴς, redditum Desideratus, subjungiturque Suidæ expositio ὁ ἐπιθυμητὴς, cum tamen hoc vocab. ἐπιθυμητὴς minime sonet Desideratus, sed potius Desiderator, Concupitor, si his uti liceat. Sed ἱμέρτης scr. potius esset, meo quidem judicio, in hac nominis ἐπιθυμητὴς signif.; at ἱμερτὴς sonaret ἐπιθυμητός: atque ut ἱμέρτης, ἱμέρτου, ita ἱμερτὴς, ἱμερτέος, declinandum esset. AT VERO Ἱμερτὴ, Nomen Lesbi insulæ, est fem. illius Ἱμερτός: sed ex appellativo nomine in proprium quodammodo transibat, cum ita vocaretur Lesbus. Hujus autem appellationis meminerunt Hes. et Eust. In Iisd. illis VV. LL. est NOMEN Ἱμεραῖος expositum Desiderabilis et Optabilis, cum tamen reperiam duntaxat hoc Ἱμεραῖος pro Eo qui est e Siciliæ urbe cui NOMEN Ἱμέρα. Redditurque Himeræus, et Himerensis. Est vero et Heroinæ cujusdam nomen Ἱμέρα. Sed a Suida affertur ETIAM Ἱμεραία tanquam nomen cujusdam Anus, nec non Civitatis.

Ab ἵμερος est etiam VERBUM Ἱμέρω, i. significans q. ἱμείρω: (e quo factum esse nomen illud ἵμερος antea docui.) Legitur enim ap. Hes. et alium quempiam, Ἱμέρει, ἐπιθυμεῖ, θέλει. Suspecta tamen esse potest utrobique exemplaris fides. Nam ad Hes. quod attinet, Germanica Ed. ex Aldina emendari potest. (Alioqui non minus novum videri queat ἱμείρους, quod ap. eum legimus, i. valens q. ἱμέρους, quam ἱμέρει, i. valens q. ἱμείρει. Estque notandus ibid. ille accus. ἱμείρους: habens NOMIN. Ἵμειροι, significans ἔρωτες et πόθοι: sicut ille ἱμείρους exp. ἔρωτας et πόθους.) AT VERO Ἱμεροῦσθαι peculiarem quandam signif. habet, de puella dictum pro Rem habere cum viro, Coire cum viro: quod sc. coitus s. concubitus ab amore proficisci soleat: unde etiam Amoris opus interdum a Poëtis appellatur. Sic ap. Hippocr. (599.) ἱμερωθεῖσαι Gal. exp. [τῆς ἐπιθυμίας τυχοῦσαι καὶ] ἀνδρὶ μιγεῖσαι. Sed in VV. LL. affertur VERBUM Ἱμέρομαι, tanquam thema illius ἱμερωθεῖσαι: diciturque esse, prima signif., Induco ad desiderium. Cui interpretationi fidem derogandam esse censeo. [Hippocr. 596. Ἱμεροῦσθαι χρὴ τοῦ ἀνδρός: at p. 592. Ἱμειρομένης τε καὶ συνιούσης ἀνδρί. * " Ἱμέῤῥω, Koen. ad Greg. Cor. 275." Schæf. Mss.]

Ἵμερα autem in h. l. reservavi, quod dubium cuipiam esse possit, utrum in numero derivatorum e nomine ἵμερος censeri debeat. Significantur enim hac voce ἵμερα Flores et coronamenta quæ ad expiationes lustrationesque adhibebantur. Quæ exp. petita est ex Hes. [* Ἐφιμείρω, Anal. 3, 37. Nonn. D. 14. p. 406. * Ὑπεριμείρω, Epiphan. 1, 233.]

Nomen ἰξὸς, de quo nunc agere oportet, valde dubium est ubi poni debuerit, cum tres ejus afferantur derivationes s. etymologiæ, sed tales ut nulla earum fide digna esse videatur. Verum qualescunque illæ sint, (quarum alioqui duæ Etymologi simul et mei veteris Lex. auctoritate nituntur, tertia autem solo Lexici illius testimonio confirmatur, quod sciam,) post tria hæc verba, vel potius post unum ex his tribus, ponendum fuisset, Ἄγω, Ἵκω, Ἔχω.

ἸΞΟΣ, Viscum. Plut. Coriol., Θήρας ὄργανον φέρουσα τὸν ἰξόν. Hesychio ἄστυλις est φυτὸν ὅθεν ὁ ἰξὸς, i. e. Planta e qua provenit viscum. A Luciano metaphorice usurpatur, Q. H. Scr. (§. 57.) cum enim dixisset, Μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν ταῖς τῶν ὀρῶν ἢ τειχῶν ἢ ποταμῶν ἑρμηνείαις, ὡς μὴ δύναμιν λόγων ἀπειροκάλως παρεπιδείκνυσθαι δοκοίης, καὶ τὸ σαυτοῦ δρᾷν, παρεὶς τὴν ἱστορίαν, subjunxit, Ἀλλ' ὀλίγον προσαψάμενος, τοῦ χρησίμου καὶ σαφοῦς ἕνεκα, μεταβήσῃ, ἐκφυγὼν τὸν ἰξὸν τὸν ἐν τῷ πράγματι καὶ τὴν τοιαύτην ἅπασαν λιχνείαν. Ubi Micyllus Interpres metaphoram retinuit, interpretans ἰξὸν non solum Viscum, sed et Glutinum; ita enim h. l. reddidit, Maxime autem temperantia quædam adhibenda est in descriptionibus montium, aut murorum, aut fluviorum: ut ne vim ac potestatem verborum inepte ac præter rem ostentare velle videaris, tuumque ipsius negotium agere, historia omissa: sed modice adhibitis illis, utilitatis et perspicuitatis tantum gratia, mox inde digrediaris, visco s. glutino quod in hac re est, atque universa tali gulositate evitata. Ego autem existimo ἰξὸν, i. e. Viscum, vocari a Luciano Materiam quam res ipsa præbet ostentandæ facultatis dicendi: quæ materia talis est ut cum quis in ejus tractationem se immiserit, inde orationem suam expedire s. extricare non possit, sed ita hæc illi tenaciter adhæreat, ut visco aves adhærere solent. Et quoniam in hujusmodi descriptionibus sibi placere et indulgere plerique Historici solebant, atque avide hanc ostentandæ λόγων δυνάμεως, i. e. Facultatis dicendi, s. Eloquentiæ, (non Potestatis verborum, ut Interpres reddit,) occasionem arripiebant, ideo λιχνείαν quoque vocat. Hæc mea est de isto loco sententia, dum aliquis meliorem quampiam proferre visus fuerit. Est autem obiter notandus et NOMINIS Λιχνεία metaphoricus iste usus. || Planta quædam, Hes. Itidem certe a Lat. Frutex quidam appellatur Viscum. || Ἰξὸς redditur etiam Arundo aucupatoria, quod ab Hes. exponatur κάλαμος ἰξευτικός. Vide Ἰξευτής. || Ἰξὸς, sicut et ἰξία, pro Varice: vide Ἰξία. || Ἰξὸς tres habet etymologias, sed tales ut nulli earum multum fidei adhibeam. Ἰξὸς, inquit Etym., est ἡ παγὶς τῶν στρουθίων, Pedica passerum: (sic autem appellat, quod visco veluti pedica s. compedibus irretiti teneantur. Et quod peculiariter mentionem facit στρουθίων, convenit cum ea exp. quam Hes. nomini ἰξευτὴς tribuit, exponens στρουθοπιαστής.) Quibus adjungit, quasi ἄξος τις ὤν: nimirum παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ὄρνεα. Vel, inquit, ab Ἵκω, ἵξω, ἰξός: sc. ὁ φθάνων μέχρις ἂν ᾖ ἱπτάμενα τὰ ὄρνεα μέχρις ὧν ἂν φθάνωσι τὰ πτηνὰ τόπων· ἀντὶ τοῦ ἔνθα ἱκνοῦνται καὶ παραγίνονται. Hactenus Etym. At in meo vet. Lex. additur tertia derivatio, a v. ἔχω, significante κρατῶ: ut ab ejus fut. ἕξω fiat ἑξὸς, quod mutetur in ἰξός. VERUM Ἰξοὶ Hesychio sunt etiam οἱ γλίσχροι καὶ φειδωλοὶ, Tenaces et parci. In qua signif. minime necesse puto aliam nominis illius derivationem quærere; existimo enim esse metaphoricam, et vocari hominem parcum ἰξὸν, i. e. Viscum, quod manus tenaces habeat tanquam viscum, s. quod omnia ejus manibus, tanquam visco, inhærescant. Tale est quod nostrate lingua de quibusdam dicimus, Ils ont les mains gluantes, i. e. Habent manus viscatas: de iis, quorum manus quicquid attingunt, ad se attrahunt tanquam viscatæ. Atque adeo optime convenit et Gr. vocabuli γλίσχροι et Lat. Tenaces metaphora cum ea de qua nunc agitur: cum ipsum quoque viscum γλίσχρον et tenax appellari possit. Quæ cum ita sint, non video cur aliam hæc signif. derivationem sibi postulet; quamvis enim non dicatur pluraliter ἰξοὶ, ut nec Visca Latine, a ratione tamen non abhorret, ut si ἰξὸς vocetur Aliquis qui tenax sit et parcus, perinde ac si nominaretur Viscum: itidem plurali numero ἰξοὶ nuncupentur Qui tenaces sunt et parci. Si quis tamen aliquid melius hac de signif. attulerit, id lubenter amplectar. " Ἴσχος, ὁ, in VV. LL. affertur pro Ramus, qui " potius ὄσχος dicitur. In iisdem ex Aëtio affertur ἴσχος pro " Viscum: quod alias ἰξός." [" Ad Mœr. 201. Toup. Opusc. 1, 273. 2, 89. 254. Wakef. S. Cr. 1, 53. Jacobs. Anim. 309. Anth. 1, 1. p. 18. 6, 74. 7, 214. 323. 8, 25. 9, 295. 11, 316." Schæf. Mss.]

Ἰξοβόρος, ὁ, ἡ, VEL Ἰξιβόρος, (q. d. Viscivorus,) Visco vescens. Valetque idem et ἰξοφάγος, s. ἰξιφάγος, de quibus mox dicetur. [* Ἰξοεργὸς, Anal. 2, 138.] Ἰξοφάγος, SIVE Ἰξιφάγος, i. q. ἰξοβόρος s. ἰξιβόρος, quæ proxime præcedunt. Sed cum generalem signif. hæc habeant, et de Omnibus avibus dicantur, quæ visco vescuntur, quæcunque illæ sint, peculiariter de Quibusdam turdis dicuntur. Nam e tribus κιχλῶν, i. e. Turdorum, generibus, unum esse earum, quæ ἰξοφάγοι appellantur, dictum antea fuit: ab Aristot. autem ἰξοβόροι, nomine idem significante, nuncupantur. Κιχλῶν δ' εἴδη τρία, inquit, H. A. 9, (20.) ἡ μὲν, ἰξοβόρος· αὕτη δ' οὐκ ἐσθίει ἀλλ' ἢ ἰξὸν καὶ ῥητίνην: [cf. Athen. 64.] Ἰξοφόρος, Viscum ferens s. gerens. Apud Soph. in Meleagro, ἰξοφόροι δρύες sunt αἱ ἰξὸν φέρουσαι, teste Hes. Apud Oppian. autem (Ἁ. 1, 32.) legimus ἰξοφόρους δόνακας, significantem τοὺς λεπτοὺς λόγους, ut scribit Eust. Neque tamen affirmat, sed dicit videri hoc velle significare. [" Const. Manass. Chron. p. 131." Boiss. Mss. " Ad Il. Ξ. 398. Heyn. Hom. 6, 602. Brunck. Soph. 3, 516. * Ἰξοφορεὺς, Ruhnk. Ep. Cr. 122. Epigr. adesp. 397." Schæf. Mss. Anal. 3, 235. δόναξ.]

Ἰξώδης, [ex * Ἰξοειδὴς,] Viscosus, Visci modo lentus, Tenax. [" Ad Lucian. 1, 393." Schæf. Mss.]

Ἰξιόεις, Viscosus: quo vocab. utitur Palladius, licet in vulgatis Dictionariis non extet. Redditur etiam Lethalis: de qua signif. dicam infra, ubi agam de nomine Ἰξίας. [" Wakef. Phil. 714." Schæf. Mss.]

Ἰξεύω, Visco aves capio. Sed generalius Capto s. Venor aves, (nam verbum Venor ad eas etiam extenditur,) Aucupor. [" Digest. 8, 3, 16." Schæf. Mss. * Ἴξευμα, Gl. Aucupium.] Ἰξευτὴς, Auceps, Magis proprie q. d. Viscator, (sicut ἰξεύτρια redditur Viscatrix,) Qui visco aves capit. Ab Hes. exp. VOCE Στρουθοπιαστὴς, quæ sonat, ut opinor, Passerum captor, Qui passeres capit. Videtur enim compositum esse hoc nomen, quod vix antiquum esse credo, e nomine στρουθὸς et verbo πιάσαι. Et quod passerum hic peculiariter mentio fit, convenit, ut antea docui, cum eo quod ap. Etym. legimus, ἰξὸν esse τῶν στρουθίων παγίδα. Utuntur autem οἱ ἰξευταὶ, Aucupes, καλάμοις s. δόναξιν, Calamis s. Arundinibus, qui itidem ἰξευταὶ appellantur. Legimus enim in Epigr. ἰξευταῖς καλάμοις, nec non ἰξευτᾷ δόνακι. (Quibus in ll. ἰξευτὴς ponitur pro ἰξευτικός: de qua voce dicetur infra. Horum autem calamorum fit mentio et a Bione in quodam elegantissimo Idyllio, cujus initium est, Ἰξευτὰς ἔτι κῶρος: (quod NOMEN Ἰξευτὰς, Doricum est pro ἰξευτής.) Sed afferam primos hujus Idyllii versus, utpote aliquid etiam habentes ad ἰξευτῶν τέχνην pertinens: Ἰξευτὰς ποτὲ κῶρος, ἐν ἄλσεϊ δενδράεντι Ὄρνεα θηρεύων, τὸν ἀπότροπον εἶδεν ἔρωτα Ἑσδόμενον πύξοιο ποτὶ κλάδον· ὡς δ' ἐνόασε, Χαίρων, ὥνεκα δὴ μέγα φαίνετο ὄρνεον αὐτῷ, Τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι συνάπτων, Τᾷ καὶ τᾷ τὸν ἔρωτα μετάλμενον * ἀμφεδόκευεν. Quos versus olim Venetiis ita reddidi, primis fere juventutis annis, Auceps forte puer dum venaretur opaca In sylva volucres, infelix omen, Amorem Fronde super buxi vidit pallente sedentem. Tunc puer exultans, magna velut alite visa, Continuo viscum calamosque recolligit omnes, Insidiasque omnes volitanti tendit amori. [" Agis Epigr. Jacobs. Anth. 9, 356." Schæf. Mss.] FEM. Ἰξεύτρια, ET Ἰξευτηρία, Viscatrix. Sed crediderim, ut ἰξεύτρια est tanquam ab ἰξευτὴς, (sicut ποιητὴς habet fem. ποιήτρια,) ita ἰξευτηρία esse tanquam ab adj. masc. ἰξευτήριος. [* Ἰξευτὴρ, Manetho 4, 339.] Plut. (7, 279.) Καὶ γὰρ Ἰδίας τύχης ἱερόν ἐστιν ἐν παλατίῳ καὶ τὸ τῆς Ἰξευτρίας εἰ καὶ γελοῖον, ἀλλ' ἔχον ἐκ μεταφορᾶς ἀναθεώρησιν, οἷον ἑλκούσης τὰ πόῤ-

ῥω, καὶ κρατούσης * συμπροσισχόμενα. Quæ Bud. ita reddidit, in ea quam edidit illius libelli Interpretatione, Jam primum igitur Idiæ (i. e. Privatæ) fortunæ delubrum in palatio situm est; est et Ixeutriæ, (i. e. Viscatricis, tametsi id nominis ridiculum est, sed non abs re tamen, translatione id dante, ac si dicas, tenaciter attrahentis quicquid illa habuisset. Et hoc quidem in loco, uti vides, extat prior illa scriptura Ἰξευτρια, quæ magis mihi placet. At in alio ejusd. Plut. reperitur posterior ἰξευτηρια, ubi ipsemet interpr. Viscata: (7, 136.) Καὶ τί ἄν τις ἐπεξίοι τὰς ἄλλας ἐπωνυμίας, ὅπου Τύχης Ἰξευτηρίας ἱερόν ἐστιν, ἣν * Βισκάταν ὀνομάζουσιν, ὡς πόῤῥωθεν ἡμῶν ἁλισκομένων ὑπ' αὐτῆς, καὶ προσισχομένων τοῖς πράγμασιν; Extat vero et subst. NEUTRUM Ἰξευτήριον, quod redditur Aucupium. In VV. LL. habetur ETIAM Ἰξευτρίας, quod exp. Quæ, tanquam viscum, procul existentia detinet. Sed mendosam esse hanc scripturam arbitror, et pro ἰξευτρίας per errorem irrepsisse, ex illo Plut. loco quem paulo ante protuli, præsertim cum exp. etiam cum illa conveniat. Credibile est certe aliquem ex illo Plut. loco margini sui Dictionarii ascripsisse, deinde alium inde hoc vocabulum describentem, non ἰξευτρίας, (ut erat hujus linguæ rudis,) sed ἰξευτρίας scriptum esse credidisse.

Ἰξευτικός, Ad aucupes s. Ad aucupum artem pertinens: Hes. ἰξός, εἶδος φυτοῦ, καὶ κάλαμος ἰξευτικός. Sonat autem κάλαμος ἰξευτικός, q. d. Calamus viscatorius, s. Arundo viscatoria; (nam Viscatrix arundo responderet potius illi præcedenti ἰξευτὴς κάλαμος.) Ex Ovidio autem reddi potest Viscata arundo, ut ille dicit Aves fallere viscata virga. || Ἰξευτικός, si Suidam sequimur, capitur etiam pro ἰξευτής, i. e. Auceps, Qui visco capit aves. Nam ἰξευτής ab eo exp. hoc nomine ἰξευτικός: et additur, ὁ δι' ἰξοῦ τοὺς ὄρνεις θηρῶν, ἤτοι κόλλης τινός. Sonabit autem proprie ἰξευτικός, (dando illi eum etiam usum, quem alia eod. modo terminata obtinent,) Peritus capiendi visco aves.

[* Ἰξόω, Theophr. de Igne s. 61. Planud. Ovid. Met. 15, 474.]

Ἰξία, ἡ, etiam dicitur, ead. signif. qua ἰξός, pro Visco. Theophr. C. Pl. 5, 22. Ἐπεὶ καὶ ἡ ἰξία δοκεῖ καὶ ὅλως τὰ ἐμβλαστάνοντα φθείρειν. Legitur ap. Eund. hac in signif. cum alibi, tum vero C. Pl. 3, 16. ubi disserit de arbore quæ πρῖνος vocatur, i. e. Ilex: Φέρει δὲ καὶ παρὰ τὴν βάλανον, κόκκον τινὰ φοινικοῦν· ἴσχει δὲ καὶ ἰξίαν καὶ ὕφεαρ· ὥστε ἐνίοτε συμβαίνει τέτταρας ἅμα καρποὺς ἔχειν αὐτόν· δύο μὲν, τοὺς ἑαυτῆς, δύο δ' ἄλλους· τόν τε τῆς ἰξίας, καὶ τὸν τοῦ ὑφέαρος· καὶ τὴν μὲν ἰξίαν κ. τ. λ. || Ἰξία vocata fuit et Quædam planta, quæ alio nomine Chamæleon albus. Ideo autem ἰξίαν vocarunt, quia ἰξός, i. e. Viscum, quibusdam in locis circa radicem ejus invenitur, quo pro mastiche utuntur mulieres. Diosc. 3, 10. Χαμαιλέων λευκός· ἰξίαν τοῦτον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἔν τισι τόποις ἰξὸν εὑρίσκεσθαι πρὸς τὰς ῥίζας αὐτοῦ· ᾧ καὶ ἀντὶ μαστίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες. Dubium porro esse posset utrum a nominato ἡ ἰξία esset ille accus. ἰξίαν, an potius ὁ ἰξίας pro ejus nominativo haberi deberet; sed Plin. nominativum facit Ixia, non Ixias: si vulgatæ ejus Edd. non mentiuntur. Legimus enim 22, 18. e Diosc., Chamæleonem aliqui Ixiam vocant. Et paulo post, Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maxime circa canis ortum: (quomodo thura nasci dicuntur:) unde et Ixia appellatur. Hoc ut mastiche utuntur mulieres. Gal. quoque in Lex. Hippocr. ἰξίον interpr. φύλλον τοῦ λευκοῦ χαμαιλέοντος. Quæ vox Ἰξίον suspecta esse possit; atque adeo in VV. LL. alia affertur lectio, sc. ἰξίων, et φύλλων: non addito tamen ullius veteris exemplaris testimonio. Ego e quodam annotatum reperio ἰξίον quidem eod. modo, sed φύλλα pro φύλλον. Sciendum est porro Theophr. H. Pl. 9, 13. chamæleonis duo genera describentem, ἰξίας non meminisse, (ut annotant VV. LL.,) nec ἰξοῦ, i. e. Visci, quod chamæleonis albi, ut tradit Diosc., vel utriusque radicibus, Plinio teste, innascitur. AT VERO ὁ Ἰξίας alia esse videtur Radix, (ut in Iisd. annotatur,) licet Gal. Simpl. 8. chamæleonis nigri radicem aliquid δηλητήριον habere scripserit. Inter lethales enim radices separatim enumerari a Diosc. τὸν ἰξίαν, 6, 21. Ἰξίας δὲ, ὃς καὶ οὐλόφονον καλεῖται, ἐν τῷ πίνεσθαι ὁμοιόν τι ὠκίμῳ κατὰ τὴν ὀσμὴν καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν ἐμφαίνει: (ita enim scr. est, non οἷον τι ὠκίμῳ.) Nicander autem ἰξίαν periphrastice appellavit ἰξιόεν πῶμα, Ἀ. (279.) Ἰξιόεν δέ σε μή τι δόλῳ παρὰ χείλεσι πῶμα Οὐλοφόνον λήσειεν, ὅ,τ' ὠκιμοειδὲς ὄδωδε. (Ubi observa obiter, ὠκιμοειδὲς ὄδωδε, conveniens cum eo quod Diosc. dixit, Ὁμοιόν τι ὠκίμῳ κατὰ τὴν ὀσμὴν ἐμφαίνει. Observa item VOCEM Οὐλοφόνον, quæ itidem ap. Diosc. est Nomen quo a quibusdam vocatur ὁ ἰξίας· adeo ut non simpliciter considerandum sit hoc vocab. οὐλοφόνον tanquam epithetum, ut censuisse videtur Schol. exponens, τὰ οὖλα βλάπτον, ἢ ὅλον φονευτικόν. De hac autem voce οὐλοφόνον hæc Gorr. scribit: Οὐλοφόνον dicitur Chamæleo herba: non omnis tamen chamæleo ita vocatur, ut quibusdam placet, sed tantum is qui viscum profundit: unde Nicander Ἀ. οὐλοφόνον ἰξιόεν dixit, quasi Viscosum. Hæc ille: cujus de adjectivo ἰξιόεν sententia animadvertenda est, cum alioqui illi, a quibus ἰξιόεις redditur etiam Lethalis, ex h. l. istius interpretationis occasionem sumsisse videri possint. Nisi potius quoniam ἰξία est Nomen certi cujusdam medicamenti lethalis s. lethiferi, ideo ἰξιόεις generaliter pro Lethali accipi putarunt. Scribit vero οὐλόφονον, cum accentu in antepen., quæ scriptura ap. Diosc. extat, cum ap. Nicandr. alteram illam scripturam οὐλοφόνον habeamus.) Reprehenditur porro Nicandri Schol., qui in Blattis [illegible] cum annumerat ἰξίαν esse γένος τῆς σίλφης, τῇ χροιᾷ μέλαν, cum post Diosc. itidem Aetius 13, 71. ἰξίαν non inter blattas, sed inter radices venenatas reposuerit: itidemque Paulus 5, 29. Τῶν δηλητηρίων δὲ ῥιζῶν, χαμαιλέων, ἀκόνιτον, θαψία, ἰξίας. Dicitur porro hoc venenum non solum ὁ ἰξίας, sed etiam ἡ ἰξία. Affertur enim e Gal. de Antid. 2. Τοῖς δὲ τὴν ἰξίαν πεπωκόσι βοηθεῖ ἀψίνθιον μετ' οἴνου καὶ καστορίου: et e Theophr. H. Pl. 9. Ἔχει δὲ δάκρυον καὶ ἡ ἰξία ἡ ἐν Κρήτῃ, καὶ ἡ τραγάκανθα καλουμένη. Plin. ἰξίαν interpr. Viscum, cum alibi passim, tum in hoc loco, ubi disserit de fibris qui castores appellantur, et castorea, testes eorum: scribens, Auxiliantur privatim contra viscum ex aceto. In qua interpr. Plinium lapsum esse quidam existimant, quod venenum, quod ἰξίας dicitur, chamæleonis albi viscum esse falso crediderit. Alii (quibus potius assentior) mirantur quidem Plin. maluisse interpretari Viscum, quam Græcam vocem, cum Scrib. Largo, retinere; sed e magna similitudine quam ἰξίας cum Aucupatorio visco habet, effectum esse putant ut Plin. Viscum reddiderit: quoniam sicuti viscum, cujusque rei, cui hæserit, tenax est, ita, si devoretur ἰξίας, omnia glutinat interanea, omnesque contrahit et colligat excrementorum exitus. Tale quid autem de eo testatur Nicandri Schol., qui alioqui Blattæ genus esse existimavit, uti dictum est. Addam porro his, et Gorræi περὶ τοῦ ἰξίου verba, tanquam corollarium: Ἰξίας dicitur Chamæleo, ut patet e Scrib. Largo, ubi de venenis agit, similiter ex Hes. Verum non omnis chamæleo est, sed qui viscum fert: cujusmodi habetur qui in Creta provenit, quem Theophr. lacrymam reddere scripto testatus est. Diosc. autem ad radices ejus profundi viscum quibusdam in locis affirmat, quo mulieres utantur pro mastiche. Itaque non omnis Chamæleo, sed qui viscum remittit, ἰξίας dicitur. Quod discrimen intelligens Nicander, cum in Alexipharmacis ulophoni veneni (quod omnium consensu Chamæleo censetur) meminit, adjecta nota οὐλοφόνον ἰξιόεν, quasi Viscosum, dixit: quod idem erat atque ἰξίαν dicere. Non est igitur idem Chamæleo et ἰξίας: hoc speciei, illud generis rationem habet. Ac cum Chamæleonem veteres in duo genera distinxerint, Album et Nigrum, et videatur Diosc. ἰξίαν speciem albi facere, (quod tamen mirum est, cum album bibi posse constet, ἰξίαν vero longe perniciosissimum esse venenum,) attamen patet ex eorum dictis Chamæleonem ἰξίαν multum esse differentis naturæ a Chamæleone viscum non ferente. Nam qui viscum non fert, si albus quidem est, non est venenatus: (quod Diosc. Gal. et Plin. eum propinent adversus interaneorum animalia, hydropas et dysuriam:) si vero niger est, venenatam quidem et lethiferam radicem habeat, auctore Gal.: (qui propterea suadet tantum ea foris utendum esse, adversus scabiem, impetiginem et vitiliginem:) sed longe variis ab ixia modis nocentem, multumque diversa symptomata invehentem, et notas similiter differentes, et alia quoque remedia poscentem. Testis Paulus Ægineta, qui seorsum de ixia deque chamæleone scripsit, quod differant tum symptomatis tum curatione. Ex eo enim judicari potest, Dioscoridem in proœmio libri sexti, venena in suas quæque classes digerentem, non temere chamæleonem et ixiam inter radices separatim recensuisse. Ceterum ἰξίας dicitur ἀπὸ τοῦ ἰξοῦ, h. e. A visco, quasi viscaria planta, Namque visco redundat tam tenaci et pernicioso, ut nonnisi interaneorum conglutinatu interitum afferre videatur. Hæc Gorr., ap. quem plura vide. || Ἰξία, sicut et ἰξὸς interdum, Varix. J. Poll. 4. Κιρσός, ἢ κριξός, οἴδημα φλεβῶν περὶ κνήμην ποδὸς, παιδίων ἐπιγάστριον, μηρούς, ὄσχεον. Vocatur autem et ἰξία, inquit, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πίτυσι τῆς πίτυος ὁμοίων συστροφῶν: nec non ἰξός. Itidemque a Gal. ap. Hippocr. ἰξίαι exp. κιρσοί. Sed affertur alia etiam SCRIPTURA, Ἰξαί, e Plut. Mario, Ἰξῶν ἀνάπλεος, ubi tamen merito suspectus fuerit gen. ἰξῶν, quod facilis fuerit alicui librario lapsus ex ἰξιῶν in ἰξῶν. [" Ἰξία, Apoll. Dysc. 88. ubi v. Xyl." Schæf. Mss.]

Invenitur ETIAM Ἰξίνη, SIVE Ἄκανθα ἰξίνη, sed non de eadem planta. Fert tamen ἰξίνη quoque mastichen. Theophr. H. Pl. 9, (19.) de iis quæ lacrymam ferunt, Συνίσταται καὶ ἐπὶ τῆς σχίνου καὶ ἐπὶ τῆς ἀκάνθης τῆς ἰξίνης καλουμένης· ἐξ ὧν ἡ μαστίχη. Ab Eod. 6, 3. inter aculeatas reponuntur ἰξίνη et χαμαιλέων. (Reprehenditur autem Gaza, qui ἰξίνην Carduum pineum interpretatus sit.) Idem 6, 4. hanc describens, ait, Ἡ ἰξίνη δὲ φύεται μὲν οὐ πολλαχοῦ, ῥιζόφυλλον δέ ἐστιν· ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σπερματικὸς ἄκανος ἐπιπέφυκεν, ὥσπερ μῆλον εὖ μάλα ἐπικεκρυμμένον ἐπὶ τῶν φύλλων· οὗτος δὲ ἐπὶ τοῦ ἄκρου φέρει τὸ δάκρυον εὔστομον· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκάνθη καὶ ἡ μαστίχη. Quæ verba Plin. interpretans habet Hexine; sed nemo dubitat quin Ixine, ex illo ἰξίνη, reponi hic debeat pro Hexine, et alibi itidem pro Helxine. Verba ipsius Plinii sunt, 21, 16. Hexine rara visu est, neque in omnibus terris est: radice foliosa, e qua media veluti malum extuberat, contectum sua fronde. Hujus vertex summus lacrymam continet jucundi saporis, acanthicen appellatam. Vicissim autem e postremis hisce Plinii verbis recte emendantur postrema Theophrasti verba, reponendo ἡ ἀκανθικὴ μαστίχη.

[* " Ἰξίον, Nicet. Eugen. 2, 130." Boiss. Mss.]

" Ἰξύας, Hes. Piscis quidam."

In derivatione verbi sequentis ἰΰζω, illorum auctoritate nitor, quibus placet ab adv. ἰοὺ esse deductum. Fateor alioqui, signif. illius verbi, quæ vulgo affertur, non satis cum illa derivatione consentire. Sed fieri potest ut ἰΰζω primo dictum fuerit de eo qui clamaret ἰοὺ, (sicut αἰάζω scimus dici de illo qui clamat αἴ,) licet exemplum hujus signif. nullum nobis extet.

'ΙΟΥ, adv. Hei, Heu, Eheu, sicut οἴμοι. Sed geminari solet hoc adv. ἰοὺ, sicut et cetera id genus. Habes in Soph. Aj. p. 44. meæ Ed. Apud Lucian. is, qui vapulat, clamat, ἰοὺ, ἰού: in Timone (§. 46.) Τί τοῦτο; παίεις, ὦ Τίμων; μαρτύρομαι· ὦ Ἡράκλεις, ἰοὺ, ἰού· προκαλοῦμαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον. Plut. (7, 626.) Ἀνεβόησεν, ἰοὺ, ἰού· δύσκριτον πρᾶγμα καὶ ζητήσεως δεόμενον πολλῆς ἥκετε κομίζοντες ἡμῖν. Legitur et ap. Plat. Gorgia, Ἰοὺ, ἰού. Non solum autem geminatum, sed multoties repetitum invenitur ap. Aristoph. E Luciano affertur et genitivo junctum, (3, 587.) Ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, δεινῶν βουλευμάτων. ‖ Ἰοὺ interdum non gementis est, sed contra exultantis. Sed hac in signif. quidam SCRIBI Ἰοῦ cum circumflexo tradunt. Περισπᾶται ἐπὶ χαρᾶς, inquiunt, ὀξύνεται δὲ ἐπὶ θλίψεως. Neque tamen hæc scriptura vulgatis Platonis Edd. confirmatur, utpote ap. quem de Rep. 4. sit vox exultantis propter rem deprehensam, quæ investigabatur, ὀξυτόνως tamen scripta: Ἰοὺ, ἰοὺ, εἶπον, ὦ Γλαύκων, κινδυνεύομέν τι ἔχειν δοκεῖν ἴχνος· καί μοι δοκεῖ οὐ πάνυ τι ἐκφευξεῖσθαι ἡμᾶς. Ne autem valde mirer particulam istam, quæ alioqui gementium est, exultationis contra indicem nonnunquam esse, facit particula ἰὼ, quæ itidem contrarium hunc usum interdum obtinet. [" Ilgen. ad Hymn. 230. Markl. Suppl. 109. Musgr. Tro. 312. Herc. F. 1094. Wakef. S. Cr. 4, 134. Brunck. Aristoph. 3, 127. 225. Schneid. Anab. 66. Heind. ad Plat. Gorg. 178. Extra versum, Kuster. Aristoph. 114." Schæf. Mss.]

¶ Ἰΰζω, Clamo ἰού: si quidem verum sit ab ἰοὺ esse deductum hoc verbum, ut αἰάζω ab αἴ. Sed nullum affertur hujus signif. exemplum; ac fieri potest ut obsoleverit. Alioqui pro ea videri queat facere copulatio verbalis ἰυγὴ cum στόνος ap. Soph. A Gramm. dicitur esse, Vocem talem edo, qualis est sibilantis. Il. P. (66.) de leone loquens bovem ex armento raptum vorante, ἀμφὶ δὲ τόν γε κύνες τ' ἄνδρες τε νομῆες Πολλὰ μάλ' ἰΰζουσιν ἀπόπροθεν, οὐδ' ἐθέλουσιν Ἀντίον ἐλθέμεναι. Ubi Eust. annotat ἰΰζειν esse εἶδος συριγμοῦ. Apud eund. Poëtam legimus Od. O. (162.) Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις, Αἰετὸς ἀργὴν χῆνα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, Ἥμερον ἐξ αὐλῆς· οἱ δ' ἰΰζοντες ἕποντο Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες. Ubi idem Schol. annotat duntaxat ἰΰζειν esse φωνὴν ἄσημον. In quendam autem locum libri Σ Iliadis, ubi Poëta verbali ἰϋγμὸς utitur, subjungens nomini μολπὴ, annotat idem Schol. ἰυγμὸν et ἰΰζειν esse φωνὴν ἄσημον, ὁποῖον καὶ τὸν συριγμόν. Auctor brevium Scholl. Il. P. l. c. ἰΰζουσιν exp. ἀγροικικῇ φωνῇ πρασφέρονται, item προσφωνοῦσι: addens factum esse hoc verbum ex adv. ἰού. At vero idem Schol., (si tamen ejusd. et hæc Scholia esse credendum est,) in illo altero loco qui legitur Od. O. ἰΰζοντες exp. βοῶντες, i. e. Clamantes. Sed magis mihi placet exp. quæ ap. Etym. legitur, sc. συρίζοντες, (nam reponi debet συρίζοντες pro συρίζοντος, ut ἰΰζοντες pro ἰΰζοντος,) ac melius cum iis, quæ ab Eust. traduntur, convenit. Quæ autem ap. eund. Gramm. (Etymologum dico,) subjunguntur, Καὶ ἰΰζουσιν, ἀγροικικῇ φωνῇ προσφέρονται, κ. τ. λ. eadem sunt cum illis quæ modo e Schol. Homeri attuli; atque adeo inde a quopiam adjecta fuisse puto: ut alia pleraque ap. eum legi existimo, quæ illius non sunt, sed hinc inde addita. In VV. LL. redditur Fistula cano, Agresti voce profero: quæ secunda exp. ex illis Schol. verbis sumta est. At prima nescio cujus auctoritate nitatur, estque mihi suspecta. Aliud enim est Sibilo, aliud, Fistula cano. Additur vero et tertia interpr. Clamo ut mulieres. Cui interpr. occasionem putarem præbuisse locum Hom. qui ex Od. O. allatus fuit, nisi ibi non γυναικῶν tantum, sed ἀνδρῶν etiam, et quidem priore loco, fieret mentio. Illi certe interpr. videri queat patrocinari exp. quæ a Schol. Soph. datur nomini ἰυγὴ, sc. ὀξεῖα βοή. Quin etiam Schol. Theocr. ait esse τὸ * λιγυφωνεῖν, et proprie de mulieribus dici. Non minus tamen tutum fuerit simpliciter et generaliter interpretari Clamo; potest enim hæc interpr. Hesychii pariter et Suidæ testimonio confirmari. Sed ap. Hes. legitur ἰΰζεῖ, tanquam a prima circumflexorum conjugatione: quam scripturam mendosam esse puto pro ἰΰζει. In iisd. illis Lexicis affertur e Callim. ἰΰζων δ' ἀν' ὄρος, subjungiturque mira exp. λαχὼν καὶ κληρωθείς. Verum non mira tantum, sed prorsus aliena esse hæc exp., atque adeo alienum locum occupare facile judicari potest. Indicabo autem hujus tam crassi erroris originem in Ἰυκτὴς, ubi et de ipso verbo Ἰΰζω aliquid addam. [" Valck. Diatr. 129. Wakef. Trach. 783. 787. Phil. 11. Jacobs. Anth. 7, 223. Heyn. Hom. 7, 303. 554." Schæf. Mss.]

Ἰυγμὸς, Vox tanquam sibilantis, Vox sibilo similis, aut etiam Sibilus. Reddi potest et Clamor, sequendo ea quæ de verbo ἰΰζω dicta fuerunt. Il. Σ. (572.) τοὶ δὲ ῥήσσοντες ὁμαρτῇ, Μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο. Ubi annotat Eust. μολπῆς et ἰυγμοῦ eam esse differentiam quæ sit λόγου ἐμμελοῦς et βοῆς ἀμελοῦς: nam μολπὴν esse μεμελισμένον ἔπος: at ἰυγμὸν, esse φωνὴν ἄσημον, ὁποῖον καὶ τὸν συριγμόν. In VV. LL. exp. etiam Fistulæ cantus. Vide Ἰυγή. [" Heyn. Hom. 7, 554, 803." Schæf. Mss.] Apud Hes. legitur ETIAM Ἰυχμός.

Ἰυκτὴς, ὁ, Sibilator, Qui sibilat, aut certe, Qui vocem edit sibilo similem: sequendo ea quæ in Ἰΰζω dicta fuerunt. In VV. LL. redditur Edens sibilum, Vocalis; adduntur que hæ expp. Græcæ συρικτὴς, ὁ λιγύφθογγος: quæ e Schol. Theocr. sumtæ sunt, in hunc versum Idyllii quod Βωκολιασταὶ inscribitur, (8, 30.) Πρᾶτος δ' ὦν ἄειδε λαχὼν ἰυκτὰ Μενάλκας. Ita enim versum illum explanat Schol. Πρῶτος δ' οὖν ᾖδεν ὁ Μενάλκας συρικτὴς, ὁ λιγύφθογγος. Et addit, Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἰυκτής. Καλλίμαχος, Ἰΰζων δ' ἀν' ὄρος. Quoniam autem illis Callimachi verbis subjunguntur ista λαχὼν καὶ κληρωθεὶς, inde factum est ut in postrema VV. LL. Ed., (qui error tam fœdus tamque crassus est, ut fœdior et crassior vix ullus esse possit,) ita posita sint quasi iis exponeretur verbum ἰΰζων. * Atqui satis superque manifestum esse Schol. non jam de participio ἰΰζων loqui, sed exponere illam Theocriti vocem λαχὼν, voce κληρωθείς: utentem particula καὶ, quæ et alibi sæpe hunc usum habere comperitur. Verum et iis, quæ de ipso verbo ἰΰζω dicta fuerunt supra, hoc addendum est, Schol. illum ibi scribere ἰΰζειν esse τὸ * λιγυφωνεῖν, et proprie de mulieribus dici. Legitur porro in VV. LL. et Ἰυγκτής. [* Ἰϋκτὴρ, Schn. Lex. ἀμαρτύρως.]

Ἰυγὴ, ἡ, i. q. ἰυγμὸς, de quo paulo ante dictum fuit. Soph. Phil. (752.) p. 411. meæ Ed. Τί δ' ἐστὶν οὕτω νεοχμὸν ἐξαίφνης, ὅτου Τοσήνδ' ἰυγὴν καὶ στόνον σαυτοῦ ποιεῖς; Ubi Schol. ἰυγὴν exp. ὀξεῖαν βοήν. Observandum est autem copulari ἰυγὴν et στόνον: hæc enim copulatio pro ea signif. verbi ἰΰζειν, cui primum locum dedi, facere videri potest. Atque ut ἰυγὴν Schol. Soph. tradit esse ὀξεῖαν βοὴν, ita ἰΰζειν exponi posset ὀξέως βοᾷν. Extat et ap. Nicandr. illud verbale ἰυγὴ, Θ. (400.) de basilisco, Οὐκ ἄρα δὴ κείνου σπειραχθέα κνώδαλα γαίης Ἰυγὴν μίμνουσιν, ubi Schol. ἰυγὴν esse ait φωνήν τινα vel βοὴν ἀδιάρθρωτον, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πεποιημένην. Ceterum si ἰυγμὸς reddi possit Fistulæ cantus, (quæ interpretatio habetur in VV. LL.,) non dubium est quin et hoc ἰυγὴ ita interpretari possimus. Sed hæc interpr. convenit cum ea quæ in Iisd. tribuitur verbo ἰΰζω, sc. Fistula cano: cujus signif. exemplum desidero. [Orac. ap. Herod. 9, 43. βαρβαρόφωνος ἰϋγή.]

AT VERO Ἶυγξ, γος, ἡ, (quod itidem ab ἰΰζω derivatum existimatur,) nomen est Aviculæ quam Torquillam, nec non Verticillam, quibusdam appellare placuit. Eam describit Aristot. H. A. 2, 12. A quibusdam dicta etiam fuit Motacilla, tanquam una eademque cum illa quæ σείσουρα s. σεισοπυγὶς nominatur; (assentiturque illis Suidas, scribens, Ἶυγξ, τὸ ὄρνεον τὸ καλούμενον σεισοπυγίς:) sed reprehenduntur qui illam cum hac confundunt: quam κιναίδιον etiam vocatam fuisse Hes. et Suidas auctores sunt. A Gal. autem l. 4. κατὰ Τόπους fertur dicta κίναιδος. ‖ Ἶυγξ, (ut quædam poëtica fabula perhibet, cujus meminerunt Schol. Pind. et Theocr., nec non Suidas,) mulier quædam fuit, quæ cum Jovem incantamentis quibusdam et magicis artibus ad amorem sui vel ad amorem Iûs pellicere conaretur, ab Junone in avem mutata fuit, servato eod. nomine. Hinc autem factum est ut avem istam ad amatorias illecebras juvare, eaque magas ad suas incantationes suaque veneficia uti creditum sit. Bud. ἴυγγας vertit Veneficia illecebrosa, ap. Synes. Ἦσαν ἄρα Αἰγύπτιοι φαρμακεῖς· καὶ οὐ πάντα Ὅμηρος ψεύδεται, ὅτε καὶ αὐτὸς ἰύγγων πλήρεις ἐπιστολὰς ἐκπέμπεις ἀπ' Αἰγύπτου. Cui loco hunc Xenophontis subjungit, (Ἀπ. 3, 11, 17.) Οὐκ ἄνευ πολλῶν φίλτρων τε καὶ ἐπῳδῶν καὶ ἰύγγων. Utitur autem Synesius et aliis in ll. voce ἴυγγες pro Illecebris. Itidemque ἴυγξ generaliter pro Quavis illecebra interdum ponitur, et eo quod nos ad aliquid pellicit. E Xen. Ἀπομν. affertur ἴυγγα ἔχειν pro Habere illecebram, et pelliciendi artificium tenere: [v. Lex. Xen.] Exempla hujus metaphoricæ signif. et ap. Suid. invenies. Apud Pind. N. 4, (55.) ἴυγγι ἕλκομαι ἦτορ Schol. exp. ἐπιθυμία. ‖ Ἶυγξ fertur dictus et Ipse magarum turbo s. rhombus. Vide Suid. Sunt qui in Theocriti Pharmaceutria in hoc intercalari versu, Ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα, vocem ἴυγξ signif. illam habere crediderint. Sed Schol. Veneream avem esse tradit, quam magæ ad suas incantationes adjutricem habeant. Vide plura de eadem voce ibid. "Ἶνυξ, Hes. ὄρνεόν τι ᾧ χρῶνται αἱ φαρμακίδες: quod et ἴϋγξ "dicitur." [" Toup. in Schol. Theocr. p. 211. Opusc. 1, 187. Munck. et Verh. ad Anton. Lib. 62. LB., omnino Schneid. ad Xen. Mem. 209. Thom. M. 10. Alberti Peric. Cr. 89. Levesque in Thuc. 3. p. 323. Abresch. Lectt. Aristæn. 294. Æsch. 2, 120. ad Charit. 324=660. ad Lucian. 1, 272. Jacobs. Anth. 1, 1. p. 20. 8, 286. 11, 350. Musgr. Iph. A. 1478. El. 126. Huschk. Anal. 15. Brunck. Soph. 3, 436. Callim. 1. p. 469." Schæf. Mss.]

ADJICIENDA

TOMO II.

HUJUS THESAURI LINGUÆ GRÆCÆ.

LECTORI.

De iis quæ secundo Tomo adjunguntur, i. e. ut cujusmodi ea sint intelligas, lege (ne repetenda sint quæ dicta fuerunt) Epistolam præfixam iis quæ Tomo primo adjecta sunt, a p. 1826. initium habentem. Eadem enim istorum, quæ huic secundo Tomo adduntur, quæ et illorum, est ratio. Esse autem scito nonnulla vocabula, quæ consulto hic quoque prætermissa sint et in Indicem reservata.

Nomen Κάρτος, cui primum inter adjecta secundo Tomo vocabula locum tribuo, quomodo prætermitti a me contigerit, in illa, cujus modo memini, Epistola declaravi. Cum enim diu nomina Κράτος et Κάρτος suspensum me tenuissent, utrum priori sede honorare deberem, tanquam magis ea dignum, et cum utrinque rationes ἰσοῤῥόπους et ἰσοστάθμους habere mihi viderer; accidit tandem ut cum nomen Κράτος priorem occupare locum permisissem, tanta stipatum caterva venerit, ut dum cogitationem meam in instruendis suis ordinibus detinet, atque adeo memoriam meam velut obruit, competitorem suum ex ea velut detruserit. Hoc quidem certe negari non potest, quamvis et ipsum Κάρτος non parvo agmine cinctum sit, copiarum tamen numero cogi illi Κράτος cedere. Siquidem ut a Κράτος sunt Κρατερὸς, Κρατύνω, Κράτιστος, sic a Κάρτος esse Καρτερὸς, Καρτύνω, Κάρτιστος, notissimum est; sed Κράτος multos derivatorum tanquam militum ordines sibi peculiares habet, Κάρτος contra paucos. Ut enim omittam ducem illum Κραταιὸς et quos sub se militantes habet, ecce tibi magnos duces Ἀκρατὴς, Ἐγκρατὴς, Ἐπικρατὴς: ecce tibi et alios, Ἀκράτωρ, Αὐτοκράτωρ, Παντοκράτωρ: ecce denique Κρατέω, cum suis compp.: ut de ceteris copiis taceam. At Κάρτος vix alias peculiares sibi copias habet quam quæ duci Καρτερὸς stipendia faciunt: quas in suos ordines collocatas hic spectare poteris.

ΚΑ'ΡΤΟΣ, τὸ, sicut et κράτος, Robur, Vires, Vis, Potentia. Hesiod. Θ. (73.) Κάρτεϊ νικήσας πατέρα Κρόνον. Il. I. (254.) κάρτος μὲν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη Δώσουσι. Sæpe autem vocem hanc cum alia synonyma copulat, sc. cum σθένος aut cum βία, pro quo dicit βίη Ionice. Il. P. (321.) Ἀργεῖοι δέ κε κῦδος ἕλον καὶ ὑπὲρ Διὸς αἶσαν Κάρτεϊ καὶ σθένεϊ σφετέρῳ. Alicubi autem addit et tertium ἠνορέη, ut Il. P. (329.) Κάρτεΐ τε σθένεΐ τε πεποιθότας ἠνορέῃ τε, Πλήθεΐ τε σφετέρῳ. At κάρτος et βίη conjunguntur cum alibi, tum Od. Z. (197.) Τοῦ δ' ἐκ Φαιήκων ἔχεται κάρτος τε βίη τε. Sic Δ. (415.) Καὶ τότ' ἔπειθ' ὑμῖν μελέτω κάρτος τε βίη τε. Alicubi autem additur gen. χειρῶν, ut Il. Λ. (9.) ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν. Apud Æsch. Pr. Κάρτος et Βία sunt Nomina satellitum Jovis, ut quidam annotarunt; sed mea Editio, quæ veterum Codd. assensum secuta est, habet Κράτος, non Κάρτος. [" Ad Herod. 620. Brunck. Apoll. Rh. 30. Athlet. Stat. 1. Jacobs. Anim. 201. Simonid. 18. Conf. c. κράτος, Wakef. Georg. p. 7." Schæf. Mss.]

Κάρτα, adv. Valde, Vehementer, Admodum. Magnus est hujus adverbii ap. Herod. usus, adeo ut Ionicum esse suspicer, licet et alii usi fuerint: 1, (88.) p. 23. meæ Ed. Κῦρος δὲ αὐτὸν λύσας κάτισέ τε ἐγγὺς ἑωυτοῦ, καὶ κάρτα ἐν πολλῇ προμηθίῃ εἶχε, 2. p. 76. Οὐδὲ ὅσαι ἂν ὦσι εὐειδέες κάρτα καὶ λόγου πλεῦνος γυναῖκες. Eur. Med. (222.) Δεῖ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει. Soph. Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον βροτοῖς. ‖ Κάρτα est etiam affirmantis, sicut πάνυ et σφόδρα, nec non μάλα ac μάλιστα, Eur. Hipp. (89.) Ἆρ' ἄν τι μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ; Respondetur, Καὶ κάρτα γ': quod Schol. exp. καὶ μάλιστα: addens esse enallagen literæ pro κράτα: quasi quis dicat κραταιῶς, ut a σάφα fit σαφῶς. Apud Herod. ἦ κάρτα in responsione affirmativa: et οὐ κάρτα in responsione negativa: [" at equidem nec ἦ κάρτα nec οὐ κάρτα ap. Herod. usquam legere me memini." Schw. Lex. Herod. " Abresch. Lectt. Aristæn. 64. Toup. Opusc. 2, 92. Valck. Hipp. p. 273. Diatr. 209. ad Herod. 156. Koen. ad Greg. Cor. 220. Musgr. Heracl. 247. Wakef. Alc. 653. 744. Trach. 338. 379. Eum. 90. Jacobs. Anim. 215. Huschk. Anal. 21. 23. Schleusn. ad Phot. c. 95. Τὸ κ., ad Herod. 460. 518. 631. Καὶ κ., 170. Κ. γραῦς, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 226. Κ. εὖ, Heind. ad Plat. Theæt. 328." Schæf. Mss.]

Κάρτιστος, Validissimus, Robustissimus, Fortissimus. Il. A. (266.) Κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν. Κάρτιστοι

A μὲν ἔσαν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι. Ubi Eust. κάρτιστοι exp. ἀνδρειότατοι et νικηταί: vultque esse vel a κάρτα, (quod hic proxime præcessit,) significante λίαν: vel a κράτος, per transpositionem literarum: ut in βάρδιστοι ἵπποι pro βράδιστοι. Sed cum sicut κάρτα, ita etiam κάρτος in usu sit, et quidem longe frequentissimo, mirum videri queat cur Eust. non κάρτιστοι esse vel a κάρτα vel a κάρτος: sed vel a κράτος, per literarum metathesin, i. e. transpositionem. Quod autem ad expositionem illam attinet, νικηταί, ea sequitur significationem quæ dabitur infra nomini καρτερὸς habenti genitivum, ap. Arrian., cujus et ipse locum ibi affert. [" Simonid. 29." Schæf. Mss.]

Καρταίνω, (quod commode e κάρτα deduci potest, utpote in quo posterius quoque α servetur,) exp. Valeo et Vinco; sed Hes. exp. duntaxat κρατῶ. " Καρτάζεσθαι, Hes. affert pro κρατύνεσθαι, " διϊσχυρίζεσθαι, καὶ διαμάχεσθαι."

Καρτύνω, Roboro, Corroboro, Validum reddo s. Fortem, Robur addo, Firmo. Aoristo medio usus est Hom. Il. M. (415.) Ἀργεῖοι δ' ἑτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας. Ubi Eust. exp. κρατῦναι, et πυκνῶσαι, nec non στερεῶσαι. Ex Apoll. Rh. autem affertur ἐκαρτύναντο μέλαθρον pro κατεῖχον, 2, (1088.) quæ expositio suspecta est. Apud Eund. vero καρτύνειν ἐρετμὰ redditur Tenere remos; sed malim Firmiter tenere: (332.) Ἀλλ' εὖ καρτύναντες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἐρετμὰ, ubi tamen Schol. exp. ἀσφαλισάμενοι. [" Ruhnk. Ep. Cr. 301. Heringa Obs. 225. Musgr. Bacch. 1101. ad Dionys. H. 2, 1022. Phanocl. Epigr. De
B quant., Heyn. Hom. 6, 61." Schæf. Mss.]

Καρτερὸς, Robustus, Fortis, Validus. Interdum Potens. Il. N. (316.) de Hectore, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν. Sic Achilli dicitur A. (178.) Εἰ μάλα καρτερός ἐσσι. At vero Od. O. (533.) ἀλλ' ὑμεῖς καρτεροὶ αἰεὶ, redditur Dominantes. Nam καρτεροὶ hic exp. δεσπόζοντες, s. δεσπόται: item ἄρχοντες, nec non ἐγκρατεῖς, i. e. In potestate habentes. Vide Eust. Est in soluta quoque oratione vocabuli hujus usus. Lucian. (1, 430.) Καὶ καλὸς ἦν, καὶ μέγας, καὶ ἐν πολέμοις καρτερὸς, (2, 527.) Τὸν μὲν, ἐῤῥωμένον καὶ καρτερόν. τὸν δὲ, ὕπωχρον καὶ ἀσθενικόν. Apud Xen. sequente præpositione πρὸς: (K. Π. 1, 6, 19.) Καρτερὸς πρὸς πάντα, Ad omnia validus, s. Ad omnia ferenda, ut quidam interpr. Alioqui reddi etiam possit, Adversus omnia. Eand. constr. interdum habet verbum hinc deductum καρτερεῖν: dicitur enim καρτερεῖν πρὸς τοὺς πόνους, et πρὸς λιμὸν et πρὸς δίψος, itidemque cum ceteris hujusmodi accu-

sativis: extantque apud illum ipsum Scriptorem constr. hujus exempla. || Κατερὸs gen. etiam habet: cujus constr. ap. Suid. aliquot exempla habes, sed Auctoris nomine non addito. Primum est, Ὁ δὲ ἐδύνατο καρτερὸς εἶναι τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐνέδωκε ταύτην τῷ βασιλεῖ. Secundum, Τήν τε πόλιν καὶ τὴν χώραν ἧστινος οἱ Νισιβηνοὶ καρτεροί εἰσιν, ἐνδώσοντες. Tertium, Καὶ αὐτὸς ἐγὼ ἐν ᾧ ἔτι Ἀρμενίας καρτερὸς ἦν. Sed καρτερὸν vult his in locis esse τὸν δυνάμενόν τινος κρατεῖν: nam postquam ita exposuit nomen καρτερὸς, exempla illa subjungit. In quibus tamen non video quomodo exp. illa nomini isti accommodari queat, præsertim vero in primo: cum enim ibi scriptum sit, Ὁ δὲ ἐδύνατο καρτερὸς εἶναι, quomodo verbo ἐδύνατο præcedente, καρτερὸς pro ὁ δυνάμενος κρατεῖν accipi dicetur? Rectius igitur postea καρτερὸς ab eo exp. ὁ ἐγκρατής. Cui expositioni subjungitur hic locus, Ὅπερ οὐκ ἦν νόμιμον δρᾶσθαι ἐν γῇ ἧστινος Ῥωμαῖοι ἐκ παλαιοῦ καρτεροί εἰσι, ubi rursus καρτεροὶ exp. ἐγκρατεῖς, nec non κύριοι. Est igitur καρτερὸν εἶναι πόλεως, vel alius loci, Dominum esse urbis, Potiri urbe, Imperio urbis potiri, Obtinere imperium urbis. Apud Arrian. autem, cum dicit Θηβαίων ἐγένετο καρτερὸς, reddere potes, Thebanorum victor fuit, Thebanos robore superavit, Thebanis superior extitit, Thebanos in potestatem suam redegit. At vero, Οὐκέτι καρτεροὶ σφῶν ἦσαν, ap. Eund. Bud. vertit, Non ultra sustinuerunt iram, Non ultra sui compotes erant. Tertium quendam usum habet hoc nomen in VV. LL., ubi affertur, Καρτερὸς Εὐβούλου, pro Tutus ab Eubulo; sed Auctoris nomen tacetur. || Καρτερὸν dicitur etiam esse aliquid: ὅρκος, ap. Hom. Validum et firmum jusjurandum. Legitur etiam καρτεροὶ λόγοι ap. Auctorem Dialogi qui inscribitur Axiochus, Ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως παρ' αὐτό μοι τὸ δεινὸν γενομένῳ οἱ μὲν καρτεροὶ καὶ περιττοὶ λόγοι ὑπεκπνέουσι. Ubi οἱ καρτεροὶ λόγοι interpretor ad verbum Fortia verba, e Tibullo et Propertio. Legimus enim ap. hunc L. 2. El. ult. Magna loquor; sed magnifice mihi magna locuto Excutiunt clausæ fortia verba fores. Eodemque modo Propert. Fortia verba dixit τοὺς καρτεροὺς λόγους, 1. Ah mea contemtus quoties ad limina curres, Cum tibi singultu fortia verba cadent. Aliam autem signif. habet ap. Cic. Fortis oratio, adjungentem vocem Virilis. Apud Xen. (Ἑλλ. 7, 4, 22.) καρτερὸν τεῖχος. Apud Thuc. χωρίον καρτερὸν, Locus munitus, pro quo dicit etiam χωρίον ἐρυμνόν. Legitur enim ap. eum 5, (65.) p. 186. meæ Ed. Ὁρῶν πρὸς χωρίον καρτερὸν ἰόντας σφᾶς, cum paulo ante illud ipsum χωρίον appellasset ἐρυμνὸν καὶ δυσπρόσοδον: quo pertinet καρτερὸς λόφος, [ap. Appian. Mithr. c. 65.] pro Tumulo arduo, et qui ideo est δυσπρόσοδος. Sic in plur. καρτερὰ χωρία sunt Loca munita, tuta. Sed ap. Eund. interdum sine adjectione substantivi reperitur τὰ καρτερὰ, ead. signif. 2. Ἀδύνατοι ὄντες ἀμύνεσθαι, ἔς τε τὰ καρτερὰ καὶ τὰ τείχη ὅσα ἦν ἐν τῇ χώρᾳ, ἐσεκομίσθησαν. Sic 3. Καὶ τὰ καρτερὰ προκαταληψομένους. In alio ejusd. Scriptoris loco legimus, Φρούριά τε ἔστιν ἃ ἐπὶ τῶν καρτερῶν ἐγκατῳκοδόμηται. Eidem frequens est καρτερὰ ναυμαχία, et καρτερὰ μάχη, Atrox s. Acris s. Acerrima pugna. In quo etiam loquendi genere ceteri Historici eum sunt imitati, ut Plut. Alcib. Καρτερᾶς δὲ μάχης γενομένης. Idem alibi, Καρτερὰ μάχη κρίσιν οὐ λαβοῦσα. Sed καρτερὰ ap. Eund. cum substantivo ἀναχώρησις, sequitur signif. præcedentem; redditur enim Tutum perfugium. || Κατὰ τὸ καρτερὸν ap. Plat. videtur esse i. q. κατὰ δύναμιν, Pro viribus, Totis viribus. || Καρτερὸν in malam etiam partem sumitur pro Violento, ut καρτερὰ ἔργα ap. Hom. [" Xen. K. Π. 125. et n., Hutchins. 147. Greg. Cor. 232. ad Herod. 624. Musgr. Suppl. 573. Jacobs. Anth. 7, 3. Stephanus de Dionysii Imit. Thuc., Heyn. Hom. 5, 142. Conf. c. κύριος, Dionys. H. 1, 174. Valck. Adoniaz. p. 386.: cum καθαρὸς, ad Herod. 340. Cum gen., Dionys. H. 2, 862. ad 3, 1337. Τὸ κ., adv., Theocr. 1, 41. Κατὰ τὸ κ., Aristoph. 'A. 622. Dionys. H. 1, 590. Schneid. ad Aristot. H. A. 606." Schæf. Mss. Il. Π. 517. ἕλκος, Æsch. S. c. Th. 502. Τυφῶ καρτερώτερος μάχῃ.] "Κορ- "τερὰ, Hes. κρατερὰ, ἰσχυρά: quæ et καρτερά." [* Αὐτοκαρτερὸς conj. Abresch. ad Thuc. 4, 4.]

Καρτερόθυμος, ὁ, ἡ, Qui est forti animo præditus, Magnanimus, ap. Hom., qui Herculem hoc epitheto honestat Od. Φ. (25.) Hesiodo autem ἔρις dicitur καρτερόθυμος, ubi quidam interpr. Pervicax s. Pertinax, Quæ est animo obfirmato. [* "Καρτερόμαχος, Const. Manass. Chron. p. 143. Meurs." Schæf. Mss. * Καρτερόμητις, Greg. Naz. 2, 76. * "Καρτερότειχος, Const. Manass. Chron. p. 75(=142.)" Boiss. Mss.] Καρτερόφρων, i. q. καρτερόθυμος. Est enim καρτερόφρων itidem e καρτερὸς et φρήν. In VV. LL. redditur Magnanimus, Constans, Durus. Additurque, eo usum esse Hesiod. Καρτερώνυχος, VEL Καρτερώνυξ, Qui validos s. robustos habet ungues, vel validas ungulas.

Καρτερῶς, Valide, Robuste, Firmiter. Schol. Thuc. hoc adverbio utitur ad exponendum ἐγκρατῶς, quod extat 6, (93.) p. 228. Εἰ τῇ ἐμαυτοῦ μετὰ τῶν πολεμιωτάτων φιλόπολις ποτὲ δοκῶν εἶναι, νῦν ἐγκρατῶς ἐπέρχομαι. Accipi enim ait ἐγκρατῶς pro καρτερῶς: sed addit φανερῶς, item ἐπιφανῶς: quæ minime placent. [Arrian. Exp. Alex. 99. Lucian. 64. * "Καρτερωτάτως, Theod. Prodr. Galeom. 213." Boiss. Mss.]

[* "Καρτερότης, Robur, Cyrill. Hier. 118. ὀστέων." Kall. Mss.]

Καρτερία, ἡ, Tolerantia, Patientia, sicut redditur vox καρτέρησις. Sed quamvis καρτερία interdum sumatur pro καρτέρησις, i. e. pro Ipsa tolerandi s. perferendi actione, potius tamen Ipsum tolerantiæ habitum, ut ita dicam, significat. Xen. K. Π. 3, (3, 6.) Τὰς μεγάλας ἡδονὰς καὶ τὰ ἀγαθὰ τὰ μεγάλα ἡ πειθὼ καὶ ἡ καρτερία καὶ οἱ ἐν τῷ καιρῷ πόνοι καὶ κίνδυνοι παρέχονται. Apud Eund. 8, (8, 8.) inter se opp. καρτερία et μαλακία. Apud Isocr. autem in Panath. copulantur ἀνδρία et καρτερία: ubi scribit, Οὐ τεκμήριον οὐδεὶς ἂν δύναιτο μεῖζον εἰπεῖν ἀνδρίας καὶ καρτερίας καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίας. Bud. ab eo καρτερίαν vocari ait Constantem temperantiam non uno in loco. Quamvis porro ibi ab Isocr. conjungantur ἀνδρία et καρτερία, legimus tamen ap. Plat. Lachete, non quamlibet καρτερίαν esse ἀνδρίαν. In VV. LL. e Xen. affertur (Ἀπ. 2, 1, 20.) Αἱ διὰ καρτερίας ἐπιμέλειαι, pro Assidua studia. [" Ad Diod. S. 2, 544. Dionys. H. 1, 296. (* Καρτεριάζω, Laconice) * Καρτεριάδδω, Valck. Adoniaz. p. 289. 387." Schæf. Mss. Hesych. Οὐ καρτεριάδδει· οὐ φρόνιμος εἶ.]

Καρτερικὸs, illi subjungo; cum enim ita dicatur is qui virtute quæ καρτερία vocatur præditus est, non dubito quin ex hoc ipso nomine originem habeat. Redditur certe καρτερικὸς Tolerans, Patiens: sicut καρτερία Tolerantia, Patientia. Ac quemadmodum καρτερία et μαλακία, sic καρτερικὸς et μαλακὸς opponuntur. Aristot. Eth. 7, 7. Ἀντίκειται δὲ τῷ μὲν ἀκρατεῖ ὁ ἐγκρατὴς, τῷ δὲ μαλακῷ ὁ καρτερικός. Est autem virtus τοῦ καρτερικοῦ circa mœrores, sicut τοῦ ἐγκρατοῦς circa voluptates, ut ex eod. Philosopho ibid. discimus. Apud Eund. in Polit. 2. de Lacedæmoniorum politia loquentem, Ὅλην γὰρ τὴν πόλιν ὁ νομοθέτης εἶναι βουλόμενος καρτερικὴν, κατὰ μὲν τοὺς ἄνδρας φανερός ἐστι τοιοῦτος ὢν, ἐπὶ δὲ τῶν γυναικῶν ἐξημέληκε. Quibus subjungit, Ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν καὶ τρυφερῶς. Hoc autem affert tanquam civitati καρτερικῇ minime conveniens: adeo ut hic latius vocis hujus signif. extendatur quam modo dictum fuit. Convenit quidem certe hic usus cum eo quem habet ap. Isocr. Symm.; postquam enim dixit, Ἐπιδείξειεν ἄν τις πολλοὺς χαίροντας μὲν καὶ τῶν ἐδεσμάτων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν βλάπτουσιν, ἐπίπονα δὲ καὶ χαλεπὰ νομίζοντας, ἀφ' ὧν ἀμφότερα ταῦτ' ἂν ὠφελοῖντο, subjungit, Καὶ καρτερικοὺς εἶναι δοκοῦντας τοὺς ἐν τούτοις ἐμμένοντας. Apud Athen. καρτερικὸς βίος et κυνικὸς opponuntur, 3. Οὐ καρτερικὸν βίον ἀσκεῖτε, κυνικὸν δὲ τῷ ὄντι ζῆτε. Interdum autem καρτερικὸς non sine adjectione ponitur, sed adduntur ea, circa quæ aliquis est καρτερικός. Quem usum habet ap. Xen., sequente præp. πρός: (Ἀπ. 1, 2, 1.) Πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος καὶ πάντας πόνους καρτερικώτατος. Quo in loco apte utemur illa voce Lat. qua supra interpretatus sum hoc vocabulum, gen. ei dantes, ut καρτερικώτατος πρὸς πόνους sit Laborum tolerantissimus: (possit reddi et Laborum patientissimus.) Itidemque πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος καρτερικώτατος, Frigoris et æstus tolerantissimus. Atque adeo magis usitata est vox ista Tolerans cum gen., quam sine adjectione. Sed vix puto καρτερικὸς, (ubi sine adjectione ponitur,) aptius reddi posse quam Tolerans s. Patiens. In illis certe Aristot. locis interpretandis quidam hoc, quidam illo sunt usi: sunt et qui reddiderint Constans. Invenitur etiam redditum utroque simul, i. e. nomine Constans, addito altero illorum, sc. Patiens. Redditur enim καρτερικὸς Constans et patiens. At ego sic censeo, ubi καρτερικὸς est περὶ λύπας vel πόνους, tunc sufficere vel Patiens vel Tolerans; at ubi de Eo dicitur, qui facile patitur se voluptatum fruitione privari, tunc lubenter aptiorem vocem invenirem. [" Zeun. ad Xen. K. Π. 126. Hutch. 47." Schæf. Mss.] Ut porro καρτερικὸς redditur Tolerans, Patiens: sic ADV. Καρτερικῶς reddi commode potest Toleranter, Patienter: veluti cum dicit Cic. Toleranter dolorem pati; hoc enim, ut opinor, diceretur καρτερικῶς ἀνέχεσθαι. [" Καρτερικώτερον, adv., Planud. Ovid. Met. 13, 859." Boiss. Mss.]

Καρτερέω, Tolero, Patior, Patienter fero; Duro, Perduro. Varie autem construitur, et pro varia constructione varie etiam redditur, eod. tamen sensu. Cum accus., Xen. (Ἀπ. 1, 6, 7.) Τῷ σώματι τὰ συντυγχάνοντα καρτερεῖν. Isocr. Τὸν γὰρ τῶν ὑπεροπτικῶν ὄγκον μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειαν. Cum πρὸς ap. Xen. K. Π. 2, (3, 5.) Καὶ πρὸς λιμὸν καὶ πρὸς δίψος καὶ πρὸς ῥῖγος καρτερεῖν, Famem, sitim, et frigus tolerare; vel, servata eadem constr. forma, Resistere contra famem etc. Et e Plat. de LL. affertur καρτερῶ πρὸς τὸ μέτριον, pro Ita me contineo ut moderate me geram. Isocr. autem cum ἐπὶ in Archid. Δεῖ καρτερεῖν ἐπὶ τοῖς παροῦσι, καὶ θαρρεῖν περὶ τῶν μελλόντων, Patienter præsentem rerum statum ferre, boni consulendo. Item in Nicocle cum ἐν, sed alia signif., Καρτερεῖν ἐν τούτοις, q. d. Tolerantiam exercere, in his sc. me continendo, vel mihi temperando. Rectius Temperantiam exercere, vel, Ab his mihi temperare s. me continere. Nam pro eod. dicere videtur ἐγκρατῆ εἶναι τούτων. Jungitur et dativo sine præp. ut Hermog. Ἵνα καρτεροῖεν τοῖς κινδύνοις οἱ ἐμπλέοντες. Sic et ap. Propert. observavi Durare cum dativo, His ego non horam possim durare querelis. (Scio tamen posse etiam videri esse ablat. subaud. præp.) Sed et quemadmodum dixit Plautus, Nequeo durare quin ego herum accusem meum, sic ap. Philostr. Her. legimus καρτερεῖν cum μὴ οὐκ, Οὐ καρτερῶ μὴ οὐκ ἀποδοῦναι. Jungitur et cum partic., et dicitur καρτερῶ ἀκούων pro Patienter audio: Οὐ καρτερῶ ἀκούων, Non patienter audio: quod Gall. commodius exprimitur, Je n'ai pas la patience d'ouïr. Æschin. c. Ctesiph. (p. 88.) Τίς ἂν τὰ τοιαῦτα καρτερήσειεν ἀκούων; Idem ibid. Ἃ ἐγὼ οὔτε τότ' ἐκαρτέρουν ἀκούων. At vero Epist. ad Hebr. 11, (27.) ubi dicitur, Τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε, non jungitur participio: sed est ὡς ὁρῶν, Ut qui videret. Quid autem hic significet, paulo post docebo. Jungitur et cum particip. pass.: ut καρτερῶ τυπτόμενος, Patior me verberari, s. potius Patienter fero verbera. Interdum autem καρτερῶ per se ponitur, et quidem alicubi eod. plane sensu quo ap. Plautum Durare nequeo in ædibus: (ut Galli, Je ne saurois durer en la maison.) Hæc enim, ni fallor, interpretatio huic Thuc. loco convenit, 4. Οὐ δυνατὸν τὸν δῆμον ἐσόμενον μετὰ σφῶν καρτερεῖν. Alibi ap. Eund. videtur καρτερῶ significare, Forti animo sum, et, ut Virg. locutus est, Non cedo malis: 2, (44.) Καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παίδων ἐλπίδι, i. e. δι' ἐλπίδα. Convenit autem hæc interpr. illi etiam loco Epist. ad Hebr. 11. Sciendum est porro hac in signif. verbo καρτερεῖν opponi ἀπειπεῖν. [" Act. Traj. 1. p. 91. Valck. Phœn. p. 664. ad Xen. Eph. 144. 229. 240. Eur. Hec. 1209. Villois. ad Long. 287. Plut. Ages. 11. fin. (forte ἂν ἐκαρτ.) Expecto, T. H. ad Aristoph. Πλ. p. 416. De constr., ad Xen. Œc. 5, 4. Cum participio, Zeun. Ind. ad Xen. K. Π. Leo Philos. 4. Schneid. über d. Anacr. p. 362." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 13, 13. Καρτ. ἀπὸ τοῦ ὕπνου. * Καρτερούντως, Plato de Rep. 3. p. 399. * Καρτέρημα, Menone p. 88=366.] Καρτέρησις, ἡ, Tolerantia, Toleratio: (nam et hoc posterius ap. Cic. extat.) At Perferentia et

Perla' o n n ... tis Latina sunt, qui ... tam n Laertius usus e ... fertur. Plurali καρτερήσεις usus est Plato Symp. Πρὸς δὲ τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις (δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες) θαυμάσια εἰργάζετο. Al ... usque dixit, Καρτερήσεις χειμώνων καὶ τῶν ἐναντίων. Apud Eund. Καρτερ... τεις σιτίων καὶ ποτῶν, redditur, Continue cere a cibo et potu a ... i e. [* Καρτέρητος, Ni t. Eugen. 7, 251.] "Ἀκαρτέρητος, Hes. ἀνυπομόνητος, Intolerabilis, Qui "sustineri et tolerari non p... it," [Chrys. in Matth. 2. p. 438, 37. "Ἀκαρτέρητα, adv. Andr. Cr. 217." K... . Mss.] "Δυσκαρτέρη-"τος, Ægre tolerabilis, Pen... int... ra ... is." [* "Δυσκαρτερήτως, Porphyr. ad M... n. 8. p. 17." Boiss. Mss.]

Ἀποκαρτερέω, Inediam perpetior, ut ea vitam finiam, Inedia vitam finio, Inedia mortem mihi conscisco. Lucian. in Opusculo quod Μακρόβιοι inscribitur, s. 19. Φ... μα δὲ ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους· καὶ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ παρ' ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, καὶ προσενεγκάμενος τροφὴν, καὶ πράξας περὶ ὧν ἧκον οἱ φίλοι, ἀποσχόμενος αὖθις τροφῆς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Loquitur autem de Cleante. Atque hic τοῦ ἀποκαρτερεῖν manifesta signif. est. Sic et in sequente loco Plutarchi Symp. 6, (3. fin.) Διὸ καὶ πολὺν ζῶσιν ἔνιοι τῶν ἀποκαρτερούντων χρόνον, ἂν ὕδωρ μόνον λαμβάνωσιν. Herodian. (4, 13, 17.) Ἐκείνη δὲ ἐπὶ ταῖς τῶν παίδων ὁμοίαις συμφοραῖς, εἴτε ἑκοῦσα εἴτε κελευσθεῖσα, ἀπεκαρτέρησε. Cic. Tusc. Quæst. 1. Hegesiæ liber est Ἀποκαρτερῶν, quod a vita quidam per inediam discedens revocatur ab amicis: quibus respondens, vitæ humanæ enumerat incommoda. Secundum Suidam tamen ἀποκαρτερεῖν est Vitam sibi laqueo vel inedia consciscere; is enim huic loco, Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμονίων νομοθέτην μετὰ τὸ θεῖναι τοὺς νόμους, ἐλθόντα εἰς Κρήτην, ἀποκαρτερῆσαι, ὅπως μὴ αὐτοὺς ἀναγκασθείη λῦσαι, præfigit participium ἀποκαρτερήσαντα, quod exp. ἑαυτὸν λιμῷ ἢ ἀγχόνῃ τοῦ βίου ἐξαγαγόντα. Plut. quoque ejusd. Lycurgi mortem describens, eod. usus est verbo, (Lyc. 29.) Ἐτελεύτησεν οὖν ἀποκαρτερήσας. At Suidas in Ἀπεκαρτέρησεν citans itidem hæc incerti Auctoris verba de Lycurgi morte, Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐλθὼν εἰς Κρήτην, ἀπεκαρτέρησεν, ἵνα μὴ λύσῃ τοὺς νόμους οὓς ἔθηκεν, verbum ἀπεκαρτέρησεν exp. generaliter ἑαυτὸν διεχρήσατο, Manus sibi attulit, Mortem sibi conscivit. Unde apparet quam parum sibi constet Suidas in hujus verbi expositione, ideoque quam parum fidei adhibere illi oporteat. Multi sane reperiuntur loci, in quibus manifestissimum est ἀποκαρτερεῖν esse Inedia mortem sibi consciscere; at vel unum, in quo significet Laqueo mortem sibi consciscere, extare vix credo. Adde quod Cic. illo, non hoc modo interpretatur. Et vel hinc conjicias esse peculiarem quandam verbi hujus signif., quod diversi Scriptt. de ejusd. morte verbum hoc usurpent. Nam sic Plut. Pericle (16.) Anaxagoræ mortem describit, Καὶ μέν τοιγε τὸν Ἀναξαγόραν αὐτὸν λέγουσιν, ἀσχολουμένου Περικλέους, ἀμελούμενον κεῖσθαι συγκεκαλυμμένον ἤδη γηραιὸν ἀποκαρτεροῦντα. Apud Suid. autem habetur idem verbum de morte ejusd. Anaxagoræ, in hoc incerti Auctoris loco, Ὁ δὲ Ἀναξαγόρας ἐλθὼν ἐν Λαμψάκῳ, καὶ ἀποκαρτερήσας, τὸν βίον καταστρέφει. (At Eum qui vitam laqueo finit, habent Græci verba multa quibus significare possint.) Tolerare vitam, inquit Bud., sermo est a Græcis tractus, a quibus ἑαυτοὺς διακαρτεροῦντες dicuntur Sese tolerantes: hac ratione, quod qui facere id non sustinent, ἀποκαρτερεῖν dicuntur et inedia vitam finire. Hoc autem obiter notandum est, pro eod. dici ἀποκαρτερήσας ἐτελεύτησε et ἀπεκαρτέρησε. || Non sustineo, Animo deficio, Impar sum dolori. Sic usus est Areth. Apoc.: qui etiam ἀπαγορεύω interpr. Bud. [" Ad Charit. 233. 239. 242. ad Xen. Eph. 229. Lennep. ad Phal. 135. ad Diod. S. 1, 629. 701. ad Lucian. 3, 222." Schæf. Mss.] Ἀποκάρτερος, ὁ, ἡ, Inedia vitam finiens. Ita legitur in quibusdam Cic. libris pro Ἀποκαρτερῶν, in loco paulo ante citato e Tusc. Quæst. 1, (35.) Sed ἀποκαρτερῶν tutius et cum exemplarium plurium auctoritate legitur. Extant etiam quidam libri in quibus ἀποκαρτερώτατος scriptum est, non sine aperto mendo. Ἀποκαρτέρησις, ἡ, Mortis oppetitio per inediam: si modo dici posset Oppetitio. Quintil. 8, 5. in luxuriosum qui ἀποκαρτέρησιν simulasse dicitur, ait jactatum fuisse, Necte laqueum, habes quod faucibus tuis inascaris. Sume venenum, decet luxuriosum bibendo mori. Intelligo autem ἀποκαρτέρησιν simulasse, i. e. simulasse se in animo habere vitam inedia finire. At in VV. LL. citatur hic Quintiliani locus tanquam ἀποκαρτέρησιν accipientis pro Tolerantia, et eam inter figuras numerantis. || Tolerantia doloris victa, Animus deficiens præ dolore s. concidens, Abruptio patientiæ præ dolore. Vide posteriorem signif. verbi ἀποκαρτερῶ, ex Aretha.

Διακαρτερέω, Ad extremum usque perfero, (hanc enim esse vim præpositionis in hoc verbo existimo,) Perduro. Greg. Naz. de ... στ... q... ... s ... p ... A... e... tr... m usque to ... nta perfere. Ὑπὲρ ... θείας διεκαρτέρει. In VV. LL. ex Aristot. Rhet. Διακαρτερῶ μὴ λέγειν τἀληθῆ pro Persevero occultare veritatem. Et ex Jos. A. J. Ἑαυτὸν διακαρτερήσας ὀδυνηρῶς καὶ δυσχερῶς, pro Ægre se continuit, Vix se ... te mperavit. | Διακαρτερεῖν, in ... uit ... d., ap. Herod. per ... In ... iam perferre. Ad hanc autem signif. pertinet διακαρτερεῖν ἑαυτὸν, de Democrito di... m vi... am suam in inedia s... stenta ... te: hoc in loco, Τούτους δὲ (τοὺς θερμοὺς ἄρτους ταῖς ῥισὶ προσφέρων ὁ Δημόκριτος διεκαρτέρησε. (m ... le autem, ut ... n ..., ad primam hujus verbi signif. resp... n..., vertem ..., Toleravit vitam suam; nam Toleravit se, sine exemplo ... ere non ausim. [Herod. 7, 107. "Dionys. H. 1, 71." Schæf. Mss. * "Διακαρτέρησις, Marinus V. Pr... h 26." Kall. Mss.]

Ἐγκαρτερέω, ut, Ἐγκαρτερῶ ταῖς ἀλγηδόσι, Xen., pro καρτερῶ ἐν ἀλγηδόσι, Patiens sum in doloribus, Forti animo præditus sum in doloribus, Fortiter me gero, Perduro in doloribus. Possumus et mutata constr. red... lere, Patienter s. Forti animo dolores fero. Sic Aristot. Rhet. 1. Ἐγκαρτερεῖν ταῖς ἀνάγκαις. At in h. Plut. l. Ἐγκαρτερεῖν τῇ χειρουργίᾳ, pro ἐγκαρτερεῖν ταῖς τῆς χειρουργίας ἀλγηδόσιν accipio: de Mario, Καὶ μὴ στενάξας, μηδὲ τὰς ὀφρῦς συναγαγὼν, ἐνεκαρτέρησε τῇ χειρουργίᾳ. Ab Eod. vero ἐγκαρτερεῖν per se positum, itidem pro ἐγκαρτερεῖν ταῖς ἀλγηδόσιν accipio, in hoc loco (8, 13. Ἀνακρινομένη καὶ κελευομένη φράσαι τοὺς ἔτι λανθάνοντας, οὐκ ἔφρασεν, ἀλλ' ἐνεκαρτέρησεν, ἐπιδειξαμένη κ. τ. λ. Synes. Ep. 60. Πῶς οἴει καὶ τότε δακνόμενος; ἀλλ' ἐνεκαρτέρουν ὡς οἷόν τε: q. d. Obfirmabam animum. Plautus certe vim hujus verbi καρτερῶ luculenter expressisse mihi videtur, ubi dixit, Feram et perferam usque ejus abitum Animo forti atque obfirmato. || Interdum vero ἐγκαρτερῶ dicitur de perseverantia in aliis etiam rebus, vel potius de pertinaci quadam s. pervicaci perseverantia; nam ap. Synes. Ἀλλ' ἐγὼ τοῖς δεδογμένοις ἐνεκαρτέρησα non verterim simpliciter, ut quidam, Mansi in iis quæ decreta fuerant, sed Pertinaciter s. Obfirmato animo mansi. Sic autem et vetustiores Scriptt. hac voce usos esse comperio; ita enim Thuc. 2, (61.) Ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγκαρτερεῖν ἃ ἔγνωτε. Quem velut imitatus Xen. ita scribit, de equitibus in acie loquens, (Ἱππαρχ. 8, 22.) Καὶ ἐπιθυμήσουσι τοῦ καλόν τι ἀκούειν, καὶ ἃ ἂν γνῶσιν ἐγκαρτερεῖν. Exp. etiam Persistere. || Ἐγκαρτερεῖν in h. Xen. l. (Ἀπ. 2, 6, 22.) Τοῖς τῶν ὡραίων ἀφροδισίοις ἡλωμένοι, ἐγκαρτερεῖν δύνανται, redditur Sibi temperare, Se continere, (quæ signif. et simplici καρτερεῖν data fuit,) sed videtur et ad illam signif. Perpessionis doloris, cujus modo exempla protuli, reduci posse. | Ἐγκαρτερεῖς θάνατον in VV. LL. ex Eur. (Andr. 261.) pro Manes mortem, i. e. Expectas: quod mihi valde suspectum est et ob signif. et ob constr.: quippe qui nec in illis locis Thuc. et Xen. accusativo jungi existimem, sed esse ἐγκαρτερεῖν ἃ pro ἐγκαρτερεῖν ἐκείνοις ἅ. [" Eur. Herc. F. 1354. Diod. S. 2, 253. Plut. Ages. 11. fin. (forte ἂν ἐκαρτ.)" Schæf. Mss. * Ἐγκαρτερητὸς, unde * Δυσεγκαρτέρητος, Sext. Emp. 585. * Ἐγκαρτερητέον, Orig. c. Cels. 434.]

[* Ἐκκαρτερέω, Nicet. Eugen. 4, 250. 6, 183. * Ἐπικαρτερέω, Leo Diac. 202. " M. Anton. 1, 16. leg. potius ἐγκ.: cf. Gataker.: it. p. 42." Kall. Mss. * Περικαρτερέω, Anna C. 442.]

"Προσκαρτερέω, Cum tolerantia et perseverantia quadam insisto "s. incumbo, Assiduus et multus sum aliqua in re: ut curatores "operum non abscedentes. Athen. Προσκαρτερῶν τοῖς λόγοις. "Themist. de canibus venaticis, Ἑνὸς αὐταῖς ἀναφανέντος θηρίου, "προσκαρτεροῦσιν ἐκείνῳ καὶ προσλιπαροῦσιν ἄχρις ἂν ἕλοιεν, Illius "vestigiis assiduo hærent, nec ab eo persequendo desistunt prius "quam ceperint. Sic Act. 1, (14.) Προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν "τῇ προσευχῇ: ut et Paulus ad Rom. 12, (12.) Τῇ προσευχῇ προσ-"καρτεροῦντες, Instantes precibus, Assidue perseveranterque "precantes Deum. Homini etiam alicui προσκαρτεροῦμεν, cui "nos assiduum comitem præstamus, ab ejus latere non disceden-"tes. Dem. c. Neær. (1386.) Θεραπαίνας τὰς Νεαίρᾳ προσκαρτε-"ρούσας. Act. 8, (13.) de Simone, Ἦν προσκαρτερήσας τῷ Φιλίπ-"πῳ, A Philippi latere non discedebat, Philippi comes persta-"bat, ut Ovid. Sola comes nostræ perstitit illa fugæ. Itidem "Christus Marci 3, (9.) discipulis suis dicit curent ut πλοιάριον "προσκαρτερῇ αὐτῷ, Navicula sibi assidua comes sit, ne sc. a "turba premeatur, Bud." [" Diod. S. 1, 710." Schæf. Mss.] "Προσκαρτέρησις, ἡ, Assidua et tolerans aliqua in re perseveran-"tia, cum sc. nullæ ærumnæ nec labores nos a re aliqua avellere "possunt."

[* Συγκαρτερέω, Theod. Prodr. Ep. f. 83.]

[* Καρτερόω, i. q. κρατύνω, Stob. Phys. 1086. ὅπλαις, Aqu. Theod. Prov. 31, 17. Esai. 41, 14.]

Quod sequitur, verbum Κεύθω, censeri πρωτότυπον possit, præsertim cum ejus etymum a nullo eorum Lexicographorum et Grammaticorum, quos legere mihi contigit, afferatur. Præterquam enim quod de ejus derivatione tacent, (quod facit ut suspicer ab illis existimatum fuisse πρωτότυπον, affirmare enim nolo, cum fieri possit ut nonnullorum derivationes vel oblivione vel propter ignorationem prætermiserint,) tale esse videtur ut in illo ordine reponi debeat.

ΚΕΥΘΩ, Fut. Κεύσω, Præt. ευκα, Occulo, Occulto, Abscondo. Poëtis potius in usu est quam prosæ Scriptoribus, qui pro eo dicunt κρύπτω: quod cum Poëtis commune habent. Od. T. (212.) δόλῳ δ' ὅγε δάκρυα κεῦθε. Sic (Θ. 548.) μηδὲ σὺ κεῦθε νοήμασι κερδαλέοισιν. Apud Il. I. (313.) legimus κεύθειν ἐνὶ φρεσὶ, ubi sibi non minus ac portis orci invisum esse dicit illum, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει. Ubi non assentior Scholiastæ, dicenti, verbum κεύθει alibi quidem significare κρύπτει, hoc autem loco accipi pro ἐνθυμεῖται: neque enim κεύθειν per se significare potest ἐνθυμεῖσθαι, i. e. Cogitare: sed κεύθειν ἐνὶ φρεσὶν, i. e. Occultare in mente, s. in pectore, perinde est ac si diceretur κρύφα ἐνθυμεῖσθαι, Occulte cogitare. Is autem occulte diceretur cogitare, qui cogitationem suam dissimulat, et nihil tale præ se fert quale est illud, quod cogitat et in animo suo volvit. E Sallustio κεύθειν ἐνὶ φρεσὶν interpretari possumus Claudere in pectore. Is enim, qui ab Hom. describitur, Ὅς χ' ἕτερον μὲν

κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει, is est, utendo Sallustianis verbis, Qui aliud clausum in pectore, aliud in lingua promtum habet. Simili porro loquendi genere dicitur ab eod. Poëta νόος aliquid κεύθειν ἔνδοθι: Od. Ω. (473.) Εἰπέ μοι εἰρομένῃ τί νύ τοι νόος ἔνδοθι κεύθει. Apud Eur. Phœn. κεύθειν et στέγειν ὑπὸ σκότῳ copulantur: (1220.) Κακόν τι κεύθεις καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ. Interdum sepulcrum dicitur aliquem κεύθειν, s. alicujus ossa, ut aliquis Latine dicitur Tegi sepulcro s. Condi. In Æschyli Epitaphio habetur hic verbi κεύθω usus: Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει Μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας. Et in Epitaphio quodam, quod Simonidi ascribitur, quod legitur Epigr. p. 286. meæ Ed. Ἐνθάδε Πυθώνακτα κασιγνήτην τε κεκεύθει Γᾶ. (Quem usum habet κρύπτειν in isto Platonis epitaphio, Γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος. Interdum vero et καλύπτειν dicitur ὁ τάφος, i. e. Sepulcrum.) Sed illud κεκεύθει omnino mihi suspectum est, quod est tanquam a th. Κεκεύθω: dicendumque foret e fut. med. κέκευθα esse factum, si admittendum censeretur. Sed potius in κέκευθε mutandum illud κεκεύθει crediderim; etenim nec pro præt. plusquamperfecto accipere commodum esset. Invenitur autem sæpe hoc medium PRÆT. Κέκευθα signif. habens præsentis κεύθω. Extatque hic usus in Anthol. aliquot locis: nec non ap. (Od. Γ. 18.) μῆτιν ἐνὶ στήθεσσι κέκευθε, ubi dicitur ἐνὶ στήθεσσι κέκευθε pro eo quod alibi κεύθει ἐνὶ φρεσί. || Κεύθειν invenitur etiam pass. signif. habens. Sed e Soph. solo hujus usus exempla mihi extant. Sic autem usurpat tum ipsum verbum, tum ejus partic. Legimus enim ap. eum Œd. T. (968.) p. 192. meæ Ed. ὁ δὲ, θανὼν Κεύθει κάτω δὴ γῆς, pro κεύθεται, κρύπτεται, inquit Schol. Hoc certe constat suam activam signif. minime retinere hic posse verbum κεύθω: sed commodius fortasse pro neutro verbo haberetur, quale est Latinis Lateo, quam pro passivo. Quem autem verbo dat usum illic, eund. et participio in Aj. (634.) p. 38. Κρείσσων γὰρ ᾅδᾳ κεύθων ἢ νοσῶν μάταν, ubi etiam ᾅδᾳ observandum est poni pro ἐν ᾅδᾳ. Legimus ap. eund. Poëtam Ant. (911.) Μητρὸς δ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν.

PASS. Κεύθομαι, constat accipi pro Occulor, Occultor, Abscondor, sequendo activi significationem; sed in VV. LL. habetur κεύθομαι expositum Vado: non sine errore, ut opinor: qui tamen unde natus sit, haud divinare possum. Vide Κευθάνω. "Κύθεν, "aor. 2. a κεύθω: Hes. ἔκρυψεν, ἐκάλυψεν." "Κύθομαι affertur "pro Occulor, Abscondor; sed suspectum. Id enim potius κεύ-"θομαι dicitur." [" Κεύθω, Valck. Hipp. p. 282. Bianor Epigr. 13. Musgr. Heracl. 778. Ion. 1409. Dosiad. Ara 1. Alcæus Mess. 7. Antip. Sid. 68. Philipp. 84. Agathias 91. Jacobs. Anth. 9, 80. Pro passivo, Brunck. ad Bacch. 1041. ad Œd. C. 74. (Œd. T. 977.) Musgr. Phœn. p. 219. Jacobs. Anth. 12, 430. Med., Ænigma 7. Κέκευθα, Porson. Hec. p. 55. Ed. 2. Κέκευθε, Toup. Opusc. 1, 20. Emendd. 1, 464. ad Charit. 365. Κεκύθωσι, Græv. Lectt. Hes. 513." Schæf. Mss. Od. Σ. 406. οὐκέτι κεύθετε θυμῷ Βρωτὺν οὐδὲ ποτῆτα. Κύθω, Eratosth. ap. Schol. Apoll. Rh. 3, 802. Schn. Lex. "Philemonis Lex. 19." Boiss. Mss.]

[* Κεῦθμα, i. q. κευθμὸς, Theognis 237. Brunck. p. 283.]

Κευθμὸς, Locus qui aliquem occultat et abscondit, in quo aliquis latet, Latebra, Latibulum. Apud Hom. cete habent suos κευθμούς: Il. N. non procul a principio, de Neptuno, Βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ', ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτῷ, Πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, οὐδ' ἠγνοίησεν ἄνακτα. Ubi Eust. annotat κευθμῶν esse a sing. nomin. κευθμὸς, qui similis sit his, δρυμὸς, σταθμὸς, βαθμός: eos autem, qui dixerint factum esse κευθμῶν e gen. κευθμώνων per sync., merito rejici a veteribus: Τοὺς δὲ εἰπόντας, inquit, αὐτὸ συγκεκόφθαι ἐκ τοῦ κευθμώνων, εὖ ποιοῦντες οὐκ ἀποδέχονται οἱ παλαιοί. Extat apud Hes. hic nominativus Κευθμὸς, qui ab eo exp. κατάδυσις, πυθμὴν, θησαυρός: quibus additur κοῖλον, ἢ κοιλάς. Ita enim cum Aldina Ed. legendum est κοιλὰς, (cujus gen. κοιλάδος,) non κοίλας cum Germanica. Ceterum ex hoc κευθμὸς fit κευθμὼν, κευθμῶνος, non contra: ut docebo etiam in sequentibus. [" Ad Callim. 1. p. 16. Valck. ad Röv. p. XLIV. Pierson. Veris. 87. Heyn. Hom. 6, 376." Schæf. Mss.] Κευμὸς ETIAM legitur ap. Etym. sicut et Κευθμός. Sed pro Κευθμὸς non dubium est quin debeat SCRIBI Κευσμός. Ideo autem non dubito hanc scripturam in illius locum substituere, tum quod comprobetur exemplo quod affert, tum etiam quod mei veteris Lexici auctoritate nitatur. Exemplum quod affert Etym. habet σ: est enim μηνισμός: alterum autem habet θ, μηνιθμός: unde liquido patet eum itidem Κευσμὸς cum σ et Κευθμὸς cum θ scripsisse. In meo autem vet. Lex. scriptura hæc Κευσμὸς Æolica esse traditur. Hæc enim ibi leguntur, Κευθμός· ἐκ τοῦ κεύθω κευθμός. Deinde, Αἰολικῶς κευσμὸς, καὶ κευθμός. Adduntur que in exemplum, κλαυσμὸς, e κλαύσω, et κλαυθμός.

Κευθμὼν, ῶνος, ὁ, i. q. κευθμὸς, de quo paulo ante. Redditur non solum Latebra et Latibulum, sed etiam Penetrale, Secessus: pro quo malim Recessus, (ut Cic. Latebras et Recessus copulavit,) vel potius Abditos recessus, ut significantius loquamur. Hesiod. (Θ. 158.) Γαίης ἐν κευθμῶνι. In plur. autem γαίης κευθμῶνες dici possint fortassis Terræ penetralia, Intimi terræ recessus, s. Abditi. Quidam interpretati sunt Antra terræ. Sed multo his et aliis quibusvis aptius est vocabulum Abdita. Eod. enim plane modo dixit Lucr. Abdita terræ, quo dicunt Græci κευθμῶνας γαίης: adeo quidem ut ad Græcum vocab. respexisse videri queat, cum Abdita sit ab Abdo, ut κευθμὼν a κεύθω, significante illud Abdo, uti antea dictum fuit. Ejus locus est l. 6. Denique ubi argenti venas aurique sequuntur, Terrai penitus scrutantes abdita ferro. Hujus autem exemplo dixit Horatius Abdita rerum. Apud Hom. est κευθμὼν speluncæ: Od. N. (367.) Μαιομένη κευθμῶνα ἀνὰ σπέος. Quin etiam de latibulis s. lustris ferarum dicuntur κευθμῶνες: ut ap. eund. Poëtam, Od. K. (283.) ὥστε σύες πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχοντες. Eur. autem νεκρῶν κευθμῶνα sicut et σκότου πύλας de Orco dixit, initio Hecubæ: et fortassis occasionem ita loquendi sumsit ex Hom. locis quos in Κεῦθος afferam. || Κευθμὼν fit e Κευθμὸς, non contra, ut testatur etiam Etym., cui assentitur et meum vetus Lex. [" Ad Anton. Lib. 242. 246. Verh., Pierson. Veris. 87. Eurip. 3. p. 275. ad Callim. 1. p. 16. Wakef. Eum. 808. Heyn. Hom. 6, 376." Schæf. Mss. * Κευθμωνοχαρὴς, Synes. H. 4, 46.]

Κεῦθος, τὸ, i. q. κευθμὸς s. κευθμὼν, de quibus modo dictum fuit. Sed aut nullum aut rarum esse puto singularis ap. veteres usum; at plur. κεύθεα et κεύθεσι in frequenti sunt ap. Poëtas usu. Et quemadmodum habuisti supra κευθμῶνας γαίης, ita κεύθεα γαίης dicunt Hom. et Hesiod. Extat enim ap. utrumque, ὑπὸ κεύθεσι γαίης: ap. hunc quidem Θ. (300.), ap. illum autem Od. Ω. (203.) Ἑσταότ' εἰν ἀΐδαο δόμοις, ὑπὸ κεύθεσι γαίης. Apud Eund. Il. X. (482.) legimus. Νῦν δὲ σὺ μὲν ἀΐδαο δόμους ὑπὸ κεύθεσι γαίης Ἔρχεαι. Quibus e locis fortassis occasionem sumsit Eur. vocandi Orcum νεκρῶν κευθμῶνα, uti dixi. || Singulari κεῦθος, cujus aut nullum aut rarum ap. vett. usum esse dixi, utitur Schol. Soph., in quendam Philoctetæ locum, (1081.) p. 420. ubi dicitur a Poëta, Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον Θερμόν τε καὶ παγετῶδες. Exp. enim γύαλον per κεῦθος. Et paulo post, Διὸ δὴ τὸ κεῦθος ἡμεῖς ἀντὶ τοῦ ἄλσος μεταφράζομεν. [" Brunck. ad Poët. Gn. p. 283. Markl. Suppl. 545. Wakef. Alc. 885. 1072. Eum. 808." Schæf. Mss. Musæus 119. Passow p. 203. Pind. N. 10, 105. Soph. Antig. 810.]

[* Μεγαλοκευθὴς, Pind. Π. 2, 60. * Παγκευθὴς, Soph. Œd. C. 1632. * Πολυκευθὴς, Clem. Alex. 886. λόγος.]

Κευθήμων etiam legitur ap. Suid., quod ideo in hunc locum reservavi, quia mendo carere non puto. Exp. autem φωλεῶν et ἀποκρύφων τόπων: e qua expositione esse gen. plur. liquet. Sed ego non dubito quin ipse κευθμῶν scripserit, a nominat. sing. κευθμὸς, de quo antea dictum fuit. Existimo porro petitum esse istum gen. κευθμῶν ex illo Hom. loco quem attuli in Κευθμὸς, ex Il. N. aut certe ex isto versu, (28.) Κευθμῶν ἐξ ὑπάτων δεινὴ θεὸς ἀντεβόλησε.

Ἀμφικεύθω, Circumquaque occulo, Circumtego, "Contego:" ἀμφικεύθων, Hes. περικρύπτων.

Ἐπικεύθω affertur tantum pro Celo ex Hom., ea signif. qua dicitur Celare quempiam aliquid. Od. (O. 263.) Εἰπέ μοι εἰρομένῳ νημερτέα, μηδ' ἐπικεύσῃς, Τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες. Ubi μηδ' ἐπικεύσῃς per perittologiam dictum censeri possit: cujusmodi multa ap. Hom. legi scimus. Sic Od. E. (143.) Αὐτάρ οἱ πρόφρων ὑποθήσομαι, οὐδ' ἐπικεύσω, Ὥς κε μάλ' ἀσκηθὴς ἣν πατρίδα γαῖαν ἵκηται. Hic certe itidem perittologia esse censebitur quod addit, οὐδ' ἐπικεύσω. Sed tolerabilior tamen fuerit si utrobique permutatum esse ordinem imaginemur: et dictum esse hic quidem, ὑποθήσομαί οἱ, οὐδ' ἐπικεύσω, pro οὐκ ἐπικεύσω, ἀλλ' ὑποθήσομαι! illic vero, μὴ ἐπικεύσῃς, ἀλλ' εἰπὲ κ. τ. λ. Existimari autem potest subaudiendus esse his in ll. accusativus personæ. At vero cum accus. rei legitur Od. Δ. (744.) μῦθον δέ τι οὐκ ἐπικεύσω. Quod si legatur τοι, (quam scripturam alicubi invenisse mihi videor,) dubium fuerit sitne τοι itidem expletiva particula, an pronomen: ut habeat hoc verbum accus. rei et dat. personæ. Ceterum quamvis nullum afferatur exemplum significationis generalis quam habet Κεύθω, qua sc. ponitur pro Occulto, Abscondo, non dubito tamen quin et eam obtinere possit, atque adeo alicubi eam obtineat. Et vicissim quamvis simplici VERBO Κεύθω data non fuerit ea signif. quæ datur huic composito Ἐπικεύθω, quod nullum ejus exemplum in promtu esset: minime dubium esse debet quin eandem et ipsum habere queat, et quidem non sine veterum Scriptorum exemplo.

Κευθάνω, i. est q. κεύθω, Occulo, Occulto, Abscondo. Fitque ex illo superiore κεύθω hoc κευθάνω. Il. Γ. (453.) Ἀλλ' οὔτις δύνατο Τρώων κλειτῶν τ' ἐπικούρων Δεῖξαι Ἀλέξανδρον τότ' ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ. Οὐ μὲν γὰρ φιλότητί γ' ἐκεύθανον, εἴ τις ἴδοιτο. Ubi κευθάνειν potest accipi pro Occulere, Occultare, Abscondere; sed aptius reddetur Celare, meo quidem judicio, ut habeat eam signif. quæ composito ἐπικεύθω data fuit. Annotat porro ibi Eust. hoc verbum Κευθάνω e Κεύθω esse deductum; sed addit hanc deductionem orationi solutæ inutilem, at versui hexametro (quem dactylicum appellat) esse commodam. Ejus verba sunt, Τοῦ δὲ ἐκεύθανον ἡ ἐκ τοῦ κεύθω παραγωγὴ λόγῳ μὲν πεζῷ ἀσυντελὴς, δακτυλικῷ δὲ μέτρῳ χρηστή. E quibus verbis colligat fortasse quispiam, κεύθω quidem in oratione soluta locum habere, at κευθάνω non item. Ego tamen Poëticum esse et illud κεύθω existimo, et nullum aut perquam rarum ap. eos qui soluta oratione utuntur, esse illius usum. || Κευθάνω in VV. LL. redditur Vado. Cui interpr. additur, Item Tego. Subjungiturque locus ille Hom. ex Il. Γ. qui paulo ante allatus fuit. Sed quod ad priorem illam interpr. attinet, miror undenam sumta fuerit: et quamvis plane falsam esse credam, (ut alia infinita id genus mendacia in illis Lexicis esse satis constat,) nolui tamen eam te celare: quod etiam verbo κεύθομαι eadem in iisd. libris tribuatur. [" Heyn. Hom. 4, 549." Schæf. Mss.] "Κυθάνει, Hes. κρύπτει: "quod et κευθάνει."

"Κευθῆνες, Suidæ οἱ καταχθόνιοι δαίμονες: forsan παρὰ τὸ ὑπὸ "τῇ γῇ κεκεῦσθαι."

AT VERO Κευτηρία dicitur esse Nomen plantæ ap. Theophr. H. Pl. 9, 1. cui, ut atractylidi, succus inest sanguineus: suspicanturque nonnulli esse illud Genus betæ, quod Herbarii Sanguinem draconis appellant. An autem sit a verbo κεύθω, præsertim cum non aspirata θ, sed tenui τ scribatur, haud facile judicari possit. (Hoc quidem certe constat, in quibusdam derivatis talem mutationem aspiratæ in tenuem, aut contra tenuis in aspiratam inveniri.) Sed utrocunque modo se res habeat, ejus hic mentionem fecisse nihil nocebit.

Ad jucundam vocem Μέθυ transeo, omissis in medio nonnullis, quæ nec ita frequenter occurrunt, nec adeo magnum derivatorum comitatum habent; ideoque sine magno incommodo in Indicem reservari poterunt. Sed ne ὁ μεθυδότης mihi irascatur, quod suum illud vocab. in serie vocum a litera μ incipientium prætermiserim, negligentiam illam s. injuriam ea diligentia sarciam, quam hic adhibebo in vocis illius tractatione multo majorem quam illi adhibuissem. Debuit autem collocari hoc vocab. μέθυ post Μεθίημι, sequendo etymologiam quam etiam Eust. ei tribuit: de qua dicam paulo post.

MEΘΥ, τὸ, Vinum. (Temetum ab hoc vocab. μέθυ originem habere aliquando suspicatus sum, ut scil. e μέθυ primum quidem Methum dictum fuerit, deinde vero Temetum, prœposita una sylaba: quod et in aliis quibusdam vocibus Latinis, quæ e Græcis factæ sunt, videre est. Sed additionem hanc fecit, tandem et mutationem aspiratæ in tenuem necesse esse. Nolim autem nunc illam meam derivationem pertinaciter tueri. hoc unum dico, non minus nunc quoque hanc mihi probari quam eam quæ vulgo affertur.) Est autem Poëtis duntaxat usitatum hoc nomen, licet pleraque ab illo derivata magno ap. prosæ etiam Scriptt. in usu sint. Od. H. (179.) Ποντόνοε, κρητῆρα κερασσάμενος μέθυ νεῖμον Πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον. Apud Eund. sæpe hujus nominis epithetum est ἡδὺ, ut Od. H. (265.) Ἥμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ. Potest tamen illud ἡδὺ censeri non pro Perpetuo epith., (quoniam aliquod vinum potest esse, quod non sit ἡδὺ,) sed pro Epith. certi vini, cujus ibi fit mentio. Idemque fortasse dicendum de adjectivo γλυκὺ, quod alibi huic nomini adjungit: ut Od. Ξ. (193.) ἠμὲν ἐδωδὴ Ἠδὲ μέθυ γλυκύ. Plut. Symp. 3, 2. vult μέθυ esse τὸν ἄντικρυς ἄκρατον: Ὅθεν ὁ φίλτατος Διόνυσος οὐχ ὡς βοηθὸν ἐπὶ τὴν μέθην οὐδ' ὡς πολέμιον τῷ οἴνῳ τὸν κιττὸν ἐπήγαγεν· ὅς γε τὸν ἄκρατον ἄντικρυς, μέθυ, καὶ Μεθυμναῖον αὐτὸς αὐτὸν ὠνόμασεν. || Μέθυ a verbo μεθίημι deductum esse, non uno in loco testatur Eust. Sed hujus deductionis duplex ab eo affertur ratio; alicubi enim vult μέθυ dictum esse a v. μεθίημι, quod nos μεθήμονας reddat, i. e. Negligentes: alicubi vero alium dans verbo μεθίημι usum, vult μέθυ inde esse appellatum, quoniam homines eo usi μεθίενται εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν. Sed hoc posterius etymum in uno tantum loco affert, quod sciam; at prius illud, in multis. Atque adeo posterius hoc, non ejus est, sed ex Athen. petitum: cujus hæc verba sunt, (363.) Εἰς ἃς δὴ (sub. εὐωχίας) συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν αὐτοὺς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὸν, μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν, Μεθυμναῖον καὶ Λυαῖον καὶ Εὔιον καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον. Equidem rationi consentanea est utraque deductio, quod utrumque effectum vini experiamur; sed prior illa magis cum passim recepta verbi μεθιέναι signif. convenit. Eust. exponens Il. Z. fin. Ἀλλὰ ἑκὼν μεθίης τε καὶ οὐκ ἐθέλεις, ait verbum μεθίης (ab eo tamen scribitur μεθίεις) significare ἀμελεῖς: et hinc esse μεθήμων, quo declaratur ὁ ἀμελητής: sicut ἡ ἀμέλεια nomine μεθημοσύνη. Quibus addit, καὶ μέθυ, ὁ εἰς μεθημοσύνην ἄγων οἶνος. Idem in versum hunc, qui legitur in fine libri H ejusd. Poëmatis, Δῶκεν Ἰησονίδης ἀγέμεν μέθυ, χίλια μέτρα, annotat eum suo more μέθυ vocare vinum, διὰ τὸ τοὺς ἀμέτρως αὐτοῦ πίνοντας μεθίεσθαι, i. e. ἀμελεῖν. Recte autem hic adjicitur ἀμέτρως: sicut et alibi dicit idem Schol. μέθυ non natura esse hujusmodi, (i. e. natura non habere effectum illum nomini suo respondentem,) sed τῇ ὑπὲρ μέτρον εἰσδοχῇ, quoniam μεθίεται, i. e. ἀμελεῖ, ὁ πέρα τοῦ μετρίου οἶνον προσιέμενος. [" Fischer. ad Anacr. 2 Casaub. Athen. 1, 32. Gen. μέθυος, Plato Epigr. 15. Heyn. Hom. 5, 389. Musgr. El. 497. Casaub. ad Athen. 70." Schæf. Mss.]

Μείλιον, τὸ, Munus quo aliquem μειλισσόμεθα, i. e. Demulcemus, s. quo aliquem possumus μειλίσσεσθαι, i. e. Demulcere. Sed pluralis potius numerus Μείλια in usu est. Apoll. Rh. 4, (1549.) αὐτίκα δ' 'Ορφεὺς Κέκλετ' 'Απόλλωνος τρίποδα μέγαν ἔκτοθι νηὸς Δαίμοσιν ἐγγενέταις νόστῳ ἔπι μείλια θέσθαι, ubi Schol. μείλια exp. τὰ ἐκμειλίξασθαι δυνάμενα δῶρα, item τὰ ἱλαστήρια. Scribo autem in illo Apoll. Rh. versu, ἔπι μείλια disjunctim, non ἐπιμείλια: quod Scholiastem non hanc, sed illam vocem agnoscere videamus. Sed et in aliis duobus ll. ejusd. Poetæ habemus μείλια, qui certe [illegible] non admittunt. Unus est 3, 146 Μείλια δ' ἔκβαλε πάντα. Ubi idem Schol. μείλια exp. παίγνια δι' ὧν οἱ παῖδες μειλίσσονται. [illegible] ἐπὶ τῶν ξενίων [illegible] usum esse, ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω Πολλὰ μάλα. Alium autem [illegible], in quo τιμωρίαν exp., postea proferam. Nunc ad illum Homeri [illegible] venio, qui legitur Il. I. (146.) Τάων ἥν κ' ἐθέλῃσι φίλην, ἀνάεδνον ἀγέσθω Πρὸς οἶκον Πηλῆος· ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω Πολλὰ μάλ', ὅσσ' οὔπω τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί. Ubi tamen non ἐπὶ μείλια separatim, sed ἐπιμείλια conjunctim legitur; atque adeo Eust., tanquam de vera lectione dubitans, scribit Homerum τὴν φερνὴν vocare μείλια s. ἐπιμείλια. Ejus verba sunt hæc, Φερνὴ γὰρ ἡ τῆς γυναικὸς προίξ· οἷον, προθεὶς φερνὰς πατήρ· ἣν Ὅμηρος καὶ μείλια ἢ ἐπιμείλια λέγει, διὰ τὸ τὸν ἄνδρα μειλίσσειν, ἤτοι κατὰ μέλι γλυκαίνειν· ὥσπερ καὶ ἕδνα εἴρηται παρὰ τὸ τὴν νύμφην ἥδειν· ἡδανά τινα ὄντα, καὶ ἐν συστολῇ καὶ συγκοπῇ, ἕδνα. Apud Hes. quoque non μείλια solum, sed ἐπιμείλια legimus. Verum hoc CORR. 'Επιμείλια sunt εἰ τὰ ἀπόθετα χρήματα, cum alibi μείλια dicat significare προῖκα ut [illegible] alia. In VV. LL. ἐπιμείλια exp. Munera demulcentia, ultra dotem, Res dotales et ipsa Dos, quod maritos demulceat. Adduntque, Hes. rectius interpretari ἐξώπροικον, i. e. Dotem adventitiam, dotisque accessionem, præter dotem profectitiam, ut loquitur Ulpianus: quoniam quæ ibi postea doti dicit et promittit Agamemnon, proprie dos est profectitia: super quam etiam ex abundanti ἐπιμείλια dicit se adjecturum adventitiæ dotis loco. Sic Liv. Pun. Bell. 6. Super dotem, quam accepturus a socero es, hæc tibi a me dotalia dona accedent. Hæc sunt quæ et ibi de voce ista leguntur. Sed ut omittam, magis videri rationi consentaneum, ut quæ postea enumerat Agamemnon, sint ea ipsa quæ μείλια vocavit, (cur enim eorum, quæ ad dotem additurus esset, mentionem prius quam ipsius dotis faceret?) loci etiam alicujus auctoritatem desidero, in quo ἐπιμείλια ita scriptum sit ut minime dubitari possit quin præp. ad hoc ipsum nomen pertineat, et ita quidem ut ejus pars sit. Nam in eo quem protuli Homeri loco vix credere possum Eust. existimasse posse vel μείλια scribi, vel ἐπιμείλια, sc. præp. relinquendo huic nomini, vel jungendo eam verbo. Vix, inquam, credere possum, Eust. ea in opinione fuisse, cum ipse Hom. se non voluisse dicere, ἐπιμείλια δώσω, sed ἐπιδώσω ἐπιμείλια, verbis proxime sequentibus ostendat, ubi sc. dicit, Ὅσσ' οὔπω τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί. (Memini autem me in quodam veteris Epigr. pentametro legere itidem, πόλλ' ἐπὶ μείλια δοὺς, pro πολλὰ μείλια ἐπιδούς: nimirum Homerum imitando.) Equidem brevium Scholl. Auctor nequaquam utramque lectionem in eo loco Homeri admittit; sed sejunxisse præp. ἐπὶ cum verbo δώσω, aperte ostendit, cum scribit, τὸ ἑξῆς, ἐπιδώσω μείλια: deinde μείλια esse ait οἷς μειλίσσονται τοὺς ἄνδρας: nimirum τὴν προῖκα. Quin etiam ipse Eust. licet in ambiguo relinquat, μείλια an ἐπιμείλια dixerit Hom., differentiam tamen illam inter hæc duo vocabula minime constituit: ut ex illis quæ attuli ejus verbis satis apparet. Esse autem et alia nonnulla nomina ap. Hom., quibus adjuncta fuerit a plerisque præp. quæ alioqui ad verbum compositum pertinebat, in aliis hujus Thesauri locis patefeci. || Μείλια a Schol. Apoll. Rh. redditur etiam τιμωρία, 3, (594.) Νόσφιν δ' οἱ αὐτῷ φάτ' ἐοικότα μείλια τίσειν. Hic enim exp. τιμωρίαν ἀποτίσειν. Ac fortasse μείλια hac in signif. per antiphrasin usurpatum censeri posset. [" Wolf. ad Il. Præf. p. xx. ad Od. Π. 196. Heyn. Hom. 5, 557. 8, 246. ad Callim. 1. p. 47. 136. Musgr. Iph. T. 183. Kuster. Suid. 1, 821. Jacobs. Anth. 9, 431. 11, 157. Brunck. Rh. 196." Schæf. Mss.]

Μειλινὸς, Blandus, Suavis. Ex Eur. (Iph. A. 234.) μειλινὸν ἡδονὴν pro Gratum voluptatem, afferunt VV. LL. Non male autem fortassis μειλινὸν alicubi Melleum s. Mellitum quispiam reddiderit. Ac quamvis hoc μειλινὸς inter derivata a μειλίσσω ponam, (quoniam μείλια a Gramm. inde derivari video,) non minus tamen placeret ab ipsomet nomine μέλι, sicut μειλίσσω, ita et illud immediate deducere. || AT VERO Μείλινος, Fraxineus: ut μείλινον ἔγχος in variis Homeri locis, Fraxinea hasta. Dicitur autem μείλινος pro μέλινος, per pleonasmum literæ ι, a nomine μελία, s. μελίη Ionice, quod Fraxinum significat. A μελία, inquit Etym., fit μελίϊνος, et per sync. μέλινος, et per pleonasmum literæ ι, μείλινος: ut μείλανι πόντῳ legimus pro μέλανι: et Μειλανίων pro Μελανίων. Sed cum alia plurima vocabula in exemplum hujus pleonasmi τοῦ ι poterat afferre, tum vero illud ipsum μειλίσσω, cujus derivata proxime præcedunt.

" Μειλεῖν, Hes. ἀρέσκειν, Placere."

" 'Απομειλίσσω, s. 'Απομειλίττω, Placo, Demulceo." 'Απομειλίσσομαι, Demulceo, Delinio, sicut et de simpl. μειλίσσομαι dictum est. Potest autem exponi et Placo, aliisque modis: sequendo signiff. quæ illi μειλίσσομαι datæ fuerunt. At VV. LL. habent partic. ἀπομειλιττομένους, (cum ττ Attice pro σσ,) quod reddunt Placentes. Sed non dubito quin Placantes scr. sit. [Porph. ad Marc. 2. p. 4. 5. Mai., Joseph. A. J. 19, 9, 2. Dionys. H. 1. p. 30, 13. " Abresch. Lectt. Aristæn. 146." Schæf. Mss.] " 'Εκμειλίσσω, (s. 'Εκμειλίττω,) Demulceo, Mitigo, Placo. " Suid. pass. ἐκμειλίσσεσθαι exp. καταπραΰνειν: itidemque Hes. " qui et ἐκμειλιχθεὶς affert pro ἐξημερωθείς." 'Εκμειλίσσομαι, itidem Demulceo, Delinio, etc., ἐκμειλίξασθαι pro Demulcere, e Basil. affert Bud. At in VV. LL. ἐκμειλίσσομαι redditur tantum verbo Mitigo. [" Ad Herod. 480." Schæf. Mss.] Καταμειλίσσομαι s. Καταμειλίττομαι, i. e. compp. ἀπομειλίσσομαι et ἐκμειλίσσομαι. In hoc tamen præsertim præpositio vim Intendendi significationem habere videri potest. In VV. LL. habetur vox act. Καταμειλίσσω. [" Eldik. Suspic. p. 43." Schæf. Mss.]

Voculæ *μὲν* (de qua nunc dicendum est) originem investigare, perinde esset fortassis ac si quis *ἀτόμου τομὴν* quæreret. Nihilo certe magis investigandum particulæ *μὲν* quam particulæ *δὲ* ortum existimo; at vero an sicut *δὴ* e *δὲ*, ita etiam *μὴν* e *μὲν* ortum sit, rationi consentanea fortasse quæstio fuerit.

MEN, Quidem. Solet autem hanc particulam *μὲν* excipere particula *δὲ*, sicut ap. Lat. particulam Quidem excipit particula Vero, vel Autem, aut etiam At: ut, *Σὺ μὲν πλουτεῖς, ἐγὼ δὲ πένομαι*, Tu quidem dives es, ego vero sum pauper. Aut, Ego autem. Aut, At ego. Xen. K. 'A. 7, (2, 4.) *'Αναξιβίου μὲν ἠμέλησε, πρὸς 'Αρίσταρχον δὲ διεπράττετό τε κ. τ. λ.* Paulo post, *'Αναξίβιος μὲν οὐκ ἔστι ναύαρχος, ἐγὼ δὲ τῇδε ἁρμοστής· εἰ δέ τινα ὑμῶν λήψομαι κ. τ. λ.* Idem alibi, *'Εγώ τοι σε μὲν δίκαιον νομίζω, σοφὸν δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν.* Interdum vero in hujusmodi ll. *δὲ* absolvit membrum orationis, ut ap. Eund. rursum K. 'A. 7, (6, 4.) *'Απεκρίνατο ὅτι τὰ μὲν ἄλλα εἴη οὐ κακὸς, φιλοστρατιώτης δέ· καὶ διὰ τοῦτο κ. τ. λ.* Sicut autem in loco paulo ante citato vides particulæ *δὲ*, quæ respondet ipsi *μὲν*, subjungi illam ipsam in alio membro; sic in distributione aliquoties ponitur hæc particula *δὲ*, respondens uni *μέν*: easque deinde sequitur aliud membrum, cui eadem hæc particula adhibita est: ut vides ap. eund. Scriptorem K. 'A. 7, (3, 21.) *Καὶ ἐπεὶ παρέδωκεν τοὺς ἡγεμόνας, οἱ μὲν ὁπλῖται ἡγοῦντο, οἱ δὲ πελτασταὶ εἵποντο, οἱ δ' ἱππεῖς ὠπισθοφυλάκουν.* Quibus subjungit, *'Επεὶ δὲ ἡμέρα ἦν, κ. τ. λ.* Varii sunt autem usus harum particularum, quæ interdum quidem omnino adversativam, ut ita dicam, orationem faciunt, interdum vero distributionem quandam simul indicant, aut etiam distributionem solum: quin etiam quandam aliquando Copulandi vim habent, qualem Latinis Cum et Tum. Quos ego usus declarabo; sed tria sunt, vel potius quatuor, de quibus lectorem prius monendum censeo: primum est, non semper quærendam esse particulam *δὲ* paulo post *μὲν*, sed interdum multo etiam post, multis sc. præcedentibus, atque adeo interdum his ipsis particulis. Hoc autem in quibusdam Dem. orationibus videre est, quarum principio hæc particula adhibetur, ita sc. ut secunda sit vox. Sed quod dico de præcedentibus cum aliis plerisque verbis, tum etiam hac ipsa vocula *μὲν* cum sua, ut ita dicam, comite, duobus exemplis inde petitis planum faciam. Sic itaque orditur ille Orator Orationem ad Philippi Epistolam, *Οτι μὲν, ὦ ἄνδρες 'Αθηναῖοι, Φίλιππος οὐκ ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἀνεβάλετο τὸν πόλεμον, πᾶσιν ὑμῖν φανερὸν γέγονεν.* Quibus verbis hæc per *ἀνταπόδοσιν* subjunguntur, *Ὅτι δὲ χρὴ μήτε ὀῤῥωδεῖν ἡμᾶς τὴν ἐκείνου δύναμιν, μήτε ἀγεννῶς ἀντιταχθῆναι πρὸς αὐτὸν, — ἐγὼ πειράσομαι εἰπεῖν*: sed cum alia multa inseruntur, tum vero hæc, *Τῷ μὲν ἔργῳ πάλαι πολεμεῖ πρὸς τὴν ἐπιστολὴν, τῷ δὲ λόγῳ νῦν ὁμολογεῖ διὰ τῆς ἐπιστολῆς κ. τ. λ.* Idem videre est et in Philipp. 1., cujus initium est, *Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο, ὦ ἄνδρες 'Αθηναῖοι, λέγειν, κ. τ. λ.*: ubi particulæ *μὲν* est *ἀνταποδοτικὴ* particula *δὲ* quarto post versu, *ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν κ. τ. λ.* Sed hoc inter hunc et alterum illum interest locum, quod illic per parenthesin interjecta sint omnia illa, *ἐπειδὴ γὰρ Φαρσαλίοις κ. τ. λ.* usque ad *ὅτι δὲ κ. τ. λ.*, hic autem non possumus itidem ad redditionem venire omissis quibusdam verbis, utpote quæ non sint similiter per parenthesin inserta. Ita enim ibi totus locus legitur, *Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο, ὦ ἄνδρες 'Αθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τι μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον· εἰ δὲ μὴ, τότ' ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γιγνώσκω λέγειν*: quibus tandem subjungitur particula *δὲ* respondens non posteriori *μὲν*, (nam illis *εἰ μὲν* respondet hæc vicina *εἰ δὲ μὴ*,) sed priori; sequitur enim, *'Επειδὴ δὲ περὶ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον, συμβαίνει καὶ νυνὶ σκοπεῖν, ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς, εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν.* Ideo autem lectorem admonere hac de re operæ pretium esse existimavi, quod sciam quosdam Interprr. in hujusmodi ll. hallucinatos esse. Secundum autem cujus commonefaciendum eum duxi, h. e. aliam interdum particulam quam *δὲ*, respondere illi *μὲν*, ut docebo in *Μέντοι*. Tertium est, particulam *μὲν* aliquando nec *δὲ* nec aliam ejus loco habere sibi respondentem, ac tum nequaquam adversativæ locum, sed potius particulæ *δὴ* aut alius hujusmodi obtinere. Exemplum hujus usus particulæ *μὲν* extat cum alibi tum in principio celebris illius Orationis pro Corona; hanc enim ita inchoat, *Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες 'Αθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα· ἔπειθ', ὅπερ ἐστὶ μάλιστα κ. τ. λ.*: quod *ἔπειτα* non habens adjunctam particulam *δὲ* nec aliam ejus officio fungentem, jungitur cum *εὔχομαι* repetito *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*. Quod si non haberemus *τοὺς θεοὺς* in posteriore membro, possemus fortasse *πρῶτον* et *ἔπειτα* infinitivis jungere. Ut autem hic particulæ *μὲν* non redditur *δὲ*, sic nec in priucipio Orationis *πρὸς Λεπτίνην*: ibi enim post *μάλιστα μὲν* subjungitur *εἶτα* s. *δέ*. Quartum et ultimum est, particulam *μὲν* aptius interdum reddi Quidem certe, profecto, Equidem, quam Quidem, ubi sc. non additur illi respondens *δὲ*, nisi potius omittendam illius interpretationem quis censeat. In hoc sane Homeri loco, ubi ab ipsis etiam Gramm. particula *μὲν* dicitur esse *ἀναπόδοτος*, Il. Ω. (289.) *ἐπεὶ ἄρ σέ γε θυμὸς 'Οτρύνει ἐπὶ νῆας, ἐμεῖο μὲν οὐκ ἐθελούσης*, non dubito quin *μὲν* aptissime reddi possit Quidem certe. Quin etiam pro *μὴν* ab eo accipi annotant Gramm.: sicut Schol. Thuc. ab eo pro *δὴ* alicubi sumi observat, de qua etiam signif. dixi paulo ante.

In exemplum autem aliorum usuum, quos habere dixi particulas *μὲν* et *δὲ*, quos me declaraturum dixi, afferam primum hunc Theophr. locum, *'Εὰν αἱ ἀκτῖνες, αἱ μὲν πρὸς βοῤῥᾶν, αἱ δὲ πρὸς νότον σχίζωνται, τούτου μέσου ὄντος κατ' ὄρθρον, κοινὸν ὕδατος καὶ ἀνέμου σημεῖόν ἐστι.* Ideo autem ab hoc Theophrasti loco incipio, quod Plinium videam tam *αἱ μὲν*, quam *αἱ δὲ*, interpretatum esse Partim: ita reddentem hunc locum, Si in exortu spargentur radii partim ad austrum, partim ad aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluviam tamen ventosque significabunt. Sic autem sæpe dicunt et *τὰ μὲν, τὰ δέ.* Sed interdum etiam aliis partibus orationis quam articulis junguntur, ubi tamen vel hunc ipsum, vel similem usum præstant, ut Xen. K. 'A. 7, (6, 11.) *Οὐκοῦν ὑμεῖς ἀκούοντες μὲν 'Αριστάρχου ἐπιτάττοντος ὑμῖν εἰς Χεῤῥόνησον πορεύεσθαι, ἀκούοντες δὲ Σεύθου πείθοντος αὐτῷ συστρατεύεσθαι, πάντες μὲν ἐλέγετε, σὺν Σεύθῃ ἰέναι, πάντες δ' ἐπεψηφίσασθε ταῦτα.* Quæ particulæ tam quæ in priore membri parte quam quæ in posteriore habentur, si mihi vertendæ essent, in priore quidem non dubitarem pro *μὲν* et *δὲ* ponere Hinc et Illinc, in posteriore autem Cum et Tum, vel Tum, et Tum etiam. Apud Hom. autem enumerationi etiam adhibetur. Huc pertinet iste ejusd. Scriptoris locus, ut infinitos alios prætercam, (K. Π. 1, 5, 7.) *'Επαίνου μὲν ἕνεκα πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑποδύεσθαι*: ubi etiam observa tale quid quale et supra docui de duobus *μὲν* in locis vicinis, sed non eod. modo positis. Et hic Æschinis, (67.) *Πάντας μὲν Πελοποννησίους ὑπάρχειν, πάντας δὲ 'Ακαρνᾶνας συντεταγμένους.* Et rursum cum verbis, ap. Greg. Naz. *Καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ συνεργοῖς χρώμενος, ἐθεράπευε μὲν τὰ σώματα, ἐθεράπευε δὲ τὰς ψυχάς.* Itidemque cum nominibus, *Πλουτεῖ μὲν θεωρίαν, πλουτεῖ δὲ βίου λαμπρότητα*: ubi perinde est ac si dixisset *πλουτεῖ καὶ θεωρίαν καὶ βίου λαμπρότητα.* At de *τὸ μὲν, τὸ δὲ*, et *τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ*, alius erit dicendi locus.

De *μὲν* alii particulæ juncto.

Μὲν γὰρ, i. q. *γὰρ*, Enim. Od. Σ. (131.) *Οὐ μὲν γάρ ποτέ φησι κακὸν πείσεσθαι ὀπίσσω.* Thuc. 7, (55.) p. 251. *Πρότερον μὲν γὰρ ἐφοβοῦντο τὰς μετὰ τοῦ Δημοσθένους ναῦς ἐπελθούσας*, ubi valde miror Schol. dignum censuisse observatione conjunctionem *μὲν* vacare, cum hujus usus sint obvia passim exempla.

Μὲν δὴ, Quidem. Nam alicubi *μὲν δὴ* redditur hac sola particula, ut cum dicit Aristoph. Πλ. (8.) *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα*, Atque hæc quidem sunt hujusmodi. Vel, Atque hæc quidem ita se habent. Alioqui citatur e Dem. et pro Quidem ita posito ut *μὲν*, sequente particula *δέ*: sed locus Dem. non profertur. Bud. autem in hoc ejus loco, *'Ωμολόγησε μὲν δὴ, διεκρούσατο δὲ εἰς Παναθήναια*, non interpr. simpliciter Quidem, sed cum Itaque, Quare: hoc modo, Itaque annuit quidem se facturum, sed rejecit in tempus Panathenæorum. Idem Dem. alibi, (1103.) *Περὶ μὲν δὴ τῶν ἄλλων ὅταν πρὸς ἐκείνους εἰσίω, τότε ἐρῶ· περὶ ὧν δ' οὑτοσὶ κ. τ. λ.* Reperitur vero cum ap. alios tum ap. Xen. hic usus particularum *μὲν δὴ*, sequente *δὲ*, ubi tamen ego nolim illam Budæi interpr. sequi, K. Π. 6, (2, 11.) p. 96. *'Εγὼ μὲν δὴ ταῦτα προαγορεύω, εἰ δέ τις τι καὶ ἄλλο δέον ἐνορᾷ, πρὸς ἐμὲ σημαινέτω*: hic enim malim reddere, Hæc sunt sane quæ etc. Vel, Hæc sunt profecto. Aut, Equidem hæc sunt quæ etc. quod si quis. Vel, Atque hæc quidem sunt ea quæ etc. Idem librum hunc sextum ita inchoat, *Ταύτην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν οὕτω διαγαγόντες, καὶ δειπνήσαντες, ἀνεπαύοντο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρωῒ ἧκον κ. τ. λ.*: cui etiam loco ne dubitem adhibere particulam Atque, facit quidam Virgilii locus, habens in libri itidem principio positam; ita enim ille inchoat librum Æneidos nonum, Atque ea diversa penitus dum parte geruntur, Irim de cœlo misit Saturnia Juno Audacem ad Turnum. Dixerat autem idem Poëta l. 7. (non tamen in ejus itidem initio,) Atque ea per campos æquo dum marte geruntur, etc. Sed vidi quibus *μὲν δὴ* in hujusmodi ll. placeret reddere Autem. At eos, qui Igitur vertunt, ne audiendos quidem censeo: ac minus eorum judicium improbo, qui in sua interpretatione prætermittunt. *Μὲν δὴ*, Certe quidem Utique. Item Profecto, in VV. LL., ubi et *μὲν δή που* e Xen. 'Απολ. (19.) pro adverbio illo Profecto: *Καίτοι ἐπιστάμεθα μὲν δήπου τίνες εἰσὶ νέων διαφθοραὶ*, Quanquam profecto quæ sint juvenum corruptelæ, novimus. ‖ *Μὲν δὴ*, Vero, ut cum a Cic. dicitur, Id quod Attico ostendisti, et vero etiam mihi: Græci dicerent, *Καὶ μὲν δὴ καὶ ἔμοιγε.* Sic et cum negationi adhibetur. Xen. *Ἄλλος δ' αὖ ἐπήρετο αὐτὸν, ἦ καὶ τῶν πόλεων πλέων ἔχειν μαστεύεις; μὰ Δί', ἔφη, οὐ μὲν δὴ*, Minime vero, inquit. Ita Bud., ubi docet *οὐ μὲν δὴ* esse neganti accommodatum. Quibus addo, adhiberi itidem affirmationi, s. responsioni affirmativæ, aut simpliciter etiam dicto quo alicujus sententiam probamus, ut Xen. K. Π. 6. init. *'Αδίκως γὰρ ἐγὼ, ὡς ἔοικεν, 'Υστάσπην αἰτιῶμαι· καὶ ὁ 'Υστάσπης εἶπε, ναὶ μὰ Δία, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἀδίκως μὲν δή*: Injuste vero. Sed reddi etiam posse arbitror, Injuste equidem, vel, sane. ‖ *Μὲν δὴ*, Tamen. Item, *εἰ μὲν δὴ*, Atqui si. Has Ciceronis interprr. vide in meo Cic. Lex. p. 13. 31.

Μὲν οὖν, pro Quidem certe sumi mihi videtur in isto Thuc. loco, 1, (138.) p. 45. meæ Ed., de Themistocle, *Λέγουσι δέ τινες καὶ ἑκούσιον φαρμάκῳ ἀποθανεῖν αὐτὸν, ἀδύνατον νομίσαντα εἶναι ἐπιτελέσαι βασιλεῖ ἃ ὑπέσχετο· μνημεῖον μὲν οὖν αὐτοῦ ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ 'Ασιανῇ, ἐν τῇ ἀγορᾷ· ταύτης γὰρ ἦρχε τῆς χώρας, δόντος βασιλέως αὐτῷ, κ. τ. λ.*: ut totum hunc locum ita reddamus, Sunt et qui eum veneno sibi mortem conscivisse tradant, quod regi ea, quæ pollicitus erat, præstare se non posse existimaret. Ejus quidem certe sepulcrum in Magnesia Asiana extat, in foro. Hic, inquam, *μὲν οὖν* commode reddi existimo Quidem

certe: ut perinde sit ac si diceret Thuc., Hoc quidem certe constat, sepulcrum ejus extare ap. Magnesiam, Asiæ urbem. At Valla μὲν οὖν hic reddidit Itaque: ita interpretans, Itaque monumentum ejus ap. Magnesiam Asiæ in foro ostenditur.

Μὲν οὖν pro At vel Atqui, in assumtione, ut ἀλλὰ μὴν, inquit Bud., afferens ex Aristot. Εἶτα εἰ πεπερασμένα ταῦτά ἐστιν, ἢ ἄπειρα τῷ εἴδει· πεπερασμένα μὲν οὖν οὐχ οἷόν τε: ubi fortasse reddi possit itidem Quidem certe.) At μὲν οὖν pro Vero vel Etenim, ex hoc ejusd. Aristot. loco affert, H. A. p. 292. Ἀλλὰ μὴν περίττωμά γε πᾶν ἢ ἀχρήστου τροφῆς ἐστιν ἢ χρησίμης· ἄχρηστον μὲν οὖν λέγω, ἀφ' ἧς μηθὲν συντελεῖται ἐπὶ τὴν φύσιν. Cui loco hunc Gregorii Naz. subjungit, Τοὐναντίον μὲν οὖν, ὅσῳ φεύγειν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἁλίσκεται, Versa enim vice, Versa vero vice.

Μὲν οὖν, Pro quidem, Sane quidem, Sed, At, Atqui, Imo vero. Ita VV. LL., quæ afferunt in exemplum, primum quidem h. Aristoph. l. Πλ. (913.) Εὐεργετεῖν οὖν ἐστὶ τὸ πολυπραγμονεῖν; ΣΥΚ. Τὸ μὲν οὖν βοηθεῖν τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις. Deinde h. Xen. l. Ἔπειτα, ἔφη, οἱ παρά σοι τούτων οὐδὲν ἐπίστανται ποιεῖν; Πάντα μὲν οὖν, ἔφη. Sed his in ll. μὲν οὖν adversandi vim habere, et accipi pro Imo vero, non pro alia ulla e ceteris particulis existimo. Ex Eod. affertur μὲν οὖν pro Quidem, in isto loco, Χαλεπὸν μὲν οὖν ἐστὶ τοὺς οἰκείους περιορᾷν ἀπολλυμένους, ἀδύνατον δὲ τοσούτους τρέφειν. Quamvis autem, ut judicium de hoc loco ferri tuto possit, præcedentia videre necesse sit, existimo tamen, (quantum eorum meminisse possum, quoniam quærere non vacat,) aptius reddi posse hic μὲν οὖν Certe quidem, quam sola particula Quidem. Convenire autem has particulas Quidem certe aliorum etiam locorum interpretationi, paulo ante docui. Afferunt præterea μὲν οὖν pro Utique, s. Vero: e Plat. de Rep. 1. Οὐ τοῦτο τούτου ἔργον θήσομεν; θήσομεν μὲν οὖν: Ponemus utique, Ponemus vero. Afferunt præterea εἰ μὲν οὖν, pro Atenim si, Ceterum si, Quod si, absque exemplo. At vero de πάνυ μὲν οὖν dictum alibi fuit.

Μὲν οὖν γε, (pro quo scribitur ETIAM Μενοῦνγε conjunctim,) Imo vero. Bud. postquam μὲν οὖν adversativam interdum esse dixit pro Imo vero: et e Basil. attulit exemplum istud, Ὥσπερ ἡ βρῶσις, ἣν ὁ Κύριος ἔφαγεν, οὐκ ἔστιν ἡδυπαθείας ἡμῖν ἀφορμή, τὸ ἐναντίον μὲν οὖν ἐγκρατείας ἢ αὐταρκείας ὅρος ὁ ἀνωτάτω, subjungit, Μενοῦνγε ap. Apostolum non absimilis est significationis, ad Rom. 9, (20.) Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Enimvero, o homo, tu quis es qui ex adverso respondeas Deo. Vel, Sane vero. Vel, Tute enimvero, homo, quis es etc. Ita Bud. Sed possumus illis ipsis particulis Imo vero, hic quoque uti. Nisi malimus interpretari, Quin potius. Quam autem hoc in loco interpr. hisce particulis dabimus, eand. et in aliis nonnullis hujus Apostoli locis dare oportebit. Quorum e numero est hic, ejusd. Epist. ad Rom. 10, (19.) Ἀλλὰ λέγω, Μὴ οὐκ ἤκουσαν; Μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. Ubi tamen vetus Interpres (qui in altero illo Capitis noni loco, particularum istarum interpr. prætermiserat,) vertit Et quidem; sed perperam. Usus est et Lucas voculis in illa signif., nimirum pro Imo vero: 11, (28.) Ibi enim cum mulier quædam e turba Christo dixisset, Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας, respondet ipse, Μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτόν: ubi vetus ille Interpres vertit Quin imo. Locum autem hic quoque habere possit Quin potius. Sciendum est autem inveniri etiam ἀλλὰ μενοῦν γε ap. Paulum, (ut ad eum revertar,) Epist. ad Philipp. 3, (17.) Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν· ἀλλὰ μενοῦνγε καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι, διὰ τὸ ὑπερέχον, κ. τ. λ.: ubi vetus ille Interpres vertit Veruntamen: alii, cum Erasmo, reddiderunt Quin etiam, et quidem rectius. Sed μενοῦν γε, præfixa illa particula ἀλλὰ, ap. ullum e classicis Scriptt. non memini me legere. Quod autem ad scripturam illam attinet μενοῦνγε, pro μὲν οὖν γε, quamvis vulgo receptam esse sciam, vix probare possum: nisi itidem μενοῦν scribamus. Cur enim μὲν οὖν quidem disjunctim, at μενοῦνγε conjunctim scr. esse censebimus? Apud Hes. quidem certe μενοῦν itidem scriptum extat; sed quin tamen μὲν οὖν γε disjunctim scribamus, ut passim μὲν οὖν legimus, nihil obstare puto.

Μέν που, ut μὲν δή, Quidem, Quidem certe, Sane, Utique, Nimirum. Soph. Aj. (596.) Ὦ κλεινὰ Σαλαμίς, σὺ μέν που Ναίεις, ἁλίπλαγκτος, εὐδαίμων, Πᾶσιν περίφαντος αἰεί· Ἐγὼ δ' ὁ τλάμων κ. τ. λ.: ubi observa illis duabus particulis μέν που reddi δὲ, ut reddi solet particulæ μὲν per se positæ, i. e. sine alius adjectione. Aptissime igitur hic redditur Quidem: hoc modo, (ut Cam. vertit,) Tu quidem istic manes oberrante mari felix, omnibus conspicua semper; ego vero miser, etc. Posset etiam verti, Ego autem miser; vel, At ego miser. Aliter ap. Plat. de Rep. 7. Γυμναστικὴ μέν που καὶ μουσικὴ ἔν γε τῷ πρόσθεν ἐπαιδεύοντο ἡμῖν, 6. Μνημονεύεις μέν που, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι τρία εἴδη ψυχῆς διαστησάμενοι συνεβιβάζομεν. Apud Eund. Ep. 7. Εἰδέναι μέν που χρή, redditur Nimirum.

Μέν που interrogationi etiam adhibetur, ut a Plat. de Rep. 1. Φέρε δὴ τὸ τοιόνδε περὶ αὐτῶν πῶς λέγεις; τὸ μέν που ἀρετὴν αὐτῶν καλεῖς, τὸ δὲ κακίαν; πῶς γὰρ οὔ; Nempe horum alterum virtutem, vitium, alterum vocas? H. e. οὐκοῦν, ut ibid. dixit Cic. pro Milone, Quid ergo tulit Pompeius? nempe ut quæreretur? Bud.

Μέν ῥα Poëtice, pro μὲν, sequente particula δὲ, in altera orationis parte, ut Il. B. init. Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ Εὗδον παννύχιοι· Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. In VV. LL. hæ duæ particulæ μὲν ῥα exp. duabus istis, ὡς δή, nullo addito exemplo. Est autem sumta ex Hes. illa expositio: quæ tamen neque in illo Hom. loco locum habet, neque in alio ullo habere posse videtur: adeo ut suspicer non conjunctim scripsisse Hes. ὡς δή: sed particulas illas exposuisse particula δή, et alia quapiam separatim: pro qua irrepserit ὡς.

Μέν τ' ἄν, e μέντοι et ἄν, vide post Μέντοι.

Μέν τε, pro μὲν, ap. Poëtas invenitur, et nominatim ap. Hom., A sicut μὲν ῥα. Vacare autem τε et cum aliis quibusdam vocibus notum est.

Μέν τι autem pro Utique ex Epigr. affertur. Eand. certe signif. habet interdum μέντοι, in subla orati ne, ac fuerit fortasse dictum μέν τι metri causa.

Μέν τοι, vel Μέντοι conjunctim, varios usus habet, et varie redditur. In quibusdam autem a Cicer. ni na interpretati ne, per particulam Sed. Hæc igitur Platonis in Phædro verba, Νέος ἔτι, ὦ Φαῖδρε, Ἰσοκράτης· ὃ μέντοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ, λέγειν ἐθέλω. ita vertit, Adolescens etiamnunc, o Phædre, Isocrates est, sed quid de illo augurer, lubet dicere. Huic interpr. affinis est ea, qua redditur Verum, cum sc. adversativa esse censetur, ut in hoc Plat. in Gorgia loco, Ἀληθεῖς ἄρα οἱ ἔμπροσθεν λόγοι ἦσαν, ὅτι οὐδένα ἡμεῖς ἴσμεν ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα τὰ πολιτικὰ ἐν τῇδε τῇ πόλει· σὺ δὲ ὡμολόγεις τῶνγε νῦν οὐδένα, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν: Verum majorum quosdam fuisse. Xen. Τοῦτο μέντοι εἰδώς, οὐδὲν μᾶλλον ἐπίσταμαι ὅπως δεῖ γεωργεῖν. Sed in quibusdam ll. μέντοι, præfixa negativa vocula μή, reddi posse videtur vel illa conjunctione adversativa Verum, vel adverbio Tamen: veluti in isto Aristotelis, Οἷον, εἰ ὁ μὲν εἴη τέκτων, ὁ δὲ, γεωργός, ὁ δ' ἄλλο τι τοιοῦτον· καὶ τὸ πλῆθος εἶεν μύριοι, μὴ μέντοι κοινωνοῖεν ἄλλου μηδενὸς ἢ τῶν τοιούτων, οἷον ἀλλαγῆς ἢ συμμαχίας· οὐδ' οὕτω πόλις. Sic in isto ejusd. Scriptoris loco, Polit. Ὁμοίως δ' οὐδ' εἴ τινες οἰκοῖεν χωρίς, μὴ μέντοι τοσοῦτον ἄποθεν εἶεν ὥστε μὴ κοινωνεῖν.

B Μέν τοι s. Μέντοι, non redditur duntaxat Sed, s. Verum, (sic tamen ut interdum ambiguum sit utrum Verum an Tamen interpretari oporteat, sicut paulo ante ostendi,) sed interdum etiam Vero: veruntamen in certo quodam hujus particulæ usu. Si quidpiam concedere velis et fateri, inquit Bud., μέντοι erit accommodatum: quemadmodum Vero et Sane assentientis sunt. Xen. Œc. Ἦ καὶ ἐμὲ οὖν, ἔφη ἡ γυνή, δεήσει ταῦτα ποιεῖν; δεήσει μέντοι, ἔφην ἐγώ, ἔνδον μένειν: i. e. Te vero, inquam, manere intus oportebit. Hunc enim usum habet particula Vero ap. Cic. cum alibi, tum in hoc Tusc. 5. loco, Quid igitur contra Brutum me dicturum putas? Att. Tu vero, ut videtur, nam præfinire non est meum. Apud Eund., Sed quæro utrum aliquid actum superioribus diebus an nihil arbitremur. Att. Actum vero, et aliquantum quidem. Affert autem hos locos in exemplum Budæus: qui, interjecta et aliarum signif. mentione, tradit μέντοι talem usum habere qualem Et vero, in isto ejusd. Cic. loco, de Divin. 1. Tum Quintus, Dicitur quidem istuc, inquit, a Cotta: et vero sæpius. Hic enim Et vero valere idem quod Et quidem: atque ita accipi μέντοι a Xen. Σ. (4, 10.) Οὐδενὸς γὰρ ὁρκίζοντος, ἀεὶ ὀμνύοντες, καλόν με φατὲ εἶναι· κἀγὼ μέντοι πιστεύω· καλοὺς γὰρ καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ὑμᾶς νομίζω. Subjungit autem huic Xenophontis loco quendam alium Ciceronis, ita usurpantis Et vero: quem tibi ap. eum videndum relinquo. Sed iis quæ ab eo dicuntur de μέντοι significante Vero, addo duo: quorum unum est, posse μέντοι, ubi redditur Vero, aliter quoque reddi. Veluti in illo

C Xen. loco qui allatus fuit ex ejus Œcon. Ἦ καὶ ἐμὲ οὖν, ἔφη ἡ γυνή, δεήσει ταῦτα ποιεῖν; δεήσει μέντοι, ἔφην ἐγώ, ἔνδον μένειν. Hic enim ut possumus interpretari, Te vero, inquam, intus manere oportebit, ita etiam verterimus commode, Te quidem certe manere intus oportebit. Itidemque Utique vel Nimirum locum hic fortassis habere poterit, aut etiam aliud quodpiam vocab. Alterum autem, quod addere volo iis quæ a Bud. hic dicta fuerunt, est istud: habere conjunctionem μέντοι, sive pro una particula sive pro duabus habeamus, alium quoque voculæ Vero usum: eum sc., qui ei usitatior est: ut in isto Dem. loco, 239 (=575.) Ἐγὼ δ' εἰ μὲν ὁ συμβουλεύων ῥήτωρ ἐστὶν, οὔτε φύγοιμ' ἄν, οὔτ' ἀπαρνοῦμαι τοῦτο τοὔνομα· εἰ μέντοι ῥήτωρ ἐστὶν οἵους ἐνίους τῶν λεγόντων ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε, ἀναιδεῖς, καὶ ἐξ ὑμῶν πεπλουτηκότας, οὐκ ἂν εἴην οὗτος ἐγώ: Si vero ejusmodi est orator etc.; vel, Sin ejusmodi est etc. Sic autem et in aliis plerisque ejusd. Scriptoris præsertim locis, particulæ μὲν subjungitur μέντοι hunc eund. usum habens. Itidemque ap. Xen. particulæ μὲν subjungi μέντοι videmus, cum alibi tum in isto loco, Ὑπὸ μὲν τὴν κατάλυσιν τοῦ πολέμου ἐκ τῆς ἀποδημίας, νυνὶ μέντοι αὐτόθεν ἐφάνην. Eodemque modo μέντοι subjungitur τῷ μὲν, in isto ejusd. Scriptoris loco, K. Ἀ. 6, (1, 17.) p. 219. meæ Ed. Ἐγώ, ὦ ἄνδρες, ἥδομαι μὲν ὑπὸ ὑμῶν τιμώμενος, εἴπερ ἄνθρωπός εἰμι· καὶ χάριν ἔχω, καὶ εὔχομαι δοῦναί μοι τοὺς θεοὺς, αἴτιόν τινος ὑμῖν ἀγαθοῦ γενέσθαι· τὸ μέντοι ἐμὲ προκριθῆναι ὑπὸ ὑμῶν ἄρχοντα, Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς παρόντος, οὔτε ὑμῖν οὔτ' ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρον εἶναι.

D Fuerunt autem afferenda loci hujus verba altius repetita, ut harum particularum usus perspici a lectore posset. Romulus Amasæus interpres, (quem ego summa in locis quos intelligebat interpretandis non dexteritate solum, sed felicitate usum esse judico, et in quibusdam præstitisse quod pauci alii assequi potuerunt, ut nimirum nihil minus quam interpretem agere videri posset,) μέντοι hoc in loco vertit Sedenim: non male, mea quidem sententia. Hoc tantum displicet, quod particula Vero paulo post utitur, in uno eodemque orationis membro. Ita enim hæc vertit, Ego, milites, magnopere lætor, cum tantum mihi video a vobis honorem haberi, si quidem humano sensu præditus sum: ac vobis sane gratiam habeo: deosque oro ut mihi eam facultatem dent, ut vobis quamoptime aliquando consulere possim. Sedenim mihi non video cur studeatis imperium decernere, cum Lacedæmonium hominem habeatis: id vero ego si accipiam, neque e vestra neque e mea re fore arbitror. Hoc in loco ut μέντοι recte mihi videtur vertisse Sedenim, ita perperam subjunxisse Vero. Hac enim particula antea potius utendum erat, eo sc. in loco ubi Sedenim usurpavit. Aut certe, quoniam Sed vel Sedenim magis ibi convenire videtur quam Vero, dicendum fuisse videtur, Id enim: aut alia hujus signif. particula utendum.

Μέν τοι, s. Μέντοι, quod Cic. reddit Vero, reddendum potius censerem Imo vero, in isto Plat. loco, de Rep. 1. Πῶς, ἔφη, ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνε-

σθαι; καὶ ὃς, εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὰ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Ita enim ille hanc historiam narrat, ex hoc ipso loco sumtam, in l. de Sen., Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam confecto ætate quæreret, Utereturne rebus venereis. Dii meliora, inquit; libenter vero istinc, tanquam a domino agresti ac furioso, profugi. In VV. LL. affertur *μέντοι* et pro Atqui: absque ullo tamen exemplo. Sed aliquis fortasse *μέντοι*, quod in illo Plat. loco legitur, in hujus signif. exemplum sumere non dubitarit.

Μέν τοι, s. **Μέντοι**, Porro, ut quidam interpr. in isto Xen. loco (Ἀπ. 2, 10, 4.) *Οἱ μέντοι ἀγαθοὶ οἰκονόμοι, ὅταν τὸ πολλοῦ ἄξιον μικροῦ ἐξῇ πρίασθαι, τότε φασὶ δεῖν ὠνεῖσθαι.*

Μέν τοι, vel **Μέντοι**, pro *αὖθις*, Versa vice et Rursus, ponitur, ut inquit Bud. afferens in exemplum h. Aristoph. l. *Περιγίγνεσθαι αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν.* Quanquam et pro Etiam intelligi potest, (ut Idem subjungit,) sicut Cicero de Universitate, Nihil porro igni vacuum videri potest, nec vero tangi, quod careat solido. Affertque et alios ejusd. Scriptoris locos, ubi Vero pro Etiam accipi censet: existimans nimirum, sicut *μέντοι* plerumque respondet particulæ Vero, hæc autem interdum pro Etiam posita invenitur, ita quoque *μέντοι* pro Etiam posse accipi. Sumtus est porro a Bud. locus ille ex Aristoph. Πλ., in quo ostendens Poëta quid sit inter *πένητα* et *πτωχὸν* discriminis, hæc scribit, (552.) *Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστὶ μηδὲν ἔχοντα· Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα. Περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν.* Fortassis autem *μὴ μέντοι* reddi posset hic, (ut in illis Aristot. ll. qui allati paulo ante fuerunt,) Non tamen: ut perinde sit ac si diceret, nihil ei superesse, sic tamen ut nihil desit. Sunt qui *μέντοι* verterint Item, hoc in loco. E quibus est is, qui versus illos Græcos his Latinis reddidit:—mendici est, quem narras, proprium, prorsus ut habeat nil; Ejus qui siet inops, contra operi intentum vivere parce; Cui desit ad communem usum nil, cui supersit item nil. Sed ita ordinem verborum *περιγίγνεσθαι* et *ἐπιλείπειν*, permutando, *μέντοι* non posset illo adverbio Tamen reddi.

Μέν τοι, vel **Μέντοι**, interrogative etiam usurpatur. Hujusque usus ex illo ipso Comico Aristoph. exemplum affertur, N. (788.) *τί μέντοι πρῶτον ἦν*; ubi redditur particula Sed, (pro qua usurpari docui et antea, citra interrogationem,) hoc modo, Sed quid primum erat? Additurque, sequi paulo post, *τίς ἦν; ἐν ᾗ ματτόμεθα μέντοι τἄλφιτα.* Ubi tamen *μέντοι* non itidem interrogative usurpatur. Sunt qui hic reddant Quidem; ego malim Nimirum.

Μέν τοι, vel **Μέντοι** interdum ornatus causa magis quam significationis ponitur, vel explendæ orationis gratia. Xen. Σ. (4, 5.) *Καὶ ἀνάσχου μέντοι, ὦ σοφιστὰ, ἐλεγχόμενος. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Σωκράτης, ἀνεχέσθω μέντοι· ἐπεὶ καὶ οἱ μάντεις λέγονται δή που ἄλλοις μὲν προαγορεύειν τὸ μέλλον, ἑαυτοῖς δὲ μὴ προορᾷν τὸ ἐπιόν*: Et patere tu quidem, o sophista, te convinci. Patiatur vero ipse quidem, inquit Socrates. Vel potius in secundo loco, Patiatur sane. Bud.

Dicitur ETIAM **Μέντοιπου**, ITEM **Μέντοιγε**. Dem. pro Cor. *Ταῦτα ἄξια μὲν χάριτος καὶ ἐπαίνου κρίνων, πόῤῥω μέντοιπου τῶν ἐμαυτῷ πεπολιτευμένων.* Lucian. **Μέντοιγε** dixit, (1, 61.) *Ἐγὼ μέντοιγε πολὺ τῶν κολακευομένων τοὺς κόλακας ἐξωλεστέρους ὑπείληφα.* Pro hoc fortasse Cic. Vero et Quidem junctim dixit: ut in primo de Fin., Utrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam patet, aut de una voluptate quæri? Tuo vero id quidem arbitratu, *ὅπως μέντοιγέ σοι δοκεῖ.* Hæc Bud., qui videtur existimasse *μέντοιπου* in illo Dem. loco accipiendum esse pro Verum: quoniam illum subjungit Platonico cuidam antea prolato, ubi *μέντοι* interpretatus erat Verum. Sed fortasse non minus commode reddi potest Tamen. In Luciani autem loco alius est *τοῦ* **Μέντοιγε** usus: ac fortasse non male reddetur Quidem certe: sic tamen ut Budæi interpretationem minime rejiciendam esse existimem.

Dicendum hic est et de PARTIC. **Μέν τ' ἂν**, quippe quæ e *μέντοι* et *ἂν* compositæ sint, ut annotat Bud., cui merito fidem hac in re adhibebimus: cum *μέντ' ἂν* pro *μέν τε ἂν* nullo posse modo accipi, vel ex iis quæ affert exemplis longe manifestissimum sit. Soph. Aj. (86.) *Γένοιτο μέντ' ἂν πᾶν, θεοῦ τεχνωμένου.* Dem. (297.) *Ἐμὲ δὲ, ὦ τριταγωνιστὰ, τὸ τίνος φρόνημα λαβόντα, ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα ἔδει; τὸ τούτων ἀνάξια ἐροῦντος; δικαίως μέντ' ἂν ἀπέθανον*: Atqui si hoc commisissem, jure ab ipsis morte affectus fuissem. Apud Eund. (383.) *Ἐπειδὰν δὲ ἀκούσῃ τοὺς λέγοντας, εὐδοκιμοῦντας ἐν ὑμῖν, τί καὶ ποιῆσαι ζητοίη; πόλλ' ἀναλίσκειν, ἐξὸν ἐλάττω; καὶ πάντας θεραπεύειν βουλήσεται, δύο ἢ τρεῖς ἐξόν; μαίνοιτο μέντ' ἄν*: At furore id agitari esset. Apud Eund. *μέντ' ἂν* exp. *τοίνυν*, hoc in loco, (577.) *Μεγάλην μέντ' ἂν ἀρχὴν, μᾶλλον δὲ τέχνην, εἴης ἂν εὑρηκώς.* Hæc Bud., qui hoc ipsum *τοίνυν*, quo explicat *μέντ' ἂν*, exp. itidem Atqui, ut ap. Eund. videbis, in loco ex Or. *πρὸς Λεπτίνην* depromto. Quod autem ad illum Ajacis Sophoclei versum attinet, *Γένοιτο μέντ' ἂν πᾶν, θεοῦ τεχνωμένου*, sciendum est nullo pacto convenire illi posse interpr., quam Bud. Demosthenis loco tribuit, qui hunc Sophocleum proxime ap. eum sequitur: sc. Atqui. Quod si id existimavit ille, (ut certe existimasse videtur, cum loco illi ceteros tanquam similes subjungat, i. e. tanquam in iis *μέντ' ἂν* eandem significationem habeat,) hoc inde contigit, quod præcedentium minime recordaretur. Nam tantum abest ut *μέντ' ἂν* in illo Soph. loco adversandi vim habeat, qualem habet Atqui, ut contra sit assentientis quodammodo. Cum enim (p. 6, meæ Ed.) dicenti Minervæ de Ajace, *Ἀλλ' οὐδὲ νῦν σε μὴ παρόντ' ἴδῃ πέλας*, respondisset Ulysses, *Πῶς; εἴπερ ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ*; Minerva dubitationem illam eximens, dicit, *Ἐγὼ σκοτώσω βλέφαρα καὶ δεδορκότα.* Ad quæ ille, *Γένοιτο μέντ' ἂν πᾶν, θεοῦ τεχνωμένου*: adeo ut manifestum sit *μέντ' ἂν* Assentientis esse, uti dixi: potius quam Adversantis. Quidam interpr. Scilicet: quam interpr. tolerari posse arbitror: sic tamen ut non minus

A placeat Nimirum, vel Nempe; at Equidem, vel Quidem certe. Sed utendo duabus hisce particulis, eas cum participio potius quam cum verbo jungerem: hoc modo, Deo quidem certe industriam suam commodante, nihil est quod fieri non possit. Is autem, qui versibus hanc tragœdiam jampridem reddidit, plane alienam ab auctoris sententia interpr. attulit: hanc nimirum, quæ fausta sunt, Diis agantur omnia gubernantibus. Quod autem ad scripturam harum particularum attinet, i. e. particulæ *μὲν*, cui aliæ sunt annexæ, sciendum est conjunctim potius scribi cum alicui earum quæ encliticæ sunt, et plerumque etiam *παραπληρωματικαὶ*, præfigitur: veluti cum dicitur *μένπου*, vel *μέντοι*: sic *μέντοιπου* et *μέντοιγε*. At *μὲν γὰρ* et *μὲν δὴ* disjunctim scribi debere, minime controversum est. De *μενοῦν γε* vero quid sentirem, antea docui.

Μὲν interdum ap. Poëtas particula *παραπληρωματικὴ* esse, ideoque pro enclitica debere haberi videtur: usurpaturque hoc modo post *οὐδὲ* nonnunquam, nisi me memoria fallit. Invenitur autem et præfixam habens particulam *γε*, ubi non immerito *παραπληρωματικὴ* esse dici itidem poterit; atque adeo quorundam exemplarium scripturam sequendo, enclitica censeri poterit: in iis enim scriptum est *γέμεν*, in Epigr. Hoc quidem certe rationi consentaneum est ut hanc scripturam probemus, si *παραπληρωματικὴν* esse hujusmodi in ll. voculam illam censeamus. Frequentior est tamen altera scriptura, quæ sc. particulam *γε* disjungit a *μέν*. Afferunt autem VV. LL. has particulas ex
B Hesiodo pro Autem: Θ. (817.) *Βριάρεών γε μὲν ἠῢν ἐόντα*, Briareum autem strenuum. Et pro Quidem: (871.) *Οἵγε μὲν ἐκ θεόφιν.* Item pro Tamen: (363.) *πολλαί γε μὲν εἰσὶ καὶ ἄλλαι*, Multæ tamen sunt et aliæ. Afferunt etiam ex Hom. Il. B. (703.) *οὐδ' οἳ ἄναρχοι ἔσαν, πόθεόν γε μὲν ἀρχόν*: adduntque, legi etiam *πόθεόν γέ μιν ἀρχόν.* Sed Eust. suis Scholiis verba illa textus inserens, alteram illam scripturam sequitur, quam mihi magis probari modo dicebam. Scribit enim *πόθεον γέ μεν*, non *πόθεόν γε μέν.* Neque vero illius alterius lectionis *γέ μιν* mentionem ullam facit. Ac illa altera lectio, quæ alii Hom. versui paulo post sequenti convenit eique tribuitur, falso isti ascribitur fortassis in VV. LL. Legimus enim paulo post, *οὐδέ τι λαοὶ Δεύονθ' ἡγεμόνος, πόθεον δέ μιν ἐσθλὸν ἐόντα*, ubi pro *δέ μιν* verisimile est legi etiam *γέ μιν*: at Eust. legit, *πόθεον γέ μεν*, sicut et in illo superiore. Ubi etiam innuit *γέ μεν* significare Tamen: *Διὸ καίτοι τὸν κοσμοῦντα ἔχοντες, ἐπόθουν ὅμως καὶ ἀπόντα τὸν κρείττονα.* Sciendum est porro in principio prioris illius versus ex eod. Il. B. loco allati haberi hanc particulam post *οὐδέ*: ita enim totus versus ibi scriptus est, *Οὐδὲ μὲν οὐδ' οἳ ἄναρχοι ἔσαν, πόθεόν γε μὲν ἀρχόν.* Utrobique autem enclitice illam particulam scribo, sequendo ea quæ paulo ante dixi. Sed *μὲν* aliud in priore versus parte, aliud *γέμεν* in posteriore significat. Nam *οὐδέ μεν οὐδ' οἳ* sonat, Ac ne hi quidem: (exponiturque *οὐ μὴν οὐδέ*:) at *πόθεον γέ μεν* significat Desiderabant tamen.

ATTICE **Μενὶ**, pro *μὲν*, ap. Aristoph. præcedente adv. *νῦν.*
C Scribi autem et *νῦν μενὶ* et *νυνμενὶ* conjunctim, docui in mea Appendice ad ea quæ de Dialectis Jo. Grammaticus et Corinthus scripserunt, nimirum in iis quæ in Articulum hujus LXI. annotavi, p. 50.

[" **Μὲν**, Thom. M. 426. ad Charit. 451. 596. ad Herod. 340. Dawes. M. Cr. 349. Heyn. Hom. 8, 347. Supplendum, Wakef. S. Cr. 1, 72. Pro *μὴν*, Koen. ad Greg. Cor. 222.: in Homero, Wassenb. ad Hom. 35. Heyn. Hom. 8, 697. A Criticis male inculcatum, Toup. Emendd. 4, 436. 444. 458. 471. 486. Sæpe in eod. orationis membro repetitur, ad Xen. Mem. 3, 9, 8. ad Charit. 330. Gronov. ad Arrian. 310. ad Charit. 639. 687. Bast Lettre 87. Schneid. ad Xen. K. Π. 17. Interdum absolute ponitur, non sequente *δὲ*, Zeun. ad Xen. Mem. 1, 1, 18. ad Xen. Eph. 226. 258. Jacobs. Anth. 6, 191. Apoll. Rh. 3, 683. 1300. 4, 935. Brunck. p. 97. Eur. Or. 8. *ὡς μὲν λέγουσιν*, ubi Porson.: 'Istud *μὲν*, cui non respondet *δὲ*, innuit Electram parum credulam esse.' Solum positum, Certe, Xen. K. 'A. 7, 5, 10. (Heyn. Hom. 6, 262. ubi conf. c. *περ.*) An versum ordiatur, Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 33. Koppiers. Obs. 51. Omissum, sequente *δὲ*, Jacobs. Anth. 9, 202. ad Diod. S. 2, 283. Abundans, ad Charit. 560. 596. De sede, Brunck. Aristoph. 1, 42. ad Diod. S. 2, 259. Schneid. ad Xen. Hier. 240. Conf. c. *μιν*, ad Charit. 754. Jacobs. Anth. 7, 189. 8, 262. ad Lucian. 3, 464. Brunck. Apoll. Rh. 92. 97. 120. 193. 203. 228. Porson, Phœn. 652.: cum *δὲ*, ad Diod. S. 1, 682.: cum *τὴν*, Wyttenb. ad Plut. 2,
D 433.: cum *γὰρ*, Heyn. Hom. 6, 207. ad Dionys. H. 4, 2216.: cum *μὴ*, Schneid. ad Xen. Œc. p. 5.: cum *μετὰ*, Kiessl. ad Jambl. V. P. 54. Productum, Heyn. Hom. 6, 198. In interrog., Heind. ad Plat. Theæt. 349. **Μέν γε**, Zeun. ad Xen. K. Π. 148. ad Herod. 302. **Γε μὲν**, ad Charit. 754. Apoll. Rh. 1, 135. 163. Brunck. p. 10. **Μὲν — δὲ —**, Abresch. Lectt. Aristæn. 33.: de sede, Thom. M. 611. Eur. Ion. 755. et Reisk. *Πρῶτα μὲν — δέ· τοῦτο μὲν — δέ· τοῦτο μὲν — τοῦτο ἄλλο.* Brunck. ad Æsch. Pers. 855. *Καὶ ἄλλα μὲν —, μάλιστα δὲ —*, Diod. S. 1, 652. 657. *Οὐ γὰρ — μὲν — δ' ἄρα (οὐκ) —*, Toup. ad Longin. 360. **Μὲν —, τε —**, Zeun. ad Xen. K. Π. 127. (sed v. Valck. Hipp. p. 241.) ad Diod. S. 1, 324. Markl. Suppl. 1038. Iph. p. 12. Wakef. Trach. 837. 1012. Phil. 1428. Plato Phædro 314. Heind., Dionys. H. 4, 2216. **Μὲν γὰρ —**, Toup. Opusc. 1, 382. *Οὐδὲ μὲν*, Brunck. Hipp. p. 374. *Οὐδὲ μὲν οὐδὲ*, Ruhnk. Ep. Cr. 297. *Οὐ μὲν*, Valck. ad Il. 22. p. 51. Wakef. ad Mosch. 2, 72. ad Herod. 681. 694. Heyn. Hom. 8, 238. **Μὴ μὲν**, 472.: post verba jurandi, ad Herod. 157. 248. Koen. ad Greg. Cor. 222. *Ὀψὲ μὲν, ἀλλὰ —*, Jacobs. Anth. 10, 72. *Καὶ μὲν*, Theætet. 1. *Δὲ μὲν*, Brunck. Apoll. Rh. 121. **Μὲν, δὲ**, ad Charit. 561. Musgr. Iph. A. 1309. Wakef. Alc. 140. 959. **Μὲν, μέν ῥ'**, Heyn. Hom. 8, 14.: Steph. ad Diod. S. 1, 680.: *Σικανοὶ μὲν πάντες*] Aut *Σικανοὶ μὲν οὖν πάντες*, aut *καὶ Σ. μὲν πάντες* dicerem legendum esse, nisi aliis in locis hujus scriptoris eodem modo *μὲν* positum reperirem.—Sic Diod. S. 1, 689, 89. (cf. var. lect. ad 1, 697,

71.) 700, 42. (var. lect. ad l. 51.) 702, 54. 2, 14, 45. (var. lect. ad 2, 22, 12.) ad 2, 862. 371. 622. ad Lucian. 2, 234. ad Dionys. H. 1, 305. 334. 663. 2, 1212. Μὲν δὴ, μὲν οὖν conf., Villois. ad Long. 220. ad Dionys. H. 1, 67. Schneid. ad Xen. K. Π. p. 6. Μὲν οὖν, Plut. Mor. 1, 935. Lennep. ad Phal. 32. Valck. Hipp. p. 272. Musgr. ad v. 821. T. H. ad Plutum p. 125. Imo vero, ad Xen. Œc. 7, 37. Valck. Phœn. p. 200. Eur. Hec. 1247. De sede, Wolf. Curæ Phil. 3, 192. Καὶ δὴ μὲν οὖν, Aristoph. 'Εκκλ. 786. Μὲν οὖν—δὲ—, Wyttenb. ad Plut. Mor. 1, 485. Xen. Mem. 1, 1, 16. 17. 1, 2, 4. Longus p. 4. Vill.; nam post ἔπειτα videtur inserendum δ'. Idem, ut postea vidi, placuit Villoisono, in Addend. p. 306. Μὲν οὖν, μὲν τοίνυν,
A ad Xen. Mem. 1, 2, 65. Μέντοι, Eur. Phœn. 906. ad Charit. 733. Brunck. Aristoph. 1, 70. Heind. ad Plat. Theæt. 314. In interrog., 349. In adhortationibus et obsecrationibus, Bibl. Crit. 3, 2. p. 82. Pro δὲ, ad Xen. Mem. 2, 1, 12. 3, 9, 8. K. Π. p. 251. 5, 5, 11.) Οὐ μέντοι δὲ, Palæph. 52. ubi v. Fischer. Οὐ μέντοι οἶγε—, ad Herod. 133. 638. Οὐ μέντοι γε, οὐ μέντοι —γε, ad Thuc. T. 1. p. 188. Lips. Μέντοι γε, ad Xen. Œc. 2, 2. Herod. 115. Οὐ μέντοι, Heyn. Hom. 5, 408. 495. Μέν τ', 4, 619. Μέντ' ἄν, Brunck. Aristoph. 1, 281. ad Dionys. H. 2, 731. 5, 207. Plato Apol. 8. p. 111. Fischer. "Ομως μάν γέ τοι, Herod. 1, 120." Schæf. Mss.]

Cum in proxime præcedentibus de particula μὰν egerim, hic de particula μὴν eadem opera esse agendum censeo: in dubio relinquens tamen an hæc ex illa facta sit. Ad μὰν autem quod attinet, non esse diversam voculam a μὴν, sed Dorice α in ea poni pro η, satis notum esse potest. Ceterum cum μὴν nonnullis voculis subjungatur, de quibus cum dissererem, declaranda simul hujus particulæ illis adjunctæ fuit significatio: ad singulos hujus operis locos, ubi dictum de ea fuit, lectorem remittam, reliqua, i. e. quæ dicenda de ea supersunt, illis adjicere contentus.

MHN, particula non subjuncta alii particulæ, et cum earum aliqua velut copulata, (qui usus ejus alioqui est frequentissimus,) sed per se posita, interdum quidem officio fungens τῆς δὲ, redditur particulæ μὲν, et ei in altera orationis parte respondet, ut in isto Plat. loco, Πᾶς γὰρ δημιουργὸς ἔντεχνος, παντὸς μὲν ἕνεκα πάντα ἐργάζεται, πρὸς τὸ κοινῇ συντείνων βέλτιστον· μέρος μὴν ἕνεκα ὅλου, καὶ οὐχ ὅλον μέρους ἕνεκα ἀπεργάζεται. Sic ap. Eund. in Epinomide, Ὦ φίλε Κλεινία, καλῶς μὲν λέγεις· ἄτοπον μὴν ἀκούσεσθαί σε λόγον οἶμαι, καὶ τινα τρόπον οὐκ ἄτοπον αὖ. Ubi μὴν Bud. vertit Ceterum: ita reddens h. l., Recte quidem loqueris, o Clinia, ceterum absurdum sermonem, ut opinor, auditurus es, et rursus eundem modo quodam non absurdum. Ubi particulam μὴν pro γεμὴν positam esse tradit: subjungens, Hermogenem quoque usum esse illa pro δέ. In isto autem ejusd. Plat. loco, de LL. 11. Δεύτερος μὴν νόμος, μέτοικον εἶναι χρεὼν ἢ ξένον ὃς μέλλῃ καπηλεύειν, vult μὴν positum esse itidem pro γεμὴν, vel pro δέ. At in loco quem primum ex eod. Scriptore attuli, Πᾶς γὰρ δημιουργὸς, κ. τ. λ. (præcedente particula μὲν,) non alium voculæ μὴν, quam particulæ δὲ, usum tribuit. Sic pro δὲ accipi testatur in isto Alciphr. loco, initio cujusdam Epistolæ, Οἴχεται Βακχὶς ἡ καλὴ, Εὐθύκλεις φίλτατε, οἴχεται· πολλά τε μοι καταλιποῦσα δάκρυα καὶ ἔρωτος ὅσον ἡδίστου τὸ τέλος οὐ πονηροῦ μὴν μνήμην. (Scimus autem δὲ pro loco aliter atque aliter reddi. Interdum enim δὲ non Vero vel Autem redditur; sed debet potius verti Verum aut Sed, aliave quapiam hujusmodi particula.) Idem interpr. Vero, in isto Plat. loco, Πάσχουσαι γὰρ δὴ τοιαῦτα αἱ πόλεις νῦν χρόνον ἀπέραντον, ὅμως ἔνιοί τινες αὐτῶν μόνιμοί τέ εἰσι καὶ οὐκ ἀνατρέπονται· πολλαὶ μὴν ἐνίοτε, καθάπερ πλοῖα καταδυόμενα διόλλυνται, καὶ διολώλασι, καὶ ἔτι διολοῦνται.

Μὴν non raro ponitur et pro Tamen, et quidem præcedente nonnunquam eod. modo particula μέν. Sic e Plat. Epist. 7. affertur μὴν pro Tamen, Ἀξιῶ μὴν, ἔφην, μὴ κύριον ἡγεῖσθαί σε Δίωνος ἐμέ. Sic e Xen. (Ἀπ. 2, 8, 5.) Ὅλως μὴν τὸ ὑπαίτιον εἶναί τινι, οὐ πάνυ προσίεμαι. At vero μὴν pro Tamen, præcedente μὲν, habes in isto Synesii loco, Ἀλλὰ μόλις μὲν ἂν ἐν τῇ θνητῇ φύσει συνέλθοιεν ἰσχύς τε καὶ φρόνησις· ἔστι μὴν ὅτε συνήγαγεν αὐτὰς ὁ Θεός. Sed alicubi præcedente μὲν, sequitur μὴν, ubi tamen interpr. illa non convenit, qua redditur Tamen. Exemplum ejus rei habemus in isto Plat. loco, Epist. 7. Ταῦτα δὴ πρὸς τοῖς πρόσθε διανοούμενος, εἰς Συρακούσας διεπορεύθην· ἴσως μὲν κατὰ τύχην· ἔοικε μὴν τότε μηχανωμένῳ τινὶ τῶν κρειττόνων, ἀρχὴν βαλέσθαι τῶν νῦν γεγονότων πραγμάτων περὶ Δίωνα καὶ τοῖς περὶ Συρακούσας. Hic enim Bud. μὴν positum esse scribit pro δὴ, vel potius pro γοῦν. Sed nihil obstat fortasse quominus hic quoque pro Tamen accipiatur. Invenitur etiam ὅμως μήν: ubi vel hæc duo ponuntur ἐκ παραλλήλου, (sicut τυχὸν ἴσως, et λίαν πάνυ, atque alia pleraque,) vel μὴν vacat. Plato in Politico, Τοιὸν δέ τι δεῖ γε ζητεῖν, οὐ πάνυ ξύνηθες οὐδὲ ῥᾴδιον ἰδεῖν· ὅμως μὴν πειρώμεθα λαβεῖν αὐτό.

Μὴν, uti dixi, plerisque particulis subjungitur; dicitur enim Ἀλλὰ μὴν, et Γεμὴν, et Καὶ μὴν, et Οὐ μὴν, et quidem sequente interdum tertia quapiam particula, ut mox docebo.

Ἀλλὰ μὴν et Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ, vide T. 1, 336.

Γεμὴν autem, (quod reservatum in h. l. fuit,) significat Vero et Porro: h. e. μέντοι, inquit Bud., afferens e Xen. (Ἱππ. 1, 15.) Τοὺς γεμὴν ὄρχεις δεῖ μὴ μεγάλους τὸν ἵππον ἔχειν, (12.) Ὀσφὺς γεμὴν ὅσῳ ἂν πλατυτέρα καὶ βραδυτέρα ᾖ, τοσούτῳ ῥᾷον ὁ ἵππος τὰ πρόσθεν αἴρεται. E Plat. item, de LL. 10. Ἑπόμενοι γεμὴν αὐτοῖς, σκεψώμεθα τοὺς ἐκεῖθεν, τί ποτε καὶ τυγχάνουσι διανοούμενοι. In VV. LL. γὲ μὴν traditur significare Utique, Autem, Vero; nec non Tamen, Porro, Sane. Interdum etiam, Atqui, Quanquam. Sed trium duntaxat signiff. exempla afferuntur. Pro Porro, e Xen. (Ἀπ. 1, 4, 5.) Ὀσμῶν γεμὴν τί ἂν ἡμῖν ὄφελος; Odorum porro, quæ nobis utilitas? Item ἔτι γὲ μὴν pro Atque etiam, ex Alex. Aphr. Subjungiturque h. l. sine Auctoris nomine, Εἴγε μὴν μηδεὶς δύναιτ' ἂν ἐξελέγξαι με, πῶς οὐκ ἂν ἤδη δικαίως ἐπαινοίμην; pro Quod si nullus, &c. Sed cum duæ tantum reperiantur harum particularum scripturæ, in fide dignis exemplaribus, tertiam hic videmus. Prima scriptura est qualis in illo Xen. loco, τοὺς γεμὴν ὄρχεις: item, ὀσφὺς γεμήν: item, ὀσμῶν γεμὴν, etc. Secunda autem est, si τούς γε μὴν, et ὀσφύς γε μὴν, et ὀσμῶν γε
B μὴν scribamus: ut sc. γε sub præcedentis vocabuli accentu pronuntietur. At tertia est cum ὀσμῶν γὲ μὴν scribitur, ut habent VV. LL., ita ut particula γε nec sub præcedentis vocabuli accentu legatur, nec tamen cum μὴν jungatur. In iisd. VV. LL. scriptum est in iis qui allati modo fuerunt locis, ἔτι γὲ μὴν, et εἰ γὲ μὴν, ubique particula γε suum accentum habente. Verum etiamsi concederem scribi posse ἔτι γὲ μὴν, non tamen itidem post ὀσμῶν et εἰ scripturam illam admitti posse putarem, cum in vocem ἔτι minime rejici possit accentus, ut in ὀσμῶν et εἰ rejici posse scimus. Sed γεμὴν conjunctim ubique scr. potius censuerim. Atque hanc scripturam ap. Herod. etiam reperio, 7, (152.) p. 274. meæ Ed. Ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαι γεμὴν οὐ παντάπασι ὀφείλω: hanc enim ipsam scripturam eæ quoque Edd., quæ meam præcesserunt, habent. Ubi γεμὴν particula Sed, sive At, aut etiam Tamen reddi potest. Sic autem et γεδὴ conjunctim scriptum alicubi invenio.

Ἦ μὴν, Certe quidem, Equidem, Profecto. Il. B. (291.) Ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι. (Alibi autem ἦ μὰν Dorice scribit, ut docebo ubi de μὰν disseram.) Aristoph. Πλ. (608.) Ἦ μὴν ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ Μεταπέμψεσθον: N. (865.) Ἦ μὴν σὺ τούτοις τῷ χρόνῳ ποτ' ἀχθέσῃ, quem locum VV. LL. perperam afferunt, ut sponsionibus et expromissionibus has particulas convenire probent. Illis enim alicubi adhiberi non inficior; sed hunc versum nihil tale habere dico. Apud Plat. Euthyd. post exclamationem, Ὦ Ζεῦ, ἔφην ἐγὼ, ἦ μὴν καὶ τὸ πρότερόν γε ὑμῖν
C ἐφάνη καλὸν τὸ ἐρώτημα. Ubi etiam addi γε observandum est, et DICI Ἦ μὴν γε pro ἦ μήν: nam γε, quod hic habetur post πρότερον, non secus ad ἦ μὴν pertinere censeri potest, quam pertinet ad ἀλλὰ μὴν, ubi Dem. scribit, Ἀλλὰ μὴν ὑπέρ γε τοῦ, κ. τ. λ. Item ad καὶ μὴν, in hoc ejusd. loco, Καὶ μὴν περὶ ὧν γε προσετάξατε εἰπεῖν.

Ἦ μὴν frequentissimum in jurejurando usum habet. Dem. Καὶ κατὰ παίδων ὤμνυες ἦ μὴν ἀπολωλέναι Φίλιππον. Sic ap. Thuc. Xen. Platonem, aliosque veteres Scriptt., post ὀμόσαι addi solet ἦ μὴν plerisque locis. Eadem ratione post ὁρκοῦν adjicitur, quod signif. Jusjurandum exigere, ut Thuc. 8, (75.) p. 286. meæ Ed. Ὥρκωσαν πάντας τοὺς στρατιώτας τοὺς μεγίστους ὅρκους, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας μάλιστα, ἦ μὴν δημοκρατήσεσθαί τε καὶ ὁμονοήσειν. Quin etiam simplici et nudæ promissioni s. sponsioni, (i. e. cui jusjurandum non intervenit,) interdum adhibent ἦ μήν: ut legimus ap. eund. Historicum, 8, (81.) p. 288. Ὡς Τισσαφέρνης αὐτῷ ὑπεδέξατο, ἦ μὴν, ἕως ἄν τι τῶν ἑαυτοῦ λείπηται, ἢν Ἀθηναίοις πιστεύῃ, μὴ ἀπορήσειν αὐτοὺς τροφῆς. Nisi forte quispiam, quamvis non adjiciatur verbum quod jurare significat, tamen ἦ μὴν eand. vim habere, atque adeo ante ἦ μὴν subaudiri debere existimet: ut perinde sit ac si dictum esset, ὑπεδέξατο, ὀμνύων ἦ μὴν, etc.

Καὶ μὴν item, quoniam in Καὶ non exposui, hic exponam. Est igitur καὶ μὴν, ap. Hom. Quin etiam: Od. Λ. (581.) Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα. Paulo post, Καὶ μὴν
D Σίσυφον εἰσεῖδον κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα. Usus autem fuerat aliquanto ante particula καὶ sine μὴν, hoc in versu, similem alioqui narrationem habente, (similem voco cujus similis est forma,) Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱόν. In soluta quoque oratione legisse mihi videor pro Quin etiam, sed potius sequente καί. Bud. tradit significare Et quidem, item Atqui: afferens e Plat. Polit. Καὶ μὴν οὐ φαῦλόν γε ἂν κινήσας τις τοιοῦτον τὸν λόγον αὐτοῦ καταβάλῃ, Et quidem. Ex eod. ejus l. affert καὶ μὴν sequente καὶ pro Atqui: Καὶ μὴν καὶ πρὸς ἐκεῖνα οὐδὲ * ἀντιῤῥητέον. Sic καὶ μὴν, non sequente illa copula, ex Aristide, in assumtione, pro Atqui: ut ἀλλὰ μήν: Πρώτους τε γὰρ φύντας, ἔδει καὶ πρώτους δεηθῆναι· δεηθέντας δέ που, καὶ τυχεῖν· καὶ μὴν τουτό γε ἀμήχανον, μὴ θεοφιλεῖς ὄντας. Sic καὶ μὴν οὐδὲ pro Atqui neque, vel Neque vero, e Dem. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο καλόν. Apud Eund. legimus et καὶ μὴν sequente μὲν, et in altera orationis parte δέ: Καὶ μὴν πάντα μὲν αἰσχρὰ εὐλαβεῖσθαι δεῖ ποιεῖν, μάλιστα δὲ ταῦτα. Sic et ap. Thuc. Καὶ μὴν οὐδὲ, pro Neque vero.

Καὶ μὴν δὴ, Imo, Enimvero, Sedenim, VV. LL. absque ullo exemplo.

Καὶ μὴν εἰ, Quod si, VV. LL. ne hic quidem allato ullo exemplo. Fortasse autem reddi potest etiam Atqui si.

Καὶ μὴν καὶ pro Quin etiam alicubi invenitur, sicut καὶ δὴ καί.

Habent alioqui et alium usum hæ particulæ *καὶ μὴν καὶ*, ut vides in loco qui e Plat. allatus fuit, ubi de Καὶ *μὴν* agebatur. Sed pro Quin etiam invenitur ETIAM Ναὶ *μὴν καί*. Dionys. P. p. 151. Edit. paternæ, Ναὶ *μὴν καὶ λειμῶνες ἀεὶ κομόωσι πετήλοις*. At in VV. LL. est SCRIPTUM Ναι*μὴν* conjunctim: quod exp. Insuper, Vere, Sane: absque exemplo.

Καὶ *μὴν οὐδὲ*, vide paulo ante in Καὶ *μήν*.

Καὶ *μήν που*, sequente *καὶ*, sicut et *καὶ μὴν*, Et quidem, ut exp. Bud. in hoc Themistii loco, in Orat. quæ *περὶ* Φιλίας inscribitur, Καὶ *μήν που καὶ τόδε δεῖ σκοπεῖν, εἰ βάσκανος, εἰ φθόνου κρείττων*. At vero *καὶ μὴν καὶ* e Plat. in assumtione positum affert, (ut assumtioni adhibitum vidisti supra *καὶ μὴν*, ap. Aristidem.) de Rep. 2. fin. p. 27. Ald., ubi interrogative ponitur: Καὶ *μήν που καὶ τάγε ξύνθετα πάντα σκεύη τε καὶ οἰκοδομήματα καὶ ἀμφιέσματα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τὰ εὖ εἰργασμένα καὶ εὖ ἔχοντα, ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ἥκιστα ἀλλοιοῦται*, ad quam interrogationem respondetur, Ἔστι *δὴ ταῦτα*. Sed quamvis hic sicut in loco Aristidis assumtioni adhiberi velit, (cum alioqui diversam esse hujus formam manifestum sit,) non tamen reddere itidem potest Atqui, cum adversative non ponatur. Nec male fortassis a Ficino redditur Quin etiam: qui et citra interrogationem legisse videtur: hoc quoque forsitan non male: ut autem hic interpretabimur, ita interpretari poterimus et in isto ejusd. Plat. loco, de Rep. 6. p. 2. Καὶ *μήν που καὶ τόδε δεῖ σκοπεῖν, ὅταν κρίνειν μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ μή*. Ubi idem Interpres vertit Præterea: quod cum Quin etiam significatione convenire scimus.

Μὴ *μὴν*, i. q. *οὐ μὴν*, Non tamen. Sed multo usitatius est *οὐ μὴν* quam *ἦ μήν*. Bud. e solo Chrys. exempla profert: quorum unum est hoc, Ὅτι *συνέβαινεν αὐτῷ ἡμαρτῆσθαι τινὰ ἁμαρτήματα, μὴ μὴν αὐτὸν εἰδέναι ταῦτα ἁμαρτήματα*. In altero autem, *μὴ μὴν* respondet præcedenti *μέν*: Ἐπειδὴ *γάρ ἐστιν εὐλογῆσαι μὲν, καὶ μὴ καταρᾶσθαι, μὴ μὴν ἐξ ἀγάπης τοῦτο ποιῆσαι, βούλεται καὶ διαθερμαίνεσθαι ἡμᾶς τῇ φιλίᾳ*. Ubi *μὴ μὴν* exp. *οὐ μὴν*, s. *μὴ μέντοι*, sicut et in proxime præcedente loco. Apud Hom. autem legitur *μὴ μὰν* pro *μὴ μὴν*, ut mox docebo in *μὰν* Dorico.

Οὐ *μὴν*, Non s. Nec tamen, Nec vero, Verum non, Sed non, etc.: item Οὐ *μήν γε*, et Οὐ *μὴν ἀλλὰ*, s. Οὐ *μὴν ἀλλά γε*, et Οὐ *μὴν ἀλλὰ καί*: item Οὐ *μὴν οὐδὲ*, et Οὐ *μὴν ἀλλ' οὐδὲ*, vide in Οὐ, T. 2, 1533. Οὐδὲ *μὴν* autem s. Οὔτε *μὴν*, habes p. 1537.

[" Μὴν, ad Lucian. 1, 467. Brunck. Œd. C. 28. Thom. M. 615. Wakef. Trach. 388. Phil. 1056. T. H. ad Plutum p. 476. Conf. c. *μὲν*, Zeun. Præf. ad Xen. Mem.: cum *μὴ*, Porson. Phœn. 1638.: cum *μιν*, ad Hec. 405. ad Charit. 749. Wakef. Trach. 388. Heyn. Hom. 4, 391. Initio versus, Markl. Iph. p. 338. Ἀλλὰ *μὴν*, ad Charit. 316. Τί *μήν*; Toup. Add. in Theocr. 408. ad Timæi Lex. 259. Koen. ad Greg. Cor. 109. Abresch. Æsch. 2, 23. Καὶ *μὴν*, Valck. Hipp. p. 286. 310. Coray Theophr. 342. T. H. ad Plutum p. 306. 359. Porro, Plut. Mor. 1, 99. 132. Καὶ *μὴν, καὶ μ. καὶ*, Boiss. Philostr. 357. 394. 480. Καὶ *μ. καὶ, ναὶ μ. καὶ*, Jacobs. Anth. 1, 1. p. 12. 16. Anal. 1, 3. 6. Ἦ *μὴν*, Zeun. ad Xen. K. Π. 204. 592. 612. ad Herod. 248. Soph. Trach. 1186. Eur. Med. 1031. Markl. Suppl. 1192. Iph. p. 10. ad Charit. 440. Luzac. Exerc. 176. Scaligerana 1, 78. Fabric. Bibl. Gr. 6, 700. Harl., Xen. K. 'A. 2, 3, 26. (post *πιστά*.) Conf. c. *ἡμῖν*, ad Charit. 681. Ποῦ *μήν*; Quo alio loco? Plato Theæt. 281. Σὺ *μὴν, σὺ μὲν*, Brunck. Aristoph. 3, 62. Μὴ *μὴν*, ad Herod. 157. 248. ad Lucian. 3, 490. Μήτε *μὴν*, Philostr. 138. Boiss. Οὐ *μὴν ἀλλὰ*, Zeun. ad Xen. K. Π. 56. Alberti ad Hesych. Epist. ad Eulog. not. 11.) Lennep. ad Phal. 40. Bergler. ad Alciphr. 253. Οὐδὲ *μὴν*, Brunck. Œd. C. 608. Æsch. Eum. 474. Οὐδε*μὴν*, T. H. ad Plutum p. 109. Οὔτε *μὴν*, Phryn. Ecl. 198. Jacobs. Anim. 270. Γε *μὴν*, Thom. M. 849. Γε *μὴν, οὐ μήν γε*, Valck. Phœn. p. 544. Toup. Opusc. 1, 280. ad Lucian. 1, 235. Οὐδὲ *μὴν—γε*, Brunck. Aristoph. 1, 252. Οὐ *μὴν — γε*, Diod. S. 2, 294. 331. 385. 387. 392. 395. 398. 407. 429. (434.) 441. Sic leg. 452. Eur. Hec. 403. Οὐκ· *ἦν γε πείθῃ* —, ubi Porson.:—' Sic plerique Codd. et Schol. Aldi lectio, Οὐ *μήν γε*, vel hoc nomine vitiosa est, quod post Οὐ *μὴν*, *γε* addit, nullo alio verbo interposito:' vide Eund: et in Ed. 2. ad h. l. item p. 74. Idem ad Phœn. 1638.:—' Sæpe additur *γε* in eadem sententia cum *ἀλλὰ μὴν, καὶ μὴν, οὐδὲ μὴν, οὐ μὴν*, sed nunquam, nisi interposito alio verbo:' Diod. S. 1. p. 585, 31. habet *οὐ μήν γε*, sed p. 584, 77. *οὐ μὴν—γε*." Schæf. Mss.]

DORICE Μὰν pro *μὴν* dicitur. Theocr. 1, (71.) Τῆνον *μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο*. Apud Eund. 11, (60.) Νῦν *μὰν, ὦ κόριον, νῦν αὐτό τι νεῖν γε μαθεῦμαι*. Apud Eund. EXTAT Ἦ *μὰν*, i. valens q. *ἦ μὴν*, de quo antea dictum fuit, 4, (14.) Ἦ *μὰν δειλαῖαί γε, καὶ οὐκέτι λῶντι νέμεσθαι*. Sic Il. B. (370.) Ἦ *μὰν αὖτ' ἀγορῇ νικᾷς, γέρον, υἷας* Ἀχαιῶν. (Idem alioqui *ἦ μὴν* etiam usurpat pro eod., ut vides in versu, quem supra e libro eod. protuli.) Apud Eund. HABES Μὴ *μὰν*, cum alibi, tum in Il. X. 304. Μὴ *μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην*, Ἀλλὰ *μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι*. (Dixerat autem antea, *νῦν αὖτέ με μοῖρα κιχάνει*.) Ubi *μὰν* Eust. exp. simpliciter *δή*. In hoc autem loco Il. Θ. (512.) Μὴ *μὰν ἀσπουδεί γε νεῶν ἐπιβαῖεν ἕκηλοι*, Auctor brevium Scholl. exp. *μὲν δή*. Legitur et O. (477.) Μάρνασθέ *τε* Τρώεσσι, *καὶ ἄλλους ὄρνυθι λαούς*. Μὴ *μὰν ἀσπουδεί γε δαμασσάμενοί περ ἕλοιεν* Νῆας *ἐϋσσέλμους· ἀλλὰ μνησώμεθα χάρμης*. In illo quidem certe primo loco *μὴ μὰν* reddi posse arbitror Non tamen; at duobus posterioribus, præsertimque secundo, nequaquam convenire, mea quidem sententia, potest. Sonat enim potius quasi quis dicat, Ne saltem: quam interpr. et ille primus posse admittere videtur. Apud eund. Poëtam legimus ETIAM Οὐ *μὰν*, Il. O. (16.) Οὐ *μὰν οἶδ' εἰ αὖτε κακοῤῥαφίης ἀλεγεινῆς* Πρώτη *ἐπαύρηαι, καί σε πληγῇσιν ἱμάσσω*, ubi quidam interpr. Verum haud scio. [" Valck. ad Theocr. x. Id. p. 24. ad Mosch. 369. Wakef. ad 1, 15. in Add., Theocr. 3, 12. Koen. ad Greg. Cor. 110. ad Herod. 90. Dawes. M. Cr. 328. Musgr. Ion. 453. Kuster. Aristoph. 237. Brunck. Apoll. Rh. 38. Jacobs. Anth. 12, 235. Nicarchus 31. ad Charit. 116. Γε *μὰν*, Theocr. 1, 95. 139. 3, 27. Toup. Emendd. 4, 420. Dawes. M. Cr. 328. Jacobs. Anth. 7, 146. Brunck. Aristoph. 1, 14. Γα *μ.*, ibid. Aristoph. Λ. 170. Τί *μ.*, Koen. ad Greg. Cor. 109. Οὐ *μ.*, Brunck. Apoll. Rh. 219. Heyn. Hom. 5, 168. 6, 328. 7, 84." Schæf. Mss.]

Μῆδος, de quo nunc dicendum est, usitatiorem habet plur. numerum *μήδεα*. Existimo autem ex hoc nomine fieri *μήδομαι*, non contra *μῆδος* e *μήδομαι*. Si enim *μῆδος* e *μήδομαι* factum esset, quidni itidem *μέδος* e *μέδομαι* haberemus? Imo vero et hoc ipsum *μέδομαι* non immerito fortassis quispiam e *μήδομαι* factum esse suspicetur: quamvis alioqui deductio a *μέλομαι* talis sit, quæ omnino rejici non possit. Quod autem ad ea attinet quæ *θ* habent (e quibus sunt *προμηθὴς, προμήθεια*, et *προμηθοῦμαι*, nam *μήθομαι* aliunde esse existimatur,) ea literam *δ* in *θ* mutarunt, eod. modo quo in *οὐθεὶς*, facto ex *οὐδεὶς*, mutatam esse videmus.

ΜΗΔΟΣ, *τὸ*, Cura, Consilium. Sed singularis numeri exemplum non affertur: pluralis autem *μήδεα* cum ap. alios Poëtas, tum ap. Hom. extat variis locis: Il. Ω. (674.) *πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχοντες*. Sic Od. T. (353.) Ἔστι *δέ μοι γρῆϋς πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχουσα*. Habet idem, pariterque Hesiodus, Ζεὺς *ἄφθιτα μήδεα εἰδώς*. Apud hunc extat etiam, *πάντων πέρι μήδεα εἰδὼς*, de Prometheo. Apud illum cum gen., non semel: Il. (Π. 120.) *ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει Δαίμων ἡμετέρης*. " Ἐπιμήδεα, " Consilia, VV. LL. Sed hic, sicut in aliis plerisque locis, " præp. perperam nomini jungitur, quæ ad verbum pertinet. " Nam cum scribit Hom. *ἐπὶ μήδεα κείρει*, ad verbum *κείρει* ten- " dit præp. *ἐπί*: pro *ἐπικείρει μήδεα*." Apud Eund. (ut alios plerosque locos omittam) extat nomen hoc *μήδεα* nomini *βουλαὶ* subjunctum: Ἐν *πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο μήδεά τ' ἀνδρῶν*, κ. τ. λ. Ubi fortasse non male *μήδεα* reddatur Curæ, (*βουλαὶ* autem Consilia,) ut *μήδομαι* est Curam gero. Alioqui dicendum esset *ἐκ παραλλήλου* poni duo illa nomina *βουλαὶ* et *μήδεα*. [" Porson. Phœn. 866. Brunck. Apoll. Rh. 123. Μήδεα *βουλῶν*, Soph. 3, 457." Schæf. Mss.]

Hinc sunt COMP. Ἁλιμηδὴς, et Κακομηδὴς, *ὁ, ἡ*, et Πυκιμηδής. Primum illud Ἁλιμηδὴς, vide T. 1, 366. inter composita e nomine *ἅλς*. Secundum Κακομηδὴς, sonat, Cui malum est consilium, i. e. Callidum s. Fraudulentum. Vel, Mala cogitans et Vafra s. Fraudulenta, s. In animo versans: derivando ab ipso verbo *μήδομαι*. Sive autem a verbo s. a nomine potius derivetur, poterit uno verbo reddi, Callidus, Astutus, Vafer, Fraudulentus. Hom. Hymno in Merc. 389. Ζεὺς *δὲ μέγ' ἐξεγέλασσεν, ἰδὼν κακομηδέα παῖδα*. Sed ibi legitur *κακομήδεα* proparoxytone, non *κακομηδέα* paroxytone, in plerisque Edd. Minime dubium est tamen quin hæc lectio melior sit quam illa, ut nominativus sit non *κακομήδης*, sed *κακομηδὴς*, sicut *ἁλιμηδής*. Alioqui ex eo accentu suspicari quis posset *κακομήτεα* scriptum fuisse (non *κακομηδέα*) e nominat. Κακομήτης, qui ap. Hesych. extat. Tertium comp. est Πυκιμηδὴς, per sync. factum e *πυκινομηδής*: Cui sunt *πυκινὰ μήδεα*, Prudentia s. Callida consilia. Od. A. fin. Καὶ *τὸν μὲν γραίης πυκιμηδέος ἔμβαλε χερσίν*. Ubi *πυκιμηδέος* exponere possumus ex alio ejusd. Poëtæ versu, T. (353.) *πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἐχούσης*. Uno autem verbo, quod ex eod. adjectivo per compositionem factum est, exponere possis *πυκινόφρονος*. Nam *πυκιμηδὴς* et *πυκινόφρων* idem valent, sicut *κακομηδὴς* et *κακόφρων*. [" Hymn. in Cer. 153." Schæf. Mss.] Quod si e nomine proprio appellativum facere liceat, cum *πυκινομηδὴς* conveniet COMP. Μηδεσικάστη, conveniet, inquam, quod ad signif. attinet. Sonat enim Μηδεσικάστη, q. d. *μήδεσι κεκασμένη*. Il. N. (173.) Κούρην *δὲ* Πριάμοιο *νόθην ἔχε* Μηδεσικάστην. Ubi Eust. Ἡ *δὲ ῥηθεῖσα* Μηδεσικάστη, inquit, ad exemplum *τῆς* Ἰοκάστης videri possit dici. Siquidem NOMEN Ἰοκάστη sonat *ἡ κοσμουμένη ἰότητι*, i. e. *βουλῇ*: itidemque Μηδεσικάστη, est *ἡ καζομένη μήδεσιν*, i. e. *βουλεύμασιν*. Quibus addit esse *τοιούτου τινὸς τόπου* et NOMEN Ἀγαμήδη, NEC NON Μήδεια, et quæcunque sunt hujusmodi. Sciendum est autem esse (teste eod. Schol. alio in loco) quædam etiam propria nomina in *μηδης* desinentia ex hoc verbo *μήδεσθαι* facta. E quibus EST Θρασυμήδης, ITEM Διομήδης.

(Μηδεα etiam scribitur pro μεῖδεα, i. e. τὰ αἰδοῖα, Genitalia: de qua scriptura vide quæ paulo ante dixi in Φιλομειδής, post verbum Μειδάω, 11618.) A

Μηδοσύνη, ἡ, Consilium, βουλή. Suid. [" Simmias Securi." Schæf. Mss.]

Μήδομαι, Fut. μήσομαι, Curam gero, Consulo, Delibero. Item Cogito, Excogito, Meditor, [illegible] Molior, Machinor, Struo. Est hoc verbum μήδομαι e nomine μῆδος: nisi potius aliquis μῆδος e μήδομαι factum esse velit. [illegible] Il. B. (360.) Ἀλλά, ἄναξ, αὐτός τ' εὖ μήδεο πείθεό τ' ἄλλῳ: (38.) οὐδὲ τὰ ᾔδει ἅ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα, Neque norat quænam molíretur Jupiter, s. machinaretur. Sic Hesiod. Ἔργ. 1, 95.) ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά. Idem est Od. I. ([illegible].) μῆδον θ' ἑτάροισιν ὄλεθρον. Apud Eund. legimus non solum μήδομαί σοι τοῦτο, vel ἐμοὶ αὐτῇ, sed etiam μήδομαί σε τοῦτο: Il. X. (395.) et Ψ. (24.) Ἦ ῥα καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήσατο ἔργα. Sed μήδομαί σε τοῦτο ab illo ita dici videtur, ut Latini usurparunt verbum μήδεσθαι, cum dixerunt Male consulere in aliquem. Unde Il. K. (52.) τόσα γὰρ κακὰ μήσατ' Ἀχαιούς. Schol. exp. εἰργάσατο. Quem sequendo, dicendum fuerit poni id quod antecedit pro eo quod consequi solet. Quidam vero in hujusmodi II. exp. βουλευτικῶς μεταχειρίζεσθαι. Sic Eust. particip. μησαμένου alicubi exp. βουλευτικῶς μεταχειρισαμένου. " Μήσασθαι, est βου-" λεύσασθαι, μηχανήσασθαι, τεχνήσασθαι, Animo moliri et ma-" chinari. Od. Λ. (473.) τίπτ' ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσεαι ἔργον; " Il. Z. (157.) αὐτάρ οἱ Προῖτος κάκ' ἐμήσατο θυμῷ. Ex ead. Il. B " affertur κακὰ μήσατ' Ἀχαιούς, pro εἰργάσατο. Sunt autem hæc " a th. μήδομαι." || Μήδομαι in soluta etiam oratione aliquem usum habet. Plato Gorgia, Εἴ τι μήδῃ τοῦ λόγου τοῦ εἰρημένου, Si qua tibi cura est ejus sermonis qui dictus est; vel, ejus verbi quod dictum est. Bud. Legimus et ap. Plut. de Def. Orac. Ὧν μήδεσθαι προσήκει, καὶ φυλάττειν ὅπως, κ. τ. λ. In VV. LL. dicitur idem Scriptor hoc verbo esse usus in libello περὶ τοῦ Ἀκούειν, de apibus loquens. Sciendum est autem extare de iisd. ap. Eund. in Opusculo quod inscribitur, Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' Ἀρετῇ, (p. 295.) verum non ipse Plut. ibi utitur, sed Simonides; ita enim scribit, Ὥσπερ γὰρ ἄνθεσιν ὁμιλεῖν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τὴν μέλιτταν ξανθὸν μέλι μηδομέναν. Ubi μηδομέναν fortassis reddi queat Scrutantem, Rimantem. [" Ruhnk. ad H. in Cer. 351. Ep. Cr. p. 19. Hesiod. Θ. 166. Plut. Mor. 1, 158. 304. ad Herod. 526. Musgr. Iph. T. 97. Jacobs. Anth. 8, 31. 65. 9, 310. 6, 223. 10, 131. Heyn. Hom. 5, 217. 6, 17. 8, 327. 359. 392. * Μήδω, Ruhnk. Ep. Cr. 213." Schæf. Mss.]

Μήστωρ, ωρος, ὁ, Consultor, Consiliarius, βουλευτής: μήστωρ ὕπατος Ζεύς, Il. Θ. (22.) quasi κορυφαῖος ἐν βουλευταῖς. Vel accipiendo μήστωρ seorsum ab ὕπατος, i. q. μητιέτης. Ex Eod. affertur, Il. H. (366.) Δαρδανίδης Πρίαμος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος, pro ἴσος θεοῖς κατὰ τὴν βουλήν. Idem vocat Hectorem μήστωρα φόβοιο, cujus consilio et virtute in fugam conjiciuntur hostes. (At μήστωρε φόβοιο quidam interpr. Equi fugæ periti, i. e. Periti arripiendi fugam velociter. Unde etiam de celerrimis equis dici C hoc existimatur.) Item μήστωρ ἀϋτῆς, Cujus consilio et virtute bellum geritur. Sunt tamen qui malint, Qui consilio, non autem temere, prælium committit: ὁ ἐν μάχῃ βουλευτικός. Quidam simpliciter, Peritus pugnæ. Vide Eust. et Hes. Fit autem μήστωρ e μῆστο, quod Hes. exp. βουλεύσατο. Est et Nomen propr. Μήστωρ, sicut et Ἀγαμήστωρ: quod VV. LL. esse tradunt Apollinis cognomentum, tanquam valde periti et consulti. Id gen. facit ορος, per ο μικρὸν, superius autem per ω μέγα, Eust. [" Heyn. Hom. 4, 617. 693. 5, 41. 50. 201. 416. 435. 6, 387. 460. Wolf. Prol. 212." Schæf. Mss. * Κακομήστωρ, Manetho 4, 307.] " Παμμήστωρ, Omnium excogitator: πάντων τεχνίτης, Hes., " i. e. Omnium artifex." [* " Πολυμήστωρ, Herodian. Epimer. 192." Boiss. Mss.] " Συμμήστωρ, Consiliarius, Apoll. Rh."

[* Διαμήδομαι, Herod. V. Hom. 14. susp. " Ilgen. Hymn. 507." Schæf. Mss.] Ἐπιμήδομαι, Excogito: ut ἐπιμήδεσθαι δόλους, Od. E. (137.) Excogitare s. Moliri dolos, s. Struere. [Cum dat., Quint. Sm. 11, 475. Δαναῶν ἐπεμήδετο νόστῳ. * Ἐπιμηδέομαι, Eudocia p. 347. Ἐπιμηδεῖσθαι μᾶλλον ἢ * προμηδεῖσθαι.]

[* Μηδεύω, unde * Μήδευμα, i. q. μῆδος, Schol. Hesiod. Θ. 510.]

AT VERO Ἐπιμηθὴς ET Προμηθής, (a quibus et quædam derivata extant,) δ in θ mutasse existimantur: sicut οὐθείς, et alia quædam. In VV. LL. ἐπιμηθὴς redditur Prudens: in qua interpr. nulla præpositionis ἐπὶ ratio habetur: quæ alioqui in NO- D MINE Ἐπιμηθεὺς multum significationem immutat a significatione NOMINIS Προμηθεύς: cum Ἐπιμηθεὺς dicatur is, qui μετὰ τὸ πρᾶγμα βουλεύεται: aut brevius, qui μεταβουλεύεται, sequendo Lucian. scribentem, in libello quo respondet ei qui ipsum Prometheum in verbis esse dixerat, (§. 7.) Ἐπεὶ τόγε μεταβουλεύεσθαι, Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ἐστί. Cui simile est quod a Synes. dicitur, Ἀλλὰ τῷ Ἐπιμηθεῖ τὸ μὲν μέλειν, φασὶν, οὐκ ἦν, τὸ δὲ μεταμέλειν ἐνῆν. Fuit autem hic Epimetheus frater Promethei, ut discimus ex Hesiodo Ἔργ. (1, 85.): dictusque est ἁμαρτίνοος ab Eod. Θ. (511.): sicut Prometheus αἰολόμητις. A Pind. autem Ἐπιμηθεὺς vocatur ὀψίνοος, Π. (5, 35.) i. e. Qui sero sapit. Cum porro hæc sint duorum fratrum propria nomina, facta sunt tamen quodammodo appellativa: adeo ut ἐπιμηθεὺς dicatur Quilibet cui re peracta, tum demum consilium in mentem venit, et cognoscit quid opus facto fuerit: προμηθεὺς contra, Quicunque prius quam rem aggrediatur, consilium suppetit ad videndum quidnam facto opus sit. Vide Erasm. Prov. Malo accepto stultus sapit. Antequam vero de Προμηθεὺς dicendi finem faciam, minime prætermittendum est quod a Luciano scribitur: nimirum Atticos προμηθέας appellare solitos fuisse τοὺς πηλουργοὺς καὶ χυτρεῖς. De figlino autem Promethei opere, a quo appella- A tio illa manavit, [illegible] Hesiod. Ἔργ., at [illegible] Pind. Ab Hes. [illegible] ποικιλόβουλος, [illegible] ἔχων. [illegible] factum est [illegible]. Ἐπιμήθεια, et verbum Ἐπιμηθεύεσθαι [illegible] ab altero est NOMEN Προμήθεια et VERB. Προμηθεύεσθαι. Exstat autem Ἐπιμήθεια, [illegible] Ἐπιμηθεύεσθαι [illegible] Consilium capere re peracta, [illegible] capere. Sed hæc raro occurrunt. Contra vero Προμήθεια et Προμηθεύεσθαι, itemque ad. NOMEN Προμηθής, quibus [illegible], sæpius frequentius sunt in usu. Ac primum quidem Προμηθὴς redditur Providus, item Circumspectus, Consultus. Apud Herodian. (2, 15, 1.) Ἀνὴρ προμηθής τε καὶ νήφων, Polit. vertit Providus et sobrius. Dicitur et de re, ut Μέλλησις προμηθὴς ap. Thuc. 3. Apud Eund. l. τὸ προμηθὲς substantive pro ἡ προμήθεια, Providentia. Superl. Προμηθέστατος ut ap. Synes. Ὁ παρὰ πάντας ἑαυτοῦ προμηθέστατος, Qui [illegible] maxima [illegible] providentiam egit: de quodam duce [illegible]. Item Σόφισμα προμηθέστατον, Herodian. (3, 2, 7. Invenitur et superl. gradus ADVERBII Προμηθέστατα, Maxime provide, Providissime; aut certe Providentissime, Maxima cum providentia. Apud Herodian. redditur etiam Providentissimo consilio. Quidam interpr. et Consultissime. At POSITIVUS Προμηθῶς, i. e. Provide, Utendo providentia, etc. Affertur vero et aliud ADV. Προμηθικῶς ex Aristoph. (Ὄρν. 1511.) pro Provide, Providenter; item Circumspecte. Sonat autem q. d. Ut decet eum qui providus est, Cum quadam providendi peritia. Subst. B autem Προμήθεια, Providentia. Et προμήθειαν ποιεῖσθαι, Providere. At προμήθειαν λαβεῖν dixit Eur. (Hec. 795.): ubi exp. κηδεμονίαν. Apud Thuc. 4. Ἐξίσου γὰρ δεδιότες, προμηθείᾳ μᾶλλον ἐπ' ἀλλήλους ἐρχόμεθα, Cum majori cautione. Itidemque προμήθειαν ποιεῖσθαι ap. Plat. est etiam Cautionem adhibere, Cum multa cautione agere. Invenitur ETIAM Προμηθία eadem signif.: quæ scriptura ap. Soph. extat, El. (990.) p. 124. meæ Ed., alteram non admittente versu. Ita enim scriptus est, Ἐν τοῖς τοιούτοις ἐστὶν ἡ προμηθία: [Œd. C. 332.] Habetur alioqui et altera scriptura per ει ap. Eund., ubi versus utramlibet admittere potest, ut p. 126. 138. Quemadmodum autem et Προμήθεια et Προμηθία, ita etiam non solum Προμηθεύομαι, SED IT Προμηθοῦμαι dicitur, Provideo, Providentiam ago, (aut etiam Curam ago,) Providentia utor: item Prospicio. Redditur etiam Rationem habeo. Hoc posterius ap. Plat. extat, Ἆρά γε μὴ ἐμοῦ προμηθῇ; Et ap. Dionys. Areop. Τῆς τῶν ἱερῶν εὐκοσμίας προμηθουμένη. Herod. quoque isto utitur, sed absque contractione, dicens, more Ionico, προμηθέεσθαι et προμηθεόμενος: ut Προμηθέεσθαι ἑωϋτοῦ καὶ τιμᾶν ἐκέλευε. Item, Προμηθεόμενος σέο μὴ πλήξω. Affertur ex Eod. et cum accus., (9, 108.) Προμηθεόμενος τὸν ἀδελφεὸν, Fratris respectum habens. Apud Alex. Aphr. extat alterum verbum Προμηθεύεσθαι, similiter quidem cum accus., sed tamen in prima illa Providendi signif.: in præfatione Problematum, Ὅσοι δὲ διχοστατοῦσι πότερον φύσις καὶ λόγος προνοητικὸς προμηθεύεται τὰ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ. C Qui locus facit ut minime suspectum habere debeamus quendam Damasceni l. 2., ubi eid. casui hoc verbum jungitur. Quæri autem possit an ab ead. sit origine NOMEN Προμηθήτρια, quod προμνήστριαν ap. Siculos significabat, teste J. Poll. i. e. Pronubam, Nuptiarum conciliatricem. Sed ap. J. Poll. tertia syllaba litera υ, non η, scripta est. Καὶ προμνήστριαι μὲν, inquit, αἱ συνάγουσαι τὸν γάμον. Σικελιῶται δ' αὐτὰς καλοῦσι προμηθυτρίας: [leg. * Προμυθίκτρια: cf. Valck. ad Eur. Hipp. 589. " Ἐπιμηθεὺς, T. H. ad Lucian. 1, 207. 227." Schæf. Mss. * " Ἐπιμηθειὰς, Synes. H. 3, 682." Boiss. Mss. " Ἐπιμηθεύομαι, Eust. 67, 27." Seager. Mss.] " Μεταμήθεια, Hes. μετάνοια, " Pœnitentia." [" Προμηθεὺς, Musgr. Ion. 455. Wakef. ib. Brunck. Soph. 3, 442. Ejus cultus, ad Lucian. 1, 196. De figulis, 207. Πρ. μετὰ τὰ πράγματα, ibid. Πρ. πυρφόρος, Musgr. Phœn. p. 219. Προμαθεὺς, T. H. ad Plutum p. 352. (Æsch. Suppl. 708.) Προμήθεια, Heringa Obs. 109. Valck. Phœn. p. 497. Diatr. 139. T. H. ad Lucian. 1, 207. ad Herod. 112. 213. Lennep. ad Phal. 142. Brunck. Œd. C. 1013. ad Charit. 406. Wakef. Ion. 460. ad Phalar. 339. Προμηθία, Valck. Phœn. p. 195. 496. Diatr. 139. ad Herod. 213. 641. 712. Heringa l. c. Eur. Hec. 1122. Musgr. 795. Med. 915. Porson. p. 69. Steinbr. Mus. Tur. 1, 288. Jacobs. Præf. ad Exerc. 1. p. xvi. Brunck. l. c. Soph. 3, 471. ad Charit. l. c. Markl. Iph. p. 381. Wakef. l. c. Conf. c. προθυμία, Valck. Phœn. p. 496. Jacobs. Anim. in Eur. p. 6. ad Herod. 712. Musgr. Andr. 1253. Markl. l. c. Προμηθίη, D Wessel. Diss. Herod. 140. ad Herod. 45. 57. 112. Προμηθέομαι, 740. Heringa l. c. Brunck. ad Æsch. Pr. 381. Conf. c. προθυμοῦμαι, ad Charit. 445. Heind. ad Plat. Lys. p. 15. Valck. l. c. Jacobs. l. c. * Προμήθειος, Jacobs. Anth. 8, 160. Kuster. Aristoph. 73. Epigr. adesp. 123. (Apoll. Rh. 3, 844.)" Schæf. Mss. * Προμήθεια, τὰ, Dies festi Athenis in honorem Promethei, Xen. Ἀθ. 3, 4. Προμηθῶς, Georg. Pachym. Prol. ad Dionys. Areop. p. 40. * Προμηθιδῶς, adv. i. q. προμηθῶς, Maximus v. 482. susp. * Προμηθιδόομαι, Gl. Prospicio. * " Προμήθευμα, Theod. Hyrt. in Notit. Mss. 6, 24. * Προμηθευτὸς, unde * Ἀπρομηθεύτως, Suid. v. Ἀφειδήσας." Boiss. Mss. * Προμηθευτὴς, unde * Προμηθευτικὸς, Eust. Il. K. p. 714, 27. * Προμηθευτικῶς, Ω. p. 1518, 42. * Ἀπρομηθὴς, unde adv. * Ἀπρομηθῶς, cujus compar. * " Ἀπρομηθεστέρως, Tzetz. Ch. 10, 898." Elberling. Mss.] " Ἀπρομή-" θεια, Imprudentia, Inconsulta temeritas, VV. LL." [Plato Lach. 199=197. Joseph. B. J. 3, 5, 6. 9.]

" Ἐπιμήδιον, Vindicta Romanis. Caulis est non magnus, he-" deræ foliis denis, vel duodenis: neque florem neque fructum " ferens: radice tenui, nigra, gravi odore, gustu fatuo. Refrige-" rat et humectat. Gorr. Vide Diosc. 4, 19. Gal. Simpl. 6. Plin. " 27, 9.; nam Epimenidium perperam pro Epimedium ap. eum " legi existimatur."

Sequenti nomini *μηλέα*, s. potius nomini *μῆλον*, quam originem tribuere videatur Etym., dicam postea, ubi agam de altero nomine *μῆλον*, quo significatur Ovis. De hoc tantum in præsentia lectorem monitum volui: quamvis *Μηλέα* hic ponatur ante *Μῆλον*, Arboris nomen ante Nomen fructus, sicut et in quibusdam aliis hujusmodi factum fuit, (quod etiam rationi maxime consentaneum esse videtur,) Tryphonem tamen ap. Athen. (53.) *ἀμυγδάλη* Nomen fructus, pro *ἀμύγδαλον*, prius esse censet quam Arboris nomen *ἀμυγδαλῆ*: *Κτητικοῦ παρὰ τὸν καρπὸν ὄντος τοῦ χαρακτῆρος, καὶ διὰ τοῦτο περισπωμένου.*

ΜΗΛΕΑ, ἡ, Malus, arbor. Per contractionem dicendum esset *μηλῆ*, ut *συκέα, συκῆ*, et *ἀμυγδαλέα, ἀμυγδαλῆ*: itidemque alia: sed in hoc non itidem receptam contractionem esse puto; nusquam enim *μηλῆ* invenio, sed *μηλέα* passim. Atque adeo Eust. Od. Ω. (339.) *Ὄγχνας μοι δῶκας τρεισκαίδεκα καὶ δέκα μηλέας*, annotat minime contrahi *μηλέα* in *μηλῆ*, ut *συκέα* contrahitur in *συκῆ*. Apud eund. Poëtam legimus *μηλέαι ἀγλαόκαρποι*, de quo epith. disserit Plut. Symp.: Paus. in Atticis 5, (8.) *Ταῖς δὲ χερσὶν ἔχει, τῇ μὲν κλάδον μηλέας, τῇ δεξιᾷ δὲ φιάλην.* Est autem generalis hæc appellatio Arboris, sicut *μῆλον*, Fructus; atque ut dicitur *μῆλον κυδώνιον*, ad differentiam, vel addito quopiam alio adjectivo, sic dicitur *μηλέα κυδωνία*, aliudve adjectivum discriminis causa adjicitur. Diosc. 1, 160. *Μηλέας πάσης τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη καὶ οἱ βλαστοὶ στύφουσι· μάλιστα δὲ τῆς κυδωνίας*: Sic *μηλέα Περσικὴ*, Malus Persica, Malopersica, (si hoc composito uti licet,) ap. Theophr. C. Pl. 8. Vide *Μῆλον*. [* "*Μηλεία*, Jacobs. Anth. 6, 312. * *Μήλειος*, (a *μηλέα*,) Apoll. Rh. 4, 1401. T. H. ad Plutum p. 183." Schæf. Mss.]

Μῆλον, τὸ, Malum, Fructus quem fert malus, Pomum. (DORICE *Μᾶλον*, et PLUR. *Μᾶλα*, ap. Theocr. aliquoties.) Od. H. 115. *Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ.* Sic autem versu 110. *ὄγχνας* et *μηλέας* simul commemorarat, interjiciens *ῥοιάς*. Libro vero ultimo Odysseæ *ὄγχνας* et *μηλέας* duntaxat nominat hoc in versu, (339.) *Ὄγχνας μοι δῶκας τρεισκαίδεκα καὶ δέκα μηλέας*, ubi annotat Eust. *μῆλον* esse non solum *τὸ συνήθως οὕτω λεγόμενον, τὸ καὶ ἀληθῶς ἀγλαὸν οἷς ἐρεύθεται ὡς εἰς ἄγαλμα φύσεως*, sed etiam *τὸ τῆς περσέας, παρὰ τοῖς ὕστερον.* Quin etiam *τὸ κιτρίον*, quod vocari a Romanis *κίτρον*, teste Pamphilo. Quibus addit, hoc *κιτρίον* ap. Libyas (ut quidam perhibent) vocari *μῆλον ἑσπερικόν*. A quibus Hercules Eurysthei jussu in Græciam attulit *μῆλα*, quæ propter *τὴν ἰδέαν* vocantur *χρύσεα*: nimirum *τὰ τῶν ἑσπερίδων*: quæ *μῆλα* dicit in stellas *ἀλληγορεῖσθαι*, cum Hercules *εἰς ἥλιον μεταλαμβάνεται.* Ceterum ut *ὄγχναι* et *μῆλα* in duobus illis Hom. Il. junguntur, i. e. eorum simul fit mentio, sic *ἄπια* et *μῆλα* interdum jungi in oratione soluta videmus. Est enim *ἄπιον* i. q. *ὄγχνη*, Latine Pirum. Cujus vocabuli si mihi quoque divinare originem liceret, dicerem Pirum dictum esse quasi Pium, e Græco Apium, (sc. interjecta deinde litera r): potius quam a nomine *πῦρ*, quod in flammæ modum e lato in acutum tendat: secundum quam deductionem scr. fuerit Pyrum, per y. Ceterum quoniam a Plut. *ἄπια* et *μῆλα*, sicut ab Hom. *ὄγχνας* et *μῆλα*, simul poni dixi: sed vocem quidem *ἄπιον* in superioribus habes, at VOCEM *Ὄγχνη* SIVE *Ὄχνη*, non item: hanc de ea occasionem non omittam. Hoc igitur sciendum est, quamvis *ὄγχνη* generaliter de Piro dicatur, et quidem alicubi, (ut in illis Homeri locis,) de hortensi s. sativo potius quam de agresti, proprie tamen hanc appellationem agresti piro, quod et *ἀχρὰς* vocatur, convenire existimari: tanquam hoc nomen sortito a verbo *ἄγχειν*, quod Strangulare significat: quoniam acerbitate sua propemodum strangulant. Adeo ut sit proprie quod Galli dicunt Poire d'étranguillon: quod sonat quasi quis dicat Pirum strangulatorium; aut, magis ad verbum, Pirum strangulatus, s. strangulationis. Sed in eo, quod certo cuidam pirorum generi appellatio ista tribuitur, et quidem hortensi alioqui, cum nomine *ὄγχνη* undiquaque non convenit. Eo autem nomine et ipsa arbor Pirus appellatur. Sed quod ad scripturam attinet, non dubito quin *ὄγχνη* potius quam *ὄχνη* scribi debeat, si verum sit, (quod certe verisimile est,) dici a verbo *ὄγχειν*, quod est Strangulare. "*Κόγχναι*, Hesychio " sunt *αἱ ὄγχναι*, Pira sylvatica." Venio ad locum in quo Plut. *ἄπια* et *μῆλα* jungit. Is extat in Artax. (24.) *Ἀπίοις δὲ καὶ μήλοις καὶ τοιούτοις ἄλλοις ἀκροδρύοις τρέφουσαν ἀνθρώπους πολεμικοὺς καὶ θυμοειδεῖς.* Alibi *ἰσχάδας* et *μῆλα* conjungit, ut Symp. 6, 8. *Πάσχουσι δὲ τοῦτο καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, καὶ μάλιστα ὅταν ἢ ἰσχάδας ἢ μῆλα κομίζωσιν.*

Μῆλον cum adjectione, præter primam illam et propriam signif. alias etiam accipit, i. e. cum aliis etiam fructibus, ob quandam formæ rotundæ præsertim similitudinem, nomen suum communicat.

Est enim QUODDAM *Περσικὸν μῆλον*, Persicum malum, s. Malum Persicum, aut composite Malopersicum, (sicut *μηλέα Περσικὴ* habuisti paulo ante e Theophr.,) vulgo Pesche: corrupte pro Perse, ut opinor, i. e. voce Perse prave detorta in Pesche. Quod autem vocamus Presse, estque e genere eorum quæ appellantur Pesches, sunt qui Duracinum Persicum esse existiment. At lingua Italica vocem Persicum pene integram servat; atque adeo et aliæ linguæ, quæ præ Italica præsertim et Gallica semibarbaræ censeri possunt, ejus vestigia retinent. Sed hoc sciendum est, Diosc. l. 1. uno capite, sc. 165. agere de Persicis malis; at c. 167., (interjecto sc. capite 166. de Armeniacis malis,) agere de iis quæ vel Medica vel Persica vel Cedromela, vel Latine Citria vocentur. Apud Eund. extat c. 188. ejusd. libri de arbore cui NOMEN *Περσέα*: quam extare in Ægypto dicit. Sic et Theophr. *Ἐν Αἰγύπτῳ*, inquit, *ἐστὶν ἕτερον Περσέα καλούμενον· παραπλήσιον μάλιστα τῇ ἀπίῳ φύλλοις· πλὴν τὸ μὲν, ἀείφυλλον, τὸ δὲ, φυλλοβόλον.* Unde Plin. Ægyptus et Persicam arborem sui generis habet, similem piro, folia retinentem. Quæ autem ab his *Περσέα*, a Nicandro est DICTA *Περσεῖα*, interjecto *ι*, propter metrum, vel potius IONICE *Περσείη*, 'A. (98.) *Καί τε καταστριφθέντα μετ' ἀργῆεντος ἐλαίου Σκλῆρ' ἀπὸ περσείης κάρυα βλάβος οἷον ἐρύξει.* Quibus addit, *Περσεὺς ἦν ποτε ποσσὶ λιπὼν Κηφηΐδα γαῖαν, Αὐχέν' ἀποτμήξας ἅρπῃ γονόεντα Μεδούσης*, (ita enim scr. est, non *ἀρπηγονόεντα* conjunctim, ut habent Edd. quæ meam præcesserunt,) *Ῥεῖα Μυκηναίῃσιν ἐνηέξησεν ἀρούραις.* Ubi Schol. annotat primum quidem, quod ad NOMEN *Κάρυον* attinet, esse hic quod vulgus *ὀστέον* appellet; atque ita vocari etiam a Theophr.; esse enim *κάρυα ὅλα τὸ ξυλῶδες λέπος ἔχοντα.* (Estque obiter hic annotandum et istud de voce *κάρυον*, eam pro Osse accipi, i. e. eo quod vulgo appellamus Le noyau: ut Suet. Ossa palmularum dixit. Quin etiam de VOCE *Ὀστέον* s. *Ὀστοῦν*, idem observandum est, eam et hunc metaphoricum usum, sicut ap. Latinos, habere; itidem enim *ὀστᾶ* et Diosc. usurpasse videbis paulo post. Vocatur autem *κάρυον* ob similitudinem quam cum nuce habet.) Quod vero ad vocem *περσείης* attinet, annotat, *Περσείης δὲ εἶχε τὸ ἀρχαῖον ἀπὸ τοῦ Θεοδοσιακοῦ Νικάνδρου μεταγεγραμμένον.* Scribo enim *εἶχε*, non *εἶπε*, meum vetus exemplar sequens: ut sit sensus, *τὸ ἀρχαῖον*, sc. *ἀντίγραφον*, (neque enim dubito quin hoc subaudiri debeat,) habuisse hanc vocem *περσείης*. At si retineamus *εἶπε*, quod vulg. Edd. habent, non video quis hinc elici sensus possit. Verum et hoc obiter addendum est, non *Νικάνδρου*, sed *Νικανδρίου*, in illo ipso exemplari scriptum esse. Ceterum ap. eund. Poëtam legimus gen. *περσεῖος*, tanquam a NOMINATIVO *Περσεὺς*, significante illud ipsum *περσείη*, i. e. *περσέη*. Siquidem in Theriacis (764.) canit de quodam papilione, *Τῷ ἴκελος περσεῖος ὑποτρέφεται πετάλοισι.* Ubi Schol. *περσεῖος* gen. Æolicum esse ait, a nominat. *περσεύς*: ut nimirum a *βασιλεὺς* est *βασιλεῖος*. Itaque *περσέα* a Nicandro *περσεῖα* etiam et *περσεὺς* vocatur: a Callim. autem *Περσεῖος ἐπώνυμος*: ubi canit, *Καὶ τριτάτη Περσεῖος ἐπώνυμος· ἧς ὀρόδαμνον Αἰγύπτῳ κατέπηξεν.* In quibus versibus observare etiam debemus, eum de Ægypto dicere, (quod convenit cum iis quæ ex aliis Scriptt. antea protuli,) quod Nicander de Mycenis. Constat porro unam eandemque arborem esse cum ea, quæ a Diosc. *περσέα* vocatur, cum ipse de hac disserens, dicat esse arborem in Ægypto nascentem, quæ fructum ferat *ἐδώδιμον* et *εὐστόμαχον*: et in eo *φαλάγγια* inveniri, quæ DICUNTUR *Κρανοκόλαπτα*: itidemque Nicander sub *περσεῖος* foliis bestiolam *φαλαίνῃ* similem nutriri tradat. Ceterum *περσεῖα* (si Scholiastæ illius Poëtæ credimus, quem scripsisse *περσέα* verisimilius est,) fuit DICTA *Ῥοδακινέα*. Sed nomen hoc recentius et suo tempore vulgare fuisse videtur innuere, cum scribit, *Τὴν Περσεῖαν, ἣν ῥοδακινέαν καλοῦσι.* Sic autem a Suida *περσέα* nomine illo *ῥοδακινέα*, tanquam notiore, exp. At VV. LL. habent *ῥοδακηνέα*, cum *η*, et quidem ex Aëtio quoque, Tract. 13. c. 118. Fructus autem meminisse illum tradunt l. 1., ubi de Persiæ malo agit. At vero ap. Nicolaum Myrepsum, capite de Unguentis, esse SCRIPTUM *Ῥοδακινία*. Ibid. annotatur, alia esse quæ DICUNTUR *Δωράκινα*: quæ tamen sunt de genere Persicorum. Annotavi autem supra, Duracina persica esse quæ vulgo appellamus Des presses, in Persicorum genere: quæ appellatio Plinii auctoritate nititur, scribentis 15, 12. init. Sed Persicorum palma duracinis. Si tamen sunt ea quæ vulgo Parisiis appellamus Des presses, longe nunc a Pliniano diversus est Parisiensis gustus. Non dubium est autem quin vox illa *δωράκινα* s. *δωρακινὰ* (accentu posito in ultima) e Latino sermone petita sit.

Verum, ut tandem finem dicendi de *περσέα* faciam, sciendum est non parvam esse inter eos, qui in Dioscoridem scripserunt, hac de arbore controversiam: nimirum an ea non aliud sit quam Malus persica, an contra discrimen aliquod inter has esse existimandum sit. Equidem ut idem esse putemus, facere potest et hoc, quod ap. Diosc. legimus, 6, 22. adversus *ψιμμύθιον*, i. e. Cerussam, auxiliari *περσικῶν τὰ ὀστᾶ*: quoniam sc. ap. Nicandr. *περσείης κάρυα* adversus hoc ipsum opitulari legimus. Sed vicissim non pauca sunt quæ ad constituendum inter hæc duo discrimen impellere nos videantur: e quibus unum hoc est, quod ipse Diosc. non una cum malis Persicis, sed seorsum mentionem facit: et quidem talem ut peculiaris descriptio esse judicari possit. Quamobrem si meo quis stare judicio velit, duo illa esse eadem negabit.

Postquam autem *περὶ τῶν περσικῶν μήλων* mentionem fecit Diosc., de iis quæ VOCANTUR *Ἀρμενιακὰ*, meminit et quidem ita ut unum idemque *μήλων* genus illi esse manifestum sit. At quæ minora sunt, inquit, et appellantur Armeniaca, Latine Præcocia, stomacho sunt utiliora. Ceterum hoc NOMEN *Πραικόκια*, cujus meminit Diosc., quidam e recentioribus Græcis usurparunt. Hoc porro sciendum est, non solum *περσικὸν μῆλον* s. *περσικὰ μῆλα* dici, sed interdum etiam *περσικὸν* s *περσικὰ*, sine substantivi adjectione, ut vel in illo quem e Diosc. paulo ante protuli loco videre est, ubi sc. dicit *περσικῶν τὰ ὀστᾶ*, pro *περσικῶν μήλων*. Nec dubito quin alia quædam adjectiva ex iis, quæ subjungam, itidem sine substantivi adjectione posita inveniantur; sed huic adjectivo frequentiorem quam ulli alii hunc usum esse arbitror: adeo ut Latini quoque hanc *ἔλλειψιν* sibi permittentes, Persica dixerint, non addito substantivo Mala. Sed hoc sciendum est, non solum dici *περσικὰ μῆλα*, sed etiam *περσικὰ κοκκύμηλα*. Scribit enim Diphilus Siphnius ap. Athen. (82.) *Περσικὰ λεγόμενα μῆλα, ὑπό τινων δὲ Περσικὰ κοκκύμηλα, μέσως ἐστὶν εὔχυλα, θρεπτικώτερα δὲ τῶν μήλων.* Scribit autem Suidas *κοκκύμηλα* esse quæ vocata sint a recentioribus *βερίκοκκα*: (cum

enim dicit τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα, i. e. Quæ a nobis dicuntur : vel sui sæculi vel [illegible] hominibus ita vocari ... quod βερικοκκα id nomen esse videtur, e quo factum ... Abricots. Quæ tamen alii esse censent ea quæ Diosc. ἀρμενιακα μῆλα nominat. Nonnulli vero, quoniam addit ea esse quæ a Latinis P[ersic]a vocentur, volunt potius esse quæ dicuntur Avantpersiques : quæ peculiariter etiam fuisse appellata Pesches de Troye, (i. e. Persica Trecensia,) quidam annotarunt.

Celebre est ETIAM Μηδικὸν μῆλον, i. e. Medicum malum ; estque μηδικὸν nomen ἐθνικόν. Constat autem id esse, quod vulgo vocamus Orange. Sed quod περσικοῦ appellationem huic quoque tribuit Diosc., nimirum quum μηδικόν, id vero quidam mirantur. Legimus tamen etiam ap. Theophr. 4, 4. Οἷον, ἥ τε Μηδία χώρα καὶ ἡ Περσὶς ἄλλα τε ἔχει πλείω, καὶ τὸ μῆλον τὸ Μηδικὸν καὶ τὸ Περσικὸν καλούμενον. [illegible] autem subjungit, unius tantum mali, nimirum citri, descriptionem continent. Quin et in Athenæus ipsum [Theophrastum] testem producens, scribit, Καὶ τὸ μῆλον τὸ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον : quæ lectio nimis etiam dubitationis relinquere cuiquam potest. Adde quod Macrobius ex Oppio scribit, Geruntur autem in Perside omni tempore mala citrea, alia enim præcarpuntur, alia interim maturescunt. Jam vero et illa vox Κεδρόμηλον (quæ ap. Diosc. tertia est mali Medici appellatio) quibusdam suspecta fuit, (idque non immerito fortasse,) ne nimirum pro κιτριόμηλον s. κίτριον μῆλον, aut κιτρόμηλον, posita esset : quamvis hoc ipsum κεδρόμηλον alibi quoque extare faterentur. In VV. autem LL. annotatur, vocem κέδρος dici etiam de Arbore citrei mali : cujus materies Citrum a Varrone et Martiale appelletur. Sed hujus appellationis illud ipsum, quod suspectum esse dico, testimonium afferunt : illum sc. e Diosc. petitum locum, in quo tamen non κέδρος, sed duntaxat compositum vocab. κεδρόμηλον habetur. Addunt vero et Plinii locum, 13, 16. ubi de cedro locutus, subjungit, Alia est arbor eodem nomine, malum ferens execratum aliquibus odore et amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius. Hanc enim aliam arborem, Medicam malum esse ajunt. Sed quo teste id probare possunt? Hoc certe si verum esset, Plinium hæc de Medica malo intellexisse, citrum illi et cedrum idem esse dicendum foret : atqui hæc diversa illi esse manifestum est, 13, 1. Cedri tantum et citri suorum fruticum in sacris fumo convolutum nidorem verius quam odorem, noverant, jam rosæ succo reperto. Quin etiam 15, 14. ita inchoat, Malorum plura sunt genera. De citreis cum sua arbore diximus. Medica autem Græci vocant, patriæ nomine. Atqui si verum esset quod de cedri appellatione in VV. LL. annotari dico, aliquam vel hic vel aliis in locis, ubi de Medica malo agit, mentionem fecisset : uti nimirum et Assyriam nominat : ut 12, 3. Malus Assyria, quam alii vocant Medicam, venenis medetur. Reliqua ibi vide. Hoc quoque de pomo isto addam, nos Orange, (uti jam dixi,) Italos autem simili voce nominare : utrosque ab eadem origine, nimirum a quadam appellatione quæ recentioribus Græcis in usu fuit : sic tamen ut Itali multo minus quam nos illam immutarint. Ea enim EST Νεράντζιον, ap. Nicandri Schol. Nam in 'A. (533.) ποτὲ φύλλον ἐναλδόμενον πρασιῇσι Καρδαμίδος, μῆλόν τε, καὶ ἐμπριόεντα σίνηπι, Schol. annotat, μῆλον (quod sine adjectione ponitur) significare τὸ μηδικὸν μῆλον : quod μηδικὸν μῆλον esse τὸ νεράντζιον. Non dubium est certe quin hanc appellationem tanquam suo tempore omnibus familiarem atque adeo vulgarem afferat. Facitque hæc vox νεράντζιον ut Itali ii, qui Naranzo aut Narancio s. Narangio pronuntiant, (ut taceam illos qui Naranzaro dicunt,) se rectius loqui dicere possint quam ii, qui Arancio vel Arangio proferunt : quamvis alioqui Dantes, et Petrarcha, nec non Boccatius horum altero, non autem ullo illorum utantur. Sed hoc addo, extare ap. eos et aliam vocem, eamque compositam, sc. Melarancio : verum hanc de arbore potius quam de fructu usurpasse illi Italicæ linguæ Scriptores videntur. Quin autem Melarancio sonet i. q. Pomo arancio, utpote compositum e Melo, (ut si e μῆλον factum Melum pro Malum,) et ex Arancio, minime mihi dubium est. Hoc quoque sciendum est, sicut κεδρόμηλον ap. Diosc. scribi dicebam, cum tamen κιτρόμηλον s. κιτριόμηλον scr. potius videatur, sic Italos dicere Cedri, cum D, non T. Sed hoc nomine appellant id genus, quod omnium maximum s. crassissimum est. Et quoniam in hunc sermonem incidi, paulo eum longius persequens, ostendam quanto diligentius nostri sæculi homines singula hujusce fructus genera propriis appellationibus quam vel ipsi Græci olim (quatenus quidem novimus) distinxerint. Atque ut per gradus a minoribus ad majora ascendam : primum genus statuam, Aranci s. Arangi, aut etiam Narangi, s. Naranzi, (quæ propius ad vocem νεράντζιον accedere docui,) Gallice Auranges, vel Oranges, ut alii pronuntiant. Secundum genus, Limoni et per diminutionem Limoncelli : Gallice itidem Limons. Quin etiam Limes alicubi, terminatione feminina, de rotundioribus. Tertium genus Ponciri : quæ tamen appellatio non est per totam Italiam usitata : nobis itidem Poncires. Quartum genus Cedri, de omnium maximis et crassissimis. Sic vero et in quibusdam Galliæ locis illa vocantur Cidres : cum tamen alii Poncires potius appellent. At vero Cedrangoli diminutiva forma dici videtur : quod in Italia me audisse non memini, sed tamen in quibusdam ejus partibus ita vocari ea etiam, quæ ab aliis Aranci s. Arangi nominentur, intellexi.

Ut porro dicitur fructus Μηδικὸν μῆλον, sic ARBOR Μηδικὴ μηλέα. Atque ut fructus alio nomine DICITUR Κίτριον μῆλον, sic ipsa ARBOR Κιτρία μῆλος, aut certe Κιτρία, sine adjectione : sicut κίτριον pro κίτριον μῆλον. Auctor Γεωπονικῶν, 10, (7.) Τὰς κιτρίας φυτεύουσι παρὰ τὸν τοῖχον. Sed et Κίτριον ab Eod. pro Ipsa arbore dicitur, 'Εὰν δὲ τὸν καρπὸν τοῦ κιτρίου γύψῳ πεφυραμένῃ καταχρίσῃς. Est alioqui hæc appellatio Latina potius quam Græca : sic tamen ut Citrea potius quam Citria ap. Plin. et alios legamus, et quidem de Fructu duntaxat. Eust. autem e quodam Pamphili περὶ Γλωσσῶν libro tradit τὸ κιτρίον a Latinis vocatum

A esse κίτρον. Sed Citrum ap. Varronem de Iis citrei mali lignum [illegible] ... Galenus [illegible] κιτρίων nomine [illegible] [illegible] ... et nobis aliisque nonnullis vulgare est hoc nomen, sed de Certo quodam Medicorum pomorum genere ut ex iis, quæ modo dicta fuerunt, satis liquere potest. His [illegible] κίτριον inter [illegible] peculiariter de Citri [illegible] ... Alex. Aphr. [illegible] 1. 1. Τὸ κίτριον ἔξωθεν πρῶτον ... καὶ θλασθέν, τῷ κράματι ἔνδοθεν ὄντι τὴν ἑαυτοῦ δίδωσι [illegible].

Celebratur ETIAM Κυδώνιον μῆλον ap. vett. : [quod] Latini Cotoneum malum, potius quam Cydonium, vocant. Nam Cotonea, quasi C[ydonea] ... autem minus depravata voce Latina, Cotonea ap[pellant]. Gal. simpliciter [illegible] μῆλον per excellentiam ... κατὰ Τόπους, 2, 1. Τὰ δὲ κυδώνια, in ait Diosc., εἰσὶ στύφοντα ... [illegible]ρητικά. κ. τ. λ. Plinius de pineis nucibus locutus, His proxima amplitudine, inquit, mala quæ vocamus Cotonea, et Græci κυδώνια, e Creta insula advecta. Scribo autem κυδώνια ap. eum, s. Cydonia, Latinis literis, non Cydonea, (ut tamen pleraque exemplaria habent,) cum κυδώνια ubique ap. Scriptt. Græcos, κυδωνεα nusquam legamus. Sic quoque ARBOR Κυδώνιος μηλέα, VEL Κυδωνία μηλέα dicitur Cotonea malus. Pro κυδωνίων autem Nicander dixit ETIAM Κυδῶν. Legitur enim ap. eum 'A. 234. βλοσυροῖο κυδῶνος : quod Schol. exp. στυπτικοῦ κυδωνίου. Sed pro κυδῶνος perperam scriptum est κυδωνος

B in Edd. quæ meam præcesserunt. "Κυδωνιάω, Mali cydonii "modo me habeo, Imitor et repræsento pomum cydonium, ex "Epigr." [" Jacobs. Anth. 7, 101. Anim. 327. Exerc. 1, 11. Bast Lettre 217. * Κυδωνόμελι, Schn. Ser. R. R. 3, 1. p. 380." Schæf. Mss. * Μηλοκυδώνιον, Diosc. Parab. 2, 12.] Ceterum κυδωνίων quædam sunt DICTA Χρυσόμηλα, quod sonat Aurea mala, s. Aurei coloris mala : QUÆDAM Στρούθεια, SIVE Στρουθειόμηλα. Plura cotoneorum genera, inquit Plin. 15, 11. χρυσόμηλα, incisuris distincta, colore ad aurum inclinato. Quæ candidiora, nostratia cognominata, odoris præstantissimi. Est et Neapolitanis suus honos. Minora ex eod. genere στρούθεια odoratius vibrant, serotino proventu, præcoci vero mustea. Strutheis autem cotone insita suum genus fecere mulvianum : quæ sola ex his vel cruda manduntur. Sed in hoc Plinii loco pro Minora consentaneum rationi esse videtur ut Majora reponamus. Hæc enim scriptura cum ex aliis locis confirmari posse videtur, tum vero ex isto Diosc., 1, 191. in quo de cotoneis malis agit, Τὰ δὲ λεγόμενα στρούθεια καὶ μεγάλα, ἧττόν ἐστιν εὔχρηστα. Invenitur porro scriptum ETIAM Στρουθία μῆλα, et quidem ap. ipsum Diosc., nec non ap. Athen. : ap. quem tamen et altera scriptura extat : 3. Τὰ δὲ κυδώνια, ὧν ἔνια καὶ στρούθεια λέγεται κοινῶς, ἁπάντων ἐστὶ τῶν μήλων εὐστομαχώτερα, καὶ μάλιστα τὰ πέπονα. At vero alterius scripturæ exemplum aliquanto post habetur, ubi de voce Κοδύμαλον agit, et mala Cydonia ab Hermone ἐν Κρητικαῖς Γλώσσαις vocari tradit κοδύμαλα. Deinde e Polemone addit,

C nonnullos velle κοδύμαλον esse Quoddam floris genus. Quibus addit, 'Αλκμὰν δὲ τὸ στρουθίον μῆλον : sed hanc scripturam incuriæ librariorum imputandam esse existimo. "Hes. quoque κο"δύμαλον esse dicit τὸ στρούθειον μῆλον, s. κυδώνιον, sed quosdam "velle esse Genus floris, alios κόσμον περιτραχήλιον, Ornamen"tum collare." [" Κοδύμαλον per o breve in prima syllaba scribitur quidem vulgo ap. Athen. 3. p. 81. itemque ap. Hes. ; sed verior scriptura Κωδύμαλον per ω longum, quam quidem ap. Athen. servarunt vetustissimæ membranæ : malles tamen * Κωδίμαλον, per iota in secunda syllaba, ut a vocab. κῶας ejusque diminutivo κώδιον ducatur, significetque vi originis Malum villosum, lanuginosum." Schw. Mss.] Quod autem attinet ad id Cydoniorum genus, quod PLIN. Χρυσόμηλα vocat, sunt qui ea aurea mala esse putent quæ legimus ap. Virg. Ecl. 3. Aurea mala decem misi, cras altera mittam : cum tamen VV. LL. tradant ex ATHEN. Χρυσᾶ μῆλα, NEC NON 'Εσπερίδων μῆλα, esse Mala Medica, de quibus ante a dictum fuit. Sed vereor ne parum attente Athenæi locus consideratus fuerit ; vel potius, ne librariorum error non deprehensus, eos, qui hoc annotarunt, in errorem induxerit. Quale autem illud erratum sit, ut ostendere possim, locum totum proferre necesse habeo. Scribit igitur Athen. (82.) 'Εσπερίδων δὲ μήλων οὕτως καλεῖσθαί τινά φησι Τιμαχίδας ἐν τῷ τετάρτῳ, εἶπων, Καὶ ἐν Λακεδαίμονι παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς φησὶ Πάμφιλος ταῦτα· εὔοσμα δὲ εἶναι καὶ ἄβρωτα· καλεῖσθαι δ' 'Εσπερίδων μῆλα. 'Αριστοκράτης γοῦν ἐν τετάρτῳ Λακωνικῶν, 'Ετι δὲ

D μῆλα καὶ τὰς λεγομένας 'Εσπερίδας περσικά. Θεόφραστος ἐν τῷ κ. τ. λ. Hunc, inquam, illorum errorem e librarii errore natum esse dico, qui περσικὰ cum præcedentibus junxerit, cum alioqui nomen hoc tanquam titulus interjiciatur, ut variis hujus Scriptoris locis, præsertimque in libris prioribus, nomina quædam textui inserta esse videmus, quæ nullo modo vel præcedentibus vel sequentibus annexa sint, neque cum illis vel his cohæreant, quantum quidem ad structuram orationis attinet, sed seorsum ponantur, tanquam earum quæ proxime sequuntur materies s. argumentum. Ac ne longe abeamus, habemus, paucis interjectis, nomen κιτρίον hoc ipso officio fungens. Ex illo igitur Athenæi loco nihil minus quam illud probari potest. Posse alioqui aureorum malorum appellationem non uni pomorum generi tribui fateor, prout varium auri colorem in variis nummis esse videmus, et quidem in iis etiam qui recens cusi fuerunt. Illis porro addit Plin., de cotoneis, Sunt præterea parva sylvestria, a struthiis odoratissima, in sepibus nascentia. Geop. 10. e Cydoniis malo insitis μῆλα nasci ait κάλλιστα, quæ ab Atti is sint DICTA Μελίμηλα. Quin etiam μήλινος et μηλίτης ad μῆλα κυδώνια interdum pertinere, docebo paulo post.

Sunt vero et alia quædam μῆλα, quæ adjectivi nominis adjectione distinguuntur, veluti ea quæ ἠπειρωτικὰ vocantur. Sunt præterea quæ nomine composito appellantur : ut μελίμηλα, ἀγριόμηλα : de quibus omnibus partim jam dictum est, partim suo loco dicetur, in Indice.

Μῆλα, si verum est quod Hes. scribit, dicendum fuerit tam late patere quam ap. Latinos Poma: ut enim Poma Latini generaliter interdum vocant Quosvis fructus, sic ille μῆλα esse ait παντὸς δένδρου καρπόν: sed ἐξαιρέτως ita vocari τὸν τῆς μηλέας. Sic ap. Hom. Il. I. (537.) ubi canit, Πολλὰ δ' ὅγε προθέλυμνα χαμαὶ βάλε δένδρεα μακρὰ Αὐτῇσιν ῥίζῃσι καὶ αὐτοῖς ἄνθεσι μήλων, nomine μῆλα significari generaliter ἀκρόδρυα, ἐκ μέρους, tradit Eust.

Μῆλον ap. Geop. ponitur et pro μηλέα, i. e. Malus arbor, 10, (76.) Ἐγκεντρίζεται μῆλον εἰς πᾶσαν ἀχράδα. Itidemque pro Arbore usus esse videtur J. Poll. (Sic autem quædam alia nomina alicubi de Fructu pariter et de Arbore dicta inveniuntur.) Hes. postquam μῆλα vocari dixit παντὸς δένδρου καρπὸν, sed ἐξαιρέτως τῆς μηλέας, addit καὶ πάντα τὰ δένδρα.

Μῆλα metaphorice vocantur et alia. Nam Malæ, vel potius Genæ, μῆλα etiam appellantur, teste J. Poll. (Hippocrati κύκλοι τοῦ προσώπου, ut Gal. testatur.) Sed is tamen sibi minime constat in hujus vocis expositione, meo quidem judicio. Postquam enim dixit, ea quæ vocantur μῆλα, ab utraque nasi parte protuberare, (si ἀνέστηκεν ita interpretandum est,) et esse ὑποφθάλμιον φρουρὰν τῶν ὀφθαλμῶν, ut sc. διατειχίζοιτο εἰς ἀσφάλειαν ἄνωθεν μὲν ταῖς τῶν ὀφρύων προβολαῖς, κάτωθεν δὲ ταῖς τῶν μήλων ἀνοχαῖς, et esse hæc nominata μῆλα, quoniam ἀνθοῦσιν ἐν ὥρᾳ, subjungit, vocari etiam παρειὰς et γνάθους. Non sibi constat, inquam, J. Poll., in eo quod primum μῆλα esse ait ὑπὲρ τὰς παρειάς: deinde ea vocari etiam παρειὰς dicit. Quod tamen de hujus appellationis ratione scribit, παρειαῖς optime convenire constat; hæ enim ἀνθοῦσαι dicuntur et εὐανθεῖς, cum in iis lanugo velut efflorescit. Ita enim accipio verbum ἀνθεῖν, et in eo loco ubi dicit παρὰ τὸ ἀνθεῖν ἐν ὥρᾳ: non autem, ut interpr. quidam, Quod in iis ætatis flos eluceat. Plane enim coacta hæc interpretatio mihi videtur. Sunt vero et qui aliam hujus metaphorici usus nominis μῆλα rationem afferentes, μῆλα dicta esse velint, quia in modum mali orbiculati extuberant. Utut se res habeat, non absimile vero esset, Latinos exemplo Græcorum nomini Malæ significationem illam dedisse, et Malæ quasi Mala (i. e. Poma) dixisse. Neque enim mihi unquam persuadebit Cic., Malas a Maxillis, nihilo magis quam Alas ab Axillis, Talos a Taxillis, Palos a Paxillis fieri: qui tamen id velle significare videtur. Μῆλον scribit Gorr. in sing.: tradens esse Partem faciei inter nasum et aurem, sub oculo leviter eminentem. Additque, pilis nudam esse, non modo propter os subjectum, sed etiam ad ornatum et decorem vultus, quodque natura voluerit eam esse sedem pudoris, ibique maxime ostendi ruborem. Et sic dictam esse a mali similitudine, sive rubeum mali colorem spectemus, sive rotunditatem quam illi natura donavit, ut sic oculum ab externis injuriis infra tutaretur: ideoque Hippocr. de Morbis 1. non illepide malas κύκλους προσώπου nominasse. Hæc et ille. Nunc autem ad exempla veniendum est. Legimus igitur ap. Lucian. ἐν Εἰκόσι vocem μῆλα de Faciei parte quadam, (2, 463.) Καὶ τῶν ὀφθαλμῶν δὲ τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ καὶ κεχαρισμένῳ, καὶ τοῦτο διαφυλάξει κατὰ τὸ Πραξιτέλει δοκοῦν· τὰ μῆλα δὲ, καὶ ὅσα τῆς ὄψεως ἀντωπὰ, παρ' Ἀλκαμένους καὶ τῆς ἐν κήποις λήψεται. Legimus et ap. Alex. Aphr. Probl. Διὰ τί τῶν περιπνευμονικῶν τὰ μῆλα ἐρυθρά ἐστι; Singulare autem μῆλον extat ap. LXX. Cantic. Solom. 4. (3.)

Μῆλα, de Mammis puellæ dictum ab Aristoph. (Λ. 155. Ἐκκλ. 903.) utpote teretibus, sicut teres est malum.

Μῆλον, Oculi procidentia jam inveterata, atque adeo aucta ut etiam palpebras excedat. Sic dicta a mali similitudine, quod ita protuberet oculus ut malum exertum appareat. Gorr. Una est e speciebus τῶν ὀφθαλμοῦ προπτώσεων.

Μῆλα, Carnes quædam rubræ et teretes sub tonsillis, quæ tonsillæ ἀντιάδες et παρίσθμια dicuntur, s. Tonsillæ duæ penitiores, in intimo ore positæ ad radicem linguæ, J. Poll.

Μῆλα, Labra. Unde VERBUM Διμηλαίνειν, Labra movere, διακινεῖν τὰ χείλη, J. Poll. Sed Comicis hoc verbum peculiariter tribuere videtur, sicut et nomen illud μῆλα, in ea signif.

Μῆλον in signif. ἔρωτος potius δελεάσματος εἰς ἔρωτα s. εἰς τὰ ἀφροδίσια, vide in Μηλοβολῶ.

[" Μῆλον, Phryn. Ecl. 212. ad Charit. 515. Jacobs. Anth. 6, 394. 8, 128. 203. 11, 134. 204. Brunck. Aristoph. 2, 105. Villois. ad Long. 56. Soph. 3, 520. Heyn. Hom. 4, 703. Μῆλα, de mammis, Merrick Tryph. Angl. p. 10. Jacobs. Anth. 10, 291. Bergler. ad Alciphr. 131. Toup. Opusc. 1, 243. 291. 2, 123. De genis, Diod. Zon. 6. et Jacobs., Probl. Arithm. 19. De rebus gratis et jucundis, Toup. Add. in Theocr. 398. Omnes fructus arborum, Heyn. Hom. 5, 654. Ernest. ad Callim. 258. Μῆλον ῥίπτειν, μήλοις βάλλειν, Verh. ad Anton. Lib. p. 5. LB. Μῆλα Πυθικὰ, Jacobs. Anth. 12, 130." Schæf. Mss.]

Sicut Μῆλον quo Malum s. Pomum significatur, ita etiam μῆλον, (de quo postea dicetur,) Ovem significans, multa compp. habet, quæ illi reservans, ea excerpsi quæ ad μῆλον, de quo nunc agitur, pertinent.

Μηλοβολέω, [e * Μηλοβόλος,] Malo s. Malis peto, ut legimus ap. Virg. Ecl. 3. Malo me Galatea petit, lasciva puella, Et fugit ad salices, et se cupit ante videri. Quæ Theocriti imitatione dixisse videtur, 5, (89.) Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα, Τὰς αἶγας παρελῶντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει. Ubi Schol. βάλλει μάλοισι ait significare, πειρᾶταί με εἰς ἔρωτα ὑπαγαγέσθαι, Conatur me ad amorem allicere. Additque, Τὸ γὰρ μήλοις βάλλειν ἐπὶ τούτοις ἔτασσον: (sed pro τούτοις repono τούτου.) Convenitque optime quod iste scribit cum iis quæ a Schol. Aristoph. N. (996.) scribuntur, Μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσιέναι· ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνὼς, Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς. Hic enim μήλῳ Schol. exp. ἔρωτι, additque, eos μηλοβολεῖν appellasse τὸ εἰς ἀφροδίσια δελεάζειν: quod μῆλον Veneri sit sacrum. Est autem εἰς ἀφροδίσια δελεάζειν, Ad rem venereum aliqua illecebra invitare s. incitare. Sed cum μηλοβολεῖν ita exponat, (quam expositionem cum alterius Scholiastæ expositione convenire dico,) μήλῳ in eo loco debuit potius δελεάσματι ἔρωτος aut ἀφροδισίων, quam ἔρωτι, explicare. Sic autem in quodam Platonis Epigr. (i. e. quod Diog. L. Platoni ascribit in ejus Vita) legimus, Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὲν ἑκοῦσα φιλεῖς με, Δεξαμένη, τῆς σῆς παρθενίης μετάδος. Εἰ δ' αὖ κ. τ. λ. Subjungiturque et istud, tanquam Ejusdem, Μῆλον ἐγὼ, βάλλει με φιλῶν σέ τις. Sed hoc Epigr. Philodemo ascribitur, in Epigr. 7. p. 467. meæ Ed. Alterum vero illud extat ejusd. Operis p. 486. tanquam incerti Auctoris, aut certe tanquam Ἰουλιανοῦ. Ceterum dicuntur μήλοις βάλλειν, qui muneribus assequi student quod optant, aut qui donis provocant ad amorem mutuum, ut Erasmus scribit in Prov. Malis ferire s. petere: ubi cetera legere poteris, si videbitur. Hoc tantum addo, quamvis μηλοβολεῖν composite dixerit Schol. Aristoph., existimare tamen me μήλῳ βάλλειν disjunctim potius usurpari, hac præsertim in signif. Quod tamen ap. Hes. legimus μηλοβαλεῖν, expositum ποιῆσαί τινα καὶ εἰς ἔρωτα ὑπαγαγέσθαι, non dubito quin mendose pro μηλοβολεῖν scriptum sit. [" Verh. ad Anton. Lib. p. 5. Jacobs. Anth. 6, 340." Schæf. Mss.] Μηλοειδὴς, Mali speciem præ se ferens, vel colore, vel alia re. [Vide Μήλωψ. Forma contracta * Μηλώδης, Dionys. ap. Steph. B. v. Δρεσία.] Μηλόκαρπον, τὸ, Aristolochiæ longæ, quæ mascula dicitur, cognomen, quod florem ferat, cum dehiscere cœperit, piro similem, Gorr. [" Diosc. Notha p. 451." Boiss. Mss.]

Μηλολόνθη, SIVE Μηλολάνθη, aut ETIAM Μηλόνθη, SIVE Μηλάνθη, Scarabeorum quoddam genus, i. e. κανθάρων: qui peculiari NOMINE Χρυσοκάνθαρος dicitur. Nam μηλολόνθη, teste Hes., est εἶδος κανθάρων, quos aliqui χρυσοκανθάρους appellant. At Schol. Aristoph. non ait esse εἶδος κανθάρου, Scarabei speciem, sed ζωΰφιον χρυσίζον κανθάρῳ ὅμοιον. Verum alia exp. his verbis subjungitur, secundum quam est illud ipsum quod χρυσοκάνθαρος appellatur; (ita enim ibi intelligendum est adv. ἄλλως, sicut et aliis plerisque horum Scholl. et aliorum locis, quod in VV. LL. animadversum non fuit, i. e. ab eorum consarcinatoribus.) Annotat autem hæc in Aristoph. N. (763.) Ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα, Λινόδετον ὥσπερ μηλολόνθην τοῦ ποδὸς, ubi ait respici ad puerorum morem, qui hoc animalculum filo alligatum emittunt; ideoque perinde esse ac si diceret, Οὕτως δῆσόν σου τὴν γνώμην, ἵν' ὅταν ἁρπάσῃς ἐκ τοῦ ἀέρος τὴν γνώμην, πάλιν ἐπισπάσῃ αὐτήν. Possumus autem e Suida et Eust. puerilem hunc lusum exactius cognoscere, i. e. conjungentes quæ unus dicit, iis quæ ab altero dicuntur. Scribunt enim, pueros filum (τρίπηχυ, ut refert Eust.,) pedibus hujus animalculi appendere s. alligare, deinde in aërem emittere, et sinere volare. Dum autem sic alligatum volat, velut in gyros circumagi et circumvolvi; puerosque tali spectaculo gaudentes, non sine manuum plausu ipsum comitari. Suid. tamen non dicit tantum λίνον τοῦ ποδὸς ἐξαρτῶντες, sed adjicit, καὶ ξυλίφιον, ὃ οὐκ ἰσχύουσιν ἀνακουφίσαι. Quidam vero (addentes fortasse de suo) scribunt pueros hujus fili pedibus μηλολόνθης appensi, caput digitis suis alligare. Scribit autem Eust. e quodam vet. Gramm. aut Lexicographo, (unde et præcedentia se accepisse profitetur,) esse animal vespa majus, quod nasci ἐκ τῆς μηλεῶν ἀνθήσεως, aut μηλέαις advolare cum florere incipiunt. Sic et J. Poll. ἐκ τῆς ἀνθήσεως τῶν μήλων, (quod pro μηλεῶν accipiendum erit, nisi potius scripsisse μηλεῶν, non μήλων, existimandus sit,) aut σὺν τῇ ἀνθήσει γίγνεσθαι tradit. Dicit autem duntaxat esse animal volucre; vocarique et μηλολάνθην. Suidas esse scribit Animalculum quod floribus insidet; sed fortasse scriptum reliquit τοῖς ἄνθεσι τῶν μηλεῶν, vel τοῖς τῶν μηλεῶν ἄνθεσι. A nonnullis μηλολόνθη redditur Galleruca, a quibusdam Bruchus: (qui tamen a Græcis esse DICTUS Μάσταξ potius existimatur.) In Geop. vox Latina usurpatur, in βροῦχος commutata, 13, (2.) Περὶ τὸ στέλεχος τῆς ἀμπέλου παρὰ τὴν ῥίζαν τρεῖς κόκκους σινήπεως χῶσον· φυτευόμενα γὰρ ταῦτα τῇ ὀδμῇ τὸν βροῦχον ἀναιρεῖ. Quidam denique annotant μηλόνθην esse Illud animalculum quod a nobis Hanneton appellatur. Sciendum est porro lusum illum puerilem, cujus modo facta fuit mentio, hoc ipsum nomen habere ap. J. Poll., sicut ap. Eund. eod. in loco alii etiam lusus commemorantur, quorum nonnulli animalium nomen habent: ut χαλκῆ μυῖα et χελιχελώνη. Invenitur ETIAM Χρυσομηλολόνθιον ap. Aristoph. Schol., sicut dictum fuit Tomo quarto, inter nomina e nomine χρυσὸς composita. Sed ap. eum eod. in loco LEGI Μηλολόνθιον sciendum est. Vocatum putatur et χρυσαλίς: de quo nomine dictum est inter compp. e nomine χρυσός. ‖ Μηλολόνθη est etiam Flos quidam, Suid. [" Bibl. Crit. 2, 2. p. 9. Brunck. Aristoph. 2, 98. Kuster. 59." Schæf. Mss.]

[* Μηλομάχης, unde * Μηλομαχέω, e quo] Μηλομαχία, ἡ, Malis commissa pugna s. Pomis, Pugna quæ malis committitur, i. e. in qua alii in alios mala jaculantur. Qualis autem fuerit Alexandri μηλομαχία, docet Eust., et ante eum Athen. (277.): e quo sumsisse eum, quæ de illa scribit, opinor. Μηλονόη, Dea quædam cujus Hymnus extat ap. Orph., VV. LL.; sed ap. Orph. μηλινόη legitur. Μηλοπάρῃος, q. d. Malis similes habens genas, Cujus malæ s. genæ colorem mali referunt, ut quidam interpr. Sed Eust. exp. * ἁπαλοπάρῃος, e μαλὸς significante i. q. ἁπαλός. Affert autem e Theocr. (26, 1.) ap. quem tamen EST Μαλοπάρῃος Dorice. Quin etiam alias duas nominis hujus scripturas Ed. mea tibi indicabit; sed eas mendosas esse puto: [sc. μαλλοπάρῃος, et λευκοπάρῃος.] Μηλοπέπονες, Melopepones. Species sunt cucumerum, qui cum magnitudinem excessere, Pepones Plinio vocantur; cum vero rotundi formam et effigiem mali referunt, tunc facto e pepone et malo nomine, Melopepones dicti sunt. Neque enim aliud inter illa discrimen quam e figura quondam fuit. Totum autem hoc genus in Martio et Aprili, melones, quasi μήλωνες, a mali figura Palladio dicuntur. Est vero eadem melopeponibus vis, quæ et peponibus. Hæc Gorr. At in VV. LL. hæc annotantur: Μηλοπέπονες, ap.

Gal. de Alim. 2. a Palladio Melones dicuntur: a mali Cydonii figura, quod μῆλον per excellentiam Græci vocant. [" Casaub. ad Athen. 142. Schneid. ad Colum. 645. Phryn. Ecl. 109." Schæf. Mss.] Μηλοπλακοῦς, Placenta e malis cotoneis. Legitur etiam forma DIMIN. Μηλοπλακούντιον: quod Gorr. annotat esse Confectionem quandam e malis cotoneis in vino coctis, adjecto postea melle, pipere, aniso, atque aliis, pro arbitrio pharmacopœi: quæ deinde omnia mista, instar semunciæ formantur, et cum lauri foliis componuntur. Additque, Speciem esse cydoniati. [* " Μηλοπράτης, Tzetz. Ch. 9, 376." Elberling. Mss.] Μηλόσπορος, ὁ, ἡ, ut μηλόσπορος ἀκτὴ, Malis s. Pomis consitum litus, ex Eur. [Hipp. 742. * Μηλοφύλαξ, Pomorum custos, Schol. ibid. δράκων.] Μηλοφόρος, q. d. Mala ferens s. gestans. Quidam Cereris cognomentum esse annotant. Apud Athen. autem (514.) et Hesych. μηλοφόροι, (nam ap. hunc non dubito quin μηλοφόροι reponi debeat pro μηλοφόρη,) sunt Regis Persarum satellites, μῆλα χρυσᾶ φέροντες ἐπὶ τῶν στυράκων. [" Ad Herod. 530. ad Diod. S. 2, 206. 278. Wakef. Herc. F. 395." Schæf. Mss. " Themist. 36. 226." Wakef. Mss. * Μηλοφορέω, Theocr. Epigr. 2, 4. * Μηλοφορία, Athen. 514. * " Μηλόχρους, Comput. Pythag. in Bibl. Matrit. 336." Lobeck. Phryn. 662.]

[* Μηλοῦχος, (a μῆλα, Mammæ,) i. q. μίτρα, Strophium, Anal. 2, 221. " Jacobs. Anth. 7, 62. Toup. Opusc. 1, 243. Wakef. S. Cr. 3, 58." Schæf. Mss.] Μήλωψ, οπος, Colore referens malum, Mali colorem referens, q. d. Mali faciem habens, e μῆλον, et ὤψ, ὠπός. Od. H. (104.) Πεντήκοντα δέ οἱ ἔσαν δμωαὶ κατὰ δῶμα γυναῖκες. Αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἔπι μήλοπα καρπόν. Ubi μήλοπα καρπὸν quidam exp. πυρὸν, utpote μηλοειδῆ τῷ χρώματι. Alii vero per μήλοπα καρπὸν intellexerunt τὸ ἔριον τῶν μήλων, Lanam ovium. Sed posterior hæc exp. multo minus probatur quam altera. Vide Hes., nec non Eust.

[* Ἀντίμηλον, Diosc. 4, 76. * Ἀρίμηλον, i. q. λασίμηλον, Athen. 82.]

Ἐπιμηλὶς, ίδος, ἡ, Mespili arboris quoddam genus, quæ foliis malum refert, Diosc. 1, 171. qui alterum hoc mespili genus in Italia nascentis, (nam capite proxime præcedenti egerat de mespilo, quæ ἀρωνία quibusdam est dicta,) tradit vocatum ETIAM Σιτάνιον: (nisi quis malit scribere Σητάνιον cum η, ut quædam exempl. habent. In VV. LL. est ETIAM Σιτάριον: sed perperam, ut opinor.) Marc. Virg. ἐπιμηλίδα ideo vocari existimat, quod felicissime ἐπὶ τῆς μηλέας inseratur. Gal. (qui ap. Hippocr. ἀμαμηλίδες exp. voce ista ἐπιμηλίδες) de Alim. 2. unedonem in Italia vocari testatur fructum τοῦ θάμνου τοῦ τὰς ἐπιμηλίδας φέροντος. At Plin. a quibusdam reprehenditur, quod ἐπιμηλίδα s. Unedonem cum arbuti fructu confuderit, qui μιμαίκυλον s. μεμαίκυλον appellatur. [Schn. ad Pallad. 213.] || Ἐπιμηλὶς, est et Quoddam ἀπίων γένος, si Pamphilo ap. Athen. (650.) credimus. Hes. quoque teste est ἀπίου τι γένος. || Ἐπιμηλὶς, est etiam πόρπη, eod. Lexicographo teste. Significare autem πόρπην aliud etiam quam Fibulam, ap. eum ipsum videbis.

[* Λιτρόμηλα, Tzetz. Ch. 9, 348. 354. * Διλιτρόμηλα, 348." Elberling. Mss.]

Ὑδρόμηλον, vide inter nomina ex ὕδωρ composita, T. 3, 1777.

Φιλόμηλος, Amator malorum, i. e. pomorum, Qui gaudet malis, s. delectatur. Alexander φιλόμηλος vocatur ap. Athen. (277.), ubi μηλομαχίαν ejus refert.

Μήλινος, Colorem mali habens, Luteus, ut vertit Plin. Exp. etiam Qui est flavo colore, item Gilvus, e Serv. [" Πορφυρᾶς καὶ μηλίνας ἐσθῆτας, Flavas, citrinas vestes, et πορφυρᾶ καὶ μήλινα ὑποδήματα habes ap. Athen. 12. p. 539., et 6. p. 259." Schw. Mss.] Plin. μήλινον ἄνθος ap. Diosc. reddit Luteum, ubi de cantharidibus loquitur. Et quod hic idem dicit, Βότρυς, πόα ἐστὶν ὅλη μηλίνη, θαμνοειδὴς, ille interpr. Botrys, fruticosa herba est, luteis ramulis. AT VERO Μήλινον ἔλαιον, Melinum oleum, i. e. E malis cotoneis. A quibus et μήλινος color dici existimatur: quod τὸ κυδώνιον μῆλον vocetur etiam simpliciter μῆλον. Afferturque e Colum. 12, 45. Liquor mulsei saporis e conditivis in melle cydoniis malis appellatur melimeli. Intellige autem pro μηλίμελι. ITIDEM Μηλίνη ἔμπλαστρος VEL Μήλινον ἔμπλαστρον, Melinum emplastrum, sic dictum a colore mali cotonei: cujusmodi esse solet id, in quo ærugo mediocriter coquitur ut docet Gal. Nam e cruda viridis color, ex ea vero quæ plus æquo cocta est, emplastrorum genus emergit, quod et ἄχρωμον et ἀπροσωπον, et ab aliis κιῤῥὸν vocatur. Verum plurima emplastra a veteribus μήλινα appellata æruginem non habent. Itaque sic ea dicuntur vel quod a varia mistura coctionisque modo prædita sint eod. colore, vel quod vires habeant easdem, quas Gal. 2. τῶν κατὰ Τόπους definit: ut non adeo magna vulnera glutinent, et ulceribus cicatricem obducant, quæ a Medicis ἐπουλωτικὰ dicuntur: quæque e rosaceo liquefacta, cava ulcera carne replent. Crito a coloris similitudine, eadem emplastra πύξινα, i. e. Buxea, appellavit. Gorr. [" Jacobs. Anth. 9, 134. 509." Schæf. Mss.] Invenitur ETIAM Μηλινοειδὴς, Melinum colorem referens, i. e. Luteum, (nisi alio adjectivo illud Græcum exprimere libeat,) Ad melinum colorem accedens. Sed e Theophr. affertur μηλινοειδὲς ἄνθος et pro μήλινον: [H. Pl. 6, 2, 8. 7, 3, 1. 7, 11, 4. * Ὑπομήλινος, Subluteus, Schn. Lex.] " Μηλινόεις, i. q. μή-" λινος, Melinus, h. e. Colorem mali cotonei referens, Ni-" cander Θ. 173. χροιὴ Ἄλλοτε μηλινόεσσα καὶ αἰόλος, ἄλλοτε " τεφρὴ, Πολλάκι δ' αἰθαλόεσσα. Quanquam ibi cum diphthongo " ει, μειλινόεσσα scribitur: forsitan παρὰ τὸ μέλι, poetica epen-" thesi τοῦ ι: Schol. et ὠχρὸν et χλωρὸν exp."

Μηλίτης οἶνος, Vinum e malis cotoneis, [Plut. Q. S. 3, 2, 1.] Dicitur ETIAM Κυδωνίτης οἶνος, VV. LL. [" Cattier. 55." Schæf. Mss.]

Μηλίζω, Ad colorem mali vergo s. inclino, Colore malum refero s. Colorem mali. Sed existimatur potius de colore mali cotonei dici. Redditur etiam, Sum colore luteo. Diosc. de sorbis, Μηλίζοντα καὶ μήπω πέπειρα: 2, 107. Πυροὶ πρὸς ὑγείας χρῆσιν ἄριστοι, οἱ πρόσφατοι καὶ τελείως ἡδρηκότες, τῇ χρόᾳ μηλίζουσιν, Ruell. Optima e tritici generibus ad secundæ valetudinis usus habentur, quæ recentia et jam perfecte adulta, colorem luteum referunt. " Ὑπομηλίζω, Sum colore in luteum vergente. Nam " Ὑπομήλινος redditur Subluteus." [Diosc. 3, 79.]

Μηλὶς, ίδος, ἡ, Malus arbor, quæ usitato magis nomine dicitur μηλέα. Ibycus ap. Athen. (601.) Ἦρι μὲν αἵ τε κυδώνιαι μηλίδες ἀρδόμεναι ῥοᾶν ἐκ ποταμῶν. [Theocr. 8, 79.] Est etiam Coloris genus: item Instrumentum quoddam medicum. Est et Malida, quidam Morbus asinorum, de quo Aristot. H. A. 8. Ex VV. LL. [" Pictorum, Plut. Mor. 1, 222." Schæf. Mss.]

[* Μηλὼν, ῶνος, ὁ, Pometum, Etym. M. " Callim. 1. p. 563." Schæf. Mss.]

Μήλων, ωνος, ὁ, Hercules cognomento dictus est a Melitensibus, s. a Thebanis, aut Bœotis, quod non victimas ei immolarent, sed malis duntaxat sacra facerent. Vide J. Poll. et Hes.: J. Poll. dicit ap. Thebanos s. Bœotos ita vocari, altius repetita historia originem hujus appellationis declarans: Hes. autem non dicit ap. Melitenses ita fuisse appellatum, sed ideo tributum fuisse illi hoc nomen, quoniam Melitenses οὐκ ἔθυον αὐτῷ ἱερεῖα, sed τὸν καρπὸν τὰ μῆλα. [* " Μήλιος, Cognomen Herculis, Orph. ap. Fabr. B. Gr. 1, 125." Kall. Mss.]

[* " Μήλιον, Diosc. Notha 459. * Μήλοσμον, 458." Boiss. Mss.]

Μέλισσα quoque (quod est Apis nomen) ponendum hic fuisset, si verum esset quod ab Eust. scribitur: sc. vocatum esse ita hoc animalculum, quoniam μήλοις ἐφιζάνει, sc. τὸ χρήσιμον ἐκ τῶν καρπῶν ἀπανθίζουσα: e μῆλον et ἵζω, quod est κάθημαι: (ut sit μέλισσα quasi μήλισσα.) Sed quamvis hanc derivationem veterum auctoritate confirmet, mihi suspectam esse profiteor. Idem Schol. certe, cum in quendam libri N. Odysseæ locum, hujus deductionis meminisset, addidit, Ὡς δὲ καὶ παρὰ τὸ μέλω καὶ αὐταὶ, (sc. αἱ μέλισσαι,) καὶ τὸ μέλι, ἀλλὰ τοῦτο κεκοίνωται. Verum si μέλι a μέλω deducamus, non necesse videtur ex eod. verbo et μέλισσα deducere, sed potius ex illo nomine μέλι derivandum esse; fieri enim potest ut ipsi melli nomen prius quam ejus artifici impositum fuerit.

[* " Μηλίδες, * Μηλιάδες, * Ἐπιμηλίδες, * Ἐπιμηλιάδες, Nymphæ, Bergler. ad Alciphr. 302. ad Anton. Lib. 207. 208. Verh., Soph. Phil. 725. Villois. ad Long. 151. 200. Bast Lettre 146. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 9." Schæf. Mss.]

Μῆλον autem, quod Ovem significat, a v. μέλω s. μέλομαι, originem habere existimatur, quoniam μῆλα διὰ πολλῆς φροντίδος ἦσαν τοῖς παλαιοῖς: vel a VOCE Μῆλον significante ἥσυχον et ἥμερον et χαῦνον: quoniam τὸ πρόβατον tale est. Attalus quidam a nomine μαλλὸς deduci censuit: quæ deductio plane rejicitur: quod rationi consentaneum videatur, ut contra μαλλὸς a μῆλον derivari dicatur. Fuerunt denique et qui μῆλον appellatum putarint παρὰ τὸ μηλώδη καρπὸν ἔδεσθαι: secundum quam deductionem μῆλον hoc posterius altero esset, quod proxime præcessit. (Observandum est autem interim et NOMEN Μηλώδης, quod perinde sonat ac si a Pomum diceres Pomeus s. Pomaceus: sive fictum sit illud possessivum, sive aliunde allatum.) Sed Etym. primam illam derivationem ceteris anteponit: qui, paucis interpositis, addens, Ὁ δὲ καρπὸς κατ' ἐξοχὴν, πᾶς γὰρ οὕτως ἐλέγετο, (ita enim leg. est ap. eum, non autem, πᾶς οὕτως, sine γὰρ,) videtur eandem deductionem et alteri μῆλον velle tribuere: intelligens, μῆλον, quo certus quidam fructus significatur, a μέλω s. μέλομαι dictum esse κατ' ἐξοχήν: tanquam sc. ἐπιμελείας ἠξιωμένον præ quovis alio. Alioqui enim μῆλον non Certum illum fructum, sed Quemlibet significabat.

ΜΗΛΟΝ, τὸ, Ovis, Pecus. Od. I. (336.) καλλίτριχα μῆλα νομεύων, (444.) Ἀρνειὸς γὰρ ἔην μήλων ὄχ' ἄριστος ἁπάντων, (184.) Μῆλ', ὄϊές τε, καὶ αἶγες. Sed latius hujus nominis signif. interdum extenditur, ad capras sc., interdum et ad boves. De capris Od. Ξ. (105.) ἕκαστος ἐπ' ἤματι μῆλον ἀγινεῖ, Ζατρεφέων αἰγῶν ὅστις φαίνηται ἄριστος. Atque adeo de Quibuslibet quadrupedibus dictum fuisse traditur, sicut μηλωτὴ de Qualibet pelle. Vide Lexicogr. Græcos, et Eust. [" Wolf. ad Hesiod. p. 94. Græv. Lectt. 521. ad Diod. S. 1, 272. 383. Villois. ad Long. 153. Heyn. Hom. 6, 96. 7, 197. 370. 795. 8, 358. Oves capræque, Ruhnk. Ep. Cr. 132. Fischer. ad Palæph. 83. Μῆλα ἅπαντα τὰ τετράποδα καλοῦσιν οἱ ἀρχαῖοι, Phrynichus Ms. ap. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 10. Voss Myth. Br. 1. p. 105. Nusquam μῆλα, nisi ap. Poetas, designat Oves, Villois. ad Long. 50." Schæf. Mss.]

Μηλόβαι, ET Μηλοβάται, Ovium pastores. Hes. exp. ποιμένες: sed mendi suspicione illa vocabula non carent. [* Μηλοβατέω, Oves ineo, Opp. K. 1, 387. * Μηλόβοσις, ἡ, Nom. propr., Hesiod. Θ. 354.] Μηλοβότης, ὁ, VEL Μηλοβοτὴρ, ῆρος, ὁ, Ovium pastor, Opilio; aut etiam generalius, Pastor. Legimus ap.

Hom. *μηλοβοτῆρας*: alterum autem extat in Epigr. [" Musgr. Cycl. 54." Schæf. Mss.] Hinc VERB. Μηλοβοτέω, Oves pasco. Hes. Affertur etiam BICOMP. Ἐπιμηλοβοτὴρ in VV. LL. tanquam i. significans q. *μηλοβοτὴρ*, sc. Pastor; sed nullo testimonio confirmatur: estque mihi suspectum, quod verear ne ex errore istud vocab. bicompositum ortum sit: i. e., e præp. *ἐπὶ* per errorem juncta nomini, cum ei minime jungi deberet: in isto Hom. loco, Il. Σ. (529.) *Τάμνοντ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας καὶ πώεα καλὰ Ἀργεννῶν ὀΐων, κτεῖνον δ' ἐπὶ μηλοβοτῆρας.* Verisimile est certe, ex hoc vel alio simili loco (si quis extat) vocabulum id petitum esse, juncta præp. *ἐπὶ* cum accus. *μηλοβοτῆρας*. Docui autem et in aliis hujus Operis locis alia esse in VV. LL. vocabula, quæ itidem hanc originem habeant, i. e. itidem facta sint e præp. juncta per errorem alii voci quam ei ad quam pertinebat. Alioqui in *ἐπιβουκόλος* vacare itidem præp. non ignoro. [Phot. *Μηλοβοτέα· γῆν εὐτραφῆ· ἀνειμένην εἰς νομὴν προβάτων*, ab adj. * *Μηλοβοτής, ὁ, ἡ.*] Μηλόβοτος, ὁ, ἡ, Ab ovibus depastus, Quem oves depascuntur. Redditur etiam Vastus, Desertus. Isocr. Plataico (13.) *Μόνοι τῶν συμμάχων ἔθεντο τὴν ψῆφον ὡς χρὴ τήν τε πόλιν ἐξανδραποδισθῆναι καὶ τὴν χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον.* Herodian. 8, (4, 23.) *Καὶ κατασκάψας τὴν πόλιν, μηλόβοτον καὶ ἔρημον τὴν χώραν καταλείπῃ*, ubi Polit. vertit Vastam. Exp. et Hes. nec non Suidas, exemplum afferens. [Metaph., Philostr. 210. *Μηλόβοτον γυναίοις τὴν ἀρχὴν ἀνῆκεν.* " Ad Lucian. 1, 49. ad Diod. S. 1, 43. 2, 51. ad Plut. Vit. 1, 101. Bry., Jacobs. Anth. 9, 226. ad Dionys. H. 1, 268. 2, 1202. 3, 1622. Incultus, Valck. Adoniaz. p. 262. Hipp. p. 239." Schæf. Mss. Eudocia p. 273. * Μηλοκόρος, Qui oves curat, Etym. M. 711.] Μηλονομεύς, έως, ὁ, VEL Μηλονόμος, Ovium pastor, Opilio. Μηλονομεῖς, *ποιμένες*, Hes. Alterum autem illud *μηλονόμος* ap. Suid. extat; per hoc enim exp. illud *μηλοβοτὴρ*, quod paulo ante habuisti. Μηλοβοτὴρ, inquit, *ὁ τῶν προβάτων ποιμήν· καὶ μηλονόμος, ὁ αὐτός.* [Extat etiam ap. Eur. Cycl. 655. * " Μηλόνομος, passive, Jacobs. ad Anthol. Palat. p. 474. Μηλονομεὺς, Idem Anth. 11, 274." Schæf. Mss.] ‖ Μηλονομεὺς pro Quodam genere bruchi, VV. LL. e Max. Tyrio. [* Μηλονόμης, Dorice *μηλονόμας*, Eur. Alc. 576. " Wakef. 584. Valck. Phœn. p. 42. Lobeck. Aj. p. 310." Schæf. Mss. * Μηλονομιαῖος, unde * Μηλονομιαῖον, Hes. *ἐννόμιον*, Lobeck. Phryn. 543. * Μηλοπόα, 601. * Μηλοσκόπος, Hymn. Hom. 18, 11. *κορυφή*.] Μηλοσόη, Via per quam oves aguntur, ap. Rhodios, Hes. Μηλόσσοος, ὁ, ἡ, Ovium servator, [saltem scr. Μηλοσσόος, Anal. 1, 229.] Μηλοσφαγέω, Oves jugulo, Oves macto, s. immolo, [" Bergler. Alciphr. 239. Kuster. Aristoph. 195. 237. Brunck. Soph. 3, 423." Schæf. Mss.] Et NOMEN Μηλοσφαγία, Ovium jugulatio, mactatio, immolatio. *Μηλοσφαγίαι, θυσίαι προβάτων*, Hes. [" Ruhnk. Ep. Cr. 35." Schæf. Mss. Μηλοσφαγέω autem est e * Μηλοσφαγής.] Μηλοτρόφος, ὁ, Ovium nutritor, Qui oves alit, e Nonno (Jo. 127.) *μηλοτρόφος ποιμὴν*, Pastor qui oves alit. [Æsch. Pers. 765.] Μηλοφάγος, Qui oves comedit, Ovilla carne vescens, [Nonn. Jo. 239.] ‖ Μηλοφόνος, Ovium occisor s. interfector. Lupi epith. ap. Oppian. K. 3, (263.) Μηλοφόνον *τε λύκον*, * *δυσδερκέα τ' αὖθις ὕαιναν.* [* Μηλοφόνια, τὰ, Festum, Annot. in Athen. 3, 21.] Μηλοφύλαξ, ὁ, Ovium custos, Epigr. [" Jacobs. Anth. 10, 405." Schæf. Mss.]

Μηλιαυθμὸς, ὁ, quasi *μήλων ἰαυθμὸς*, Ovium stabulum. Affert Etym. e Lycophr. (96.) In VV. LL. annotatur dici etiam Μηλιαθμός: sed ego mendosum istud esse arbitror. [" Valck. ad Rov. p. 44." Schæf. Mss.]

Εὔμηλος, ὁ, ἡ, Pulcras oves habens, Ovibus abundans, Ovium ferax s. Pecorum, Pecorosus. Apud Od. O. 404. insula *εὔμηλος*, *Εὔβοτος, εὔμηλος, οἰνοπληθὴς, πολύπυρος*, exp. *καλὰ θρέμματα ἔχουσα*, Pulcras pecudes habens. Ab aliis, Pecudum ferax. Est Εὔμηλος et Nomen propr. filii Admeti. [" Εὐμήλου ἵπποι, Toup. Opusc. 2, 282. Poëta, Ruhnk. Ep. Cr. 221." Schæf. Mss.] Πολύμηλος, Multas oves habens, Ovibus abundans. Hesiod. Ἔργ. (1, 306.) *πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε.* [" Fischer. ad Palæph. 83. Valck. Phœn. p. 80. Wassenb. ad Hom. 89. Græv. ad Hesiod. 522. ad Diod. S. 1, 218. Wakef. Alc. 599. Heyn. Hom. 5, 624. 7, 212." Schæf. Mss.]

Μήλειος, ὁ, ἡ, Ovinus, s. Ovillus: *κρέας*, Ovilla caro, sicut *βόειον*, Bubula. [" Ruhnk. Ep. Cr. 295. Heringa Obs. 283. ad Herod. 59. Musgr. El. 92. Philostr. 98. Boiss." Schæf. Mss. * Ἐπιμήλιος, i. q. Νόμιος, Epith. Apollinis ap. Macrob. 1, 17. Schæf. ad Long. 373.]

Μηλωτὴ, ἡ, Ovina pellis, proprie; sed interdum de Quavis pelle dicitur, ut tradit Hes. in Μῆλον: idemque testatur Etym., et Eust. Ab Hes. exp. etiam *διφθέρα*: a Suida *ζώνη ἐκ δέρματος.* [" Græv. Lectt. Hes. 575. ad Mœr. 287. Valck. ad Chrys. p. 50. Ammon. 43. Jacobs. Anth. 9, 40." Schæf. Mss.] Cum autem vox Μηλωτὶς, ίδος, ἡ, VEL Μηλωτρὶς, est Specillum auricularium, quo ad repurgandas aures utimur. Vide Μήλη. AT VERO Μηλωτὴς, ὁ, Ovium pastor.

Μηλάτης, ὁ, Ovium pastor. BŒOTICE Μηλατὰς, idem. Nam *μηλατὸν* a Bœotis vocari *τὸν ποιμένα* tradit Hes.

Μήλατα, τὰ, Oves: unde gen. *μηλάτων*, ut *μηλάτων ἀπάργματα*: quæ verba Eust. in exemplum affert, Auctoris nomen tacens, sed videntur e quopiam Tragico esse sumta: [sunt e Lycophr. 106.] Affert autem gen. hunc *μηλάτων* in exemplum metaplasmi: qualem esse ait in *προσώπασι* pro *προσώποις*, et *ἔγκασι* pro *ἐγκάτοις*, nec non *ὀνείρασι* et *ἄστρασι*. At in VV. LL. habetur nominat. sing. Μήλατον: quem ego testimonio quopiam idoneo posse confirmari non puto; sed temere potius ascriptum ab aliquo fuisse, tanquam sc. *μήλατον* dici necesse esset, si *μήλατα* diceretur. Atqui eadem ratione constituendus esset nominativus sing. *πρόσωπας* tanquam usitatus, quoniam *προσώπατα* et *προσώπασι* legimus: eod. modo *ὄνειρας* sicut *ὀνείρατα* et *ὀνείρασι* dici scimus: idemque et de aliis sentiendum esset: cum contra ubi est *μεταπλασμὸς*, (sicut in his esse Grammatici omnes testantur,) talis, ut ita dicam, analogia minime quærenda sit. Adde quod *μήλατα*, si sequatur illam dativorum *προσώπασι* et *ὀνείρασι* declinationem, dativum habebit itidem *μήλασι*: ideoque nominativum sing. *μῆλας, ατος, τὸ*, non *μήλατον*. Ceterum quod hic de nominativo sing. *μήλατον* dico, idem supra de *μηρὸν* dixi, nominativo singulari neutrius generis, qui itidem in VV. LL. habetur, tanquam, si *μηρὰ* per metaplasmum in usu sit pro *μηροὶ*, usurpari *μηρὸν* quoque necesse sit. Sed verisimilius tamen esset hoc *μηρὸν* quam illud *μήλατον* usurpari.

[* " Μήλιον, Ovile, Montf. Palæogr. 398." Kall. Mss.]

[* " Μηλίτης, ὁ, Proclus ad Euclid. p. 12. *Ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τοῖς ἀπὸ τῶν μετρουμένων τίθεται μηλίας* (leg. *μηλίτας*) *καλῶν καὶ φιαλίτας*: Schol. Plat. 91. *ἀριθμός*." Schn. Lex.]

" Ἐμμηλάδας, Hes. dici scribit *αἶγας τὰς μετὰ τῶν προβάτων* " *γενομένας*, Capras natas cum ovibus s. inter oves." [* Ἐπιμηλάδες *αἶγες*, Callim. H. in A. 51. " Ruhnk. Ep. Cr. 132." Schæf. Mss.]

" Μαλόσα ὁδὸς, Hes. *ᾗ τὰ πρόβατα βαδίζει*, a Dorico *μᾶλον* " pro *μῆλον*: sed forsan scr. *μαλόεσσα*."

Μηρὸς, quod nunc tractandum est, post verbum Μερίζω ponendum fuisset, inter ejus derivata, aut post Μέρος, vel, quod mihi magis placet, post Μείρω. Quæ tres deductiones eodem tendunt, i. e. eadem ratione nituntur: ut sc. *μηρὸς* dicta sit Græcis Pars corporis quam Lat. Femur appellant, quod inde corpus velut dividi incipiat. *Καὶ ὁ μηρὸς δὲ ἀπὸ τοῦ μερίζω γίνεται, τροπῇ τοῦ ε εἰς η*, inquit Eust. In meo autem vet. Lex. scriptum est *μηρὸς* esse a *μείρω* significante *μερίζω*: ut sc. e *μερὸς* factum sit *μηρὸς*, sive ut *μηρὸς* dictum quasi *μερός*: quoniam corpus *κατ' ἐκεῖνα τὰ μέρη μερίζεται*, i. e. Dividitur. At vero ap. Etym. legimus quidem eod. modo *μηρὸν* esse dictum a *μέρος*, vel a *μείρω, διὰ τὸν μερισμὸν τοῦ σώματος*: sed etymum aliud ibi præcedit longe ineptissimum, quo hoc nomen *μηρὸς* a *μέλας* deducitur, mutatione *ἀμεταβόλου* λ in *ἀμετάβολον* ρ, sc.

ΜΗΡΟΣ, ὁ, Femur, Femen. Sunt qui *μηρὸν* verterint etiam Crus, quo tamen nomine Celsus *τὴν κνήμην* proprie intelligit: scribens 8, 1. crus e duobus ossibus constare, tibia et sura. idemque Femoris nomine manifesto *τὸν μηρὸν* intelligit: scribens, Tibiæ os cum femoris inferiore capite committi sicut cum humero cubitum. Hæc Gorr. Observavi certe ap. Virg. dici aliquem eripere ensem a femore, ut ap. Hom. *ξίφος* s. *φάσγανον ἐρύσσασθαι παρὰ μηροῦ*, s. *ἄορ σπάσασθαι παρὰ μηροῦ*. Legimus enim ap. Virg. Æn. 10. ocyus ensem Æneas viso Tyrrheni sanguine lætus Eripit a femore, et trepidanti fervidus instat. (Dicit alioqui idem Poëta et Eripere ensem vagina, nec non Diripere. Atque ut ibi legimus ap. eum Eripere ensem a femore, sic alibi, Exuere ensem humero, cum tamen alioqui in latere potius ap. eum ipsum gestetur: unde sunt illa, Accommodare ensem lateri, Accingere ensem lateri. Sed alicubi dativos duos Lateri et Humeris conjungit: in hoc nimirum versu, Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem. Denique et Suspendere ensem collo ap. eum legitur. Quæ a me obiter dicta sint.) Od. K. 126. *Τόφρα δ' ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ*: Il. A. 190. *Ἦ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ*: Od. K. (439.) et Il. Π. (473.) *Σπασσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ.* At vero E. (666.) cum dicit *δόρυ ἐξερύσαι μηροῦ*, aliam signif. habet *ἐξερύσαι*. Pluralem *μηροὶ* et dualem *μηρὼ* ap. eund. Poëtam aliquoties legimus, Il. Π. (125.) *Μηρὼ πλεξάμενος.* Item *πεπλήγετο μηρὼ*, præcedente verbo *ᾤμωξεν*, ap. Eund. non semel. Sic ap. Plut., (quod observatione dignissimum est,) in Fabio, *Μηρόν τε πληξάμενος καὶ στενάξας μέγα.* Apud Xen. quoque legimus, de Cyro commoto iis quæ de morte Abradatæ audiverat, K. Π. 7. p. 109. meæ Ed. *Ἐπαίσατο τὸν μηρόν.* In VV. LL. *μηρὸς* redditur etiam Coxa. Ibid. *Μηροῦ κεφαλὴ*, Coxæ caput, Rotundum os, *τὸ τῇ κοτύλῃ συνηρμοσμένον*: at *Πλῆκτρον μηροῦ, καθ' ὃ ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ τῇ κοτύλῃ συνῆπται.* In Iisd. redditur *μηρὸς* et Inguen; sed perperam: ut vel ex hoc ipso loco apparet, quem e Gal. ad Glauc. 1. afferunt, *Βουβῶσί τε καὶ μηροῖς προσάξομεν*, Inguinibus et femoribus applicabimus. *Μηροὶ* equo etiam aliisque nonnullis animalibus tribuuntur. Quin Femina et Femora, inquit Cam., sint *μηροί*, dubium non est: Femina tamen Latini Carnes hujus membri s. Pulpas dixerunt: ut cum equitatu Plinius scripsit atteri et aduri femina. Nam *μηροὶ* equo applicantur ea parte, qua interius illum contingunt. Xen. Ἱππ. (7, 5.) *Τοῖν τε γὰρ μηροῖν οὕτως ἂν ἔχοιτο μᾶλλον τοῦ ἵππου*, Sic enim et feminibus firmius adhæserit equo. Idem Scriptor *μηρὸν* interius in equis nominavit, (1, 14.) *Μηρούς γε μὴν τοὺς ὑπὸ τῇ οὐρᾷ ἢν ἅμα πλατείᾳ τῇ γραμμῇ διωρισμένους ἔχῃ*, Femina quidem sub cauda si latioris intervalli linea distinxerit. Hujus igitur membri totius, cum carnibus pulparum et toris, quale apparet, nomen est *μηρὸς*, Femur. Sed et ossis, quod insertum acetabulo in genu desinit, propria est hæc appellatio. Hic est nimirum *μηρὸς*

ἀμφικέφαλος Aristoteli, Utrimque quasi caput habens. Hæc est et Coxa. Ita enim Celsus, Coxis proxima sunt genua. Sed Coxas et Coxendices potius ἰσχία plerique vocarunt. Ab Hom. aliisque Poetis dicitur ETIAM Μηρὰ pro μηροὶ per metaplasmum: ut Od. N. (26.) Μηρὰ δὲ κήαντες. Apud Eund. aliquot locis, Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο. Sic ap. Apoll. Rh. (1, 433.) μῆρ' ἐτάμοντο. Quamvis autem dicatur μηρὰ in plur., non necesse est dici μηρὸν in sing. Sunt enim quædam nomina, quæ in plurali duntaxat numero talem metaplasmum patiuntur: ut δεσμὸς per metaplasmum habet plur. δεσμά: et κέλευθος, κέλευθα: item ζυγὸς, ζυγά. Quibus addere possumus δίφρα et λύχνα e δίφρος et λύχνος. Hoc autem ignorantes VV. LL. consarcinatores singularem μηρὸν, τὸ, nobis dederunt. || Μηροὶ sunt τὰ μηριαῖα ὀστᾶ, Femorum ossa, ut exp. Auctor brevium Scholl. Il. A. 463. Μηρούς τ' ἐξέταμον. Sed Eust. hujus expositionis non meminit. || Μηρὸς ab Hes. exp. etiam τόπος ἀμπέλου, et ξύλον, et τὸ τῆς καλάμης κῶλον: item ὄρος. Quod autem ad hanc ultimam expos. attinet, qua dicitur esse ὄρος, sciendum est, de Quodam Indiæ monte debere intelligi, qui Libero patri sacer erat: unde BACCHUS Μηροτραφὴς appellatus est, In Mero monte educatus. At de Μηροῤῥαφὴς, dictum est T. 3, 669. [" Μηρὸς, Eran. Philo p. 170. et n. ubi et de μῆρα, Jacobs. Anth. 6, 169. 7, 366. Apoll. Rh. 87. Spec. 45. Heyne ad Hesiod. 153. Μηρὰ, Hom. 4, 124. 273. 7, 59. ad Od. Γ. 17. Παίειν τὸν μ., Zeun. ad Xen. K. Π. 657." Schæf. Mss.]

Μηροῤῥαφὴς, Femori insutus, vide T. 3, 669. [* Μηροτόμος, unde] Μηροτομέω, Femur incido, abscindo. Μηροτραφὴς, vide paulo ante in iis quæ postremo loco de v. μηρὸς annotata fuerunt. [Strabo 15. p. 12. Sieb. ubi al. μηροῤῥαφὴς, Anal. 3, 334. Eust. Il. B. p. 234, 30. "Jacobs. Anth. 11, 328. Lydus de Mens. 83. Pierson. Veris. 126. * Μηροτρεφὴς, ibid." Schæf. Mss.] Μηροτυπὴς, Femora verberans s. percutiens: κέντρον, Epigr. Stimulus quo femora boum s. vaccarum percutiuntur. [Anal. 2, 228.]

Εὔμηρος, ITEM Καλλίμηρος, ap. J. Poll. (2, 187. 9, 162.) Ἀπὸ δὲ τοῦ μηροῦ, inquit, ὀνοματοποιοῦσιν εὔμηρος et καλλίμηρος, et μηριαῖα, παραμηριαῖα. Est autem εὔμηρος vel Qui bona s. firma femora habet, aut etiam crassa; vel i. q. καλλίμηρος, Pulcra femora habens, Qui est pulcris femoribus. "Σύμμηρος, Qui est " contractis femoribus: cui opponitur ὁ διαβεβηκώς. Bud. ex " Hippiatria." [Hippocr. 837.]

[* Δίμηρον, Gl. Bicoxum.]

Φαινομηρὶς, ίδος, ἡ, Quæ femora ostendit. Φαινομηρίδες, s. Φαινομήριδες, dictæ sunt Lacænæ mulieres, quod incedentes femora retegerent. Plut. circa finem Vitæ Numæ, (ubi Lycurgi instituta cum Numæ institutis comparat,) ex Ibyco hoc vocab. affert: scribens, Φαινομηρίδας τε γὰρ αὐτὰς ἀποκαλοῦσιν, ὡς Ἴβυκος, (sc. Lacænas virgines,) καὶ ἀνδρομανεῖς ἱστοροῦσιν, ὡς Εὐριπίδης, λέγων, Αἳ σὺν νέοισιν ἐξερημοῦσιν δόμους, Γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις. In sequentibus autem rationem illius appellationis declarat: quia sc. virginalis tunicæ πτέρυγες ab inferiori parte consutæ non erant, sed explicabantur, ita ut in incessu totum femur nudarent. Apud J. Poll. autem est SCRIPTUM Φανόμηρις: (sed mendose, ut opinor.) Loquens enim de vocabulis e μηρὸς derivatis, Καὶ ἡ Λάκαινα φαινομηρίς, inquit. [" Heyn. ad Virg. 2. p. 58. Musgr. Andr. 599. Jacobs. Anth. 7, 332. ad Lucian. 2, 275." Schæf. Mss.]

[* Ἀκρομήρια, τά, Lucian. ad Lyc. 867.] Μεσομήρια, q. d. Interfemina, τὰ μεταξὺ τῶν μηρῶν, inquit J. Poll., i. e. Spatium quod est inter femina, s. femora. Apuleius autem Interfeminium de pudendo muliebri dixit. In VV. LL. perperam μεσομήρια redditur Femina, ut παραμήρια, Femora. [" Ad Anton. Lib. 278. Verh." Schæf. Mss.] Παραμήρια, Internæ femoris partes, Femina, τὰ ἐντὸς τῶν μηρῶν, teste J. Poll.: Cam. autem tradit et vocab. Παραμηριαῖα idem significare, eundem testem producens. ap. quem tamen hujus posterioris vocabuli expositionem nullam reperio. AT VERO Παραμηρίδια, sub. ὅπλα, ap. Xen. K. Π. 6, (4, 1.) p. 100. meæ Ed., sunt Arma quæ equorum μηροῖς aptantur, ad tegendam hanc partem: Ὥπλιζον δὲ καὶ ἵππους, inquit, προμετωπιδίοις καὶ προστερνιδίοις καὶ τοὺς μὲν μονίππους, παραμηριδίοις, τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς ἅρμασι, παραπλευριδίοις. At in VV. LL. generalius, Femorum s. Feminum tegumenta et arma; item Feminalia s. Femoralia, e Suet. Augusto. In primis autem Græco-Lat. LL. παραμηρίδιον dicitur etiam esse Genus gladii. [" Παραμήριον, Lobeck. Aj. p. 350." Schæf. Mss. * Περιμήρια, Gl. Feminalia.]

[* " Μηρίζω, Toup. Opusc. 2, 135." Schæf. Mss.] Διαμηρίζω, verbum obscœnæ signif., ap. Aristoph. (Ὄρν. 669. 706. 1254.) et Plut. ac Diog. L., de præpostera sc. venere. Hes. tamen διαμηρίσαι non ἐπὶ παίδων ἀῤῥένων tantum, sed et ἐπὶ θηλειῶν dictum fuisse tradit. Quidam Dividere interpr. obscœnam huic itidem verbo signif. tribuentes. "Femora diduco. Item Fe- " moribus diductis ineo; diciturque et de feminis et de maribus, " teste Hes. Aristoph. Ὄρν., Ἐγὼ διαμηρίζοιμ' ἂν αὐτὴν ἡδέως. " Vide et Γίγαρτον." [Lucian. 6, 140. " Jacobs. Anth. 10, 121. Brunck. Aristoph. 2, 165. Toup. Opusc. 2, 255." Schæf. Mss.] Hinc VERBALE Διαμηρισμὸς de Obscœno illo actu, ap. Plut. (8, 592.) Quidam interpr. Interfemineus congressus, s. Interfemoralis. Item Divisio, obscœna signif.: ut διαμηρίζειν, Dividere. " Fe- " morum diductio; et Coitio quæ fit diductis femoribus; aliis " Interfemineus congressus. Plut. Symp. 8, 6. Τοῦ Ζήνωνος δια- " μηρισμούς." [Sext. Emp. Pyrrh. 3, 245. Math. 9, 190.] " Κατα- " μηρίσαι affertur pro Dejicere, Sternere," [" Brunck. Aristoph. 3, 70." Schæf. Mss.]

Μηριαῖος, Ad femur s. femora pertinens, q. d. Femoralis: ut μηριαῖα ὀστᾶ ap. Schol. Hom. (Il. A. 40.) Femoralia ossa, i. e. Ossa femorum. [Xen. Ἱππ. 11, 4. J. Poll. 1, 199. Conf. c. * μηρίδιος, 5, 63. * " Μήρειος, Toup. Emendd. 2, 606." Schæf. Mss. * Μήριος, Clem. Alex. 716.]

Μηρίον, τὸ, forma dimin., i. tamen valens q. μηρὸς, Femur. Unde μηρία καίειν ap. Hom. et Hesiod., i. q. μηροὺς καίειν. [" Eran. Philo 170. Wolf. ad Hesiod. corrig., ad Lucian. 1, 355. ad Paus. 226. Brunck. Apoll. Rh. 87. Aristoph. 2, 50. Heyn. Hom. 4, 124. 7, 59." Schæf. Mss.]

[* " Μηριόνης, Nom. propr., Toup. Opusc. 2, 255. Sensu obscœno, Jacobs. Anth. 8, 17. 10, 154." Schæf. Mss. * Διαμηριόνης, Anal. 2, 378.]

[* " Μηρὶς, Tripolium, Diosc. Notha p. 472." Boiss. Mss.]

Quod sequitur. nomen Μῆτις, si πρωτότυπον, i. e. Primitivum, censeri non debet, non dubium est quin a μῆδος s. μήδομαι deductum censere oporteat. Etym. a μήδω derivat: hujus μήδω fut. esse dicens μήσω, a quo nomen verbale μῆσις, et per mutationem literæ σ in τ, μῆτις. Cui derivationi, tanquam non nimium longe accersitæ, facile assentior. Sed pro μήδω dicere malim μήδομαι: quod hujus passivæ vocis exempla multa, illius autem activæ nullum inveniam. Est autem omnino Poëticum hoc nomen μῆτις, quamvis verbi μήδομαι aliquis sit et in soluta oratione usus: sicut in præcedentibus docui. Huc autem pertinentia quædam præfabor in nomina ex hoc μῆτις compp.

ΜΗΤΙΣ, ιδος, ἡ, Consilium. Interdum Intelligentia, vel Prudentia, Sapientia. Homerus suum Ulyssem, quem sæpe πολύμητιν vocat, interdum Διῒ μῆτιν ἀτάλαντον appellat, i. e. Jovi consilio parem, Il. B. 408. Ἕκτον δ' αὖτ' Ὀδυσῆα Διῒ μῆτιν ἀτάλαντον. Apud Eund. legimus aliquoties ἀμείνων μῆτις et ἀρίστη μῆτις, item λεπτὴ μῆτις: et alicubi, ἄλλη μῆτις. Nec non cum variis verbis: ut μῆτιν φράζεσθαι, item metaphorice μῆτιν ὑφαίνειν, (quod ap. Hesiod. quoque legitur,) et μῆτιν τεκταίνεσθαι: quibus omnibus in Il. non dubium est quin βουλὴν, i. e. Consilium, significet, cum nomen illud βουλὴν iisd. aut similibus verbis jungere soleat. Atque adeo ap. hunc ipsum eod. in loco μῆτιν et βουλὴν manifeste idem significare videmus: Il. I. (93.) Τοῖς ὁ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν Νέστωρ, οὗ καὶ πρόσθεν ἀρίστη φαίνετο βουλή. Quo pertinentia quædam afferam et in v. Μητιᾶν. At vero in his versibus Il. Ψ. (315.) Μήτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι, Μήτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι, Μήτι δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο. DATIVUS Μήτι, (qui per crasin factus est e dat. Ionico μήτιϊ, non e μήτιδι per apoc.; alioqui enim ι corriperetur, cum contra producatur; ideoque male in quibusdam exempl. scriptum est μῆτι, priore syllaba circumflexa;) non tam sonat Consilio, (quamvis Eust. exponat τῇ βουλῇ,) nec Prudentia, quam Solertia, aut Solerti quadam industria. Quidam vero interpr. etiam Arte, sicut brevium Scholl. Auctor exp. τέχνῃ. Quam expositionem præcedit alia, sc. συνέσει. || Μῆτις in malam partem etiam sumitur pro Vafro consilio. Inveniuntur enim conjuncta ap. Hom. alicubi δόλοι et μῆτις, item μῆτις et κέρδεα. Quod tamen VOCAB. Κέρδεα alicubi et in bonam partem sumitur, ut vel ex eo loco apparet, quem modo protuli, i. e. ex iis quæ ibi proxime sequuntur. Siquidem de eo ipso, cui μῆτιν tribuerat, dicit mox, Ὃς δέ κε κέρδεα εἰδῇ ἐλαύνων ἥσσονας ἵππους. [" Jacobs. Anth. 6, 56. 11, 30. Brunck. Apoll. Rh. 213. ad Charit. 728. 732. Crinagor. 32. Heyn. Hom. 8, 419. 458." Schæf. Mss.]

De sequentibus compp., quæ e nomine μῆτις facta sunt, hoc sciendum est, unum idemque duobus modis scriptum inveniri, sc. cum terminatione non solum in τις, sed etiam in της: et τις quidem pro utroque genere, της autem pro masc. duntaxat. Quamvis autem rationi consentaneum videatur, ut non minus hæc quam illa a nomine μῆτις deducamus, Eust. tamen terminationem in της a verbo μήδω esse tradit; at ego a μῆτος esse potius dicerem. Vide Ποικιλόμητις.

Ἀγλαόμητις, ιδος, ὁ, ἡ, et Ἀγλαομήτης, ὁ, et Ἀγλαομητία, vide T. 1, 142. Αἰολόμητις, ιδος, vel Αἰολομήτης, Varium consilium habens, Vafer, Astutus. Vide T. 1, 178. Invenitur autem scriptum et αἰολομῆτις. [* Βαθυμήτης, Æolice Βαθυμῆτα, Pind. N. 3, 92.] " Διχόμητης ἔρις, Contentio duplicis consilii, pro " Anceps et dubia." Dici etiam potest Διχομήτης. " Δυσμήτης, " Hes. κακότεχνος, UT ET Δύσμητις, Suidæ ὁ κακόβουλος, Mala " meditans et machinans." Εὔμητις, VEL Εὐμήτης, Cui bonum est consilium, Bono consilio præditus s. instructus, Bene instructus consilio. Uno verbo, Prudens. " Εὔμητις, Prudens, Con- " sulta, Consilio valens, Epigr." [" Antip. Thess. 19. Græv. Lectt. Hes. 516." Schæf. Mss.] Θρασύμητις, VEL Θρασυμήτης, Audax consilio s. consiliis, Cujus audax est consilium, vel audacia consilia, In capiendo consilio audax. Κακόμητις, vel Κακομήτης, Qui est mali consilii, Cujus malum est consilium, Cujus

mala sunt consilia, Qui malo utitur consilio s. malis consiliis, *κακόβουλος*, Hes. [" Porson. Or. 1400." Schæf. Mss. * Κακόμητος, Orph. Fr. p. 376. susp. * Κακομητία, Manetho 2, 308.] Κλυτόμητις, VEL Κλυτομήτης, Inclytus consilio, consiliis, prudentia, Quem consilium reddit inclytum s. valde celebrem. Epigr. [Hom. Hymn. 19, 1. Philostr. Icon. 3, 13. " Epigr. adesp. 359." Schæf. Mss. * Μεγαλόμητις, Æsch. Ag. 1437. * Παμμῆτις, Simonides ap. Theoph. ad Autol. 2. p. 74. *θεός*.] Ποικιλόμητις, VEL Ποικιλομήτης, vide T. 3, 442. Sciendum est autem, Eust. Od. Γ. 163. 'Αμφ' 'Οδυσῆα ἄνακτα δαΐφρονα ποικιλομήτην, annotare, Hom. non dixisse *ποικιλόμητιν*, cum alioqui ita dicere posset, eod. modo quo *εὔμητιν* et *πολύμητιν*, non ita scripsisse tamen: ut ostenderet utraque scriptura licere uti: *ποικιλόμητιν* quidem a *μῆτις*, at *ποικιλομήτην* deducendo a v. *μήδω*, sicut et *ἀγκυλομήτης* inde deducitur. Ego tamen, quod Eustathii pace dictum sit, grammaticæ analogiæ vix consentaneam hanc deductionem esse arbitror, potiusque a *μῆτος* derivari censeo. [" Græv. Lectt. Hes. 516. Wakef. Trach. 1121. Heyn. Hom. 6, 204. Brunck. Soph. 3, 450." Schæf. Mss.] Πολύμητις, VEL Πολυμήτης, Cui multum est consilii et prudentiæ, Consilio abundans. Apud Hom. passim, *πολύμητις 'Οδυσσεύς*. [" Græv. Lectt. Hes. 516." Schæf. Mss. Πολυμῆτα pro *πολυμήτης*, Opp. 'Α. 5, 6. * Πολύμητος, Anal. 3, 135. *τέχνη*, nisi leg. *πολυκμήτοιο*. " Jacobs. Anth. 11, 261. * Συμμῆτις, Heyn. Hom. 6, 12." Schæf. Mss.] Ταχύμητις, VEL Ταχυμήτης, vide in Ταχὺς, T. 3, 1273. 'Υστερόμητις, VEL 'Υστερομήτης, T. 3, 1761.

Μητιόεις, ὁ, Consilio abundans, Cui multum est consilii: Hesiod. Ἔργ. (1, 51.) *Διὸς παρὰ μητιόεντος*, Θ. (457.) *Ζῆνά τε μητιόεντα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν*. In VV. LL. tamen *μητιόεις* redditur simpliciter Consultus, Consiliarius, Consilii auctor. Dicam de hoc epith. *μητιόεις* et in Μητιέτης. ‖ Μητιόεντα φάρμακα, Od. Δ. 227. *Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα*, Quæ magno consilio s. magna prudentia excogitata sunt; vel *τὰ βουλῆς δεόμενα εἰς ἀποφυγὴν*, inquit Eust.: *μητιόεντα* Bud. vertit Consulte medica composta sub arte, quatuor Homeri versus quatuor Latinis reddens: additque a Plut. exponi *κατὰ τὴν θεωρητικὴν τέχνην ἐσκευασμένα*. Inducebant autem hæc pharmaca malorum omnium oblivionem, ut ibi docet Poëta: unde nomen vel epith. unius ap. illum ibid. est *νηπενθές*. Ille porro locus Plutarchi est in iis quæ de Homero scripsit. [" Græv. Lectt. Hes. 517. 537. Alex. Æt. 5." Schæf. Mss.]

Μητιέτης, ὁ, (quod dici existimatur quasi *μητίτης*, per pleonasmum *τοῦ ε*,) Consultus, Prudens; Consiliarius, Consultor. Ab Hes. exp. *βουλευτής*: a Suida autem *βουλευτικὸς*, et quidem rectius, mea sententia; atque adeo Eust. quoque non illam, sed hanc exp. affert. Apud Hom. frequentissimum est Jovis epith.; sed nominativi locum ap. eum obtinet vox Μητίετα proparoxytone: Il. A. (175.) *μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς*. Qui *σχηματισμὸς* Bœotis atque Æolibus a veteribus fuit ascriptus, ut docet Eust., qui dubitat an *μεταπλασμὸς* vocari debeat. Vide et Etym. Hoc quidem certe constat, eund. *σχηματισμὸν* in aliis plerisque nominibus ap. Hom. extare: e quibus sunt hæc, *ἱππότα, ἠπύτα, αἰχμητὰ, κυανοχαῖτα*. Ceterum quod ad nominis hujus signif. attinet, Eust. *μητίετα Ζεὺς* exp. et altera voce proxime præcedente, *μητιόεις*: quem, inquit, Theocr. *ἑρμηνεύει*, cum dicit, *Διὸς μέγα βουλεύοντος*. Huc autem pertinere dico et *μήστωρ*, quod epith. ab eod. Poëta huic deo tribuitur. Latine autem non satis exprimi videtur, interpretando (cum de Jove dicitur) Consultus. Magisque placeret Consiliarius, Consultor, si act. signif. dare liceret; aut etiam Consilii auctor. Alioqui non minus lubenter reddiderim Providus, (quoniam providentiam Deo proprie tribui notum est,) quam Consultus. Quidam vero reddiderunt superlativo Consultissimus. [" Clark. ad Il. A. 43. 175. Græv. Lectt. Hes. 517. Μητιέτα, Heyn. Hom. 4, 66. De accentu, Wolf. ad Hesiod. p. 134." Schæf. Mss.]

Μητιάω, Consilia agito, Consilio, Consulto, Delibero. Redditur et Consulo. Il. H. 45. *Βουλὴν, ἥ ῥα θεοῖσιν ἐφήνδανε μετιόωσι*, verba hæc *θεοῖσι μητιόωσι* non dubitarim reddere istis Horatianis, Divis consiliantibus. Alioqui reddi etiam possunt, Consultantibus divis. Sed plerumque addito accus. dicitur aliquis *μητιᾷν* quidpiam pro Consilium inire de re quapiam, aut etiam Agitare in animo quidpiam, s. Versare: vel Cogitare de re quapiam, aut etiam Moliri rem quampiam. Sic Od. Z. (14.) *Νόστον 'Οδυσσῆϊ μεγαλήτορι μητιόωσα*. Itidemque cum dicit *μητιόωντες βουλὰς*, non possumus (meo quidem judicio) aptius interpretari *μητιόωντες* quam Agitantes: ut scimus Latinis sæpe in usu esse Agitare consilia. Sic *κακὰ μετιόωντι* ap. eum reddi queat Mala consilia agitanti; sed malim, Mala consulenti, i. e. Res malas et perniciosas; vel, Mala consilia danti, aut Malum consilium: Il. Σ. 312. *Ἕκτορι μὲν γὰρ ἐπῄνησαν κακὰ μητιόωντι· Πουλυδάμαντι δ' ἄρ' οὔτις, ὃς ἐσθλὴν φράζετο βουλήν*. Possit vero *κακὰ* et adverbio reddi, ut *κακὰ μητιόωντι* sit Male consulenti. Estque obiter observandum hic *κακὰ μητιᾷν* et *ἐσθλὴν βουλὴν φράζεσθαι* sibi opponi: itidemque supra *μητιόωντες βουλὰς* perinde esse ac si diceretur *βουλεύοντες βουλάς*. Nam et hi loci *μῆτιν* nihil aliud esse quam *βουλὴν*, aperte ostendunt. [" Ad Charit. 784. Heyn. Hom. 7, 177." Schæf. Mss.] Dicitur ETIAM Μητιᾶσθαι voce passiva, signif. eadem, Il. X. 174. *'Αλλ' ἄγετε, φράζεσθε θεοὶ καὶ μητιάασθαι, 'Ηέ μιν ἐκ θανάτοιο σαώσομεν κ. τ. λ.* Unde COMP. Συμμητιᾶσθαι, " Una consilium inire," consultare, cum aliis consilia agitare, Consilia sua cum alio s. cum aliis communicare. In VV. LL. redditur Dare consilium. [" Heyn. Hom. 6, 12. ad Il. K. 19." Schæf. Mss. * 'Επιμητιάω, Apoll. Rh. 3, 667. * " Μητιάδουσα, pro *μητιάζουσα*, Nom. propr., Apollod. 3, 15, 5." Schn. Lex.]

Μητίζομαι, VEL Μητίομαι potius, (ut ap. Eust. legitur vox ACTIVA Μητίω, licet absque exemplo,) Consilia agito, Consulto, sicut et Μητιῶ. In hoc autem loco Il. Ψ. (312.) *οὐδὲ μὲν αὐτοὶ Πλείονα ἴσασιν σέθεν αὐτοῦ μητίσασθαι*, puto *μητίσασθαι* esse Consilio et solertia circa rem quampiam uti, Consilio et solertia rei cuipiam providere. Sequitur enim ibi dat. *μήτις* de re eadem dictus, qui (ut docui cum de nomine *μῆτις* agerem) Solertiam s. Solertem quandam industriam significare videtur; nonnulli vero Artem interpretati sunt. Nonnunquam Μητίομαι est Excogito. Alioqui, (sicut præcedens etiam Μητιῶ interdum,) cum accus. sæpe est Consilium ineo de re quapiam, s. potius Molior rem quampiam; s. Consilio inito molior, aut etiam facio, s. patro. Sic tamen ut verba illa potius subaudienda relinqui debeant quam addi. Il. K. (48.) *Οὐ γάρ πω ἰδόμην οὐδ' ἔκλυον αὐδήσαντος Ἄνδρ' ἕνα τοσσάδε μέρμερ' ἐν ἤματι μητίσασθαι*, (vel *μητίσσασθαι*, cum *σσ*, de qua scriptura dicam postea,) *Ὅσσ' Ἕκτωρ ἔῤῥεξε Διῒ φίλος υἷας 'Αχαιῶν*, ubi brevium Scholl. Auctor exp. *ἐργάσασθαι*: itidemque Eust. *πρᾶξαι*: qui etiam addit illum *τὸ τέλος* declarasse *ἐκ τῶν πρὸ τέλους*: et volentem exponere illud *μητίσασθαι*, subjungere *ὅσσ' Ἕκτωρ ἔῤῥεξε*. Nisi tamen alia hujus signif. exempla extarent, aliter exponi posse verbum *μητίσασθαι* putarem: ut sc. diceret Poëta, alium ne molitum quidem esse tam multa uno die quam multa hic non molitus sit duntaxat, sed etiam fecerit. Ac non omnino fortasse rejicienda mea hæc exp. fuerit, (utpote quam sequendo aliquid majus a Poëta dicatur quam si alteram sequamur,) etiamsi signif. illius exempla extent. Ea autem afferam, illam explicationem lectori interim considerandam relinquens. Legimus igitur ap. Il. O. (349.) *Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι*: ubi *μητίσομαι θάνατον* non est simpliciter Moliar necem, sed Patrabo necem, vel Afferam mortem; neque enim verbum facere cum hoc accus. locum habet. Sic Il. Γ. (416.) *Μέσσῳ δ' ἀμφοτέρων μητίσομαι ἔχθεα λυγρὰ Τρώων καὶ Δαναῶν*. Hic enim *μητίσομαι ἔχθεα* non significat simpliciter Moliar, (quoniam multa molimur quæ tandem efficere non possumus,) sed ita moliar ut faciam. Verum quoniam hic quoque verbum Facere locum habere non potest, utendum est verbo quod apte accusativo Inimicitias s. Odia (quorum altero interpretabimur Græcum illum *ἔχθεα*) jungi possit. Tale autem est Concitabo, Excitabo. Ut tamen plane quod sentio dicam, nec Eustathio nec brevium Scholl. Auctori assentiri in eo possum, quod in h. l. quem ex Il. Ψ. attuli, *μητίσασθαι* exponant simpliciter *ἐργάσασθαι* et *ποιήσασθαι*. Existimo enim et ibi et in seqq. ll. duobus, nec non in aliis plerisque, *μητίζεσθαι* non esse simpliciter Facere, sed Adhibita solertia aut arte facere, Solertia aut Consilio s. Solerti consilio providere et operam dare ut aliquid fiat. Dixi porro in plerisque aliis, non in omnibus, (quibus alioqui convenire videri possit illa expositio quam e Scholiographis attuli,) quod vel isti Od. M. 373. *Οἱ δ' ἕταροι μέγα ἔργον ἐμητίσαντο μένοντες*, haud itidem quadrare mea illa exp. possit; sed *ἐμητίσαντο* aut simpliciter exp. debeat *εἰργάσαντο* s. *ἔπραξαν*, aut certe sonet quod Gallice dicimus, Ils se sont avisés de faire. Hoc enim loquendi genere simul et consilium aliquibus fuisse rem quampiam facere, et eos illam fecisse declaramus. Ceterum VERB. Μήσασθαι cum accus. illam *τοῦ ἐργάσασθαι* signif. itidem habere antea dictum fuit. Ubi etiam vide quæ de illa dixi. Invenitur autem et absolute positum s. potius adverbio junctum hoc verbum ap. Od. I. (262.) *οὕτω που Ζεὺς ἤθελε μητίσασθαι*. Ubi brevium Scholl. Auctor *μητίσασθαι* perperam exponere videtur *ἐργάσασθαι*. Puto enim *μητίσασθαι* hoc in loco esse quod Gallice dicimus Disposer, et quidem ibi etiam, ubi Deo verbum hoc tribuimus, veluti in hoc Prov. L'homme propose et Dieu dispose: ut hæc verba, *οὕτω που Ζεὺς ἤθελε μητίσασθαι*, sonent perinde ac si diceremus, Il a plu à Dieu d'en disposer ainsi. Atque ita conveniet hoc dictum cum eo quod habemus initio Iliadis, *Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή*. Quam sententiam alibi his verbis exprimit, *Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς*: (sicut et *θεῶν διὰ βουλὰς*, alicubi ap. eum legimus.) Hesiod. eod. plane sensu dicit, *Διὸς μεγάλοιο ἕκητι*. Latine autem hæc reddentes, voce Consilium aptissime utemur. Virg. tamen alia usus est in hac sententia exprimenda. Hæc enim ejus verba, Jovis sic numina poscunt, Servio quoque teste, respondent illis Homericis, *Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή*. Sed hoc præterea sciendum est, pro *μητίσασθαι* legi etiam *μητιάασθαι*, et (quod mirum est) Eust. in uno suorum Comm. loco, sc. in priore, habere *μητιάασθαι*, in altero *μητίσασθαι*. ‖ Ne hoc quidem silentio prætereundum est, LEGI Μητίσσασθαι in nonnullis exempl. cum *σσ*, non hic solum, sed aliis quoque locis qui hunc infin. habent: itidemque *μητίσσομαι* et *μητίσσατο*, atque adeo ubicunque ea a th. *μητίομαι* deducta unicum *σ* habent, geminum habere. Fortassis autem ratione hæc scriptura non caret, quod alioqui syllabam *τις*, in nomine *μῆτις* (unde hoc verbum deductum est) corripi sciamus: quemadmodum in plerisque aliis verbis pro simplici *σ* duplex ad producendam syllabam, quæ alioqui corriperetur, poni videmus. Sic certe in illo quem ex Il. O. protuli loco, *μητίσσομαι* scribit meum vetus exemplar, eandemque scripturam habet non solum textus Commentariis Eustathii præfixus, sed is quoque qui illis insertus est; ideoque et in mea Ed. gemino *σ* scripsi *μητίσσομαι*. Sed, (tanta est exemplarium eorundem in hac voce, sicut et in quibusdam aliis, inconstantia,) Γ. 416. idem verbum, atque adeo idem ejus futurum in textu illis Eust. Comm. præfixo scriptum habemus unico *σ*, *μητίσομαι*. Sic vero Il. K. 49. scriptum est *μητίσασθαι*, non *μητίσσασθαι*, et quidem ap. ipsum quoque Eust.: i. e., non solum in textu Comm. ejus præfixo, sed in duobus ipsorum Comm. locis. [" Ruhnk. ad H. in Cer. 344. Wolf. ad Il. K. 48. Heyn. Hom. 4, 541. 6, 16. 7, 63. Wolf. Trach. 783. Brunck. Apoll. Rh. 31." Schæf. Mss.]

HINC EST Μήτιμα, τὸ, quod verbale sonat quasi a verbo Consulto deduceretur Consultamentum. Sed accipitur pro *μῆτις*, i. e. Consilium: sicut pro *μῆνις* accipitur *μήνιμα*. Quod verbale omnino simile isti dicere poterimus, i. e. prorsus eod. factum modo, si constituamus THEMA Μητίω. Sicut enim *μήνιμα* a Μηνίω, sic *μήτιμα* erit a Μητίω. At Eust. ipsius nominis *μῆτις* esse *ἀρχὴν* tradit verbum *μητίω*: cum alioqui rationi consentaneum esse s. potius ratio poscere videatur, ut *μῆτις* verbi *μητίω* esse *ἀρχὴν* dicamus. Sed multa ejusmodi ab Eust. de quorundam

vocabulorum deductionibus tradi, in quibus minime sequendum esse ejus judicium judico, alibi quoque docui.

Μῦτος, τὸ, i. q. μύττις. Cujus plur. μυτεα ap. Hes. extat, exponentem μυτήματα. Quo illum ideo usum esse arbitror, quod μυτίδες in usu esse non existimaret. Ceterum ab hoc μυτος derivari censeo compp. in ης terminata, αἰολομύτης, et ἀγκυλομύτης, et ποικιλομύτης, &c. cetera: cum Eust. ea quæ sunt in τις, ut ποικιλομῆτις, a μῆτις esse tradat, at quæ in της, ut ποικιλομήτης, a μῆδω.

Μύω, ex iis esse verbis videtur, quorum origo minime quærenda est, vel quod aliunde facta non sunt, vel quod unde facta sunt, vix sciri queat. Sed [illegible] ad verbum istud al[illegible] attinet, illud potius quam hoc persuasum habeo. Verum ex hoc μύω factum existimatur μυέω, unde est nomen μύστης, ex hoc ipso autem alia. Quidam tamen ex illo ipso μύω voluerunt esse μύστης, ut aliquanto post docebo [illegible] ubi et de aliis a μύω derivatis disseram.

ΜΥΩ, Conniveo, Nicto, Oculos claudo. Dicitur autem μύω sine adjectione, vel μύω τοὺς ὀφθαλμοὺς s. τὰ ὄμματα, i. e. Oculos. Interdumque ipsi etiam ὀφθαλμοὶ s. ipsa ὄμματα dicuntur μύειν. Apud Aristoph. Σφ. (988.) μύσας παραιξον, Oculis clausis. Sic Lucian. (3, 414.) dixit, sed præsentis temporis participio utens, Εἰ μύοντες οἱ πένητες βαδίζοιεν, Si pauperes clausis oculis incederent. Vel, Oculos claudentes. Quamvis autem ap. primarios Auctores μύειν sine accusativi adjectione positum inveniatur, existimo tamen primum ejus usum cum adjectione accusativi fuisse, sed brevitatis gratia subaudiendum relinqui consuevisse. Illo autem modo, i. e. cum accus., usus est Alex. Aphr. Probl. 1. Τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν μύομεν, Alterum oculum claudimus, vel, comprimimus, ut quidam interpr. Apud Eund. Μύουσι τοὺς ὀφθαλμοὺς οἱ ἄνθρωποι, Polit. reddit, Connivent oculis homines. Ubi tamen verbo Connivent contentus esse poterat. Sic in Epigr. ἔμυσας κανθούς. Metaphorice in Lucæ Vita, Πρὸς δὲ τὴν ἀληθινὴν διδασκαλίαν τά τε τῆς καρδίας ἔβυον ὦτα καὶ τὰ τῆς διανοίας ἔμυον ὄμματα. ‖ Μύειν, labris quoque tribuitur, et ori. Dicitur enim μύω τὰ χείλη, et μύω τὸ στόμα. (Greg. Naz. vero dixit etiam aliquem μύειν τὰς αἰσθήσεις, de Theol. 1. Οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις, ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενόμενον, ἑαυτῷ προσλαλοῦντα καὶ τῷ Θεῷ, ζῆν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα, ubi passive etiam reddi possit, Sensibus occlusis.) Sed et ipsa χείλη dicuntur μύειν, et ipsum στόμα quoque. Afferturque ex Epigr. χεῖλος ἔμυσε, pro Os se clausit. Sic μύσαντα στόματα e Plat. Phædro, (ubi metaphorice στόματα ponitur,) Τὰ τῶν διεξόδων στόματα, ᾗ τὸ πτερὸν ὁρμᾷ, συναυαινόμενα καὶ μύσαντα, ἀποκλείει τὴν βλάστην τοῦ πτεροῦ, Clausa, Astricta. Ex Aristot. autem Probl. præt. PART. Μεμυκὼς cum dat. στόματι: sc. Μεμυκὼς τῷ στόματι, pro Qui est ore compresso. At vero μύειν s. συμμύειν et χάσκειν opposita inveniuntur. Aristot. Χάσκουσι καὶ συμμύουσι, Dehiscunt ore et comprimuntur, Bud. Sic et de vulnere cujus labra non hiant, ex isto Gal. loco affert, Μύει μὲν οὖν στυφόμενόν τε καὶ ψυχόμενον, ἐπιδέσει τε συναγόμενον καὶ βρόχῳ διαλαμβανόμενον. Apud Diosc. præt. Μεμυκότα dictum itidem περὶ τῶν ἑλκῶν, reddit Occlusa. Lat. autem et Coire vulnera hac signif. usurpant. Dicuntur denique et rosæ μύειν, quæ sunt adhuc ἐν κάλυξι. Non solum μύει τὰ ἕλκη, inquit Eust., sed etiam χείλη et ὄμματα: et ῥόδα τὰ ἔτι ἐν κάλυξι, et quæcunque sunt hujusmodi. Verum videtur potius debuisse dicere μύειν non solum ὄμματα et χείλη, sed etiam ἕλκη et ῥόδα: quoniam rationi consentaneum est ut prius de oculis et labris quam de aliis dictum esse existimemus. Idem certe alibi hoc verbum μύειν dici ἐπὶ βλεφάρων et χειλέων, et de quibusdam aliis, tradit. Dicuntur denique μύειν et πόροι ap. Aristot. Meteor. 4. Μύοντες πόροι, Clausi, Obstructi. In VV. LL. affertur etiam μύσας ἐπὶ πένθεσι ex Epigr. quod redditur, Omissis luctibus. Ex iisd. affertur PRÆT. Μέμυκε pro Obmutuit, ore sc. compresso. Ex Hesiodo autem pro Contrahitur, Constringitur, Clauditur, Mugit, Strepitat. Rursum ex Epigr. μεμυκότα κόλπον ἀνοίγει: (quod rosis convenit, sequendo id quod de aliis dictum paulo ante fuit.) Item μεμυκότες ἄνεμοι, Silentes venti, q. d. Qui sunt ore occluso s. compresso. [" Act. Traj. 1. p. 240. Valck. Phœn. p. 392. Wakef. S. Cr. 3, 56. 162. Eum. 943. Græv. Lectt. Hes. 567. ad Charit. 272. (739.) Luzac. Pract. ad Valck. Callim. p. 15. ad Eur. Med. 1183. Porson. p. 83. Winkelm Histoire 1. p. 9. Jacobs. Anim. 248. 304. Anth. 7, 119. 8, 103. 330. 9, 173. 10, 207. 11, 167. Antiphil. 43. Lobeck. Aj. p. 238. Thom. M. 175. Μέμυκε, Satyr. Thyill. 5." Schæf. Mss. Μεμυκὼς, Vacuus, Marc. Sidet. 90.: Il. Ω. 637. μύσαν ὄσσε ὑπὸ βλεφάροισι. Active, Anal. 2, 297. ὕπνος ἔμυσε κόρας.] " Μεύει Hes. affert pro κοιμᾶται, Cubat, Dormit."

Μύσις, ἡ, Occlusio, Compressio, Obstructio. Μύσις τῶν πόρων, Occlusio, Obstructio: (ut μύοντες πόροι ex Aristot. allatum fuit pro Obstructis poris, s. Occlusis, vel Clausis.) Greg. Naz. de Homine, Συμπτώσεως γὰρ τῶν πόρων καὶ μύσεως ἐν ταῖς λυπηραῖς διαθέσεσι περὶ ἅπαν γενομένης τὸ σῶμα, πρὸς τὰς ἐν τῷ βάθει κοιλότητας συνωθεῖται πᾶν τὸ πρὸς τὴν διαπνοὴν κωλυόμενον. Apud Diosc. autem Μύσις τῆς ὑστέρας quidam interpr. Contractio vulvæ, Ποιεῖ πρός τε ὑστέρας μύσεις καὶ διαστροφάς. [" Jacobs. Anth. 8, 330." Schæf. Mss.] Hippocrati autem VOCABULUM Μύκη i. valet q. μύσις, teste Gal., " ut docui T. 2, 1650." At Suidæ μύκη est θήκη. " Theca, Conditorium, Repositorium." In VV. LL. redditur Theca gladii, Vagina ensis. Affertur et pro μύκης, " Fungus," ex Epicharmo, ap. Athen. (60.) " Οἷον αἱ μύκαι ἄρ' " ἐπεσκληκότες πνιξεῖσθε. Aliud exemplum e Theophr. habes in " Μύκης, quod Fungum lucernæ signif." AT VERO Μυκὴ est Mugitus, Boatus: e Schol. Apoll. Rh. 4.

" Ἄμυστις, ιος, vel ιδος, ἡ, Largus haustus, cum sc. non compressis labris sorbillatur, sed hiante ore et patente rictu merum " ingurgitatur: ut Hes. quoque e Timarcho ἄμυστιν exp. ἀθρόαν " πόσιν. Unde ἄμυστιν πίνειν et προπίνειν vel οἰνοποτεῖν dicitur, " quod et ἀμυστίζειν, et ἀμυστὶ πίνειν s. χανδὸν πίνειν. Athen. 15. " Οἱ ἀπὸ βαλανείου καθάρσεως ἕνεκα στομάχου, πίνοντες ἄμυστιν, " ἀπομυλλίζουσι. Apud Eund. 10. Anacreon ait, Ἄγε δὴ φέρ' ἡμῖν, " ὦ παῖ, Κελέβην, ὅκως ἄμυστιν Προπίω. Et idem in libro Callim. " dicit, Καὶ γὰρ ὁ Θρηικίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν Οἰνοπο" τεῖν· ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ. Qui duo versus ap. Eund. le" guntur l. 11., sed ibi pro ἀπέστυγε habetur ἀπηνατο, et ζωροπο" τεῖν pro οἰνοποτεῖν. Nota autem ἄμυστιν illi epitheticos dici " Θρηικίην, ut et ap. Horat. (Carm. 1, 36, 14.) Bassum Threïcia " vincat amystide: et ap. J. Poll. 6, c. 3. Ἀμυστὶ πίνειν, ἀμυ" στίζειν, χανδὸν πίνειν· Θρᾳκία πρόποσις, Σκυθικὴ πόσις. Thraces " enim et Scythæ acerrimi fuere potores, adeo ut ἀποσκυθίζειν " ab iis proverbialiter dictum sit pro Ingurgitare se mero. " ‖ Ἄμυστις, teste eod. Poll. 6, c. 15. (ita enim ibi reponendum " pro ἄμμυστις,) dicitur non solum ἡ ἀθρόα πόσις, sed etiam ἐκπώ" ματος σχῆμα: ut et paulo ante dixerat, Homericum illud " ἄλεισον fuisse μέγα ἔκπωμα, κληθὲν ἐκ τοῦ ἅλις πίνειν, ὡς καὶ " ἡ ἄμυστις, inquit. Indemque Suidas, cum dixisset ἄμυστιν esse " τὴν ἀπνευστὶ πόσιν, afferens ex Aristoph. ἄμυστιν ἐξέλαψα, " subjungit, Ἔστι δὲ καὶ εἶδος ποτηρίου φιαλώδους. Grandiuscu" lum autem fuisse verisimile est, et ita ut inde ἀμυστὶ καὶ " ἀθρόως bibi posset: quamobrem et in illo Callim. loco ὀλίγον " κισσύβιον opponitur magno ἀλείσῳ, e quo Θρηϊκίη ἄμυστις duci " poterat." [" Musgr. Rhes. 418. Bergler. Alciphr. 149. Jacobs. Exerc. 1, 132. Valck. Callim. 251." Schæf. Mss.] " Ἀμυστὴν, Hes. affert pro συνεχῆ πόσιν: pro quo supra Ἄμυ" στιν." " Ἀμυστία, Hesychio μέτρον τι, Mensura quædam." [" Leg. ἄμυστις." Is. Voss.] Ἀμυστὶ, adv. quod a μῦσαι deductum censetur, exp. ἄνευ τοῦ μῦσαι τοῖς χείλεσι. " Ἀμυστὶ, Absque labi" orum compressu, h. e. Patente ore, ἄνευ τοῦ μῦσαι τοῖς χείλεσι, " quod et χανδὸν dicitur, Aperto rictu, Ore magno hiatu di" ducto. Lucian. Lexiph. Ἐπίνομεν δὲ ἀμυστὶ, καὶ ἤδη ἀκροθώρακες " ἦμεν:" [" ad Lucian. 2, 333. 421. Valck. Callim. 252. 254. ad Anton. Lib. 162. Verh., Toup. Opusc. 1, 216. Jacobs. Exerc. 1, 133." Schæf. Mss. " Ἀμυστεὶ, Clem. Alex. Pæd. 2, 2." Kall. Mss.] " Ἀμυστίζω, i. q. ἀμυστὶ πίνω, Hiante ore bibo, et largo " haustu. Plut. Symp. 3, 3. Τοὺς γὰρ ἄθρουν καὶ ἀπνευστὶ πίνον" τας, (ὅπερ ἀμυστίζειν ὠνόμασται,) οἱ παλαιοί φασιν ἥκιστα περι" πίπτειν μέθαις. Plautus dicit Ingurgitare in se merum: cui " opponitur ap. Terent. Sorbillare." [" Valck. Callim. 254." Schæf. Mss.] " Ἐξαμυστίσαι, i. q. ἀμυστὶ ἐκπίνειν, Hiante ore " exhaurire, Uno spiritu epotare, Suid." [" Ad Anton. Lib. 162. Verh." Schæf. Mss. " Mich. Apost. Prov. 2, 95." Schleusn. Mss.] " Ἐκμυστίζω, Uno haustu ebibo, Uno tractu s. " spiritu epoto, i. q. ἀμυστὶ ἐκπίνω. Eust. enim p. 1282. ἐκμυ" στίζειν esse dicit τὸ ἐφ' ἓν πνεῦμα πίνειν, afferens e Plat. Comico, " λύσας στάμνον εὐώδους ποτοῦ, Ἧσιν εὐθὺς κύλικος ἐς κοῖλον " πλάτος· Ἔπειτ' ἄκρατον κοὐ τεταραγμένον Ἔπινε κἀξεμύστισε. " Quæ ap. Athen. quoque leguntur." [11. p. 221. Schw., nisi leg. ἐξημύστισε.] " Sed videtur posse exponi etiam Exsorbilla" vit, Labris aliquantum compressis ebibit, cum non dicat ἐξα" μυστίζειν, sed ἐκμυστίζειν, quod est potius μεμυκόσι χείλεσιν " ἐκπίνειν." [" Valck. Callim. 253." Schæf. Mss.]

" Ἀναμύω, Aperio oculos: oppositum τῷ συμμύω: unde " ἀναμύειν ap. Hes. ἀναβλέπειν." [Bekk. Anecd. 1. p. 391. I. q. ἀναβλαστάνω, Eust. ad Il. Β. 637.] AT Ἀπομύω, ET Ἐπιμύω, ITEM Καταμύω, pro simplici μύω posita inveniuntur. Illud ἀπομύω pro μύω significante Claudo s. Tego, ap. Dionys. Areop. extat. [" Bentl. ad Callim. p. 808. (1. p. 42.)" Schæf. Mss.] Item Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιμύσαντες pro μύσαντες, Basil. At vero sine adjectione accusativi affertur e Polyb. 4, (27, 7.) Ἄνοια μετὰ κακίας, τὸ δοκεῖν, ἐάν τις αὐτὸς ἐπιμύῃ, μηδὲ τοὺς πέλας ὁρᾶν: quæ Cam. vertit, Stultitia est conjuncta malitiæ, si quis ipse forte connixerit, arbitrari ne ab aliis quidem se conspici. Ubi, ut hoc obiter dicam, postrema verba secus intelligo et intelligenda puto: sc. ita, Arbitrari ne alios quidem cernere. [" Jacobs. Anth. 7, 300. 8, 103. Bentl. l. c." Schæf. Mss. Aristoph. Ὄρν. 934. ἐπιμύει γέ τοι, Adnuit ille quidem. * " Ἐπίμυσις, Clem. Alex. 218 (=186.) Etym. M. 490, 54. Erot. v. Καρδαμύσσειν." Wakef. Mss.]

Alterum autem COMP. Καταμύω pro μύω ap. Xen. (K. 5, 11.) de lepore, Καὶ ὅταν μὲν ἐγρηγορῇ, καταμύει τὰ βλέφαρα· ὅταν δὲ καθεύδῃ, τὰ βλέφαρα ἀναπέπταται. Sine adjectione autem pro Claudere oculos, ap. Lucian. Timone 5. 9. Πολλοὶ γὰρ οἱ ἱεροσυλοῦντες καὶ δυσφύλακτοι, καὶ οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον καταμύουσι ἡμῖν ἐφιᾶσι. Sic ap. Strab. 6. Ὅπερ (ξόανον τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος) καταμῦσαι μυθεύουσιν. Et paulo post, Δείκνυσθαι δὲ καὶ νῦν καταμύον τὸ ξόανον. In VV. LL. Καταμύω exp. In huic, Concido, afferturque ex Apoll. Rh. 2, 862. κατήμυσαν δ' ἀχέεσσι θυμόν: sed a κατημύω. ex ἡμύω, de quo alibi. " Suid. καταμύουσι pas" sive exp. κλείονται, Clauduntur, Comprimuntur, Claudunt aut

" Comprimunt se. Hes. vero *κατάμυσον* affert pro *κατάκυψον*, " Inclinata facie despice, Oculos in terram defige." [" Valck. Hipp. p. 289. Zeun. ad Xen. K. Π. 752. Ilgen. ad Hymn. 640. Thom. M. 174. 763. Phryn. Ecl. 150. Lobeck. Aj. p. 238. Jacobs. Anth. 8, 103. 331. Boiss. Philostr. 390. * Κατάμυσις, Musgr. Iph. T. 1165." Schæf. Mss.] " Καταμυήσεις, Plut. Camillo, p. 239. meæ Ed. *Στεναγμοὺς ἀκουσθέντας, ἀποστροφάς τε καὶ κατα-* " *μυήσεις ξοάνων.* Ubi quidam vertunt Nictationes; alii Vultus " humi defixos. Et ita leg. videretur *καταμύσεις*, a *καταμύω*: " ut id significet Inclinationem et nutum in terram." [* Ἀντικαταμύω, J. Poll. 9, 113. * Ἐγκαταμύω, Eudocia p. 56. Eust. 138, 25=182, 26. ubi Osann. Auct. Lexx. Gr. p. 55. conjicit * *συγκαταμύω*: vide etiam Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 147.] Hinc autem per sync. fit VERB. Καμμύω, i. valens q. ipsum *καταμύω*, unde fit. Usi sunt verbo *καμμύειν* LXX. Interpr. ap. Esaiam, (6, 10.) *Τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν*, Oculos suos clauserunt; Oculis suis conniverunt, ut alii interpr. Quæ verba in aliquot N. T. ll. citantur. Apud eund. Prophetam (29, 10.) *Καμμύσει τοὺς ὀφθαλμούς.* " Καμμύω, Æolica et poëtica syn- " cope pro *καταμύω*: veruntamen usurpatum reperitur et a " sacrorum Bibliorum Interprr. Esai. 29, (10.) *Καμμύσει τοὺς* " *ὀφθαλμοὺς*, Claudet oculos: itidemque a Luca Act. 28, (27.) " *Ἐκάμμυσαν τοὺς ὀφθαλμοὺς*, Oculos compresserunt s. clauserunt, " itidemque Matth. 13," [15. Schleusn. Lex. N. T. Barker. Ep. Cr. ad Boiss. 271. Creuzer. ad Plotin. de Pulcr. 257-8. Lobeck. Phryn. 339. Schæf. ad L. Bos. Ellips. 368. "Thom. M. 174. Phryn. Ecl. 150. Jacobs. Anth. 7, 119. 8, 103. Cattier. 61. Heyn. Hom. 6, 199. Pierson. Veris. p. 6. ad Charit. 324. Zeun. ad Xen. K. Π. 752. Ilgen. ad Hymn. 640." Schæf. Mss.] " Ἀκάμμυστος, " Non connivens, Inconnivens." [* Ἀνακαμμύω, Barker. l. c.: ad Greg. Cor. 586. * Παρακαμμύω, Phot. v. *Μυωπιζόμενος*.]

[* Παραμύω, Dionys. Hal. 5. p. 158. *Παραμύσαντος τοῦ στόματος*: ita Ed. Wolf. pro *μύσαντος*.]

Superest COMP. Συμμύω, quod passivo verbo reddi solet, Claudor, Clausus sum, Comprimor, Compressus sum. Plato de palpebris loquens, *Ὅταν ταῦτα ξυμμύσῃ, καθείργνυσι τὴν τοῦ πυρὸς ἔνδον δύναμιν.* Sic *συμμύσαν ὄμμα*, Aristot. Idem *συμμεμυκὸς* et *ἀνεπτυγμένον* inter se opp. Eodemque modo *συμμύον* et *ἐκπεταννύμενον* ap. Theophr. opp. Idem alioqui et verbum *διοίγνυσθαι* opp. *τῷ συμμύειν*, *Τοῦτο δὲ τὴν μὲν νύκτα συμμύειν, ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι διοίγνυσθαι.* Apud Xen. vero inter se opp. *συμμεμυκότες* et *διαβαίνοντες*, Qui sunt compressis cruribus, et Qui contra sunt divaricatis. [Forte ad h. l. respicit: Ἱππ. 1, 14. *Διαβαίνοντες μᾶλλον ἢ συμβεβηκότες.*] Apud Aristot. *Συμμύουσιν αἱ ὑστέραι*, Vulvæ comprimuntur, se contrahunt: ut *μύσις τῆς ὑστέρας* a quibusdam redditur Contractio vulvæ. [" Thom. M. 174. Jacobs. Anth. 9, 173." Schæf. Mss. Creuzer. ad Plotin. de Pulcr. 358. * Σύμμυσις, Theophr. C. Pl. 2, 19, 3. ubi opp. *δίοιξις*: Hippocr. 263, 53.] " Συμμυολόγος, Tacens, Hes. Ab " Eod. *Συμμῶν* exp. *σιωπῶν*: quod itidem sonat Tacens." [* Ἐπισυμμύω, Theophr. C. Pl. 1, 6. ubi Ed. Bas. *ἐπισημαίνει* habet.]

[* Ὑπομύω, Alciphr. 3, 55. *ὑπομεμυκόσιν ὄμμασιν.* " Wolf. Præf. ad Il. p. 33." Schæf. Mss.]

Μύωψ, *οπος*, *ὁ*, *ἡ*, si quidem spectemus etymum, s. potius ipsam compositionem, sonat *μύων ὦπα*, s. *ὦπας*, Qui claudit oculos, Qui connivet; sed Certum quoddam oculorum vitium hoc vocabulo significari sciendum est. Gell. 4, 2. *μύωπα* Latine Lusciosum appellari tradit. Lusciosi, inquit Nonius, s. potius Festus, ad lucernam non vident: et *μύωπες*, minus videntes, vocantur a Græcis. Fulgentius, Lusciosos, inquit, dicunt, qui interdiu parum vident: Græce *μύωπες* dicuntur. *Νυκτάλωπες* igitur et *μύωπες*, inquit Bud., iidem esse putantur, et pro iisd. a nonnullis accipiuntur: h. e. pro iis qui interdiu propter visus hebetem vim contueri nequeunt, nec nisi clausis oculis: a conniventibus oculis *μύωπες* nomen habentes: *νυκτάλωπες* a nocturnis quasique noctuinis oculis. Alii *νυκτάλωπας* distinguunt *ἀπὸ τῶν μυώπων*, eod. ad utrumque significatum etymo subserviente: ut sint *μύωπες*, Qui jam inde a principio ortus sui, nisi admota oculis contueri nequeunt: cujusmodi multos videmus, qui res intuendas, oculis prope contingunt, et limis etiam semiclusisque oculis aspiciunt. Aristot. Probl. s. 31. *Διὰ τί οἱ μύωπες συνάγοντες τὰ βλέφαρα ὁρῶσιν;* Cur *μύωπες* contractis palpebris vident? Quibus subjungit, quinam *μυωπάζειν* dicantur: *Οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες· ἐναντία δὲ πάσχουσιν οἱ γηρῶντες τοῖς μυωπάζουσιν· τὰ γὰρ ἐγγὺς μὴ ὁρῶντες, τὰ πόῤῥωθεν βλέπουσι*: i. e. Μύωπες autem dicuntur, qui ab ortu primo proxima quidem vident, remota vero non vident. At senibus vitium huic contrarium accidit, siquidem senes admota non videntes, longe reducta vident. Meminit horum et Alex. Aphr. Probl. 1, 74. *Διὰ τί πολλὰ τὰ πόῤῥωθεν καὶ μεγάλα οὐχ ὁρῶντες, τὰ πλησίον καὶ μικρὰ ὁρῶμεν.* Quibus subjungit, tales *μύωπας* appellari *παρὰ τὸ μυώπης ὁρᾷν*: ut quidem in Ald. Ed. scriptum est: pro quo *μυώπης* quidam reposuerunt *μυῶπες*: quod et in VV. LL. habetur exponiturque *μυῶπες ὁρᾷν*, Connivendo videre. Sed reponendum est *παρὰ τὸ μύοντας ὁρᾷν*, veteri etiam exemplari assentiente. Quod si exactius etymologiam tradere voluisset, non dubium est quin dicendum fuisset *παρὰ τὸ μύειν ὦπα* f. *ὦπας*: quod etymum a me allatum fuit. Ceterum quæ e Nonio allata fuerunt, Myopas, minus videntes, vocari a Græcis, ad alteram hujus nominis SCRIPTURAM Μείωψ pertinent. Sed cum hæc habeat *ει*, non jam Myopes cum *υ*, sed Miopes scribi necesse fuerit. Non dubium est enim quin hæc verba, Minus videntes ad exprimendum vocis Græcæ etymum addita sint, perinde ac si dictum esset, Quasi minus videntes. Apud Festum tamen, (pro quo nominatus fuit Nonius,) verba illa, Minus videntes, non invenio; sed ista duntaxat, Lusciosi, qui ad lucernam non vident: et *μείωπες* vocantur a Græcis. A Bud. tamen locus ille sub Nonii nomine et cum verbis illis affertur. Verum sive Festus ea scripserit, sive non, aut etiam Nonius, tanta eorum verborum auctoritas esse non potest, ut hanc scripturam *μείωψ* confirment. Memini alioqui me in aliis quibusdam vocibus eandem omnino scripturæ diversitatem invenisse: e quibus est *μύουρος*: scribitur enim et *μείουρος*: sic *μυουρίζειν* et *μειουρίζειν*, ut suo dictum loco fuit. Dixit autem Xen. ΜΥΩΠΟΣ pro *μύωψ*, gen. fem., ubi de canibus hæc scribit, (K. 3, 3.) *Αἱ δὲ μυωποὶ καὶ χαροποὶ χείρω τὰ ὄμματα ἔχουσι.* Dicitur etiam *Μυωπίας*, ut paulo post docebo, ubi de vitio ipso *μυωπία* appellato verba fecero. [" Μύωψ, Pierson. Veris. 204. Coray Theophr. 282. Jacobs. Anim. 309. Anth. 7, 50. 247. 9, 38." Schæf. Mss. Opp. Ἁ. 3, 254. *Μύωπα, μείωπα*, Barker. ad Etym. M. 973-4.]

Illud itaque NOMEN Μυωπία, est appellatio Vitii illius oculorum s. visus, quo qui laborant, *μύωπες* appellantur, de qua voce dictum in proxime præcedentibus fuit. Vocatur ETIAM Μυωπίασις, extatque hoc posterius nomen ap. Definitionum Medicarum Auctorem, *Μυωπίασίς ἐστι διάθεσις ἐκ γενετῆς, δι' ἣν τὰ μὲν πλησία ὁρῶμεν, τὰ δὲ πόῤῥωθεν, ἢ ἐπὶ βραχὺ, ἢ οὐδὲ ὅλως.* Pro *μύωψ* autem quidam MEDICI *Μυωπία* dicunt, de eo sc. qui vitio illo laborat: *Μυωπίαι* dicuntur, inquit Paul. Ægin. 3, 22. *ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες.* Sed nomen illud *Μυωπία* habet alioqui et aliam signif.; ponitur enim pro Muris s. Murium cavernula. In qua signif. *ο* in *ω* mutatum esse, dicere, ut opinor, necesse fuerit; neque enim dubito quin e *μῦς* et *ὀπὴ* factum fuerit. Quam mutationem ut minime mirer faciunt alia quædam compp., in quibus reperitur. Utitur autem nomine illo in hac signif. Aristot. H. A. 6. *Μυωπίας ὕες ἀνορύττουσι.* Utitur post illum Ælianus, de muribus, *Καὶ μελλούσης τῆς οἰκίας ἀπολισθαίνειν, ἀπολείπουσι τὰς μυωπίας αὐτῶν.* Sed dicitur ETIAM Μυωξία ea signif., teste Suida: qui postquam *μυωξία* exposuit *ὑβριστικὸς λόγος*, addit, significare item *τοὺς τῶν μυῶν χηραμούς.* Apud Hes. est SCRIPTUM Μυοξία, per *ο*: sed hanc scripturam series alphabetica refellit, postulans *ω*. Refellit et DIMIN. Μυωξάρια, quod ibi subjungitur: et de quo, sicut et de illo altero, ad ipsum te remitto. Illius quidem signif., qua pro *μυωπία* usurpatur, non meminit: quod meam suspicionem auget, ne nimirum Suidas memoria lapsus *μυωξία* pro *μυωπία* acceperit. [" Μυωπία, Pierson. Veris. 101. Toup. Opusc. 1, 271. Μυωξία, ibid." Schæf. Mss.]

Hinc factum est et VERBUM Μυωπάζω, quo utitur Aristot. in l. quem in Μύωψ attuli. Est autem *μυωπάζω* nihil aliud quam Sum *μύωψ*, i. e. Lusciosus. Sed latius etiam extenditur verbi *μυωπάζω* signif. Nam eo usum esse Dionys. Areop. pro Cæcutio, Oculos aperire non possum, testatur Bud., alicubi vero et pro *συμμύω*, Conniveo. Pro Cæcutio autem a Paulo quoque usurpari testatur. Sed Paulum pro Petro dixisse arbitror; neque enim ap. Paulum extare puto: ap. Petrum autem legitur 2 Ep. 1, (9.) *Ὧι γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν.* Ubi *μυωπάζων*, sequendo Bud., (si hic est locus de quo loqui voluit,) reddemus Cæcutiens. Sed cum præcedat *τυφλὸς*, nullo convenire modo hæc interpr. potest. Vetus Interpr. vertit Manu tentans. Erasm. Manu viam tentans. Novissima autem Interpr. habet, Nihil procul cernens. Ego hanc ceteris longe præfero, quippe quæ nulla ratione niti videantur: (estque aperte deceptus Erasmus in eo, quod *ἀπὸ τῶν μυῶν*, i. e. A muribus, *μύωπα* dici existimavit:) si tamen et mihi sententiam meam proferre liceat, *μυωπάζων* dixerim potius esse Oculos claudens, aut Connivens, ut a Dionysio Areop. accipi dictum est. Tunc autem nequaquam *μυωπάζων* sub nomine *τυφλὸς* omnino inclusum erit: cum peculiare quoddam cæcitatis sit genus, eorum qui oculos suos claudunt, s. connivent. Quæ tamen a me obiter dicta, aliis diligentius expendenda relinquo. Invenitur porro et QUINQUESYLL. Μυωπιάζω: nam ap. Suid. legitur *ἐμυωπίασε*: quod exp. *ἄκροις τοῖς ὀφθαλμοῖς προσέσχε.* Sed suspectum tamen redditur illud *ἐμυωπίασε*, iis quæ sequuntur: sc. *Μυωπάζω γὰρ τὸ καμμύω*: nisi hic *μυωπιάζω* reponendum esse dicamus.

AT VERO Μύωψ, a quo est verbum Μυωπίζω, Insecti genus est, quod bobus potissimum esse infestum traditur. A Gaza et Asilus (e Virg.) et Tabanus redditur. Auctor Geop. (17, 7.) *Ὅτι ἔκφρονας τοὺς βοῦς οἱ μύωπες κεντοῦντες ποιοῦσιν, ἴσμεν.* A Suida et Hes. dicitur esse Musca quædam *ἐρεθίζουσα τὰς βοῦς*: (observa autem dici ab utroque *τὰς βοῦς* potius quam *τοὺς βοῦς*:) sed additur ab Hes. *Καὶ πᾶν ζῶον ἐλαύνουσα· οἶστρος μόνον βοῶν.* Ut autem œstrum metaphorice quoque usurpatur, sic et *μύωψ*. Ponitur et pro Calcari quo urgentur equi. Xen. *Ὅταν δὲ μέλλῃ πηδᾷν, παισάτω αὐτὸν τῷ μύωπι.* Quidam exp. etiam Flagellum. Sed et de Minimo digito dici, qui alio nomine *ὠτίτης* appellatur, annotant VV. LL. [" Wakef. Georg. p. 90. Jacobs. Anth. 10, 379. Callim. 1. p. 431. Toup. Opusc. 1, 528. ad Charit. 296." Schæf. Mss.] Hinc VERB. Μυωπίζω, Calcari urgeo, s. Calcaribus. Xen. (Ἱππ. 10, 1.) *Μυωπίζειν τε καὶ μαστιγοῦν τὸν ἵππον.* Alibi *μυωπίζειν καὶ παίειν.* Apud Eund. legitur et pass. vox itidem de equo qui calcari urgetur. Alioqui *μυωπίζεσθαι* est item Œstro agitari. Particip. autem *μυωπιζόμενος* aliud etiam ap. Hes. et Suid. significat, tanquam eam nominis *μύωψ* signif. sequens, quam et *Μυωπάζω* sequitur. [" Villois. ad Long. 94." Schæf. Mss. " Μυωπισθεὶς, Aristæn. 2, 18." Boiss. Mss.]

[* " Μυόω, Hippocr. de Aëre §. 29. *μεμυωμένους σπλῆνας καὶ μεγάλους*, quod Coraius vertit, La rate très volumineuse et dure, afferens ex Hes., *μεμυωμένων, μεμυκότων, πεπυκνωμένων, συνεσφιγμένων*." Schn. Lex.]

¶ **Μυέω**, a proxime præcedente verbo *μύω*, sequendo Eust., ut paulo post docebo. Est autem Μυῶ, Doctrina instituo, præsertimque ea quæ ad res sacras s. divinas pertinet. Quidam interpr. ex Euseb. P. E. 2. Honesta bonaque doctrina instituo: unde dicta sit Musa. Sed hæc vocabuli Musa deductio nimium remota est. In VV. LL. redditur et generali verbo Doceo; sed multo rectius interpr. Lexx. Græco-Lat., quæ omnium prima fuerunt, Instruo in sacris, Initio. Proprie enim *μυῶ* est Doceo sacra, s. quæ ad sacra vel ad deos pertinent, s. deorum

cultum. Plat. (6, 395.) de Eumolpo, Ὃς ἐκ Θρᾴκης μεταστὰς ἐμύησε καὶ μυεῖ τοὺς Ἕλληνας. Hinc pass. Μυοῦμαι, Initior sacris, Instituor doctrina quæ ad res sacras pertinet. Aristoph. B. (456.) Ὅσοι μεμυήμεθα. Lucian. Scytha (§. 8.) Καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποιητὸς γενόμενος, Sacris initiatus est. Sæpe autem cum accus., ut Ὄργια μεμύηται, Herod. (2, 51.) Aristoph. Πλ. (846.) Μῶν οὖν ἐμυήθης ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα; Sic τὰ μεγάλα μεμυημένος, item τὰ σμικρά, ap. Plat. Gorgia. Diog. L. in Antisthene, Ὅτι οἱ τὰ Ὀρφικὰ μυούμενοι, πολλῶν ἀγαθῶν ἐν ᾅδου μετίσχουσι. Ubi sunt et Theologiæ Christianæ doctores. Greg. Naz. Τὴν ἐκεῖσε μυηθῆτε φωταγωγίαν. Damascen. autem dixit, Ἐκ τῆς θείας μεμυημένος γραφῆς, pro A sacris literis hoc edoctus. Neque enim Budæo assentior, dicenti μεμυημένος per se et sine adjectione positum significare Eum qui doctus est in sacris literis; deinde h. Damasceni l. afferenti in exemplum, Τούτου τοῦ οὐρανοῦ τὴν φύσιν ὁ θεῖος Βασίλειος λεπτήν φησιν ὡσεὶ καπνόν, ἐκ τῆς θείας μεμυημένος γραφῆς. Latius autem extenditur hujus verbi signif., et a sacris ad alia transfertur. Plut. εἰ Πρεσβ. Πολιτ., Τὰ μὲν πρῶτα μανθάνων ἔτι πολιτεύεσθαι καὶ μυούμενος. Quin etiam μυεῖσθαι τὰ ἐρωτικὰ dixit Plato Symp. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐρωτικά, ὦ Σώκρατες, ἴσως κἂν σὺ μυηθείης· τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικὰ οὐκ οἶδ' εἰ οἷός τ' ἂν εἴης. ‖ Μυῶ e μύειν factum est: quoniam τοῖς μύσταις necesse est μύειν τὸ στόμα καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηνται, inquit Eust. [" Alciphr. 272. Bergler. p. 20. Valck. Hipp. p. 163. ad Lucian. 1, 458. ad Charit. 402. Larcher Herod. 2, 361. Jacobs. Anth. 8, 69. 9, 60. 202. 10, 98. 12, 90. Boiss. Philostr. 610. Heind. ad Plat. Phædr. 262. Thom. M. 620. Wakef. Trach. 964. Conf. c. μνάομαι, T. H. ad Plutum p. 289.: cum θύω, Kuster. Aristoph. 124." Schæf. Mss.]

Μύημα, τὸ, q. d. Initiamentum: ab ea signif. verbi Initiare, qua dicitur Initiare sacris. Item, Quod docetur is qui sacris initiatur. Arethas, Τὸ ὑπερούσιον καὶ ἀπρόσιτον τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει μύημα. [Conf. c. μνῆμα, Kiessl. ad Jambl. V. P. p. 38.] " Μύησις, ἡ, Initiatio: μυσταγωγία, μυσταγωγὴ γνῶσις, Hes.: " aliis κατήχησις." [Jambl. V. P. 154. * " Μυητής, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 6, 531." Elberling. Mss. * Μυητός, unde] " Ἀμύη- " τος, Non initiatus, Profanus, βέβηλος Hes. Luc. de Salt. " Τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον τῶν ἀμυήτων ἕνεκα. Plut. de Def. " Orac. Οὐδεὶς τῶν βεβήλων καὶ ἀμυήτων καὶ περὶ θεῶν δόξας " * ἀσυγκράτους ἡμῖν ἐχόντων πάρεστιν, Nemo e profanis nec ini- " tiatis. Sic Plato, Ἄθρει δὴ περισκοπῶν μή τις τῶν ἀμυήτων " ἐπακούῃ. Apud Dionys. Areop. ἄμυστοι sunt longe inferiores " quam hi ἀμύητοι, h. e. εἰδωλολάτραι, Bud." [Impius, Suid. vv. Εἰς τετρημένον et Μεταμέλεια. " Heind. ad Plat. Gorg. 158. Jacobs. Anim. 302. Anth. 8, 69. 9, 60. 10, 98. Bergler. Alciphr. p. 20. ad Diod. S. 1, 231." Schæf. Mss. * Ἀμυησία, Bekk. Anecd. 406. Suid. v. Ἀνοργίας.]

[* Διαμυέω, Schol. Eur. Hipp. 480. * " Ἐκμυέω, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 8, 86. Ῥητορείαν ἐξεμυήθην." Elberling. Mss. * " Ἐμμυεῖσθαι, Cod. Rav. Aristoph. Πλ. 846. Idem fortasse reponendum in Juliano Or. 7. p. 238. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν προτρεπόμενον ἐμμυηθῆναι, ubi vulgo ἐκμ., sensu nullo." Dindorf. Mss. * Καταμυέω, Eumath. 5. p. 685. * Προμυέω, unde * " Προμύησις, Prior initiatio, Plut. 2, 107." Wakef. Mss. " Thom. M. 760." Schæf. Mss. * Προσμυέω, unde Προσμυήσομαι, Gl. Initiabor. * " Συμμυέω, Plut. Alex. 2." Boiss. Mss.]

Hinc Μύστης, ὁ, Qui initiatur sacris, s. initiatus est. Diciturque aliquis esse μύστης ejus dei, cujus sacris initiatur, s. initiatus est. Redditur etiam Sacra discens, Mysteriorum peritus. Hes. exp. ὁ τῶν μυστηρίων μεταλαβών. Plut. Alcib. Τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους παρεῖναι καὶ μυεῖσθαι, μύστας προσαγορευομένους, ubi vides μύστας, ipso teste, esse τοὺς μυουμένους. Apud Eund. in ejusd. Vita (34.) Ἱερεῖς δὲ καὶ μύστας καὶ μυσταγωγοὺς ἀναλαβών. Usi sunt vocabulo Mysta et Lat. quidam Scriptt. ‖ Μύστης, non solum Discipulus et Conscius mysteriorum, sed etiam μυσταγωγὸς ap. Dionys. Areop. Atque adeo hanc signif. tanquam priorem Bud. huic nomini μύστης tribuit; at ego contra priorem illam esse existimo. [" Valck. Hipp. p. 163. Jacobs. ad Meleagr. p. 15. Anth. 6, 82. 125. 8, 128. 277. 10, 288. Anim. 119." Schæf. Mss.]

Femin. Μύστις, ιδος, ἡ, Quæ initiatur sacris, s. initiata est. Quidam μύστιδες ap. Greg. Naz. interpr. Consciæ mysterii. Ab Eod. μύστις poni ἀντὶ τῆς μυσταγωγοῦ, testatur Bud. h. ejus l. afferens, Καὶ κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς εὐφροσύνης, ἃς καὶ οἰκονομίας μύστιδας ἐπεποίητο: de supernis virtutibus et potestatibus. Affert et e Sapientiæ 8, (4.) Μύστις γάρ ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιστήμης, pro Initiatrix, vel Dux et interpres. At μύστις μολπή, Epigr. Mysticum carmen. [" Toup. Opusc. 1, 449. 2, 242. 244. ad Callim. 1. p. 64. Musgr. Bacch. 457. Jacobs. Anth. 9, 288. 291. Christod. Ecphr. 113. et Jacobs., Heyn. Hom. 6, 641." Schæf. Mss.]

[* Κρυφιομύστης, Dionys. Areop. 272. * " Πρωτομύστης, Achill. Tat. 3, 22." Wakef. Mss.] Συμμύστης, ὁ, Iisd. sacris initiatus quibus alius s. alii, Socius alicui s. aliquibus in sacrorum initiatione. Συμμῦσται, Iisd. sacris initiati, inquit Bud. afferens e Philop. Ἰδὼν δύο φίλους ἢ συμμύστας, εὐθὺς στοχάσεται ὅτι τοῦ αὐτοῦ ἐχθροί εἰσιν, ἢ τοῦ αὐτοῦ ἐρῶσι. In VV. LL. Συμμύστης, Consors et socius disciplinæ: (ubi Disciplinæ appellatio restringi debuerat, si quidem propria significatio spectetur.) Item Secretarius, ex Hist. Eccles. 1. [Gl. Consecraneus. * " Φιλομύστης, Hasii Index ad Timarion. in Notit. Mss. 9, 244." Boiss. Mss.]

Aliud comp. Μυσταγωγός, ὁ, ἡ, Initiator: sicut μύστης, Qui initiatur, Initiatus, sacris sc. Ab Hes. exp. ἱερεὺς ὁ τοὺς μύστας ἄγων. Greg. Naz. Ὁ μύστης ἐν ἀπορίᾳ, ὁ μυσταγωγὸς ἐγγύθεν, παρεξηγούμενος τὴν ἀλήθειαν, Initiatus et initiator, quasi Discipulus et præceptor. Ex Eod. affertur, Πονηροὶ πονηρῶν δαιμόνων καὶ πλάσται καὶ μυσταγωγοὶ καὶ μῦσται. ‖ Μυσταγωγός, est etiam Is qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solet: si fidem adhibemus Ciceroni, s. potius Ciceronianis exempl. Legimus enim Oratione in Verr. 4. Itaque judices, ii qui hospites ad ea quæ visenda sunt docere solent, et unumquodque ostendere, (quos illi Mystagogos vocant,) conversam jam habent demonstrationem suam. Nam ut ante demonstrabant quid ubique esset, item nunc, quid undique ablatum sit, ostendunt. Loquitur autem hic de Syracusis, unde et Syracusanis peculiare fuisse hoc vocab. in ista signif., existimare quispiam possit. Sed tamen μυσταγωγὸς in signif. τοῦ ξεναγωγὸς accipi, donec aliud testimonio probatum mihi fuerit, exemplari illi h. in l. fidem suspectam habere non desinam. [Menander Fr. 460.] Μυσταγωγία, ἡ, Officium ejus qui μυσταγωγεῖ s. vel alter, Actio illa initiandi sacris. Unde redditur etiam Initiatio in sacris. Quidam vero ap. interpr. Initia, e Cic. de LL. . . cum tamen vox μυστήρια potius convenire huic interpr. videatur. Greg. Naz. Τὰ τῆς μυσταγωγίας ῥήματα. [* " Μυσταγωγικός, Cyrill. Hieros. 227." Kall. Mss.] Μυσταγωγέω, Initio sacris, Mysteria doceo, s. Sacra. Greg. Naz. de transfiguratione Christi loquens, Ἀλλὰ ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀστράπτει, καὶ ἡλίου φωτοειδέστερος γίνεται, μυσταγωγῶν τὸ μέλλον, Mystice docens futura, Bud. Sic in isto loco, Οὕτω καὶ Πέρσαι τὴν εἰς τὰ κάτω κάθοδον καὶ πάλιν ἔξοδον μυσταγωγοῦντες τελοῦσι τὸν μύστην, partic. μυσταγωγοῦντες reddit Mystice docentes. [" Bergler. Alciphr. 73. 342. Jacobs. Anth. 6, 82." Schæf. Mss. * Μυσταγώγημα, Eumath. 4. p. 124.] " Μυ- " σταγωγητός, Ad sacra mysteria jam introductus, Initiatus." [* Ἀμυσταγώγητος, Cyrill. in Esai. 60. p. 848. " Planud. Compar. Veris et Hiemis Ms." Boiss. Mss. * Μυστάρχης, Walpole's Travels in various Countries of the East p. 574. * Μυσταρχικός, adv. Μυσταρχικῶς, Heliod. Carm. de Chrys. 59.]

Μυστήριον, τὸ, Mysterium, servando vocem Græcam, una litera excepta. Redditur etiam Arcanum ad aliqua sacra pertinens. In VV. LL. male redditur simpliciter Arcanum: si quidem prima et propria ejus signif. spectetur. Sed additur, Mysterium sub quo arcani aliquid latet, quodque non perficitur nisi occulta aliqua sacrorum ratione, Res arcana occultaque, quamque nefas est vulgo efferre, Res arcana et paucis cognita, neque communicanda nisi initiatis. Quæ postrema interpr. paulo ceteris tolerabilior videtur, præsertimque secunda: cum aliqua res arcana occultaque esse possit, et ejusmodi quam nefas sit vulgo communicare, nihil minus tamen quam Mysterii nomine appellanda. Quidam interpr. Initium, ea sc. signif. a qua est verbum Initiare, cum dicitur Initiare sacris et Initiatus sacris; sed pluraliter potius dici Initia, ideoque hanc vocem interpretationi pluralis aptiorem esse existimo. Sed ne Cic. quidem voce Mysterium uti dubitavit. Herodian. 8, (7, 8.) Καὶ νῦν φυλάσσοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον, Servato etiam militari jurejurando, quod est unum Romani principatus mysterium sanctissimum, Polit. Idem vero alibi μυστήρια non Initia simpliciter, sed cum adjectione Initia Cereris interpr.: 3, (8, 17.) Εἴδομεν δὲ ἐπ' αὐτοῦ καὶ θέας τινῶν παντοδαπῶν θεαμάτων ἐν πᾶσι θεάτροις ὁμοῦ, ἱερουργίας τε καὶ παννυχίδας ἐπιτελεσθείσας εἰς μυστηρίων ζῆλον. Nam hæc postrema verba vertit, Pervigilia ad formam Cereris initiorum. Quidam annotant fuisse mysteria duplicia apud Eleusinem, magna, Cereri sacra, parva, Proserpinæ, qua de re lege Schol. Aristoph.: Plut. De Exilio, Μυστηρίοις ἐν Ἐλευσῖνι διατρίβειν. Paus. Lexicogr. ap. Eust. quædam Cereris mysteria, quæ τὰ μικρὰ dicebantur, vocata fuisse τὰ ἐν Ἄγρας dicit, quod ibi celebrarentur. Sed generalius usurpari hæc vox solet sine adjectione: sic tamen, ut alicubi subaudiri debeat. Thuc. 6, (28.) p. 206. Καὶ τὰ μυστήρια ἅμα ὡς ποιῆται ἐν οἰκίαις ἐφ' ὕβρει. Paulo post autem τὰ μυστικὰ dicit. [" Μυστήρια, Dionysius Siculus per jocum appellabat Murium latibula, ὅτι τοὺς μῦς τηρεῖ, ap. Athen. 98." Schw. Mss.] ‖ Μυστήριον ap. Paulum Apost. τὸ ἀπόῤῥητον καὶ θαυμαστὸν καὶ ἀγνοούμενον, inquit Chrys. Redditur alicubi Sacramentum a vet. Interpr., ubi potius reddi debet Arcanum, Mysterium: ut ad Ephes. 1, (9.) Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, Patefacto nobis mysterio voluntatis suæ, s. arcano. At vet. Interpr. Ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ. Sic 5, (32.) Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν, Idem perperam vertit Sacramentum. Alibi contra recte reddit Mysterium, μυστήρια tamen et pro Sacramentis a Græcis Theologis alicubi usurpari sciendum est. [" Heyn. ad Apollod. 1053. Valck. Hipp. p. 163. Jacobs. ad Meleagr. p. 15. ad Charit. 102. Alciphr. 2, 220. Markl. Suppl. 470. Musgr. ibid. Herc. F. 613. Jacobs. Anth. 10, 98. 375. ad Dionys. H. 5, 244. Heind. ad Plat. Gorg. 173. Conf. c. χρηστήριον, Musgr. El. 87. Νὴ τὰ μ., Alciphr. 220. 222. Μικρὰ μ., ad Diod. S. 1, 260. ad Timæi Lex. 223.: ubi celebrata? Kuster. Aristoph. 14. * Μυστηριάρχης, ad Mœr. 365." Schæf. Mss.] Μυστηριώδης, [contr. e * Μυστηριοειδής,] Cui subest mysterium, Qui fit cum aliquo mysterio, Mysticus. Plut. de loquacitate, Καὶ τὸ ἅγιον καὶ τὸ μυστηριῶδες τῆς σιωπῆς. Ubi potius substantivi μυστήριον locum obtinet. [" Mitsch. Cer. 168." Schæf. Mss. * Μυστηριοειδῶς, unde * Μυστηριωδῶς, Eust. 1112, 8. " Anna C. 391." Elberling. Mss. " Theoph. ad Autol. 2, 36. Iren. 14. p. 33." Kall. Mss. * Μυστηριοείδεια, unde * Μυστηριωδία, Schæf. Aristoph. Πλ. p. xxvi. " Ad Lucian. 2, 332." Schæf. Mss.] " Μυστηριώτιδες σπονδαί, ap. J. Poll. 1. titulo de Myste- " riis et Iis qui initiantur. Forsitan sunt Libationes quæ fiunt " cum aliquis mysteriis initiatur." [Orig. c. Cels. 3. p. 121. " Bergler. ad Alciphr. 240. ubi et de Athenæi l. col. vi." Schæf. Mss. " Tzetz. Ch. 9, 138. βουλή." Elberling. Mss.] Affertur et vox tertia Μυστηρίδες, ex Epigr. μυστηρίδες τελεταί: quæ etiam pro μυστηριώδεις accipi existimatur. " Jacobs. Anth. 8, 110. Pierson. Veris. 80." Schæf. Mss. " Fabric. B. Gr. 1, 130." Kall. Mss.] Invenitur præterea adj. Μυστηριακός ap. Schol. Aristoph. (Πλ. 27.) ubi Bud. esse ait Arcanus, Secreta tegens. [" Brunck. Aristoph. 1, 233. * Μυστηρικός, J. 85. Kuster. 124. ad Liv. 1. p. 107." Schæf. Mss. Aristoph. Ἀ. 747. " Athen. 2, 108. * Μυστηριάζω, (Gl. Initio,) Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 137." Kall. Mss. * Μυστηριασμός, Gl. Initiatio, Eust. Od. 19. p. 681. Bas. * Μυστηριαστός, unde * Ἀμυστηρίαστος, Schol. Theocr. 3, 51.]

Μυστικὸς, Mysticus, Cui subest mysterium, ut reddidi *μυστηριώδης*. Apud J. Poll. *μυστικαὶ ἡμέραι*. Greg. Naz. *Καὶ ἅμα μυστικός τις καὶ ἀπόῤῥητος οὗτος ὁ λόγος*. Item compar. gradu's ap. Lucian. (2, 299.) *Τὰ γὰρ Αἰγυπτίων μυστικώτερα ὄντα εἴσεται μὲν, συμβολικώτερον δὲ ἐπιδείξεται*. Et *τὰ μυστικὰ*, quæ et *μυστήρια*, Thuc. [" Ammon. 32. ad Charit. 402. T. H. ad Plutum p. 300. Kuster. Aristoph. 124. ad Liv. 1. p. 107." Schæf. Mss.] **Μυστικῶς**, Mystice, Cum mysterio. Greg. Naz. *Ὥσπερ ἔστιν ἃ τῶν Ἑβραϊκῶν τυπικῶς μὲν παρ' ἐκείνοις τελούμενα, μ. δὲ ἡμῖν ἀποκαθιστάμενα*. [* **Μυστικωτέρως**, Jo. Diac. in Bandini Anecd. 206. Cic. Ep. ad Att. 6, 4.]

Μυστιπόλος, SIVE **Μυστοπόλος**, quasi *μυστικὰ πολῶν*, s. *περὶ τὰ μυστικὰ πολούμενος*, i. e. *ἀναστρεφόμενος*: ut a Suida exp. *ὁ περὶ τὰ μυστήρια ἀναστρεφόμενος*: (sed perperam ap. eum scriptum est *μυστηπόλος* cum *η*:) unde de sacrifico s. sacerdote dictum invenitur. Nonnunquam vero pro Mystico usurpatur: in qua signif. e Nonno affertur. Sed et *μυστιπόλος ἠριγένεια* ex Eod. (Jo. 60.) pro Die sacro s. festo. Ex Epigr. *μυστοπόλος* Apollo: item *μυστοπόλῳ φόρμιγγι*. [" **Μυστιπόλος**, Ruhnk. Ep. Cr. 276. Musgr. Bacch. 457. ad Charit. 580. Jacobs. Anth. 10, 310. 412, 11, 270. 400. **Μυστοπόλος**, 10, 310. 412. ad Charit. 313." Schæf. Mss.] Inde et VERB. **Μυστιπολεύω**, quod e Nonno affertur pro Celebro, [Musæus 142. * **Μυστιπόλευτος**, Orph. Hymn. 76, 7. *τελεταί*.] AT VERO **Μυστοφόρος**, quod exp. Ferens mysteria, secundum hanc exp. vel pro *μυστικοφόρος* vel pro *μυστηριοφόρος* dictum videri queat. Invenitur ETIAM **Μυστοδόκος**, sed a *μύστης* potius deductum. Nam *μυστοδόκος* dicitur *οἶκος* ab Aristoph. N. (303.) Domus quæ mystas recipit. Loquitur autem de Eleusine.

[* **Μυστὸς**, unde] " **Ἄμυστος**, i. q. *ἀμύητος*, Non initiatus, " Sacrorum imperitus, Profanus, *ὁ ἀμέτοχος τῶν μυστικῶν*. Ita " Bud. e Dionys. Areop. Idem tamen supra dixerat hos *ἀμύστους* " inferiores longe esse quam sunt *οἱ ἀμύητοι*." [* " **Θεόμυστος**, Andr. Cr. 140. 153. 172. * **Κρυφιόμυστος**, 134. Dionys. Areop. de M. Th. 1. *σιγή*." Kall. Mss. * **Νεόμυστος**, Orph. H. 42, 10.]

" **Μυᾶν**, est *τὸ τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν*, Contrahere " labia: quod et *μύλλειν* dicitur. Ita Suid., subjungens h. l. " Aristoph. (Λ. 126.) *τί μου μυᾶτε κἀνανεύετε; Τί χρὼς τέτραπται; τί δάκρυον κατείβετε*; Sed addit quosdam exponere *τοὺς* " *ὀφθαλμοὺς συνάγετε δυσαρεστοῦσαι, σκαρδαμύσσεσθε*: alios " *μύλλετε, μυκτηρίζετε*. Supra *μοιμυᾶν* et *μοιμύλλειν* habuimus " pro istis *μυᾶν* et *μύλλειν*, ex Hes. et J. Poll. Verum et pass. " *μυᾶται* pro *σκαρδαμύττεται* afferunt Hes. et Suid."

" **Μοιμυᾶν**, ET **Μοιμύλλειν**, Comici vocant *τὸ συνάγειν τὰ* " *χείλη*, Contrahere s. Comprimere labia, teste J. Poll. (2, 90.) " Hes. *μοιμυᾶν* quidem esse ait *τὸ τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα προσάγειν*: *μοιμύλλειν* vero non solum *τὸ τὰ χείλη προσάπτειν ἀλλήλοις*, sed etiam *θηλάζειν*, Sugere, et *ἐσθίειν*, Edere." " **Νοιμύλλειν**, perperam ap. J. Poll. scriptum pro *μοιμύλλειν*."

" **Μύλλειν**, Ore aliquid significare et veluti innuere. Eust. " enim auctore *μύλλομεν τῷ στόματι, ἐννεύομεν δὲ τῇ κεφαλῇ*. " Suid. *μύλλειν* esse dicit *τὸ τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν*, " Contrahere s. Comprimere labia: quod et *μοιμύλλειν*, nec non " *μυᾶν* et *μοιμυᾶν*." [* **Μυλλάω**, Hes. *μεμύλληκε· διέστραπται, συνέστραπται*. * **Μυλλαίνω**, Interprr. ad Eund. v. *Ἐμυδάλακεν· ἐμυκτήρισεν*.] " **Ἀναμελλάναι**, Hes. *ἀνανεῦσαι, ἀρνήσασθαι*, Re- " nuere, Negare: pro quo ordo alphabeticus innuit scr. esse " *ἀναμυλλᾶναι*." " **Ἀπομυλλαίνω**, Intorqueo, Incurvo; nam " *μυλλὸν* signif. *στρεβλὸν, σκολιόν*. Ita certe Erotian. accipit, " qui cum ex Hippocr. attulisset *ἀπομυλήνῃ*, subjungit, hoc fieri " *ὅταν διαστροφὴ καὶ οἷον σπάσμα περὶ τὴν γένυν μετὰ παρέσεως* " *σχῇ, μάλιστα δ' ἐκ πληγῆς*. Gal. vero *ἀπομυλήνας* ap. Eund. " exp. *προβαλὼν τὰ χείλη* * *συνημμένως*. Etym. autem *ἀπεμύλλαινον* exp. *διεφαύλιζον, ἐξευτέλιζον σαρκάζοντες*. Forsan autem " est Distortis aut In acutum protensis labris illudebant." [" Ad Lucian. 1, 353." Schæf. Mss. Hippocr. 481, 19.] " **Διαμυλλαίνω**, Scindo s. Torqueo labra, Irrideo et Illudo tortis labris. " Hes. enim *διαμυλλαίνειν* est *χλευάζειν, διαμωκᾶσθαι, τὰ χείλη* " *διαστρέφειν*, ut et Schol. Aristoph. *διεμύλλαινε* exp. *τὰ χείλη* " *διέστρεφεν ὡς χλευάζων*, Σφ. (1315.) *Οἱ δ' ἀνεκρότησαν πλήν γε* " *Θουφράστου μόνου. Οὗτος δὲ διεμύλλαινεν ὡς δὴ δεξιός*. Infra " *Διμηλαίνω*." [" Plaut. Mil. Glorios. 2, 1, 25. Meretrices labiis dum ductant eum, majorem partem videas valgis saviis. Aulus Gell. Noct. 18, 4. Labiorum ductu contemni a se ostendens." Schn. Lex.] " **Διμηλαίνειν**, ap. J. Poll. 2. esse dicitur " *τὸ διακινεῖν τὰ χείλη*: nam *τὰ χείλη* appellari *μῆλα*. Supra " *διαμυλλαίνειν* ea signif. habuimus: forsan et *διαμυλαίνειν* scri- " psit; nam *μύλας* vocari *τὰς σιαγόνας*, Hes. auctor est." [* " **Διαμυλλάω**, Phrynichus Bekkeri p. 37." Boiss. Mss. " *Διαμυλλήσασθαι*, pro *διαμιλλήσασθαι*, vox nihili: cf. Lettre Crit. p. 177." Bast. de VV. nihili vel dub. ad calcem Scap. Oxon.] " **Προμυλλαίνω**, Labra protendo s. propendere sino. Gal. enim " ap. Hippocr. *προμυλήνας* exp. *προτείνας ἔξω τὰ χείλη*. Idem " *προμυλλαίνει* ap. Eund. exp. *προπέπτωκε, προέχει εἰς τοὔμπροσθεν*, Procidit, Prominet, labiorum sc. modo quæ propen- " dere sinuntur."

" **Μουκίζει**, Hes. *μέμφεται τοῖς χείλεσι*." " **Μουκτυριᾷ**, Eid. " *σκαρδαμύττει*."

" **Μυντιζόμενος**, Hes. *μυωπάζων*, * *παρακαμμύων*:" [leg. * *μυϊνδιζόμενος*, a *μύϊνδα*, quod vide.]

" **Μῦσος**, *τὸ*, Scelus, *μίασμα*. Budæo Scelus et facinus de- " testandum. Theodorit. Hist. Eccl. 3. pro Sacrificio dæmonico " sæpe utitur, teste Eod., quia apud Deum eo nihil sceleratius et " detestabilius." [" Ruhnk. ad Timæi Lex. 13. Valck. Phœn. p. 601. Wakef. Herc. F. 1022. Æsch. Eum. 842. Diod. S. 2, 652. Conf. c. *μῖσος*, T. H. ad Plutum p. 309. Kuster. Aristoph. 15. (Dionys. H. 2, 921.) ad Plut. 6, 223. Hutt. *Μύσος*, Pierson. Veris. 120. Musgr. Bacch. 1328." Schæf. Mss. * **Μυσάρχης**, LXX. 2 Macc. 5, 24. * " **Πρωτομυσὴς**, Primus pollutus, Schol. Æsch. Eum. 721." Wakef. Mss. * " **Ἔμμυσος**, S. Theodor. v.

A 253. p. 46. Wernsd." Schn. Lex. Suppl.] " AT **Μυσὸς**, (*ἡ, ὀν*,) " Detestandus, Abominandus, Detestabilis, Abominabilis, Im- " purus. Hes. enim *μυσὰ* sunt *μυσαρὰ, μιαρὰ, μεμιασμένα*. Idem " DICITUR **Μυσαρὸς**, *παρὰ τὸ μῦσος*." [" Ad Charit. 749. Thom. M. 862. Musgr. El. 1294." Schæf. Mss. Herod. 2, 37. " Theoph. ad Autol. 3, 4." Routh. Mss. * " **Μυσαρόγλωσσος**, * **Μυσαρόγλωττος**, Jacobs. Anth. 9, 361." Schæf. Mss. * **Μυσαροποιὸς**, unde * **Μυσαροποιέω**, e quo * " **Μυσαροποιΐα**, Euseb. H. E. 120." Kall. Mss. * " **Μυσαρώνυμος**, Const. Manass. Chron. p. 89. de Copronymo." Boiss. Mss. * **Μυσαρωπὸς**, Manetho 4, 316. * **Παμμυσαρὸς**, Aristoph. Λ. 969.] " **Ὑπομύσαρος**, Qui talis est " propemodum ut *μυσαρὸς* dici possit: cujus nominis signif. " vide. Item Fœtidus, Subfœtidus, *δυσώδης, καὶ ἄξιος τοῦ μυσάττεσθαι*, Gal. ap. Hippocr." [* " **Μυσαρῶς**, Euseb. H. E. 392." Kall. Mss.] " **Μυσαρία**, Detestabilitas, Abominanda fœditas, Bud. ex Aretha." [* " **Μυσαρότης**, Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 133." Kall. Mss. * **Μυσερὸς**, Manetho 4, 269. Etym. M. 6, 459. " Thom. M. 862. ad Charit. 749." Schæf. Mss. * **Μυσηρὸς**, Theoph. ad Autol. 3, 4. * **Μυσοειδὴς**, unde per contr. * **Μυσώδης**, i. q. *μυσαρὸς*, Plut. Timol. 5.] " NEC NON **Μυσαχθὴς**, ET **Μυσαχνὸς**, indidem dicitur Abominandus, Sceleratus, " Impurus. Quorum utrumque ap. Hes. legitur: *μυσαχθὲς*, sy- " nonymum habens *μυσαρόν*: *μυσαχνὸν* autem, expositum *μεμολυσμένον*. Itidemque *μυσαχνὴ* affert pro *μισητὴ, ἀκάθαρτος*, " Odio prosequenda et execranda, Impura. Apud Eust. paroxy-
Νῦν aliter etiam articulo jungitur, siquidem dicitur *Ἐν τῷ νῦν*, item *Ἀπὸ τοῦ νῦν*, et *Μέχρι τοῦ νῦν*. Possumus autem cum *ἐν τῷ νῦν* subaudire dat. *χρόνῳ*, sicut cum *ἀπὸ τοῦ νῦν* et *μέχρι τοῦ νῦν* subaudimus *χρόνου*. Apud Plat. extat *Ἐν τῷ νῦν*, (subaudiendo *χρόνῳ*,) Hoc tempore, In præsentia, Nunc. Illud autem *Ἀπὸ τοῦ νῦν*, subaudiendo *χρόνου*, (q. d. Ab hoc tempore,) quidam interpr. Posthac: ut in isto loco 2 Cor. 5, (16.) *Ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν.* Hoc quidem certe constat, esse omnino quod vulgo dicimus D'ores en avant, aut potius conjuncte, Doresenavant: vel (sequendo vulgus) Dorénavant: qua significatione dicimus etiam Désormais. At vero Dès maintenant, quo quidam interpr. illud *ἀπὸ τοῦ νῦν*, diversum est. Illud vero tertium loquendi genus, *Μέχρι τοῦ νῦν*, usitatius est: significans Usque ad hoc tempus. Exemplum invenies in voce Μέχρι, T. 2, 908.

Νῦν, Nunc, i. e. Hodieque, pro Hoc tempore, Hac tempestate. Thuc. 2, (15.) *Καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου πρό τε γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι.* Sic dicitur *οἱ δὲ νῦν*, subaudiendo *ἄνθρωποι*, Qui nunc sunt homines, Homines qui hodie vivunt, Homines hujus sæculi. Legitur cum ap. alios tum ap. Athen.

Νῦν, pro Tunc, e Plut. Fabio, *Ὡς πάλαι μὲν ἑώρα χαλεπὸν αὐτοῖς, νῦν δὲ ἀδύνατον κρατεῖν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων Ἰταλίας*, Jampridem perspexisse difficile ipsis esse, tum autem impossibile, præsentibus copiis, Italia potiri. Hæc e VV. LL. Invenitur quidem certe Nunc itidem pro Tunc ap. Sueton.

Νῦν habens utrimque *τοτὲ*, vide in Νυνί.

Νῦν δὴ pro *νῦν* interdum ponitur, ap. Plat. de LL. p. 252. *Μηχανᾶσθαι δὲ καὶ ἐν τοῖς δίχα τμήμασι τὸ νῦν δὴ λεγόμενον φαυλότητός τε καὶ ἀρετῆς χώρας.* Apud Eund. legimus in Hipp. Min. *Νῦν δὴ, ὦ Ἱππία, κινδυνεύω μανθάνειν ὃ λέγεις*: itidemque in aliis plerisque ejus ll. pro Nunc poni *νῦν δὴ* constat. Legimus eod. modo ap. Polyb. *Ὑπὲρ ὧν νῦν δὴ ὁ λόγος.* J. Poll. tamen *νῦν δὴ* i. esse testatur q. *ἄρτι*: ita scribens, *Ἄρτι, ὅ ἐστι πρὸ μικροῦ, καὶ νῦν δὴ, ὅ ἐστι ταυτόν.* Idem testatur et Hes. Atque adeo et hujus signif. ap. eund. Plat. exempla habemus: ut in Politico, *Καθάπερ ἐῤῥέθη νῦν δὴ*, Ut modo dictum fuit. Sic alibi, *Τοῖς νῦν δὴ ῥηθεῖσιν.* Item, *Οὐ καὶ ἀνδρίαν νῦν δὴ ἔλεγες εἶναι μετὰ ἐπιστήμης*; Meminit vero hujus signif. Eust. quoque, sed scribens Νῦνδη, conjunctim, et unico accentu: *ὑφ' ἑνὶ τόνῳ*, ut ipse loquitur. *Καὶ νῦνδη*, inquit, *ἀντὶ τοῦ ἀρτίως, ἐν ἑνὶ τόνῳ.* Additque, Quod etiam tradunt cum solo præterito construi. Sed hoc refellunt priores, quos e Plat. attuli, loci. Ceterum ut vacat *δὴ* post *νῦν*, cum accipitur pro *νῦν* simpliciter, sic Νῦνπερ ex Apoll. Rh. affertur pro *νῦν*, vacante *περ*. Sic certe et cum aliis plerisque vocabulis hæc vocula Περ vacare comperitur.

Νῦν ἄρτι, Nunc jam, primum, demum, VV. LL. e Plat. *Νῦν ἄρτι σφίσι φασὶ τὰ μὲν τό τε ἀπιστότατα δόξαντα εἶναι, νῦν πιστότατα καὶ ἐναργέστατα φαίνεσθαι.*

Νῦν πρῶτον, ut Lat. Nunc primum. Plato Apol. *Νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα, ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα.*

Νῦν κ' εἴη, pro *νῦν καιρὸς*, Hes.

Νῦν τήμερον, vide in Νυνί.

Καὶ νῦν, Nunc quoque. At in VV. LL. redditur Etiam num, Quin etiam, Quin potius; Jam vero, Atqui. Afferturque ex Aristot. Rhet. 1. *Πολλῷ δὲ πλείω δεδόσθαι καὶ νῦν αὐτῇ τῶν οἰκείων θεωρημάτων, ἀληθές ἐστι.* Sed aliud exemplum afferendum fuisset.

Νῦν, interdum signif. temporis non habet, sed potius servit orationi quæ est *κατὰ θέσιν καὶ ἄρσιν*, ut quidam loquuntur: sic vocantes orationem cujusmodi est ista, Si diligentiam adhibuisses, res bene se habuisset, nunc tua negligentia factum est ut nulla spes nobis supersit. Sic Cic. de Divin. Quæ quidem multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus; nunc onusti cibo et vino, confusa et perturbata cernimus. Sic legimus ap. Eund. Ep. ad Famil. Ep. 1. penult., Sed vellem non solum salutis meæ, quemadmodum Medici, sed etiam, ut aliptæ, virium et coloris rationem habere voluissent: nunc ut Apelles Veneris caput et summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines etc. Non dubium est certe quin eum locum, quem in ista oratione obtinet Nunc, obtinere potuisset Verum, aut Sed. Sunt autem qui cum istum usum habet Nunc, sicut ap. Græcos *νῦν*, assumtioni adhiberi dicant. Plerumque certe ita usurpatur Nunc in posteriori Orationis parte, ubi prior habet particulam Si. Additurque non raro particula Vero: ut ap. eund. Scriptorem, Nam si ita diceres, — nunc vero fateris. Sic ap. Thuc. 4, (126.) p. 161. initio concionis Brasidæ ad milites, *Εἰ μὲν μὴ ὑπώπτευον —, οὐκ ἂν ὁμοίως διδαχὴν ἅμα τῇ παρακελεύσει ἐποιούμην· νῦν δὲ πρὸς μὲν* κ. τ. λ. Ita usus est 1, (122.) p. 39. *Ἐνθυμώμεθα δὲ καὶ ὅτι εἰ μὲν ἡμῶν ἑκάστοις πρὸς ἀντιπάλους περὶ γῆς ὅρων διαφοραὶ, οἰστὸν ἂν ἦν· νῦν δὲ πρὸς ξύμπαντάς τε ἡμᾶς Ἀθηναῖοι ἱκανοὶ, καὶ κατὰ πόλιν ἔτι δυνατώτεροι.* Sic ap. Isocr. Archid., præcedente *εἰ* sequitur *νῦν*, in ipso fere principio, *Ἐγὼ δὲ, εἰ μέν τις ἄλλος τῶν εἰθισμένων ἐν ὑμῖν ἀγορεύειν, ἀξίως ἦν τῆς πόλεως εἰρηκὼς, ἡσυχίαν ἂν ἦγον· νῦν δὲ ὁρῶν τοὺς μὲ συναγορεύοντας οἷς οἱ πολέμιοι προστάττουσι* κ. τ. λ. Itidemque ap. Dem. c. Mid. usurpatur Atticum Νυνί: in fine p. 231. et init. p. 232. *Εἰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σώφρονα καὶ μέτριον πρὸς τἄλλα παρεσχηκὼς αὑτὸν Μειδίας, καὶ μηδένα τῶν ἄλλων πολιτῶν μηδὲν ἠδικηκὼς, εἰς ἐμὲ μόνον ἀσελγὴς οὕτω καὶ βίαιος ἐγεγόνει, πρῶτον μὲν* κ. τ. λ., paucis autem interjectis, *Νυνὶ δὲ τοσαῦτά ἐστι δὴ τἄλλα ἃ πολλοὺς ὑμῶν ἠδίκηκε, καὶ τοιαῦτα, ὥστε* κ. τ. λ. Neque tamen semper particulam *εἰ* præcedere existimandum est, ut videmus ap. Isocr. in Ep. ad Timotheum, et in aliis aliorum locis. Sciendum est porro ex Hom. manasse istum particulæ *νῦν* usum; in aliquot enim ejus locis eum observavi: e quorum numero est iste, Od. A. (219.) *Ὡς δὴ ἔγωγ' ὄφελον μάκαρός νύ τευ ἔμμεναι υἱὸς Ἀνέρος, ὃν κτεάτεσσιν ἑοῖς ἔπι γῆρας ἔτετμε· Νῦν δ' ὃς ἀποτμότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων, Τοῦ μ' ἔκ φασι γενέσθαι· ἐπεὶ σύ γε τοῦτ' ἐρεείνεις.* Cui loco addi potest iste, (232.) *Μέλλεν μέν ποτε οἶκος ὅδ' ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων Ἔμμεναι, ὄφρ' ἔτι κεῖνος ἀνὴρ ἐπιδήμιος ἦεν· Νῦν δ' ἑτέρως ἐβάλοντο θεοὶ, κακὰ μητιόωντες*, vel *βούλοντο θεοί*.

Attice Νυνὶ dicitur, sicut *οὑτοσὶ* pro *οὗτος*, et alia nonnulla itidem *ι* asciscunt. Utitur eo Dem.; utitur et Aristoph., ap. quem tamen legitur et *νῦν*, Πλ. (100.) *Ἄφετόν με νῦν· ἴστον γὰρ ἤδη τἀπ' ἐμοῦ.* Sic (820.) *Καὶ νῦν ὁ δεσπότης μὲν ἔνδον βουθυτεῖ.* Et paulo post, *Ἀνὴρ πρότερον μὲν ἄθλιος, νῦν δ' εὐτυχής.* Itidemque ap. Thuc. *νῦν* passim legimus. Mirum est autem quod ex Eust. et Etym. attuli supra, *νυνὶ* præsenti duntaxat jungi, quamvis *νῦν* tribus temporibus jungatur. Mirum, inquam, hoc est, ac fortassis ejusmodi quod minime verbum comperiri possit. Apud Dem. legimus *νυνὶ τήμερον*, (315.) *Ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων· ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην· ἐχόρευες, ἐγὼ δ' ἐχορήγουν*: et paucis interjectis, *Ἐῶ τἄλλα· ἀλλὰ νυνὶ τήμερον ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τοῦ στεφανωθῆναι δοκιμάζομαι.* Ubi non dubium est quin *νυνὶ τήμερον* sonet quod vulgo dicimus, Pour le jourdhui: viderique possit vacare *νυνί*. Alioqui dicendum fuerit *τήμερον* addi ad restringendam ipsius adverbii *νυνὶ* signif.: sicut de *νῦν αἶψα* dictum fuit: ubi tamen aliud restrictionis genus esse fateor. Apud Aristoph. legimus *νυνὶ* habens utrimque *τοτὲ*, B. (291.) *Τοτὲ μὲν βοῦς, νυνὶ δ' ὀρεὺς, τοτὲ δ' αὖ γυνὴ Ὡραιοτάτη τις*, subaudi *γίνεται*. Ubi *νυνὶ* reddi debet eadem particula Latina, qua et *τοτὲ* redditur. Lat. dicunt Nunc quidem, Nunc vero: et Modo quidem, Modo vero: item, Interdum quidem, Interdum vero. Sed dicitur etiam Νυνδὶ, pro *νῦν*, teste Eust. 45. His addendum est tertium Νυνμενί: (pro quo mendose legitur Νυνμένη in VV. LL.) Sed pro Νυνμενὶ scribitur etiam Νῦν μενὶ disjunctim: extatque hæc scriptura ap. Aristoph. Ὄρν. (448.) ubi Schol. ait esse pro *νῦν μέν*. Quidam tamen *νυνμενὶ* scribentes conjunctim, pro *νῦν* simpliciter accipi putarunt. Ut autem Νυνμενὶ, sic scriptum Τοιγαρὶ fuisse, docui in meis Animadvv. in Corinthi Tractatum de Dial. Attica p. 50.

[" Νῦν, ad Thom. M. 113. 633. Brunck. Aristoph. 1, 164. Graefe ad Meleagr. p. 70. Modo, Nuper, de re præterita, Markl. Iph. p. 266. 342. Imperativis subjectum, ad Xen. Eph. 187. De constr., ad Il. Θ. 498. De discrimine inter *νῦν* et *νυνὶ*, Wolf. ad Dem. c. Lept. 242. Ammon. 99. Eran. Philo 171. Νῦν conf. c. *οὖν*, ad Charit. 701.: cum *μὴν*, Ind. ad Dawesii M. Cr. v. Παρόντες: cum *νιν*, Markl. Iph. p. 24. Musgr. Iph. T. 365. Musgr. Iph. T. 365. Tro. 328. Hel. 1027. Porson. Med. p. 24. 89. Brunck. Aristoph. 3, 216.: cum *δὴ*, Heyn. Hom. 5, 41. 71. 6, 61. Pro *νῦν δὴ*, Heind. ad Plat. Gorg. p. 7. Pro *δὴ*, Heyn. Hom. 7, 28. Cum particip. perf. aor., Schneid. Anab. 451. Τὸ *νῦν*, quid ap. Grammat.? T. H. ad Lucian. Dial. p. 57. Τονῦν, Lucian. 3, 379. Τὸ δὲ *νῦν*, Plato Hipp. 150. Οἱ *νῦν*, ad Diod. S. 1, 254. *Μέχρι τοῦ νῦν*, 230. 237. *Ἀπὸ τοῦ νῦν*, Thom. M. 664. Οὗτος ὁ

νῦν —, an licatur, Dawes. M. Cr. 225. Τὰ νῦν, Valck. Hipp. p. 259. Ko n. ad Greg. Cor. 60. Herod. 507. Musgr. Hera l. 398. (641.) Hel. 637. Plato Phædro p. 314. Heind. Τὰ νῦν, ταυτί, ad Xen. Mem. 3, 10, 15. Abresch. Lectt. Arist p. 229. Εἰς τὰ νῦν ἔτι, Diod. S. 1, 331. Τὰ νῦν δὴ, Plato Phædro 312. Heind. Τά γε δὴ νῦν, Charm. 57. Νῦν δὴ, ad Timæi Lex. 186. Valck. Hipp. p. 189. Diatr. 142. Brunck. Aristoph. 3, 51. 224. ad Lucian. 3, 579. Heind. ad Plat. Phædr. 338. Georg. 32. Heyn. Hom. 6, 531. ad finem positum, Plato Charm. 114. cum imper., Heind. ad Gorg. 51. Νῦν, νῦν δὴ, ad Charm. 109. 111. 114. Νῦν — δὴ, Simon. Dial. 97. Νῦν δὴ et δὴ νῦν, Heind. ad Plat. Charm. 66. Gorg. 13. 26. Boeckh. in Min oem p. 90. 98. Τὸ λόγω τὼ νῦν δὴ, Plato Phædro p. 238. Δὴ νῦν, Il. Γ. 403. 405. Heyn. Hom. 6, 531. Νῦν δὴ — ἤδη, Plato Phædro (Xen. K. Π. 5, 2. 8. ἤδη cum ὀφείλω junge.) Ἀπὸ νῦν, Rufin. 27. Jacobs. Anth. 12, 127. Τὸ νῦν εἶναι, τὸ νῦν ἔχον, Thom. M. 845. ad Charit. 715. Plut. 2, 719. Wetst. n. N. 1. 2, 624. Toup. Opusc. 1, 213. Steph. Dial. 54. Jacobs. Anth. 9, 471. Steph. Dial. 26. Schneid. Anab. 51. ad Lucian. 1, 634. Lami Delic. II. p. xxxvii. Νῦν δὲ, — γὰρ —, Heind. ad Plat. Charm. 68. 114. Apol. 172. Theæt. 286. Plato de LL. 361. Ast., Dionys. H. 3, 1888. Νῦν — ἐν τῷ παρόντι, Plato Phædr. 200. Xen. K. Π. 3, 1, 29. Νῦν μὲν — νῦν δὲ —, Jacobs. Anth. 10, 408. Νῦν γε, Heyn. Hom. 6, 409. Νῦν ὅτι, Xen. K. Ἀ. 6, 1, (3,) 11.: debebat esse ὅτι νῦν: Brunck. Aristoph. 3, 116. 'Hic νῦν valet οὖν, et nihilominus longum est, ut alibi sæpissime.' Νυνὶ, Timæi Lex. 186. et n., Zeun. ad Xen. K. Π. 360. 414. 454. Thom. M. 633. 728. ad Charit. 602. Steph. Dial. Att. 14. ad Dionys. H. 1, 235. Schneid. ad Xen. Œc. p. 14. Heind. ad Plat. Gorg. 132. Τὸ νυνὶ παρὸν, Demosth. 1433. Νυνὶ — εἶπεν, 911. Νυνδὶ, Steph. Dial. Att. 14. (ad Lucian. 1, 753.) Νυνμενὶ, Steph. l. c. et 50. Brunck. Aristoph. 2, 155. Koen. ad Greg. Cor. 56. Νυνγαρὶ, ibid. Steph. ll. cc." Schæf. Mss.]

At partic. Νυν expletiva, nihil cum νῦν s. νυνὶ commune habet: dicam tamen et de illa, ut eadem opera discat lector eam a νῦν adv. discernere. Hoc igitur primum sciendum est, νυν aliud nihil esse quam νυ, sc. κατ' ἐφελκυσμὸν τοῦ ν, ut quidam Gramm. loquuntur. Οὕτω καὶ τὸ νυ παραπληρωματικὸν ἀντὶ τοῦ δὴ, σπανιώτατα μὲν, γίνεται δ' ὅμως ἐφελκυστικὸν ποτὲ τοῦ ν καὶ αὐτό: ut legimus ap. Eust. loquentem et de quibusdam aliis particulis quæ itidem asciscunt literam ν: e quibus est κεν. Nec solum in voce Τοίνυν, inquit, sed ap. Eur. quoque, (Hec. 996.) Σῶσόν νυν αὐτὸν, μηδ' ἔρα τοῦ πλησίον. Sciendum est autem, ap. Tragicos potissimum et Comicos in usu hanc par[illegible] esse [illegible] cum imperativ[illegible] ut habuisti in ver[illegible] νυν. Sic σίγα νυν, Soph. (Aj. 87.) Στέγα νυν ἔνδον, καὶ μὴ 'κ[illegible] κυρεῖς ἔχων. quod lege[illegible] καθ' διάλυσιν [illegible] νυν, Arist[illegible] Πλ. 414.) Sed ut ap. [illegible] reperiuntur, in [illegible] παραπληρωματικῆς [illegible] cupat, sic et [illegible] hu[illegible] Πλ. 790. Φέρε νυν, [illegible] γάρ ἐστι, τὰ καταχύσματα Ταυτὶ καταχέω σοι [illegible] Πλ. (316. pro [illegible] νυν [illegible] ne [illegible] sit. Ib. l. (208.) pro Μή νυν μελέτω σοι μηδὲν, ne [illegible] κ. τ. λ. Qui[illegible] autem in Il. errorem lex metri [illegible], cum νῦν produ[illegible], at νυν c[illegible] et Hom. ista particula, Il. Ψ. 485.) Δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθον ἠὲ λέβητος. [illegible] Eust. annot[illegible] parti[illegible] posse vocari συνδέσμων παραπληρωματικῶν. "[illegible] ad Æsch. Pr. 1005. P[illegible] 327. ad S[illegible] 87. Phil. 1169. ad Eur. Andr. 919. Med. 700. Bacch. 32. ad Il. K. 105. ad Herc. 1. 214. 275. 325. 383. 415. 134. 589. 678. ad Callim. 1. p. 209. Hermann. ad Aristoph. Nu. p. 28. Jacob[illegible] Exer. 1. 116. Valck. Hipp. p. 309. Diatr. 248. Koen. ad Greg. Cor. 184. Harles. ad Theocr. 167. Beck. ad Eur. Hec. 996. Wassenb. ad Hom. p. 30. Thom. M. 635. Markl. Suppl. 504. Iph. p. 22. 62. 92. ad Charit. 701. Musgr. Cycl. 628. Ir. 59. (1019.) Hel. 1041. Ion. 1375. Herc. F. 189. El. 408. 1214. Brunck. Aristoph. 1, 62. 221. 2, 235. 3, 42. Apoll. Rh. 152. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 262. Porson. Or. 1214. Schol. Aristoph. Πλ. 414. T. H. p. 197. 257. 266. 338. 342. Heyn. Hom. 4, 101. 6, 26. Sic scr., Eur. Heracl. 834. Conf. c. νυν. Musgr. Bacch. 819. Med. 1296. Andr. 1032. An in prosa di[illegible] Heind. ad Plat. Gorg. 84. Νυν, νῦν, Porson. Med. p. 49. Brunck. Aristoph. 3, 71. 78. 94. Fr. 239. Heyn. Hom. 4, 111. 6, 26. Νυν, δήνυν, Valck. Phœn. p. 338. Hipp. p. 162. Beck. ad v. 20. Γάρ νυν, Porson. Med. p. 89. Heyn. Hom. 6, 86." Schæf. Mss.]

"Νυ, ut νυν, ap. Poëtas particula est expletiva. Od. O. (19.) "Μή νυ τι—κτῆμα φέρηται, Ne qua res auferatur. Hesiod. Ἔργ. "ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων, Tenet te multo fortior. Iidem Poëtæ "dicunt ὅς νυ pro ὅς γε. Hesych. innuit poni pro δή." [" Clark. ad Il. A. 382. Wassenb. ad Hom. 30. 47. Brunck. Aj. 87. ad Charit. 660. Wakef. Herc. F. 498. Nicias 1. Antip. Sid. 3. 23. Heyn. Hom. 4, 101. Καί νύ κεν, Il. Γ. 373. Τέ νυ, δέ νυ, ad Charit. 257." Schæf. Mss.]

Ὄλισθος ne nunc quidem, ubi ponendum fuerit, ex iis quæ ap. Etym. extant, statuere possum: quippe quæ talia sint ut non solum quæ credamus, sed etiam quæ legamus, indigna esse videantur. Ὄλισθος, inquit, παρὰ τὸ ὅλως θέειν: vel παρὰ τὸ ὅλος, et ἵζω, quod est κάθημαι: ut sit ὁ ὅλος καταπίπτων. Additque, Et verbum Ὀλισθέω, e quo est Ὀλισθαίνω. Sed in vet. Edit. Etymologi prætermissum est verbum ὀλισθέω. Legitur enim Καὶ ῥῆμα ὀλισθαίνω, τὸ καταπίπτω, cum ita legi debeat, Καὶ ῥῆμα Ὀλισθῶ, ὀλισθήσω· ἐκ δὲ τοῦ Ὀλισθῶ παράγεται Ὀλισθαίνω. Ut autem cetera omittam, quomodo ὄλισθος, quo significatur Lapsus, substantivum, possit dici sonare ὁ ὅλος καταπίπτων, viderint ii qui Etymologo patrocinari volent.

ὈΛΙΣΘΟΣ, ὁ, Lapsus, Casus, Prolapsio. Existimatur autem proprie dici de Lapsu qualis in lubrico contingere loco solet. Lucian. (2, 885.) Τῆς ψάμμου τὸν ὄλισθον ἀφαιρούσης. Interdum vero ὄλισθος est Lubricitas, inquit Bud. ut ap. Lucian., ubi loquitur de corpore athletarum, quod oleo perfundi solebat, ut firmiter prehendi non posset; hanc enim lubricitatem appellat ὄλισθον. [" Ad Mœr. 318. Toup. Opusc. 1, 371. Heyn. Hom. 4, 195." Schæf. Mss. Ὄλισθος et derivv. a gymn. ad moral. transducta, Creuzer. Init. Philos. ac Theol. e Plat. ducta 1, 136.] Ceterum hoc nomen Ὄλισθος pono ante verbum Ὀλισθέω, non tam quod Etym. priorem locum ei tribuat, (sæpe enim in assignandis hujusmodi locis nullo illum judicio præditum esse videmus,) quam quod veram verbalis formam non habeat: nisi forte ab aor. posteriore ὤλισθον formatum esse dicamus. At Ὀλισθηρὸς, si quidem non extaret verbum Ὀλισθέω, huic nomini ὄλισθος subjungerem: at cum in usu sit, et ab eo esse possit, ei potius subjungam: sic tamen ut alioqui talem ordinem valde pertinaciter tueri nolim. At vero nomen comp. Εὔολισθος, ab ὄλισθος deductum esse, nemo, ut opinor, negarit. " Εὔολισθος, Lubricus, " Alex. Aphr. Probl. 1. Κόπρος μαλακὴ καὶ εὐόλισθος, Stercus " molle et lubricum," [" Etym. M. 801. 817. Planud. Ovid. Met. 10, 738. Symeon Magister ap. Allat. Diatr. de Symeon. 133. Georg. Lapitha Poëm. Mor. 732." Boiss. Mss. " Gal. 8, 252." Dindorf. Mss. " Phryn. Ecl. 140. Thom. M. 640. ad Lucian. 1, 775." Schæf. Mss. Xenocr. 126. Schæf. ad Æsop. 148. * Δυσόλισθος, Paul. Æg. 122, 17. * Παρακεκενωμένου τοῦ ὑγροῦ, δ. τὸ ἔμβρυον διὰ τῆς ξηρότητος γίνεται. * Ἐξόλισθος, Theoph. Protosp. 892. Συνδοῦντα αὐτὴν, τοῦ μὴ ἐξόλισθον γίνεσθαι.]

Ὀλισθέω, Labor, Prolabor, Cado, ut sc. aliquis labitur s. cadit in loco lubrico, si quidem propriam signif. sequi velimus, i. e. eam quæ propria esse existimatur. Ac certe pro hac signif. facit iste Hom. locus, Il. Ψ. 774. Ἔνθ' Αἴας μὲν ὄλισθε θέων, (βλάψεν γὰρ Ἀθήνη,) Τῇ ῥα βοῶν κέχυτ' ὄνθος ἀποκταμένων ἐριμύκων. Lubricum enim fuisse locum, ex his patet. Brevium Scholl. Auctor ὄλισθε exp. simpliciter ἔπεσε. E Nonno autem affertur ὀλισθῆσαι ὀλέθρῳ pro Incidere in perniciem. Ex Epigr. ὀλισθήσας μητρὸς, pro Delapsus ex utero materno. [" Toup. Opusc. 1, 21. Abresch. Lectt. Aristæn. 108. Eur. Hipp. p. 2. Valck., Dawes. M. Cr. 330. Jacobs. Anth. 7, 142. 9, 154. Demodoc. 3." Schæf. Mss. Ὠλίσθησα, Lobeck. Phryn. 742. Ὀλισθῆσαι, 743.] Ὀλίσθημα, τὸ, item Ὀλίσθησις, Lapsus, etc. ut dictum est de Ὄλισθος. Utrumque, sc. et ὀλίσθημα et ὀλίσθησις, ap. Plut. legitur: [6, 179. 8, 918. * Ὀλισθητὴς, unde * Ὀλισθητικὸς, Hippocr. 261. * Ὀλισθητὸς, unde * Εὐολίσθητος, Jambl. Protr. 352. * " Ὀλισθεύω, Bredow Ep. Par. p. 67." Schæf. Mss.]

Ὀλισθηρὸς, sonat qua siquis dicat Labilis: accipiendo de Eo qui ad labendum proclivis est, s. Talis ut lapsui sit obnoxius: unde ὀλισθηρὸς exp. πταιστικός. Diciturque metaphorice ὀλισθηρὸς esse ad rem aliquam, s. ad aliquod vitium, Qui ad id proclivis est et propensus, et Qui facile in id prolabitur. Quo pertinet ὀλισθηρὰ γλῶττα, Lingua cui sæpe contingit ut labatur. Sed ὀλισθηρὸς τόπος dicitur Locus lubricus, in quo quis facile labitur, in quo firmiter gradum sistere non potest, sed labitur. Extatque hoc ὀλισθηρὸς τόπος ap. Plut. (Pyrrho 29.) itidemque ὀλισθηρὸν χωρίον ap. Xen. (Ἱππ. 7, 15.) Accipiturque et generalius, sicut Lubricus: unde quod λεῖον est, dicitur esse ὀλισθηρὸν et δυσκάθεκτον. Lucian. Timone (§. 29.) Ὡς δὲ λεῖος εἶ, ὦ Πλοῦτε, καὶ ὀλισθηρὸς καὶ δυσκάθεκτος καὶ διαφευκτικός. Sic ap. Eund. legimus in Hermotimo (§. 59.) Ὡς ὀλισθηρὸς, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ διαδιδράσκεις ἐκ τῶν χειρῶν. Ut autem in illo priore Luciani loco λεῖος et ὀλισθηρὸς copulantur, sic ap. Plut. quoque et alios copulata inveniuntur. Observandumque est, sicut ὀλισθηρὸς in priori signif. (i. e. ea cui priorem locum dedi) verbo Labi commode reddi potest, ita hoc per comp. Elabi in hujusmodi locis reddi posse. Qui enim est λεῖος et δυσκάθεκτος, et qui διαδιδράσκει ἐκ τῶν χειρῶν, eum dicere possumus facile elabi. Sic certe et comp. εὐόλισθος redditur Lubricus, sed videndum an unicuique horum locorum convenire itidem possit. || Ὀλισθηροὺς εἰς πόδας legimus ap. Antipatr. Epigr. p. 243. meæ Ed. Οὐκ οἶδ' εἰ Διώνυσον ὀνόσσομαι, ἢ Διὸς ὄμβρον Μέμψομ'· ὀλισθηροὶ δ' εἰς πόδας ἀμφότεροι. Quibus versibus subjunguntur hi, Ἀγρόθε γὰρ κατιόντα Πολύξενον ἔκ ποτε δαιτὸς Τύμβος ἔχει, γλίσχρων ἐξεριπόντα λόφων. Ubi ὀλισθηροὶ εἰς πόδας quidam interpr. Lubrici pedibus. Ego vero hæc εἰς πόδας existimo πλεονάζειν, et duntaxat ad explendum versum addi: dici autem ὀλισθηροὶ active, non passive, de iis qui ad lapsum proclives reddunt: vel, ut simul εἰς πόδας exprimamus, Proclives pedes reddunt. Ego versus illos ita verti, (inter ea Epigrammata Anthologiæ, quæ sunt ultra numerum a me editorum,) Haud scio culpandus Bacchusne sit, an Jovis imber. Sæpe etenim labi cogit uterque pedes. Cum autem Antipater ita Epigr. hoc claudat, ἀλλά τις ὄρφνης Δειμαίνοι μεθύων ἀτραπὸν ὑετίην, ubi ἀτραπὸς ὑετίη, i. e. Via pluvialis, optime

cum ὀλισθηροὶ convenit, quidam tamen omnino nova et inusitata interpr. utens, (sed ei aliud verbum non suggerente sua Musa, ut credibile est,) Salebrosas vias reddidit: ita interpretans illam Epigrammatis clausulam, ergo cavebis Nocte salebrosas ebrius ire vias. Ego ita, hoc bene potos Noctu iter extimeant ut pluviale monet. [" Antip. Sid. 107. Jacobs. Anth. 11, 48. De signis Zodiaci, ad Charit. 293. Ὀλισθηρὸς τὴν γλῶτταν, ad Mœr. 384." Schæf. Mss. " Fallax, Suid. v. Γλοιός: ibi enim loco impressi ὀλίστηρον necessario leg. ὀλισθηρόν." Schleusn. Mss. * Ὀλισθηρῶς, Schol. Aristoph. Εἰρ. 192. " Procliviter, Clem. Alex. 143. 195." Kall. Mss.]

Ὀλισθήεις, ὁ, Poëtice i. q. ὀλισθηρός. Fem. Ὀλισθήεσσα, Epigr. ὀλισθήεσσα φύσις, Lubrica natura. [" Jacobs. Anth. 11, 155. ad Charit. 324." Schæf. Mss.]

Ὀλισθογνωμεῖν ap. Lucian. Lexiph. (§. 19.) sonat q. d. Excidere mente, Mentis compotes non esse, ubi Lexiph. ita loquitur, Ὃς περιφανῶς μακκοᾷ, καὶ ἄνδρας πεφρενωμένους ὀλισθογνωμεῖν οἴεται. Sed hoc verbum ipsi Lexiphani, sicut alia pleraque, affingi existimo, ejus in sermone studium novitatis irridendo. [Lobeck. Phryn. 382. * " Ὀλισθογνωμονέω, ad Lucian. 2, 340." Schæf. Mss. * Ὀλισθοποιὸς, unde * Ὀλισθοποιέω, Gl. Labefacio.]

Ὀλισθαίνω, i. q. ὀλισθῶ, a quo est factum. Plato Cratylo, Ὅτι δὲ ὀλισθαίνει μάλιστα ἐν τῷ λ ἡ γλῶττα, κατιδὼν ὁ ἀφομοιῶν, ὠνόμασε τά τε λεῖα καὶ αὐτὸ τὸ ὀλισθαίνειν. Plut. Probl. Ὀλισθαινούσης γλώττης. Unde ὀλισθηρὰ γλῶττα, quod attuli supra. In B Poëmate de Herone et Leandro, quod Musæo cuidam ascribitur, περὶ τοῦ ἐρωτικοῦ ἕλκους legimus, ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων Ἕλκος ὀλισθαίνει καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει, ubi redditur Lubrico lapsu incidit, Illabitur. [Plut. 10, 142. " Toup. ad Longin. 280. Dawes. M. Cr. 331. Abresch. Lectt. Aristæn. 108. ad Lucian. 1, 326. Jacobs. Anth. 11, 155. 285. 12, 327. Porson. Phœn. 1398. Heusing. Ind. Æsop.: εἰς ἐπιθυμίαν, Apollod. 267. * Ὀλισθάνω, Toup. l. c. Dawes l. c. ad Lucian. l. c. et 3, 197. Porson. l. c. Brunck. Soph. 3, 533. Schneid. Anab. p. xvi. 186. Schol. Soph. Aj. 637. Erf., Thuc. T. 2. p. 272. Bav., Lehmann. ad Lucian. Dial. Mor. p. 114." Schæf. Mss.]

" Ἀπολισθαίνω, Delabor, s. Lapsante gressu (ut in loco lu" brico) aberro ab eo quod petebam; ideoque etiam generalius, " Non attingo, adhæresco. Affertur certe ἀπολισθαίνει τοῦ Σω" κράτους, pro A Socrate dilabitur. Futurum et tempora quæ " inde formantur, mutuatur a th. Ἀπολισθέω: unde est in Epigr. " ἀπωλίσθητε πέσημα, quod interpretantur Lapsum lapsa est." [" Ἀπολισθαίνω, T. H. ad Plutum p. 430. Jacobs. Anth. 12, 136. Bast Lettre 206. Reiz. Belg. Gr. 631. Porson. Phœn. 398. D. R. ad Longin. 245. Toup. 280. Emendd. 2, 177. Dawes. M. Cr. 331. ad Lucian. 1, 326. * Ἀπολισθάνω, ibid. Porson. l. c. Paus. 3, 229. Bast. l. c. D. R. et Toup. l. c. Dawes. l. c. Ἀπολισθέω, 330. Jacobs. Anth. 7, 142. Brunck. Aristoph. 1, 47. Toup. ad Longin. l. c." Schæf. Mss. Thuc. 7, 65. * Ἀπολίσθησις, Dionys. Areop. 213.] " Διολισθαίνω, s. Διολισθέω, Labor C " per. Greg. Naz. Νηκτὴν φύσιν τῶν ὑδάτων διολισθαίνουσαν, Na" tatilem naturam per aquas labentem. Signif. etiam Dilabor " s. Elabor e manibus, ut res lubricæ cum stringuntur. Quomodo " Aristoph. N. (434.) dicit, στρεψοδικῆσαι καὶ τοὺς χρήστας διο" λισθεῖν, Creditoribus elabi, τοὺς δανειστὰς ἐκφυγεῖν, inquit " Schol. Sic Synes. de Insomn. Οὐδενὸς ἡμῖν ἐκ τῆς μνήμης " διολισθαίνοντος. Idem dicit διολισθαίνοντα στάσεως, Delaben-

A " tem et excidentem a statione s. quiete. Herodian. simpliciter " pro Labi, 5. Πρὸς τὸ μὴ πταῖσαι αὐτὸν ἢ διολισθαίνειν, οὐχ " ὁρῶντα ὅπου βαίνει, Ne caderet labereturve, ignarus quo tende" ret." [" Valck. Callim. 113." Schæf. Mss. " Eludo, Fallo, Suid. v. Γλοιός." Schleusn. Mss. Paus. 448. Philostr. 834. 840.] " Ἐξακροδιολισθαίνω affertur pro Labor; sed suspectum est." " Ἐνολισθαίνω, Labor s. Lapso in," [" Schol. Aristoph. Πλ. 1130. Schol. Jo. Climac. 327." Boiss. Mss.] " Ἐξολισθαίνω, " s. Ἐξολισθέω, Elabor, Excido, Effugio, Evado; Delabor, Pro" labor, Incido. Herodian. Ῥᾶστα γὰρ αἱ τῶν νέων ψυχαὶ εἰς ἡδο" νὰς ἐξολισθαίνουσι. Chrys. Μὴ πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων ζώων δυσ" γένειαν ἐξολισθήσωμεν, Delabamur, Devolvamur. Bud." [" Ad Xen. Mem. 1, 2, 22. Ruhnk. p. 219. Porson. Phœn. 1398. * Ἐξολισθάνω, ibid." Schæf. Mss. * Ἐξολίσθησις, Euseb. H. E. 10, 7. p. 322. (394.) * Συνεξολισθαίνω, Manetho 5, 27. 43. Schæf. Æsop. 111.] " Ἐπολισθαίνω, et Ἐπολισθέω, Illabor, " Delabor, Incido. Ex Anthol. ἐπολισθήσω μείζοσιν ἀμπλακίαις, " Incidam in graviora peccata." [" Jacobs. Anth. 11, 46." Schæf. Mss. " Nicet. Eugen. 7, 175." Boiss. Mss.] Κατολισθαίνω, Delabor, Illabor. Apud Suid. tamen, ἀνώνυμος quispiam scribit, Κλεοπάτρα, εἰς ἣν κατολισθαίνει τῶν πολεμίων ἡ διαδοχή, ubi κατολισθαίνει non solum Delabitur reddi potest, sed etiam Recidit, Devenit. Sic, Τῶν δὲ Ῥωμαίων κατολισθαινόντων εἰς δάκρυα, καὶ περιαλγούντων ἐπὶ τῷ πάθει, ibid., reddi possit, Devenientium ad lacrymas. [" Jacobs. Anth. 11, 46. ad Lucian. 2, 3. Bast Lettre 207. * Κατολισθάνω, ibid." Schæf. Mss. Suid. v. Ἀπόφημον, Bast. Ep. Cr. 248. * Συγκατολισθαίνω, Una pereo s. subsido, Diod. S. p. 18. * " Μετολισθαίνω, Tzetz. Ch. 8, 841." Elberling. Mss.] Illud autem Παρολισθαίνω Bud. interpr. Prolabor; eandemque interpr. dat verbo Παρολισθέω: reddens tamen et Lubrice Aberro, Lubrice in latus detorqueor, in isto Luciani loco, in Gallo (§. 26.) p. 274. Ἐμοὶ μὲν κίνδυνος, εἰ παρολισθοῖ τὸ σμιλίον, καὶ ἁμάρτοι τῆς τομῆς τῆς ἐπ' εὐθύ. Sed παρολίσθοι potius leg. esse putat. Quidam reddunt etiam Si paulum aberret, ut παρὰ dimin. quandam significet. Apud Diosc. 6, 11. Τὸ εἰς ἔντερα παρωλισθηκὸς, redditur, Quod ad intestina prolapsum sit. [* Παρολίσθησις, Euseb. V. C. 2, 69. p. 570. (391.) * Συμπαρολισθαίνω, Plut. 8, 793.] Supersunt Περιολισθαίνω et Περιολισθέω, q. d. Circum delabor s. decido, aut Circumquaque. [" Toup. Opusc. 1, 426." Schæf. Mss.] Περιολίσθησις, quo utitur Plut. Camillo (26.) p. 258. meæ Ed. Πολλαχῇ δὲ τῶν ἐπιπεφυκότων τοῖς κρημνοῖς ἀποτριβὰς καὶ περιολισθήσεις τῶν γεωδῶν: quæ quidam interpr. Etiam terram quæ præcipitiis adhæsisset, multis in locis detritam atque delapsam. [* Συνολισθαίνω, Dionys. H. 2. p. 38. " Plut. Alex. p. 144. Schm." Schæf. Mss. * Συνολισθέω, Strabo 4. p. 277. * Ὑπολισθαίνω, Ælian. H. A. 3, 13. 45. 9, 9. V. H. 2, 35. Joseph. B. J. 3, 7, 34. " Relabor, Greg. Thaum. in Orig. 13." Kall. Mss. Bast. Ep. Cr. 248. * Ὑπολισθάνω, ibid. * " Ὑπολισθέω, Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 25. 107." Kall. Mss.]

C " Ὀλισθάζων affertur pro Labens," [imo Labans;] " sed " ἁμαρτύρως." [" Habet Epicharmus ap. Athen. 236. Ἕρπω δ' ὀλισθάζων τε καὶ κατάσκοτος." Schw. Mss.]

" Ὀλιβάξαι, Hes. ὀλισθεῖν, Labi, Lapsare: afferenti itidem " ὀλιβρὸν pro ὀλισθηρὸν, λεῖον, ἐπισφαλὲς, Lubricum." [* Ὀλιβράζω, unde ὠλίβραξαν, Eid. ὤλισθον. Apud Gal. ὀλισθράζοντα exp. ὀλισθαίνοντα.]

Ὀλοφύρομαι pluribus modis ἐτυμολογεῖται. Eust. enim vult esse ex adv. ὅλως et φύρεσθαι, Etym. autem vult ὀλοφύρεσθαι esse τὸ ὅλως φύρειν ἑαυτόν: sed his etymis tertium potest addi, ex ipso Eust.; ubi enim scribit ὀλοφύρεσθαι esse ὀλοῶς φύρεσθαι, dicit vel μετὰ ὀλυγῆς: cum φύρεσθαι subaudiens dat. δάκρυσι. Alio autem in loco pro adv. ὀλοῶς dativum ὀλοῷ affert: scribens, ὀλοφύρεσθαι esse proprie τὸ ἐπί τινι ὀλοῷ φύρεσθαι δάκρυσιν. Quorum etymorum nullum mihi satisfacit: an autem aliquod eorum lectori satisfacturum sit, nescio. Sed in eo ipse satisfacere illi debebo, quod profero quicquid habeo.

ὈΛΟΦΥΡΟΜΑΙ, Fut. οῦμαι, Lamentor, Ejulo, Ploro, Fleo, D vel Lugeo. Il. Φ. (106.) Ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ, τίη ὀλοφύρεαι αὔτως; Apud Eund. πόλλ' ὀλοφυρόμενοι et οἴκτρ' ὀλοφυρόμενοι non uno in loco legimus. Item, ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ, Il. X. (169.) Sed quamvis Poëtarum magis sit hoc verbum quam eorum qui soluta oratione utuntur, esse tamen et ap. hos aliquem hujus usum sciendum est. Plato de Rep. 1. de senibus loquens, Οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες καὶ ἀναμιμνησκόμενοι. Thuc. de mulieribus lugentibus mortuos usurpavit, 2. Καὶ αἱ γυναῖκες παρῆσαν αἱ προσήκουσαι ἐπὶ τὸν τάφον. Sic ap. Herodian. ὀλοφύρεσθαι et θρηνεῖν copulantur, 4, (13, 14.) Καὶ πρῶτος Μακρῖνος ἐπιστὰς τῷ πτώματι, ὀλοφύρεσθαί τε καὶ θρηνεῖν προσεποιεῖτο. Sed Thuc. cum casu etiam usus est, sc. cum accus. et cum dat. Cum hoc, 6, (78.) p. 222. fin. Καὶ εἰ γνώμῃ ἁμάρτοι, τοῖς αὐτοῦ κακοῖς ὀλοφυρθεὶς, τάχ' ἂν ἴσως καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀγαθοῖς ποτε βουληθείη αὖθις φθονῆσαι. Ubi Schol. subaudire videtur præp. ἐπί. Quod autem ad constructionem cum accus. attinet, de ea verba faciam in iis quæ proxime sequuntur, ubi de altero hujus verbi ap. Hom. usu disseram. Prius autem de hoc admonendum lectorem puto, inveniri et genitivo junctum hoc verbum ap. illum Poëtam: Il. Θ. 33. Ἀλλ' ἔμπης Δαναῶν ὀλοφυρόμεθ' αἰχμητάων, Οἵ κεν δὴ κακὸν οἶτον ἀναπλήσαντες ὄλωνται. Sed non dubito quin hic ellepsin præpositionis ὑπὲρ aut adverbii ἕνεκα constituere oporteat: cujus elleipseως exempla multa protuli in Appendice mea ad aliorum Scripta de Dialecto Attica. Ceterum de signif. hujus verbi hoc addo: Etym. tradere, ὀλοφύρεσθαι esse proprie μετὰ τιλμοῦ τῶν τριχῶν κλαίειν. ‖ Ὀλοφύρομαι, cum accus. ap. Hom. pro Deploro, Commiseror, Vicem alicujus miseror, Od. K. 157. Καὶ τότε τίς με θεῶν ὀλοφύρατο μοῦνον ἐόντα, Eust. κατελεήσατο. Paucisque interjectis annotat, Sciendum est autem, cum Hom. hic ὀλοφυρμὸν usurparit ἐπὶ συμπαθείας καὶ ἐλέου, eos, qui posteriores illo fuerunt, usurpasse ἐπὶ κλαυθμοῦ. Ubi συμπάθειαν vocat quod nos verbum verbo reddentes dicimus Compassion: veluti in hoc loquendi genere, Avoir compassion de quelqu'un. Sed mirum hoc videri possit, et quidem non immerito, quod Eust. dicat Homeri posteros usos esse verbo isto ἐπὶ τοῦ κλαίειν, quasi ipse quoque Hom. ita usus non sit, cum tamen plerisque ejus locis (cujusmodi sunt quos ex eo attuli) aut hæc aut alia expositio huic affinis tribuatur, atque adeo tribuenda esse ab omnibus judicetur. Legitur et ap. Thuc. cum accus. 2, (44.) Διόπερ καὶ τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας ὅσοι πάρεστε, οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι. Ubi ὀλοφύρομαι non solum Deploro verti potest, s. Defleo, sed fortassis et Commiseror, ut in illo Hom. loco. Eod. pertinet et istud loquendi genus, Vicem eorum doleo. [" Ad Od. X. 232. ad Callim. 1. p. 106. Heyn. Hom. 5, 461. 8, 370. Conf. c. ὀδύρομαι, Boiss. Philostr. 583. Fut., ad Dionys. H. 5, 298." Schæf. Mss. Cum accus., Plato Menex. 21.]

Ὀλοφυρμὸς, ὁ, item Ὀλόφυρσις, Lamentatio, Lamentum; (sed hoc in plur. potius usurpatur, ideoque aptius ὀλοφυρμοὶ redditur Lamenta.) Item Ejulatus, Ploratus, Luctus. Thuc. 7, (71.) p. 258. Ὀλοφυρμὸς, βοή· νικῶντες, κρατούμενοι. Synes. παισὶ peculiariter

tribuit ὀλοφυρμούς: in quadam Epist. scribens, Ἀνδρῶν οἰμωγαί, γυναικῶν ὀλολυγαί, παίδων ὀλοφυρμοί. Illud autem alterum verbale ὀλόφυρσις pro Ploratu s. Comploratione, ap. Thuc. extat: nec non plur. ὀλοφύρσεις. Legimus enim 1, (143.) p. 47. Τήν τε ὀλόφυρσιν μὴ οἰκιῶν καὶ γῆς ποιεῖσθαι, ἀλλὰ τῶν σωμάτων: repetendo χρὴ e præcedentibus. Ubi ὀλόφυρσιν ποιεῖσθαι τῶν σωμάτων possumus interpretari Deplorare corpora, perinde ac si scriptum esset ὀλοφύρεσθαι τὰ σώματα. Aut etiam reddere, Ploratum et lamenta edere ob corpora, ut subaudiamus ὑπὲρ s. ἕνεκα: sicut in ὀλοφύρεσθαι Δαναῶν subaudiri ap. Hom. dixi. Plurali autem ὀλοφύρσεις utitur 2, (51.) p. 64. Ἐπεὶ καὶ τὰς ὀλοφύρσεις τῶν ἀπογιγνομένων τελευτῶντες καὶ οἱ οἰκεῖοι ἐξέκαμνον, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικώμενοι. Ubi subaudiendam esse præp. πρὸς tradit Schol. Quamvis autem nova subauditio hæc et dura videri possit, nisi tamen eam admittamus, multum negotii nobis facesset hic locus. Valla certe ejus sententiam omnino pervertit, ita interpretans, Postquam domestici eos qui vita excesserant comploraraut, deficiebant, ejus vehementia superati. Atqui Thuc. significare vult, ipsos etiam propinquos ad comploratioues s. comploratus morientium defecisse, mali gravitate superatos. Vel, Ne comploratu quidem morientes prosequi amplius valuisse, ut Liv. dicit Comploratu prosequi mortuos. Dat. ὀλοφύρσεσι ap. Philon. extat, Τοιαύταις χρωμένων ὀλοφύρσεσι, ubi redditur, Ista quiritantibus. ‖ Ὀλοφυρμός, redditur etiam Nænia, ex Athen., scribente l. 14. ita vocari τὴν ἐπὶ τοῖς θανάτοις καὶ λύπαις ᾠδήν. [" Phalar. p. 24." Schæf. Mss.] Ὀλοφυρτικός, Ad lamenta s. Ad lamentandum proclivis, Qui facile ad fletum s. ejulatum movetur. Aristot. Eth. 4, 3. τοῦ μεγαλοψύχου ingenium describens, Καὶ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἢ μικρῶν ἥκιστα ὀλοφυρτικὸς καὶ δεητικός: ubi le k[illegible] et ad quiritationem prorumpit. Quidam a[illegible] ὀλοφυρτικὸς et δεητικὸς perperam vertit Anxius et solicitus. [" Ὀλοφυρτικῶς, J[illegible] B. J. 6, 5, 3.]

" Ἀπολοφύρομαι, i. q. ἀπολολύζω. Exp. etiam De[illegible] Xen. " K. Π. 7, 3, 5.) Ἡ δὲ τροφὸς ἀπωλοφύρατό τε καὶ περιεκαλυ" ψεν ἄμφω." [" Ad Xen. Eph. 234. Schæf. Mss.] " Ἀπο" λοφύρομαι, Ejulatibus prosequor, Deploro, Lamentor. Xen. " l. 1, 16.) Ἀπωλοφύροντο τὴν ἑαυτῶν συμφοράν, ὡς ἀδίκως " φεύγοιεν. ‖ Ejulare et lamentari desino. Testatur enim Schol. " Thuc. ἀπαλγήσαντας dici τοὺς παυσαμένους τοῦ ἀλγεῖν, ut ἀπο" λοφυραμένους τοὺς τοῦ ὀλοφύρεσθαι. [Bekk. Anecd. 427. Andoc. 83. " Ad Od. X. 232. Abresch. Lectt. Aristæn. 204. ad Thuc. 2. p. 440. * Ἀπολόφυρσις, ad Od. l. c." Schæf. Mss. Schol. Soph. Aj. 591. * Διολοφύρομαι, Polyb. 22, 9, 11.] " Ἐπολοφύρομαι, Lamentor, Lamentis prosequor." At vero Κατολοφύρομαι accusativo jungi solet, pro " Ejulo, Lamentor," Deploro, Defleo: ut κατολοφύρομαί σε, Eur. [Or. 330. cf. Iph. T. 642.] Deploro te, tuam sortem. " Καταλοφύρομαι, Illacry" mor, VV. LL.: perperam pro κατολ." " Προσολοφύρομαι, In" super ejulo et in ejulatus prorumpo," [Abresch. ad Thuc. 8, 66. " Plut. 4, 837." Wakef. Mss.] " Συνολοφύρομαι, Una lamentor " s. lugeo, aut gemo," [" Theon Progymn. p. 87. Cam. * Ὑπολοφύρομαι, Planud. Ovid. Met. 11, 52." Boiss. Mss.]

Ὄλυμπος si quidem prima signif. de Cœlo dicatur, (ut passim a Poëtis hoc significatum illi tribui videmus,) quæ ab Aristot. quoque traditur etymologia, convenire illi merito dicetur: nimirum ut Ὄλυμπος dictus sit quasi ὁλόλαμπος: sin vero putemus nomen hoc Ὄλυμπος Monti cuidam impositum primo fuisse, deinde Cœlum id accepisse, quod mons ille cœlum altitudine æquare videretur, aliud etymum quærendum fuerit. Hoc autem potius quam illud credemus, si fidem Grammaticis adhibere velimus: e quibus Eust. quiddam etiam tertium quodammodo afferre videtur, ut mox docebo.

ὌΛΥΜΠΟΣ, ὁ, Thessaliæ mons altissimus. Od. Λ. (314.) de Oto et Ephialte gigantibus, Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν· αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη: sic enim leg. est Οὐλύμπῳ, cum ου, non Ὀλύμπῳ, ut stet versus. Habetque et mea Ed. lectionem illam, non hanc, repugnantibus alioqui plerisque Edd.: quarum e numero est ea, quæ Eustathii Commentarios insertos habet. Interpretatus est autem versus istos Virg. G. 1. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam, Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympum. Quibus in Il. convenit inter Scholiastas de Olympo, montem esse Macedoniæ; nam et Serv. in illum Virgilii locum id testatur. Sed de ceteris nominibus aliqua inter illos est dissensio. Cum enim et Pelion et Ossa Thessaliæ montes esse tradant cum alii, tum Enarratores Homeri, Servius Pelion Thessaliæ, Ossam Thraciæ attribuit. Ceterum quamvis dixerim de Olympo convenire inter Scholiastas, Macedoniæ montem esse, non desunt tamen qui Thessaliæ ascribant. Atque adeo Eust. in Dionysii P. Poëma, vult Ὄσσαν et Ὄλυμπον ap. Hom. vel Macedonicos vel Thessalicos montes esse. Quidam vero Olympum proprie montem Macedoniæ vel Thessaliæ appellari posse negarunt, quippe qui inter utramque situs sit.

Ὄλυμπος, Mysiæ mons. Sed observavi dici potius cum additione nominis adjectivi Μύσος: licet Steph. B. ea de re non admoneat: scribens duntaxat Ὄλυμπον esse Montem Mysiæ, et auctorem citans Arrianum, Bithyn. 1. Sic certe ap. Callim. non Ὀλύμπῳ simpliciter legitur, sed Ὀλύμπῳ Μυσῷ, discriminis causa: H. in D. (117.) Ποῦ δ' ἔταμες πεύκην, ἀπὸ δὲ φλογὸς ἥψαο ποίης Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ. Annotatque in hæc verba Schol., esse etiam Macedoniæ. Intelligens nimirum, addi Μυσῷ, ea de causa quam dixi: ut sc. discernatur a Monte Macedoniæ. Sic certe ap. Xen. et Athen. adjectivum illud additum observavi; sed τετρασυλλάβως scriptum Μύσιον, non Μυσόν. Legimus enim ap. Xen. K. (11, 1.) p. 581. meæ Ed. Τὰ δ' ἐν τῷ Ὀλύμπῳ τῷ Μυσίῳ καὶ ἐν Πινδῷ, τὰ δ' ἐν τῇ Νύσῃ τῇ ὑπὲρ τῆς Συρίας. Loquitur autem περὶ τῶν θηρίων, i. e. De feris, quæ his in montibus capiuntur. Apud Athen. vero extat illa Ὀλύμπου τοῦ Μυσίου appellatio, (43.) Ἐν δὲ Προύσῃ τῇ πρὸς τὸν Μύσιον Ὄλυμπον. Debuit igitur Steph. B. aliter de nomine Ὄλυμπος scribere: sc. Olympum antiquitus quidem fuisse dictum peculiariter Macedoniæ montem, postea vero et Quendam Mysiæ hoc nomen accepisse; sed discriminis causa dictum cum adjectione fuisse Ὄλυμπον τὸν Μύσιον, s. τὸν Μυσόν. Sed et aliquot alios nomen idem habuisse, quidam tradiderunt, ut in proxime sequentibus docebo.

Ὄλυμπος non solum est Macedoniæ mons, (vel Thessaliæ, ut quidam tradiderunt, Herodoti testimonio nitentes,) Mons item Mysiæ, sed alii præterea idem nomen habere feruntur: quidam in Gallogræcia, vel Cypro: quidam, ad mare rubrum, in Æthiopia, haud longe ab Heliopoli oppido, qui oriente sole usque ad quintam diei horam flammas emittit. Hæc in Thes. L. Lat. edito a Patre meo annotata invenio. Sed et alios quosdam hoc nomen sibi vindicare testantur cum alii, tum Eust. e Strab.; in illud enim hemistichium libri Il. A. Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, (quod alibi reperitur,) postquam dixit Olympum ap. Poëtam esse Montem Macedoniæ, vel Thessaliæ, juxta Herod., et quædam alia de hoc monte dixit, subjungit alios quoque Olympos esse: quendam in Peloponneso, sicut in Comm. εἰς τὸν Περιηγητὴν scriptum fuerit: quoddam item in Cypro esse ὄρος μαστοειδές, inter Citium et Amathuntem. Quin etiam quandam ἀκρώρειαν Cypri hoc nomine vocatam fuisse, in qua fuerit templum Veneris Ἀκραίας, ad quod accessus mulieribus non patuerit. Insuper περὶ τὰς ἀκρωρείας Tauri montis fuisse quendam Ὄλυμπον montem, et φρούριον: unde conspici totam Lyciam et Pamphyliam et Pisidiam, teste Strab.: (quem Γεωγράφον nuncupat.) Jam vero et quatuor Idæ λόφους, dictos fuisse Ὀλύμπους. Denique fuisse et Bebrycum montem Ὄλυμπον, cujus ἐθνικὸν NOMEN Ὀλυμπινοί. Hæc Eust., cujus Commentariorum in Dionys. P. locus, ad quem nos remittit, extat p. 67. Ed. Patris mei. Ceterum quamvis multos montes hoc nomen sibi vindicantes ex aliis enumerarim, unum tamen addere illis possum. Siquidem et quendam Lydiæ montem ap. Athen. Ὄλυμπον dictum invenio, ex Aristone, (38.) Διὸ καὶ τὸ καλούμενον νέκταρ κατασκευάζειν τινὰς περὶ τὸν Λυδίας Ὄλυμπον, οἶνον καὶ κηρία συγκιρνάντας εἰς ταὐτὰ καὶ τὰ τῶν ἀνθῶν εὐώδη. Ceterum quod dixi de Myso Olympo, eum sc. non sine adjectione solitum nominari, majori cum ratione locum hic habere potest, cum post Olympum Macedonicum s. Thessalicum, nullum Mysio celebriorem fuisse constet: adeo ut si cum adjectione nominari necesse habuerit, multo etiam magis similem adjectionem ceteri desiderarint.

AT VERO nomen Ὄλυμπος, quod dictum esse fertur quasi ὁλόλαμπος, est appellativum: quo significatur Cœlum, non minus ap. Græcos Poëtas quam ap. Latinos, (præsertimque Virg.) duntaxat terminationem Græcam more suo in Latinam mutantes. Esse autem Olympum sedem ac domicilium deorum, testatur Hom., cum alibi, tum Il. E. (360.) Ὄφρ' ἐς Ὄλυμπον ἵκωμαι, ἵν' ἀθανάτων ἕδος ἐστί. Sed hunc Olympum, domicilium deorum, illum ipsum esse montem Macedoniæ s. Thessaliæ, quidam tradiderunt: quod Homerus interdum uno eodemque in loco Ὀλύμπου et οὐρανοῦ mentionem faciat. Ὄλυμπος, inquit Eust., ap. Poëtam Mons est altissimus Macedoniæ; vel Thessaliæ, teste Herod.: domicilium deorum, ut vult fabulæ licentia: unde sunt DICTI Ὀλύμπιοι. At vero allegoria Ὄλυμπον appellat τὸν οὐρανόν, (i. e. Cœlum,) quasi ὁλόλαμπον: ideoque fortasse fabula non alium montem quam Olympum illis tribuit, quod posset εἰς τὸν λαμπρὸν οὐρανὸν συμβιβάζεσθαι, per ἀνάπτυξιν nominis. Videtur autem ex ὁλόλαμπος factum esse, extracta per sync. syllaba λα, et mutato posteriore ο in υ, Æolice: ut pro ὄνομα dicitur ὄνυμα: unde est ὀνυμαίνω pro ὀνομαίνω. Hinc etiam fit ut tenui spiritu notetur Ὄλυμπος: quod tenui spiritu Æoles gaudeant. Idem in hunc locum ead. Poëtæ, qui legitur Il. E. (749.) Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι, Τῇς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς Οὔλυμπός τε, Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι, annotat vel οὐρανὸν et Ὄλυμπον pro una eademque re poni ἐκ παραλλήλου, [illegible] κατὰ ἀλληγορικὴν ἀλήθειαν: vel, sicut alibi, Ὄλυμπον quidem [illegible] intelligendum τὸ Μακεδονικὸν ὄρος, at οὐρανὸν, τὸν ὑπὲρ τὰ [illegible] quippe qui interdum quidem claudatur nubibus, [illegible] aperiri videatur. Sed cum hic duas expositiones [illegible] istorum nominum, et earum priorem ἐκ παραλλήλου positam videri tradat, alibi posterioris tantum meminit: Π. 365. Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Οὐλύμπου νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἴσω Αἰθέρος ἐκ δίης, ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνει. Hic enim [illegible] tum Ὀλύμπου et οὐρανοῦ et [illegible] Ὄλυμπον ap[illegible] Ipsum montem: οὐρανὸν autem, τὴν [illegible] ἀέρα καὶ ταχὺν at [illegible] διὰ τὴν ἄνω κυκλοφορίαν, τὴν αἰτίαν τῆς πνοῆς τῶν ἀνέ-

μων κινήσεως: ut nimirum sit hic sensus, Ἐξ Ὀλύμπου τοῦ ὄρους λαῖλαψ νεφώδης εἰς ἀέρα ἔρχεται, ἄνωθεν λαβοῦσα τὸ ἐνδόσιμον· Aut simplicius, inquit, possumus per ætherem intelligere *τὴν αἰθρίαν καὶ εὐδίαν*: ut sit sensus, Νέφος ἐξ Ὀλύμπου εἰς οὐρανὸν ἔρχεται μετὰ εὐδίαν.

Ὄλυμπος quidam olim pro diversa signif. accentu diverso notarunt, ut e Servii verbis (aut certe Auctoris Commentariorum qui Servio ascribuntur, quicunque is sit,) colligi potest. In hunc enim versum Virg. Æn. 3. fin., haud ille sinit superi regnator Olympi, hæc scribit, Cur in penultima accentus sit, manifesta est ratio ap. Latinos: quanquam Græci discretionem velint per accentum facere montis et cœli: quod superfluum est. Idem in Æn. 4. Ipse deum tibi me claro demittit Olympo Regnator, hæc annotat, Olympus quasi Ololampus dictus est: sive Mons sit Macedoniæ, (qui dicitur esse deversorium deorum,) sive cœlum. Unde addidit Claro: ut Plemmyrium undosum. Accentus sane Græcus tunc potest esse, si sit Græca declinatio: ut Ὄλυμπος, Ὀλύμπου. Nam Latine Olympi.

Ὄλυμπος est etiam Nomen præstantissimi tibicinis Mysi, s. Phrygis, qui Marsyæ discipulus fuit, ut scribit Schol. Aristoph. Ἱππ. init. Ξυναυλίαν κλαύσωμεν, Ὀλύμπου νόμον, ubi idem Schol. ait eum composuisse *αὐλητικοὺς καὶ θρηνητικοὺς νόμους*, Tibiales et lugubres modos. Paulo post addit, eum fuisse *ἄριστον περὶ τὴν αὐλητικήν*: et eum quoque *δυστυχῆσαι διὰ μουσικήν*. Ab J. Poll. Ὀλύμπου νόμοι quidam *ἐπιτύμβιοι* vocantur, quasi qui super sepulchro canerentur. Idem J. Poll. scribit hujus Olympi famulum, et discipulum, nec non amasium fuisse quendam Hieraca: a quo sit DICTUS Ἱεράκιος νόμος. Plato in Minoe Olympum hunc Phryga Marsyæ *παιδικὰ* appellat. Ceterum ab hoc Olympo dictus est Olympus mons quidam Mysiæ, si Suidæ credimus: quem vide. Commemorantur ETIAM Ὀλυμπηνοὶ Mysi, SIVE Ὀλύμπιοι, cum ab aliis, tum ab Eust. in Dionys.

"Οὔλυμπος, Poëtice pro Ὄλυμπος, metri causa. Et Οὐλυμπόνδε pro Ὀλυμπόνδε s. εἰς Ὄλυμπον, In Olympum s. cœlum. Il. A. (221.) Οὐλυμπόνδε βεβήκει."

["Ὄλυμπος, ad Charit. 759. Musgr. Iph. A. 576. Brunck. Aristoph. 3, 4, Heyn. Hom. 4, 109. 112. 187. 567. 5, 422. 451. 6, 503. 558. 572. 7, 9. 39. Fabric. Bibl. Gr. 1, 135. Olympus, Heyn. ad Apollod. 1068. Homero Mons, Voss Myth. Br. 1, 121. 135. 170. ad Il. Θ. 25. Senioribus Poëtis Cœlum, Voss. ibid. 154. 170. Οὔλυμπος, Markl. Iph. p. 81. 232. Wakef. Ion. 471. Brunck. Aristoph. 3, 4." Schæf. Mss.]

"Ὀλυμπόνδε, In Olympum s. cœlum." ["Οὐλυμπόνδε, Rhian. 1. Valck. Phœn. p. 60." Schæf. Mss.]

Ὀλύμπιος, Olympius, Olympum incolens s. habitans: Ζεὺς, Hom., perinde ac si diceremus Cœlicolam Jovem: (ut Olympum pro Cœlo accipi dictum est. Ab Hesych. Ὀλύμπιος exp. *οὐράνιος*, i. e. Cœlestis.) Il. A. (508.) Ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον, Ὀλύμπιε μητίετα Ζεῦ. Apud Eund. extat et Ὀλύμπιος sine adjectione pro Jove. Sic Ὀλύμπιοι θεοὶ, Aristoph. (Θ. 960,) nec non Ὀλύμπιοι sine adjectione, ap. Hom.: qui alibi dicuntur Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. Sed ap. Eund. Ὀλύμπιοι ἄλλοι, quidam exp. *οἱ Τιτᾶνες*. Isocr. (ad Philipp. 49.) *τῶν θεῶν τοὺς αἰτίους ἡμῖν ἀγαθῶν ὄντας* appellatos esse ait Ὀλυμπίους. ADJECTIVE Ὀλύμπιον, Cœleste, ut Ὀλύμπιον δῶμα, Cœleste domicilium. Sed ap. Hom. potius PLURALITER Ὀλύμπια δώματα. At vero MUSÆ Ὀλυμπιάδες, vel tanquam Filiæ Jovis Ὀλυμπίου: vel tanquam, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι. Eust. Invenitur etiam Ῥείας Ὀλυμπιάδος, Epigr. Item Soph. (Aj. 887.) Ὀλυμπιάδων θεῶν, quod exp. *οὐρανίων*. ‖ Ὀλύμπιος dictus fuit Pericles, secundum quosdam, *ἀπὸ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ ταῖς στρατηγίαις δυνάμεως*, ut scribit Plut. in ejus Vita (8.) quem consule. Extat hoc cognomentum ap. Aristoph. Ἀ. ‖ Ὀλύμπιος est etiam Nomen propr., ut te docebit Thes. L. Lat. a Patre meo editus, in nomine Olympius. Sed in iis quæ e Suida ibid. afferuntur, male Olympius pro Olympus scriptum est. ‖ Ὀλύμπιος denique est etiam Venti nomen ap. Hesych. Sed hic VENTUS Ὀλυμπίας ab Aristot. de Mundo appellatur, aliisque nominibus *ἀργέστης*, et Ἰάπυξ. Poniturque in numero *τῶν ἐναντίων ζεφύρων*, a solstitiali occasu flans, ut Zephyrus ab æquinoctiali. Hesychio autem VENTUS Ὀλύμπιος est Zephyrus qui ab Olympo flat. Sed Ὀλυμπίας, non Ὀλύμπιος, ap. Theophr. quoque scriptum est, C. Pl. 5, 16. Itidemque a Plin. Olympias appellatur, 2, 47.: Sunt etiam quidam peculiares quibusque gentibus venti, non ultra certum procedentes tractum, ut Atheniensibus Sciron, paulum ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus. Alicubi elatior idem Olympias vocatur. Fuerunt etiam *ὄρη* quædam *παρὰ Νικαεῦσι* DICTA Ὀλύμπια. Eust. ["Ὀλύμπιος, ad Paus. 415. ad Diod. S. 1, 622. Proclus Hymno in Ven. 1, 7. Οὐλύμπιος, Brunck. Aristoph. 3, 78." Schæf. Mss. * "Ἰσολύμπιος, Cœlesti par, Philo J. 2, 567." Wakef. Mss. Lapis in Richteri Wallfahrten in Morgenlande p. 564.]

AT VERO Ὀλυμπικὸς usurpatur nonnunquam cum subst. *ἀγών*: vocaturque Ὀλυμπικὸς ἀγὼν, Olympicum certamen. Verum frequentius Ὀλυμπιακὸς dicitur: et quidem rectius, utpote a nomine Ὀλυμπία, de quo infra. In Epigr. L. 2. in principio, Ὀλυμπικὸς appellatur Olympicus pugil. Interdum etiam Nomen propr. est Ὀλυμπικὸς, cum ap. alios, tum ap. Plut. ["Wyttenb. ad Eund. de S. N. V. p. 19. ad Diod. S. 1, 106. 243. 260. 297. 483. ad Paus. 207. Brunck. Aristoph. 1, 260. Kuster. 11. Thom. M. 647. Ὀλυμπικὴ νίκη, Boeckh. in Plat. Min. 112. * Ὀλυμπικῶς, Heind. ad Plat. Phædr. 281. Charm. 93. * Ὀλυμπιχὸς, Wyttenb. l. c." Schæf. Mss.]

Ὀλυμπίας, Ventus, vide in Ὀλύμπιος.

Ὀλύμπιον autem, quod Ædificii cujusdam nomen est ap. Aristot. Polit., (cujus Hesych. quoque meminit,) ab Ὄλυμπος an ab Ὀλυμπία deductum sit, dubitari potest. At STEPHANO B. Ὀλυμπίειον quadrisyllabe, Locus est ap. Delum, quem cum Athenienses Adriani sumtibus ædificassent, novas Athenas appellarunt. AT VERO Ὀλύμπη Eid. est Urbs Illyriæ: cujus Incola DICITUR Ὀλυμπαῖος, VEL Ὀλυμπεύς. ["Ὀλύμπιον, Fischer. ad Theophr.

A 137. Sylb. ad Paus. 98. Fabric. Bibl. Gr. 1, 326. Ruhnk. ad Vell. 37. ad Charit. 250. Musgr. Ion. 285. ad Diod. S. 1, 546. 606. 2, 135. 146. 505. Ruhnk. ad Vell. 37. Heind. ad Plat. Phædr. 188. Ὀλυμπίειον, Ὀλύμπιον, Paus. 1, 153. Ὀλυμπιεῖον, Sylb. ad Eund. 51. 98. Ruhnk. ad Vell. 37. ad Charit. l. c." Schæf. Mss.]

¶ Ὀλυμπία, ἡ, Elidis locus, in quo templum, et ante ipsum lucus. Ὀλυμπία, inquit Steph. B., quæ prius Pisa dicebatur, ubi Jupiter Olympius colitur: unde Ὀλύμπια, Certamen. Ab hoc nomine Ὀλυμπία sunt *τοπικὰ* hæc, Ὀλυμπιάθεν et Ὀλυμπίαζε. Hæc ille, omittens et tertium Ὀλυμπιάσι. At Strabo 8. *περὶ τῶν χωρίων τῶν ὑπὸ τῷ Νέστορι* loquens, Ἦν δὲ ταῦτα ἥ τε Πισᾶτις, (ἧς ἡ Ὀλυμπία μέρος,) καὶ ἡ Τριφυλία, καὶ ἡ τῶν Καυκώνων. In alio ejusd. libri loco, *περὶ τῶν Αἰτωλῶν* loquens, Ηὔξησαν τὴν κοίλην Ἦλιν καὶ τῆς Πισάτιδος ἀφείλοντο πολλήν· καὶ ἡ Ὀλυμπία ὑπ' ἐκείνοις ἐγένετο. In alio autem libri ejusd. loco scribit ipsum *ἱερὸν* esse *ἐν τῇ Πισάτιδι*, minus trecentis stadiis distans ab Elide: et ante hoc esse lucum *ἀγριελαίων*, in quo sit *τὸ στάδιον*. ‖ Ὀλυμπία de Olympiaco certamine, s. Olympiaci certaminis arte, videtur dici ab Aristoph. Σφ. (1387.) Νὴ τὸν Δί', ἐξέμαθές γε τὴν Ὀλυμπίαν. Sed Comice, ut opinor, data fuerit isti nomini hæc signif. ‖ Ὀλυμπία, Hes. exp. ὁ Ἀθήνησιν ἀγών. ["Ad Lucian. 1, 423. ad Herod. 470. Boiss. Philostr. 408. Ὀλυμπίᾳ, ad Charit. 513., sic leg. Simonid. 65." Schæf. Mss.]

B Ab illo Ὀλυμπία non solum derivantur illa duo *τοπικὰ*, quæ Steph. B. affert, Ὀλυμπίαθεν et Ὀλυμπίαζε, et tertium quod omittit, Ὀλυμπιάσι, sed etiam NOMEN Ὀλυμπιακὸς, et neutr. plur. Ὀλύμπια, nec non substantivum Ὀλυμπιὰς, άδος, ἡ, et comp. Ὀλυμπιονίκης. De quibus ut eod. ordine dicam, sciendum est, illa quæ *τοπικὰ* vocat Steph. B., esse adverbia. Quorum PRIMUM Ὀλυμπιάσι, (primum enim mereri locum videtur, quamvis ab eo sit prætermissum,) est Adv. in loco, ut Gramm. loquuntur, i. e. ἐν Ὀλυμπίᾳ, In Olympia, s. potius Olympiæ. Alioqui ap. Olympiam rectius diceretur. Aristoph. Σφ. (1373.) Ὀλυμπιάσι γὰρ ἡνίκ' ἐθεώρουν ἐγώ. Thuc. Τῶν Ὀλυμπιάσι χρημάτων, et Τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ, pro eod. Sic Τὸ Ὀλυμπιάσιν ἱερὸν, Strabo. Et ὁ Ὀλυμπιάσιν ἀγὼν, ap. Athen. et alios. Item *νικᾷν* Ὀλυμπιάσι, ap. Eund. Sic ap. Plat. Apol. (27.) Ἵππῳ νενίκηκεν Ὀλυμπιάσι. Itidem Plut. Artax. (3.) Ὀλυμπιάσιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι. Quamvis autem Ὀλυμπιάσι νικᾷν, nihil aliud sit quam Ὀλύμπια νικᾷν, Olympia vincere, ut loquitur Horat., vel Olympiacam victoriam reportare: non debuit tamen Ὀλυμπιάσι exponi Ad Olympia et In Olympiis, in VV. LL. Siquidem Ὀλυμπιάσι νικᾷν, sonat ad verbum Vincere s. Victorem esse Olympiæ, s. ap. Olympiam. Sciendum est autem inveniri etiam adjectam præp. *ἐν* ante Ὀλυμπιάσι, Plut. Apophth. Ὁ νικῶν ἐν Ὀλυμπιάσιν. Sed hæc præpositionis adjectio suspecta esse potest. Ita enim dicitur Ὀλυμπιάσι ut DICITUR Πλαταιάσι pro ἐν Πλαταίᾳ. Quod Πλαταιάσι miror a Steph. B. esse prætermissum itidem, cum alioqui annotet reliqua

C duo ADVERBIA, Πλαταιόθεν ET Πλαταιάζε: quorum illud significat E Platæa, s. Platæis, hoc autem Platæas: ut Πλαταιάζε πορευθεὶς, Platæas profectus. Ceterum de Ὀλυμπιάσι hoc quoque nosse oportet, inveniri etiam SCRIPTUM Ὀλυμπιᾶσι cum *α* circumflexo; sed hanc scripturam rejiciendam esse, quod *α* corripiatur: ut vel in eo versu, quem ex Aristoph. protuli, videre est. Atque adeo annotat ibi Schol. Ὀλυμπιάσι in eo loco et similibus debere scribi; at vero ab Ὀλυμπιὰς, άδας, dat. plur. esse Ὀλυμπιᾶσι cum ᾶ: [minime. "Ad Herod. 470. Fac. ad Paus. 1, 361. Sylb. 214. ad Lucian. 1, 338. ad Charit. 513. Jacobs. Anth. 12, 61." Schæf. Mss.] Adv. SECUND. Ὀλυμπίαθεν, est Adv. de loco: ut Ὀ. ἐλθὼν, Qui venit Olympia. [* "Ὀλυμπίαθι, ad Lucian. 1, 338." Schæf. Mss.] TERTIUM Ὀλυμπίαζε, est Adv. ad locum: Ὀ. παρεῖναι, Thuc. Olympiam venire: 3. Ὡς αὐτοῖς οἱ Λακεδαιμόνιοι εἶπον Ὀλυμπίαζε παρεῖναι. Jusserunt ut Olympiam venirent. At VV. LL. Ad Olympiam adesse. ["Ad Diod. S. 1, 297." Schæf. Mss.]

Ὀλυμπιακὸς, adj., Olympiacus: ἀγὼν, Olympiacum certamen. In VV. LL. annotatur, quosdam hanc vocem Ὀλυμπιακὸς rejecisse, et potius Ὀλυμπικὸς agnovisse. Sed contra Ὀλυμπικὸς trisyllabum rejiciendum potius fuerit, cum manifestum sit ab Olympia magis consentaneam rationi deductionem esse Ὀλυμπιακὸς cum *α*, quam Ὀλυμπικὸς sine *α*. Ideoque non dubito quin aliquis de voce Ὀλυμπικὸς illud in sui libri margine annotasset, nimirum eam repudiari: deinde VV. LL. consarcinatores anno-

D tationem illam voci Ὀλυμπιακὸς apposuerint, quæ alteri vocabulo Ὀλυμπικὸς apponenda erat. Id certe conjicere est et ex adv. *τετρασυλλάβως*: pro quo alioqui scr. fuisset *τρισυλλάβως*. Hæc enim sunt ipsamet VV. LL. verba, Ὀλυμπιακὸς, Olympiacus. Sunt qui hanc vocem non recipiant, ut a bonis auctoribus usurpatam; sed Ὀλυμπικὸς τετρασυλλάβως agnoscant. Hæc, inquam, sunt illorum verba, ubi adv. *τετρασυλλάβως* dico aperte ostendere, fuisse hoc annotatum de Ὀλυμπιακὸς, quod est *τετρασύλλαβον*: sc. esse id quod agnoscatur; ideoque hæc voci Ὀλυμπικὸς debuisse apponi et Ὀλυμπιακὸς ante *τετρασυλλάβως* scribi. Legitur porro Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν ap. Aristoph. quoque, Πλ. (583.) Εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ποιῶν αὐτὸς τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα. Sed mirum si in hoc adjectivo antepenultima et penultima producuntur, quæ ap. Virg. correptæ extant, G. 3. Seu quis Olympiacæ miratur præmia palmæ. Sic et ap. Stat. atque alios. Apud Plut. habetur et Ὀλυμπιακὴ ἐκεχειρία, in Lyc. (init.) ‖ Ὀλυμπιακὸς autem quamvis regularius esse, ut ita loquar, docuerim, non rejici tamen debere ILLUD Ὀλυμπικὸς, apparet ex Epigr. L. 2., siquidem in ejus principio Ὀλυμπικὸς legitur dictum de Pugile Olympiaco, s. Pugile Olympiorum, ut Cic. appellat. Quin etiam Ὀλυμπικὸς ἀγὼν, sicut Ὀλυμπιακὸς, invenitur. Atque adeo ab Horat. Pulverem Olympicum videmus appellari τὸν Ὀλυμπιακὸν, initio Carminum. Alioqui Ὀλυμπικὸς esse potius ab Ὄλυμπος, dictum est. ["Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 19. ad Diod. S. 1, 106. 243. 260. 297. 483. 725. Thom. M. 647. Brunck. Ari-

stoph. I, 260. Kuster. 11. Conf. c. 'Ολυμπιάς, Fac. ad Paus. 2, 28. 30. 51. ad Diod. S. 2, 63. Boiss. Philostr. 304. 409." Schæf. Mss.]

'Ολύμπια, τὰ, Olympiaca certamina, in honorem Jovis celebrari solita. Redditur etiam Olympiae ludi. (Quia Olympia vocantur et Olympiæ ludi:) afferturque e Demosth. (401.) 'Ολύμπια ποιεῖν, pro Ludos Olympiacos s. Olympicos edere. Dicitur etiam ἄγειν 'Ολύμπια. Plut. Apophth. 'Επαινουμένων δὲ τῶν 'Ηλείων ἐπὶ τῷ τὰ 'Ολύμπια καλῶς ἄγειν. Xen. Ἑλλ. 7, 4, 28.) 'Επεὶ δὲ ὅ, τε μὴν ἧκεν ᾧ τὰ 'Ολύμπια γίγνεται, αἵ τε ἡμέραι ἐν αἷς ἡ πανήγυρις ἀθροίζεται. Frequens autem est ap. quoslibet Scriptt. accus. 'Ολύμπια cum verbo νικᾶν. Aristot. Rhet. 1. 'Ολύμπια γὰρ νενίκηκε. Sic Lucian. (1, 858.) Πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ 'Ολύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι. Ubi observa etiam addi τὰ μεγάλα. Sic certe Horat. Olympia magna dixit, ut paulo post docebo. Quin etiam cum Ennius dixisset, Vincere Olympia, Græcorum exemplo, ipse eorundem exemplo Coronari Olympia dixit. Ennii locus est ap. Cic. Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo Vicit Olympia, post senio confectus quiescit. Horatii autem locus Epist. 1, 1. Quis circum pagos et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia? Esse enim Græcum et hoc loquendi genus, non e Poëtis tantum, sed et ex aliis Scriptt. discimus. Simonides (Fr. 66.) Ἴσθμια, δὶς Νέμεα, τρὶς 'Ολύμπια ἐστεφανώθην. Lucian. (1, 668.) Κεκράτηκας οὖν, ὦ μακάριε, καὶ ἔστεψαι τὰ 'Ολύμπια· μᾶλλον δὲ Βαβυλῶνα εἴληφας. Ut porro 'Ολύμπια νενικηκέναι dicitur quispiam, sic 'Ολύμπια ἀνελέσθαι, pro Olympiacam palmam reportasse. Hoc quoque sciendum est, pro 'Ολύμπια inveniri 'Ολυμπίων ἀγὼν, cum alibi, tum ap. Athen. Quod autem attinet ad epith. illud Magna, quod Horat. Olympiis tribuit, legitur ap. eund. Lucian., non in eo tantum quem attuli supra loco, sed et alibi: ut in Herodoto s. Aëtione (§. 1.) 'Ενίσταται οὖν 'Ολύμπια τὰ μεγάλα· καὶ ὁ 'Ηρόδοτος τοῦτ' ἐκεῖνο, ἥκειν οἱ νομίσας τὸν καιρὸν οὗ μάλιστα ἐγλίχετο, πλήθουσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν. Ubi animadvertere etiam oportet, πανήγυριν dici περὶ τῶν 'Ολυμπίων, sicut in Xen. loco qui allatus ante fuit. Sic Dem. τὰς ἐν τῇ 'Ελλάδι πανηγύριας appellat, Ἴσθμια, Νέμεα, 'Ολύμπια, Πύθια. ‖ 'Ολύμπια sæpe adverbialiter accipi pro In Olympiis, annotant VV. LL.; sed exemplum nullum proferunt. Legitur quidem ap. Plut. Apophth. Παρακαλούμενος ὑπὸ τοῦ πατρὸς 'Ολύμπια δραμεῖν τὸ στάδιον: sed suspectum merito esse potest h. l. istud vocab., ne pro ἐν 'Ολυμπίᾳ aut 'Ολυμπιάσι scriptum sit. ‖ 'Ολύμπια, Πύθια, Νέμεα, Ἴσθμια, quatuor sunt Nomina, quæ suis quatuor libris dedit Pind., in quibus encomia iis, qui victoriam inde reportarunt, scribit. ‖ 'Ολύμπια τύπτειν festivissime dixit Lucill. de anu, tanquam infligente plagas non minores Olympiacis, i. e. quas Olympiæ pugiles infligunt. Epigr. Γραῦν μαχίμην τύπτουσαν 'Ολύμπια. [" Heyn. ad Apollod. 1068. Valck. Adoniaz. p. 197. Phalar. 256. ad Charit. 513. ad Diod. S. 2, 125. 'Αγὼν 'Ολύμπια, Bentl.

A Aristoph. 320. Νικᾶν 'Ολύμπια, Wessel. Diss. Herod. 204. ad Eund. 470. 486. ad Lucian. 1, 338." Schæf. Mss.]

'Ολυμπιὰς, άδος, ἡ, Olympiorum victoria, Olympiaca victoria, Olympiaci certaminis victoria. Herod. 6, 103.) 'Ολυμπιάδα ἀνελόμενος. Quo locus Budæo dubitationem de ista signif. tollere potuisset ap. Philostr. Suidæ 'Ολυμπιὰς est ipse ἀγὼν, ut mox docebo. 'Ολυμπιὰς, Olympias, Quadriennium Quatuor annorum spatium. In VV. LL. tamen dicitur esse Quinquennium: quod certe multi crediderunt. Sed fuit tandem de veteribus hic error cum ab aliis, tum a Glareano: cujus hæc verba sunt, (in Chronologia quam in Dionysii H. xi libros Antiquitatum Rom. scripsit,) Olympias spatium est quatuor annorum, quod puto ap. Romanos vocari Lustrum. Et paucis interjectis, Fefellit autem quosdam hic loquendi modus ap. Latinos. Quinto quoque anno agon gymnicus totius Græciæ celebrabatur: item quinto quoque anno lustrum Romæ condebatur: ut Olympiada spatium quinque annorum crediderint, atque adeo etiam scriptis prodiderint: non intelligentes, annum quo sequens Olympias incipit, quintum dici annum: qui tamen est primus sequentis Olympiados. Quatuor itaque anni interjacent exceptis iis quibus luditur mensibus. Hæc ille: itidemque alii quidam Olympiadibus quaternos tantum annos ex Eusebio et Solino tribuerunt. Atque ita et ap. Suid. 'Ολυμπιὰς habet quatuor annos: (qui tamen non τετραετηρικὸν χρόνον, verum τετραετηρικὸν ἀγῶνα exp.) Eodemque modo ap. Plut. Apophth. Agis iis qui Eleos ἐπὶ τῷ καλῶς ἄγειν
B 'Ολύμπια laudabant, Τί δὲ ποιοῦσι θαυμαστὸν, inquit, εἰ δι' ἐτῶν τεσσάρων μιᾷ ἡμέρᾳ χρῶνται τῇ δικαιοσύνῃ; Computare porro tempus per Olympiadas moris fuit, ut Athen. (635.) 'Εγένετο δὲ ἡ θέσις τῶν Καρνείων κατὰ τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν 'Ολυμπιάδα. Plut. de Isocr. (7, 382.) Τρεῖς 'Ολυμπιάδας ἀνήλωσεν ἵνα γράψῃ. ‖ 'Ολυμπιὰς dicta fuit et Alexandri magni mater; idemque nomen et aliæ quædam habuerunt. 'Ολυμπιὰς autem ab Ὄλυμπος, vide supra. [" Epigr. adesp. 209. Paus. 3, 131. Lobeck. Aj. p. 368. Wakef. Alc. 296. Simonid. 66. Antip. Sid. 27. Philodem. 27. ad Diod. S. 2, 128. Fons, Valck. Diatr. 289. Adj., Ruhnk. ad Timæi Lex. 17. Toup. ad Longin. 365. Wessel. Diss. Herod. 204. ad Eund. 470. Νικᾶν 'Ολυμπιάδα, ibid. et 486. 708. 'Ολυμπιάδα ἄγειν, Diod. S. 2, 378. et v. l., ad 539. 'Εν 'Ολυμπιάσιν, Plut. Mor. 1, 734. Phalar. 212." Schæf. Mss. * " 'Ανολυμπιάδες, Paus. 6, 22." Kall. Mss.]

'Ολυμπιονίκης, ὁ, (quod et post 'Ολυμπιὰς collocari potuit,) Olympiorum victor, Victor in Olympiis, Olympiacus victor. Retinetur vero et Græca vox a Latinis, scribentibus Olympionices. Plato de Rep. 5. Ζήσουσί τε τοῦ μακαριστοῦ βίου, ὃν οἱ 'Ολυμπιονῖκαι ζῶσι, μακαριώτερον. Frequens est et ap. alios. [" Herodian. Philet. 456. Pierson., ad Lucian. 1, 218. Jacobs. Anim. 308. Phryn. Ecl. 200." Schæf. Mss. * Τρισολυμπιονίκης, Philostr. 194. Pind. 'Ο. 13. init. * Τριολύμπιον ἅρμα, Hes. τὸ ἐκ τριῶν 'Ολυμπιάδων ἐζευγμένον.]

'Ορφανὸς ubinam ponendum esset, non minus nunc quam antea dubitarem, si nunc quoque sua illi quærenda sedes esset. Quæ enim ab Etym. de nominis hujus derivatione scribuntur, talia sunt quæ nullo cum fructu, sed multo duntaxat cum risu legi possint: quem ne ego aliis invidere dicar, ea proferam. Uno igitur in loco ὀρφανὸς deducit ab ὄροφος, ut sit ὀρφανὸς quasi ὀροφανὸς, et significetur ὁ μὴ ἔχων τινὰ βοηθόν. Deducit et ab ὀρφνόν: quo declaratur τὸ σκοτεινόν. (Itidemque Hes. postquam vocem 'Ορφαναία exposuit νυκτερινὴ et σκοτεινὴ, subjungit, Atque hinc ὀρφανὸν dictum esse, τὸν ἐν σκότει ὄντα.) In altero autem loco, nimirum post 'Ορχομενὸς, scribit, ὀρφανὸς esse ab οἶος, quod est μόνος: perinde ac si diceretur οἰοφανὸς, i. e. μόνος φαινόμενος: utpote γονεῖς μὴ ἔχων, Parentes non habens. Addit et quartam derivationem a verbo ἁρπάζω: ut dictus sit ὀρφανὸς quasi ἁρπανὸς, Is cujus parentes ἡρπάγησαν. Ego, tanquam e malis eligens quod minus malum est, secundam etymologiam ceteris prætulerim. Atque adeo si et mihi meam de hujus vocabuli origine sententiam s. potius divinationem proferre liceat, dixerim ἀπὸ τῶν ὀρφινῶν ἱματίων (i. e. μελάνων, teste J. Poll.,) ortam esse vocem ὀρφανός: quod sc. ὀρφινὰ ἱμάτια gestarent. Interim tamen dissimulare nolo, posse suspectam esse ap. J. Poll. scripturam istam ὀρφινά: quod arbitrer ab ὄρφνη s. ὀρφνὸς esse derivatum illud adjectivum: quam deductionem sequendo, ὀρφνινὸς s. ὄρφνινος scr. potius foret. Minime tamen nova videri deberet prioris ν omissio, (cum vel ea de causa omissam suspicari possimus, ut ab ὄρφνινος differret, significante i. q. ὀρφναῖος,) nisi et ὄρφνινον χρῶμα, quod ap. Plat. Timæo extat, nec non ap. Aristot., suspicionem illam adjuvare possit. Sive autem adjici debere dicamus ap. J. Poll., sive lectionem illam retineri, transferendus in primam accentus videri queat.

'ΟΡΦΑΝΟΣ, ὁ, Orbus parentibus, Pupillus: ὀρφανὰ τέκνα, Hesiod. Ἔργ. (1, 328.) Dicuntur et ὀρφανοὶ παῖδες, sed potius absque hac adjectione. (Od. Υ. 66.) Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι, Τῇσι τοκῆας μὲν φθῖσαν θεοὶ, αἱ δὲ λίποντο 'Ορφαναὶ ἐν μεγάροισι. Soph. (Aj. 653.) οἰκτείρω δέ νιν Χήραν παρ' ἐχθροῖς παῖδά τ' ὀρφανὸν λιπεῖν, ubi videri possit allusisse ad Homeri locum quem in 'Ορφανικὸς proferam. Æschin. (75.) Προσελθὼν ὁ κῆρυξ, καὶ παραστησάμενος τοὺς ὀρφανοὺς, ὧν οἱ πατέρες ἦσαν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότες. Interdum vero cum adjectione genitivi πατρὸς usurpatur, ut Plut. 'Ορφανὸς πατρός. Sic in Epitaphio Demosthenis, (1400.) Λυπηρὸν παισὶν, ὀρφανοῖς γεγενῆσθαι πατρός· καλὸν δέ γε κληρονομεῖν πατρῴας εὐδοξίας. Dicitur etiam ὀρφανὸς δόμος, ab Eur. (Alc. 660.): et ὀρφανὸς βίος, a Plat. Genus FEM. 'Ορφανή: cujus plur. ὀρφαναὶ protuli modo e versu Homerico: ὀρφανὴ πόλις, Plut. Rom. (28.) ‖ 'Ορφανὸς nove usurpatur a Synesio, ubi dicit, 'Αλλ' ἱκετεύουσι μὴ γενέσθαι, ζῶντος αὐτοῖς ἔτι τοῦ πατρὸς, ὀρφανοί: ad verbum, Ne vivente adhuc patre fiant orphani: i. e. Ne ante mortem Pauli, quem parentis loco habent, sint tanquam orbi, s. pupilli. ‖ 'Ορφανὸς generalius etiam pro Orbus: unde ὀρφανὸς παίδων s. τέκνων aliquis esse dicitur. Utiturque cum hoc posteriore genitivo Plut. A Plat. dicitur aliquis ὀρφανὸς παίδων καὶ ἑταίρων: de LL.
C 5. p. 244. Orbus filiis et sodalibus, s. amicis. 'Ορφανὸς, inquit Hes., ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων, ubi pro καὶ aptius dixisset ἤ. ‖ 'Ορφανὸς, metaph. latius etiam extenditur: 'Ορφανὸς τῶν πραγμάτων σχέσεις, quod e Greg. Naz. affertur. [" Eichst. de Dram. 149. ad Charit. 277. 314. Dawes. M. Cr. 449. Jacobs. Anth. 8, 114. 184. 12, 241. 423. Brunck. Soph. 3, 469. Diod. S. 2, 521. Carens, Diosc. Epigr. 3. Toup. ad Longin. 386. 'Ο et ἡ, Eur. Hec. 150. διακωλύουσ' ὀρφανὸν εἶναι, genere fem., ubi Porson.: ὀρφανὰν Ald. et Mss. plerique. Sed ὀρφανὸν Lib. P. et Schol., qui male comparat ἀργὸς in fem. Nulla enim alia hujus verbi forma ap. Atticos extat. Similior forma est γενναῖος in hac fabula 596. στερρὸς φύσις infra 300." Schæf. Mss.]

'Ορφανοτρόφος, ὁ, ἡ, Qui orphanum s. orphanos alit, Pupillorum nutritor. In VV. LL. autem ante hoc 'Ορφανοτρόφος habetur 'Ορφανότροφος, proparoxytone: cui hæc subjunguntur, Cui orphanos parentibusque orbatos alendi cura et procuratio commissa est. Hinc Orphanotrophi appellantur Pupillorum quasi tutores, Adolescentium vero quasi curatores, ap. Impp. L. 30. C. De Episcop. et Cler. Ita in VV. LL.; sed nullo modo scriptura illa retineri potest, cum sicut ὀρφανοτρόφος est Is qui orphanos s. orphanum alit, ita ὀρφανότροφος, sicubi reperiatur, sonet Qui ab orphano s. orphanis alitur. [Suid. v. 'Ακάκιος.] 'Ορφανοτροφεῖον,

τὸ, Locus in quo orphani aluntur, Locus alendis orphanis s. pupillis destinatus. Affertur ex Just. L. Illud. 16. et L. Sancimus. 18. Cod. de Sacros. Eccles. Invenitur etiam VERB. Ὀρφανοτροφέω, Orphanos alo s. educo, Educationis orphanorum s. pupillorum curam gero. Vide Ὀρφανεύω. [Schol. Eur. Alc. 163. * Ὀρφανοφύλαξ, Xen. de Redit. 2, 7.]

Ὀρφανικὸς, Pupillaris, Ad pupillum pertinens: ut Ὀρφανικὰ χρήματα, Pupillaris pecunia. Sic ὀρφανικὰ συμβόλαια, Pupillaria pacta, Pacta quæ ad pupillos pertinent, Plato de LL. ‖ Interdum i. q. ὀρφανὸς, Orphanus, Pupillus. Il. Z. (432.) Μὴ παῖδ' ὀρφανικὸν θείης, χήρην τε γυναῖκα. In VV. LL. affertur ex Aristot. Polit. 2. Ὀρφανικῶν ἐπιμελεῖσθαι, quasi itidem positum sit pro ὀρφανῶν: sed nihilo magis ὀρφανικῶν pro ὀρφανῶν quam ξενικῶν pro ξένων positum censeri potest. In Iisdem tamen ex Ejusd. Œcon. 2. Ὀρφανικὸς οἶκος, Domus in qua filii sunt orphani. Sic autem ὀρφανὸς οἶκος habuisti paulo ante ex Eur. [" Luzac. Exerc. 82. Lollius Bass. 11. Steph. Dial. 36. * Ὀρφάνιος, Wakef. Alc. 881. Leon. Tar. 99. * Ὀρφαναῖος, Jacobs. Anth. 12, 425." Schæf. Mss.]

Ὀρφανία, ἡ, Orbitas. Æschin. (75.) Παραστησάμενος τὸν τῆς ὀρφανίας τοῖς παισὶν αἴτιον. Herodian. 1, (3, 3.) Μὴ νεότης ἀκμάζουσα, καὶ ἐν ὀρφανίᾳ ἐξουσίαν αὐτοκράτορα καὶ ἀκώλυτον προσλαβοῦσα, Ne filius, sive ætatis fervore nimio, sive licentia quadam summa, quam in orbitate esset habiturus, Polit. At in VV. LL. traditur significare Platoni de LL. Defunctorum desiderium et jacturam. [" Toup. Opusc. 1, 582. Jacobs. Anth. 8, 114." Schæf. Mss.]

Ὀρφανίζω, Orphanum reddo, i. e. Pupillum, s. Orbum parente vel parentibus. Reddi etiam potest, Parente s. Parentibus privo. Cum autem dicitur, γονέων ὀρφανίζω, supervacaneus est hic gen.: itidemque cum dicitur Γονέων ὠρφανισμένος. Sed latius etiam usurpatur, et quidem ap. Poëtas præsertim, pro Privo, (sicut sc. ap. Latinos Orbus et Orbare significationem suam latius extendunt,) veluti cum dicitur ὀρφανίζειν ζωῆς, Privare vita. Cui simile est in Epigr. πνεύματος ὠρφάνισε, Spiritu privavit. ‖ Pupillorum curam gero, Pupillos curo. At in VV. LL. redditur simpliciter Curo: eademque interpr. in primis omnium Lexicis invenitur. Sed non dubito quin error hic ex omisso per incuriam accusativo, in prima illa irrepserit: ex iis autem in cetera, utpote cuncta ἀβασανίστως recipientia, manasse constat. [" Toup. Opusc. 2, 277. ad Charit. 314. Musgr. Alc. 276. Wakef. 403. Trach. 942. Jacobs. Anth. 9, 156. Epigr. adesp. 659." Schæf. Mss.] Hinc nomen VERBALE Ὀρφανιστὴς, Curator pupillorum, Tutor. Ὀρφανισταὶ vocabantur, utpote ὀρφανῶν ὑπεριστάμενοι, qui et χηρωσταὶ ob aliam rationem dicebantur, inquit Eust., qui de voce ὀρφανισταὶ Sophoclem testari tradit. Hujus autem locus extat Aj. (512.) p. 31. meæ Ed., ubi vide et Schol.: a quo, inter alia, DICITUR Ὀρφανὸς esse ὁ ὅρον ἔχων τὸ οὐ φαίνεσθαι. Vide et Ὀρφανεύω.

Ἀπορφανίζω, i. q. ὀρφανίζω, significans Orbo, " Destituo s. " Orphanum reddo," generaliter Privo. Sic pass. Ἀπορφανίζομαι, Orbor, Privor. Cujus partic. ἀπορφανισθέντες legitur 1 ad Thess. 2, (17.) Ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, Disjuncti a vobis, et relicti velut orphani, " Vestra consuetudine " orbati, ideoque facti veluti orphani." [Æsch. Choëph. 247. " Saracenica Sylb. 112. Jo. Diac. in Bandini Anecd. 315. * Ἀπορφάνισμα, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 8, 213." Boiss. Mss.]

Ὀρφανεύω, i. q. proxime præcedens ὀρφανίζω, in ea signif. cui posteriorem locum dedi. Eur. Alc. (163.) Πανύστατόν σε προσπιτνοῦσ' αἰτήσομαι, Τέκν' ὀρφανεῦσαι τἀμά. Ubi Schol. exp. ὀρφανοτροφῆσαι et ἐπιτροπεῦσαι: addens etiam, ὀρφανιστὰς appellari τοὺς ἐπιτρόπους. [" Markl. Suppl. 1133. Wakef. Alc. l. c." Schæf. Mss. * Ὀρφάνευμα, Eur. Hec. 546.]

[* Ὀρφανόω, Gl. Orbefacio, " Jacobs. Anth. 9, 156." Schæf. Mss.]

Ὤρφωσεν ab Hes. exp. ὠρφάνισεν. Traditur autem illo ὤρφωσεν usus esse Soph.

Ὀσφραίνομαι, (de quo nunc dicturus sum,) unde sit derivatum, ap. nullum nec Lexicographum nec Grammaticum reperio. Legisse autem alicubi mihi videor, nomina ὀσμὴ et ῥὶν eo includi. Quod si et mihi aliquid excogitare s. potius divinare fas sit, dixerim potius, ὀσφραίνομαι dictum esse quasi ὀσμῇ εὐφραίνομαι: sed signif, tamen latius extensam fuisse: quemadmodum in multis verbis usuvenire videmus, ut significatio ipsius etymi fines, ut ita dicam, prætergrediatur. Ab Hes. quidem certe ὀσφρέσθαι exp. εὐφρανθῆναι.

ΟΣΦΡΑΙΝΟΜΑΙ, Fut. ανοῦμαι, Odoror, Olfacio, cum gen. Xen. (Ἀπ. 2, 1, 24.) Τίνων ὀσφραινόμενος. Ab Eod. canes dicuntur ὀσφραίνεσθαι τοῦ λαγὼ, Odorari leporem. Epigr. Ὁ γρυπὸς Νίκων ὀσφραίνεται οἴνου ἄριστα, Vinum olfacit sagacissime. Legimus etiam ὀσφραινόμενος τοῦ χρυσίου metaphorice, ap. Lucian. Timone (§. 45.) Apud Alex. Aphr. Probl. 2. legitur ὀσφραινόμενα pass. signif. Ὀσφραινόμενα δύνανται ῥωννύειν, Dum olfiunt, ea odoramur. Vel, Odore suo. Quidam tradiderunt, magis esse ATTICUM Ὀσφρᾶσθαι, i. e. usitatius ap. Atticos quam ὀσφραίνεσθαι. Annotat Bud. ὀσφρώμενον τὸ ἀγγεῖον dici τὸ ὀσμὴν δεχόμενον, Odoratum. Sed Auctorem hujus expositionis non nominat. Eodem pertinent hæc, quæ ab illo annotantur, sine Auctoris nomine itidem, Ὀσφραινόμενον, τὸ δεχόμενον τὴν ὀσμήν· Ὀσφρώμενον δὲ ἀγγεῖον, τὸ πέμπον τὴν ὀσμήν. In VV. LL. dicitur ὀσφρόμενος, cum ο in secunda, esse pro ὀσφραινόμενος: exponiturque ὀσμὴν ἀναπέμπων. Reperitur ap. Lucian. (Pisc. §. 48.) ὀσφρᾶται, et quidem cum illo ipso gen., τοῦ χρυσίου: ap. Aristoph. Fut. ὀσφρήσεται. Sed ap. Eund. Ἀ. (179.) legitur ETIAM Ὤσφροντο: quod exp. ᾔσθοντο. Extatque ap. Eund. PARTICIP. Ὀσφρόμενος, Σφ. (788.) Κᾆτα βδελυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐξέπτυσα, ubi Schol. exp. τῆς δυσωδίας αἰσθόμενος. At in VV. LL. ὀσφρόμενος, uti dixi, dicitur esse pro ὀσφραινόμενος: additurque, ὀσμὴν ἀναπέμπων. Annotatur etiam dici in præsenti, et in aor. medio, pro ὀσφρησάμενος. Sed neque exemplum affertur, neque auctor nominatur. [" Ὀσφραίνομαι, Fischer. ad Palæph. p. 24. Dawes. M. Cr. 319. ad Lucian. 1, 416. T. H. ad Dial. p. 112. ad Aristoph. Πλ. p. 264. ad Mœr. 282. Thom. M. 660. Ὀσφράομαι, 661. ad Mœr. 281. ad Lucian. l. c. * Ὀσφράω, Lobeck. Aj. p. 220. Thom. M. 661. * Ὀσφρέω, ibid. * Ὄσφρω, ibid. Kuster. Aristoph. 220. Ὄσφρομαι, Thom. M. 632. 660. Dawes. l. c. ad Mœr. l. c." Schæf. Mss. Ὀσφραίνω τινά τι, Lobeck. Phryn. 468. Ὠσφρησάμην, ὀσφρήσασθαι, 741. Ὠσφράμην, 742.]

[* Ὄσφρανσις, i. q. ὄσφρησις, Clearchus Athenæi 13. p. 611. LXX. Hos. 14, 7.] Ὀσφραντὴς, q. d. Odorator, Olfactor. Hinc COMP. Καπνοσφραντὴς, quod vide post Καπνός. Ὀσφραντὸς, Qui odoratu s. olfactu percipi potest. Quidam interpr. Odorabilis, Olfactorius, Olfactu excitans. Vide Ὀσφραντικός. [* " Ἀνόσφραντος, Aristot. de Anima (2, 9.) 3, 17." Kall. Mss. * Εὐόσφραντος, Hes. 397. Phav. 329.] Ὀσφραντικὸς, i. q. Ὀσφραντὸς, sed illo usitatius. Nam τὰ ὀσφραντὰ et τὰ ὀσφραντικὰ significant itidem Olfactoria, ut Plin. appellat: hoc ap. Gal., (qui et ὀσφρητικὰ nominat,) illud ap. Paul. Ægin. Galeni locus est in iis quæ ad Gl. scribit, Ἀπόχρη δὲ τούτοις ἐν τῷ παραχρῆμα τοῖς ὀσφραντικοῖς ἀνακτήσασθαι. Ibid. ὀσφρητικὰ vocat. In VV. LL. τὰ ὀσφραντικὰ exp. etiam Odores, Odoramenta: additurque, Sive, ut dixit Macrob., Odoraminum spiramenta. ‖ Odoratu valens s. Olfactu, Odorandi facultate valens s. Olfaciendi, Sagax, Qui acri odoratu s. olfactu præditus est, s. sagaci: ὀσφραντικὴ δύναμις, Vis olfactrix s. odoratrix. [" Act. Traj. 1. p. 243. Thom. M. 297." Schæf. Mss.] Et NEUTR. Ὀσφραντικὸν, τὸ, Odorandi facultas, Odoratus s. Olfactus instrumentum. Vide Suid., qui tradit esse ipsum αἰσθητήριον. [* Εὐοσφραντικός: Hes. εὐρυνωτάτην· εὐοσφραντικωτάτην. * Ὀσφραντὴρ, unde * Ὀσφραντήριος, e quo] Ὀσφραντήριον, τὸ, Olfactorium, ut Plin. hoc vocab. utitur. Illa autem vox ὀσφραντήριον ex Eust. affertur. Sed et VOCAB. Ὀσφράδιον ead. in signif. ap. Eund. invenitur, Comm. in Il. A., ubi scribit adulatorem quendam nomen Ἀρσινόη ita ἀναγραμματίσαι, Ἥρας ἴον: quasi reginam illam Arsinoën deceret esse Ἥρας ὀσφράδιον. [Lobeck. Phryn. 74.]

Ὀσφρασία, ἡ, Odor. Affertur e LXX. Interprr. ultimo cap. Oseæ, [v. 7.]

AT VERO Ὄσφρησις, ET Ὀσφρητὸς, ET Ὀσφρητικὸς, sunt a th. contracto Ὀσφράομαι. PRIMUM Ὄσφρησις, ἡ, Odoratus, Olfactus, Ipse sensus odorandi s. olfaciendi. Sed annotant quidam, dici non solum ἐπὶ τοῦ ὀσφραινομένου, sed etiam ἐπὶ τοῦ ὀσφραντοῦ. ‖ Ὀσφρήσεις, interdum vocantur Nares, eod. modo quo ἀκοαὶ, Aures. Herodian. 1, (12, 4.) Ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ τὴν πόλιν, κελευόντων τῶν ἰατρῶν, μύρου εὐωδεστάτου τάς τε ὀσφρήσεις καὶ τὰ ὦτα ἐνεπίμπλασαν. [" Thom. M. 632. ad Charit. 717." Schæf. Mss. * Ὄσφρασις, Ὄσφρησις, Lobeck. Phryn. 117. * Ὄσφρα, i. q. ὀσμὴ, Achill. Tat. 2, 38. * " Ὄσφρη, Jacobs. Anth. 10, 56." Schæf. Mss.] SECUND. Ὀσφρητὸς, i. q. ὀσφραντὸς, s. Ὀσφραντικός. Affertur enim e Gal. ὀσφρητὰ pro Odoribus. Vide Ὀσφρητικὸς, quod proxime sequitur. " Εὐόσφρητος κύων, Canis " sagax et facile olfaciens," [Schol. Soph. Aj. 8.] TERT. Ὀσφρητικὸς, [ex * Ὀσφρητὴς,] i. q. ὀσφραντικός: cui etiam respondet terminatione, ut ὀσφρητὸς respondere videmus τῷ ὀσφραντός. Ut ergo Ὀσφραντικὴ δύναμις vocatur Vis olfactrix, sic et Ὀσφρητικὴ δύναμις, ab Alex. Aphr., ubi de canibus loquitur.

Ἀποσφραίνομαι, i. esse videtur q. simplex ὀσφραίνομαι, " Naribus admoveo," Odoror, Olfacio: in VV. LL. tamen redditur passive Naribus admoveor. [* " Ἀποσφραίνω, Lucillius 98. et Jacobs." Schæf. Mss. Anal. 2, 338. Antyllus Oribasii p. 168. Matthæi. * Ἐναποσφραίνω, Synes. 145., ut leg. videtur pro ἐναποφρ. * Διοσφραίνω, Schol. Aristoph. B. 1107. * Παροσφραίνω, Geop. 13, 17. * Περιοσφραίνομαι, Schn. Lex. ἀμαρτύρως. * Προσοσφραίνω, Geop. 19, 2, 17. * Ὑποσφραίνω, Suid.]

Ὄσσα, quod nunc exponendum mihi est, Etym. ab ὄπτω sibi derivatum videri ait, sed nullam hujus derivationis rationem reddit, nec ullam fortasse probabilem afferre potuit. Sed et hoc quærendum fuerit, antequam derivatio investigetur, v... an ... signif. declaret hoc vocab. ὄσσα. Ego quidem ... quin de voce dicatur significatione primaria, minime dubitandum existimo, sed quomodo vel ab ὄπτω, vel ab ὤψ, vel ab ὄσσε deduci queat, non video. Si tamen unum ex his tribus eligendum foret, ab illo nomine ὤψ deducere mallem, ut nimirum ab ὤψ dictum esset ὄσσα, quasi ὦψα.

ὌΣΣΑ, ἡ, Vox. Hesiod. Θ. (10.) Ἐννύχιαι στεῖχον, περικαλλέα ὄσσαν ἱεῖσαι. Testatur Etym., qui annotat φωνήν, i. e. Vocem, vocari ὄσσαν ab hoc Poeta. Verum, (si Eustathio credimus, ut certe credendum esse arbitror,) ap. Hom. minus generalem signif. habet, cum alioqui ap. ejus posteros ἁπλῶς declarant φωνήν: qua de re dicam et paulo post. ‖ Fama, Rumor. Exp. enim φήμη: nullum tamen exemplum affertur ejus signif., qua simpliciter pro Fama s. Rumore ponatur. Ideoque malim cum Etym. exponere θεία φήμη, quam simpliciter φήμη. Sic in isto Hom. loco, (ubi tamen redditur Rumor, Fama,) Il. B. (93.) μετὰ δέ σφισιν ὄσσα δεδήει Ὀτρύνουσ' ἰέναι, Διὸς ἄγγελος. Itidemque legimus Od. A. (281.) Ἔρχεο πευσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο, Ἤν τίς τοι εἴπησι βροτῶν, ἢ ὄσσαν ἀκούσῃς Ἐκ Διός· ἥτε μάλιστα φέρει κλέος ἀνθρώποισιν. Ubi annotat Eust., ὄσσαν ap. Hom. non significare ἁπλῶς τὴν φωνήν, sicut ap. ejus posteros; sed ὄσσαν et κληδόνα et ὀμφήν, nec non φήμην, esse quiddam θεῖον καὶ σημαντικὸν τοῦ μέλλοντος. Ibid. hic Schol. tradit Jovis ὄσσας esse vel τὴν τῆς προμάντιδος εἱμαρμένης, quod sit δηλωτικὴ τοῦ μέλλοντος: vel τὴν τοῦ ἀέρος, quoniam αἴτιός ἐστι φωνῶν, utpote διηχὴς τυγχάνων. Sed non video quomodo hæc illi alteri loco, quem ex Il. B. protuli, convenire possint. Ideoque malo acquiescere iis quæ in eund. illum locum Od. A. traduntur: sc. veteres ad Jovem retulisse omnem ὄσσαν et ὀμφήν: atque hanc esse causam cur JUPITER Πανομφαῖος appellatus sit. Sciendum est autem ὄσσα exponi etiam μαντεία. ‖ Ὄσσα, est etiam Omen ap. Plat., ut tradit Bud., (locum tamen non afferens,) itidemque ὀσσεύεσθαι esse dicit Ominari. ‖ Est Ὄσσα et Mons ille Thessaliæ, quem portentosa gigantum audacia celebrem reddidit, sicut Pelion et Olympum. Vide Ὄλυμπος. [" Gesner. Ind. Orph., Clark. ad Il. A. 105. ad Mœr. 279. ad Timæi Lex. 197. Bibl. Crit. 3, 1. p. 67. Wolf. ad Hesiod. 121. Huschk. Anal. 258. Porson. Med. p. 53. Heyn. Hom. 4, 210. 5, 462. 8, 315. 626. Oraculum, Brunck. ad Eur. Med. p. 395. Valck. Phœn. p. 266." Schæf. Mss.]

Ὄσσομαι, a nomine Ὄσσα Eust. derivat quodam loco, cum alioqui ab ὄσσε ipsemet alibi derivet: quæ deductio magis recepta est. Sed hoc sciendum est, pro diversa deductione diversam quoque signif. ei tribuere. Nam ὄσσομαι ab ὄσσα, exp. προμαντεύομαι: cum in Il. Ξ. princip. Ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ, Ὀσσόμενον λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα Αὔτως, scribit, ὀσσόμενον esse vel τὸ προορῶν, vel τὸ προμαντευόμενον, siquidem τὸ τοιοῦτον esse vere signum ἀνέμου. Et paucis interjectis, subjungit, liquere, vocem hanc ὄσσεσθαι esse interdum μαντικήν: a voce ὄσσα, quam semper ἐπὶ μαντείας usurpet. Talemque esse VOCEM Ὄψ, ut Dionysius Ælius observat: dicens ὄπα esse τὴν κληδόνα: et VERBUM Ὀπεύεσθαι, κληδονίζεσθαι, Aristoph. Λ. (597.) ὀπευόμενος κάθηται: [hodie legitur ὀττευόμενος.] Sic autem in Il. A. (105.) Κάλχαντα πρώτιστα κάκ' ὀσσόμενος προσέειπεν, annotat aliquam μαντείας signif. huic verbo inesse, secundum quorundam expositionem: ut sc. κάκ' ὀσσόμενος vel κακοσσόμενος conjunctim, sit ἀποκαλέσας κακὸν κατὰ τὴν ὄσσαν, ἤτοι κατὰ τὴν μαντείαν. Sed altera exp. multo magis recepta est, quæ κάκ' ὀσσόμενος, s. κακοσσόμενος conjunctim, ut etiam Hes. habet, vult esse ἀγρίως περιβλέπων s. περιβλεψάμενος, s. δεινῶς ἐμβλεψάμενος, ut idem Hes. exp.: Auctor brevium Scholl., δεινὸν καὶ ὀργίλον ὑποβλεπόμενος. Latine diceremus, Torve s. Trucibus oculis intuens. Sed enim et tertiam exp. admittit h. l., si conferatur cum aliis ejusd. Poëtæ locis; præsertimque cum isto Il. Ω. (172.) Οὐ μὲν γάρ τοι ἐγὼ κακὸν ὀσσομένη τόδ' ἱκάνω, Ἀλλ' ἀγαθὰ φρονέουσα. Cum enim κακὸν ὀσσομένη et ἀγαθὰ φρονέουσα inter se opponantur, non dubium est quin κακὸν ὀσσομένη sonet, Male cogitans: eademque huic loco expositio convenire queat. Legimus certe et in aliis plerisque hujus Poëtæ ll. verbum idem cum κακὸν s. κακά: et quidem adjecto vel nominativo θυμὸς, vel dat. θυμῷ: Od. Σ. 154. Νευστάζων κεφαλῇ, δὴ γὰρ κακὸν ὄσσετο θυμὸς, K. 472. Ἀλλ' ἧμην ἀλλοφρονέων· κακὰ δ' ὄσσετο θυμός: Il. Σ. 223. ἀτὰρ καλλίτριχες ἵπποι Ἂψ ὄχεα τρόπεον· ὄσσοντο γὰρ ἄλγεα θυμῷ. Itidemque legimus ap. Hesiod. Θ. 551. de Jove, κακὰ δ' ὄσσετο θυμῷ Θνητοῖς ἀνθρώποισι, τὰ καὶ τελέεσθαι ἔμελλεν. Quin etiam variare interdum Codd. in hujusmodi ll. sciendum est; nam, exempli gratia, in illo qui est allatus ex Od. Σ., pro κακὸν ὄσσετο θυμὸς, quædam exempl. habent κακὸν ὄσσετο θυμῷ. Ut autem ad interpretationem veniamus, sciendum est, in h. l. quosdam ὄσσετο reddidisse Prospiciebat, vel simplicius Videbat, (quæ interpr. datur in VV. LL. illi quoque Hesiodi loco;) quosdam, Augurabatur; nonnullos, Agitabat. Atque hæc postrema interpr. omnium maxime mihi placet, sequendo illa quæ dixi. Eust. vero in illum Il. A. locum, quandam ἀναπόλησιν φαντασιώδη isto verbo nonnunquam significari tradit, ut in isto loco, (qui legitur, Od. A.,) Ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλόν. Sed perperam omittit ἐνὶ φρεσίν, cum ipsemet in hujus loci expositione differentiam ex illarum vocum adjectione annotet, scribens, Ἁπλῶς μὲν Ὀσσόμενος, ὁ βλέπων· Ὀσσόμενος δὲ φρεσίν, ὁ φανταζόμενος τὸ μὴ παρὸν, καὶ κατὰ νοῦν αὐτὸ βλέπων καὶ ἀνειδωλοποιούμενος. Additque, Demosthenem Paraphrasten exponere ὀνειροπολῶν. Vulgaris ad verbum interpretatio Latina habet, Repræsentans patrem probum in mente. Quæ autem Volaterrano tribuitur, habet, Cogitans si quo modo pater veniens stragem in ædibus ederet. Ego autem redderem potius, In animo sibi fingens reditum patris, in quo procos fugaret. Aut, Imaginans reditum patris. (Nam Imaginans patrem, ad verbum quidem, sed dure diceretur. Nec minus commode fortasse verteretur, In animo sibi proponens patrem, vel reditum patris. Aut etiam, Cogitans de patre. Vel, Cogitationem in patre defixam habens, s. in patris reditu. Vel, Sibi proponens patrem, s. patris reditum, in quo procos etc. Quod si quis expositionem alteri verbi ὄσσεσθαι deductioni convenientem habere malit, non dubitarim et hoc modo exponere, Ob oculos sibi ponens patrem, aut ante oculos habens. Et hæc quidem sunt, quæ mihi de isto loco videntur. Fortasse autem hæc vocabuli ὀσσόμενος exp., quam ap. Hes. legimus, κατὰ ψυχὴν προσδεχόμενος, ἢ προσδοκῶν, nulli Homeri loco magis quam isti quadrare possit. Sciendum est porro, in VV. LL. hoc verbum ὄσσομαι exponi non solum Circumspicio, sed etiam Auguror, Prædico: iis tamen qui ibi subjunguntur locis in exemplum, has posteriores signiff. non tribui. Affertur enim ille, quem protuli ex Il. A., locus, Κάλχαντα πρώτιστα κάκ' ὀσσόμενος προσέειπε, sine ulla interpretatione. Cui subjungitur ex Hesiodo (Θ. 551.) κακὰ δ' ὄσσετο θυμῷ, pro Videbat mala animo. Rursum ex Hom. ὄσσοντο δ' ὄλεθρον, pro Mortem præ oculis habebant. Qui locus unde petitus sit, non annotatur: quod si sit ex Od. B. (152.) ubi de aquilis ea ipsa verba proferuntur a Poëta, convenire illa interpr. non potest; potius enim ὄσσοντο est Portendebant, Ominabantur; aut etiam Præsagiebant: atque ita fuerit ὄσσοντο pro ὀσσεύοντο, de quo non multo post dicam. Alicubi autem vel Vaticinari vel Augurari, reddi etiam queat. Ceterum Hes. verba illa, ὄσσοντο δ' ὄλεθρον, (ex hoc ipso loco petita,) exp. quidem πρὸ ὀφθαλμῶν εἶχον, sed addit, τουτέστι προσεδόκων καὶ προεσήμαινον, καὶ ἔμφασιν ἐποιοῦντο. Ibid. proxime præcedit hoc Ὄσσοντο, (ex alio quopiam petitum loco,) expositum, διενοοῦντο, προεώρων.

Ὄσσομαι alteram deductionem (juxta quam significat Video, Aspicio, Prævideo, ut Greg. Naz. Αἰὲν ἐπερχομένας μάστιγας ὀσσομένη,) habet ab ὄσσος, significante Oculum: qui tamen nominativus in nullo aut raro usu est: potiusque usurpatur num. DUAL. Ὄσσε, ex ὄσσεε factus secundum quosdam. Sed sunt qui contra nomen hoc e verbo illo factum censeant: quod ut verum aut certe verisimile esse possit, sua verbo Ὄσσομαι quærenda deductio fuerit. Aptior autem nulla videtur esse, quam ut VOX ACT. Ὄσσω, ex Ὄπτω per Æolicam mutationem facta dicatur: (sicut nimirum πέσσω e πέπτω ortum esse traditur:) pro qua voce activa usurpata fuerit pass. Ὄσσομαι. Fuisse tamen et activæ usum aliquem, apparet e secunda PERS. Ὄσσεις, quæ ap. Hes. extat, exponentem βλέπεις et ὁρᾷς. Item ex ὄσσοι, quod exp. βλέψοι, (ita enim scr. pro βλέψει,) et ἴδοι. Quod autem ad nomen illud attinet, quo significatur Oculus, NIMIRUM Ὄσσος, (sive ab eo sit Ὄσσω, s. potius ipsum sit ab Ὄσσω,) sciendum est, secundum quosdam, neutrius, secundum alios masculini generis esse. Siquidem Ὄσσος quidam volunt esse neutrum primæ declinationis contractorum, et flecti ὄσσος eod. modo quo τεῖχος: ut sc. illud ὄσσε factum sit ex ὄσσεε per sync. vel apoc.: quod ὄσσεε ita dicatur ut τείχεε. Hancque sententiam adjuvat dat. ὄσσει, ut τείχει, ut βέλει, et hujusmodi alia: quem dativum ὄσσει in usu esse testatur Eust. Alii autem existimant, ab Ὄσσος, nominativo masculini generis, qui declinetur ut πλόος, esse dualem ὄσσω, ut πλόω: deinde per metaplasmum, ὄσσε, i. e. κατὰ μεταποίησιν τοῦ ω τελικοῦ τῆς εὐθείας τῶν δυϊκῶν εἰς τὸ ε. Afferunturque ad hujus metaplasmi confirmationem alia hujus schematis exempla: e quibus sunt ἀλκὶ et ὑσμῖνι, pro ἀλκῇ et ὑσμίνῃ, et κλαδὶ pro κλάδῳ: nec non ἐρυσάρματες pro ἐρυσάρματοι. Sed rectius, meo quidem judicio, de hac voce judicat Herodianus Grammaticus: ita scribens, Quemadmodum dicitur τὸ σκότος et ὁ σκότος, eadem terminatione, itidemque ὁ ἔλεγχος et τὸ ἔλεγχος, ita etiam ὄσσος. Cujus dualis cum esse debuisset ὄσσεε, passus apocopen vel syncopen, (incertum est enim utrum,) mutatus est in ὄσσε. Hæc ille: quem sciendum est ideo dubium relinquere utrum apocopen an syncopen sit passum ὄσσεε, quod incertum sit utrum ε e duobus ablatum sit, priusne an posterius. Et hæc quidem hactenus; nam quæ de accentu hujus ipsius nominis, non perinde necessaria esse videntur. Debuit porro ad confirmationem τοῦ ὄσσος masculini afferri DAT. PLUR. Ὄσσοις, quem minime raro in usu esse videmus. Legimus enim in quodam Sapphus loco, καὶ τὰν ἐπ' ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν. Et ap. Orph. (i. e. in quodam Fragmento quod veteris Orphei esse creditur,) θνητοῖς γὰρ θνηταὶ κ ... εἰσὶν ἐν ὄσσοις. Itemque ὄσσοισι ut μύθοισι pro μύθοις, ap. Hesiod. extat, (A. 426.) Δεινὸν ὁρῶν ὄσσοισι, λέων ὣς σώματι κύρσας, (145.) Ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς. At ille DUALIS Ὄσσε frequenti ap. Hom. in usu est, ut Od. K. (247.) ἐν δέ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πίμπλαντο. Sic Δ. (705.) τὼ δέ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πλῆσθεν. Item T. (204.) δεδάκρυνται δέ μοι ὄσσε Μνησαμένῳ Ὀδυσῆος: E. (151.) οὐδέ ποτ' ὄσσε Δακρυόφιν τέρσοντο. Il. A. (200.) δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν. Et his quidem in ll. omnibus dualis est nominativus, sicut et in aliis plerisque: non minus autem frequens est usus vocabuli

ejusd. in accus. Sic Od. Δ. (186.) *Οὐδ' ἄρα Νέστορος υἱὸς ἀδακρύτω ἔχεν ὄσσε*, (758.) *τῆς δ' εὔνησε γόον, σχέθε δ' ὄσσε γόοιο.* Sic Il. Ξ. (236.) *Κοίμησόν μοι Ζηνὸς ὑπ' ὀφρύσιν ὄσσε φαεινώ.*

[" *Ὄσσε*, Wassenb. ad Hom. 161. Bergler. Præf. Il. p. 8. ad Charit. 261. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 130. Apoll. Rh. 2, 407. et Brunck., Heyn. Hom. 4, 47. 71. 6, 181. 366. 451. 476. 586. 7, 600. 796. 8, 453. 730. De gen., ad Il. N. 435. 617. Ψ. 477. Od. Σ. 131. Bergler. Præf. Il. p. 5. Cum verbo sing., Brunck. Apoll. Rh. 236. Schneid. ad Nicandri Θ. p. 264. *Ὄσσων*, Theocr. 24, 73. Valck. Phœn. p. 38. 132. Musgr. ad Eur. 193. *Ὄσσοις*, Wyttenb. Ep. Cr. p. 35. Epigr. adesp. 283. Heyn. Hom. 8, 73. *Ὄσσε καλύπτειν*, Ruhnk. Ep. Cr. p. 21." Schæf. Mss. * " *Μελάνοσσος*, Nigris oculis, Aristot. in Schol. Il. Φ. 252." Wakef. Mss. " *Ὄσσομαι*, Clark. ad Il. A. 105. Od. A. 115. B. 152. Υ. 80. ad Mœr. 279. ad Timæi Lex. 198. Brunck. Œd. T. 1274. Thom. M. 311. Huschk. Anal. 258. Heyn. Hom. 4, 47. 6, 522." Schæf. Mss.] " *Ἐπιόσσομαι*, Prospicio, Provideo, Aspicio. " Redditur etiam Alloquor, et Significo. Vide Hes." [Il. P. 381. Nicander Θ. 276. " Heyn. Hom. 4, 48. 7, 348. 8, 815. * *Κατόσσομαι*, Jacobs. Anth. 8, 3." Schæf. Mss. * *Μετόσσω*, Hes. *περιβλέπω, ἀφορῶ, ἀποβλέπω.*]

At vero *Ὀσσεύομαι*, (sive ex *Ὄσσομαι* factum, sive potius ex *Ὄσσα* deductum,) solutæ orationi cum carmine commune est. Estque *Ὀσσεύομαι*, Ominor, Vaticinor, Auguror, ut quidem in VV. LL. redditur. Pro illo quidem Ominor poni a Plat. Bud. testatur, sed locum non afferens. Apud Hes. legitur *Ὀσσᾶσθαι*, expositum *κληδονίσασθαι*: cujus usum esse rarum arbitror. At pro illo *Ὀσσεύομαι* frequentius est verbum *Ὀττεύομαι*: cujus et Suidas meminit, nullam alterius mentionem faciens. Sed affert etiam nomen *Ὄττα*, tanquam i. significans q. *ὄσσα*. Scribit enim, *Ὄττα καὶ Ὄσσα, φήμη, μαντεία, θεία κληδών· καὶ Ὀττεύεσθαι, τὸ μαντεύεσθαι.* Quibus expp. locum istum subjungit, e Polyb. fortasse, *Ὁ δὲ, τὸ μέλλον ἐμφρόνως ὀττευσάμενος εἰς ἔννοιαν ἦλθε τὴν φρουρὰν ἀποτρίψασθαι τὴν παρὰ Πτολεμαίου.* Eust. quoque, postquam scripsit *ὄσσεσθαι* esse interdum vocem *μαντικὴν*, addit talem esse et *ὀττεύεσθαι*: quod *Ὄσσα* et *Ὄττα* sit *οἰωνοσκοπία*, vel *κληδών*. Sed dicit *φασὶ*, tanquam ex aliorum opinione id referens. In VV. LL. *Ὀττεύομαι* redditur In religionem verto, Aspernor, Auguror. Verum hoc Aspernor prorsus aspernari debemus. Nullo enim modo, quod sciam, *Ὀττεύομαι* signif. istam verbi Aspernor admittere potest. Quod vero ad ceteras attinet, non plane rejiciendæ sunt, præsertimque ultima. Sed nullo verbo commodius reddi videtur, quam illo Ominari: quo et *Ὀσσεύεσθαι* Bud. reddit, ut paulo ante docui. Idem hæc Polybii affert ex 1, (11, 15.) *Ὁ δὲ Ἱέρων ὀττευσάμενος περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων, ἐπιγενομένης τῆς νυκτὸς ἀνεχώρησε κατὰ σπευδήν*: et interpr. In summam belli totius ominatus ex uno prælio male pugnato. Eund. locum affert et Cam., postquam dixit, *ὀττεύεσθαι* esse Divinare. Additque hanc interpr., Præsagiente aliquid animo de totius belli eventu. Legit autem, *Ὀττευσάμενός τι περὶ κ. τ. λ.*, at Bud. particulam *τι* omisit. In ipso quidem certe Polyb. (in ea saltem Edit. qua ipse usus est, Haganoæ impressa Anno 1530.,) est *Ὀττευσάμενός τε*: quod *τε*, ut minime loco conveniens, rejecit: sed in locum rejectæ hujus particulæ recte illam substitui ipse quoque arbitror. Ab *Ὀττεύομαι* autem est verbale *Ὀττεία*, quod a Suida exp. *μαντεία*, Vaticinatio, Divinatio. Sequendo autem illa quæ dicta modo fuerunt, reddi etiam possit Ominatio. In VV. LL. habetur et verbale *Ὀσσεία*, quod redditur Vaticinatio: at *Ὀττεία* ibid. Horror. Additurque, *Ὀττεῖαι*, Somnia inania, Vaticinium. Pro Religione sumsit Dionys. H. 9.

Præter *Ὀσσεύομαι* s. *Ὀττεύομαι*, inveniuntur et alia duo ejusd. signif. verba, *Ὄττομαι*, et *Ὀπεύομαι*. Ambo ap. Hes. extant, scribentem, *Ὄττεσθαι, κληδονίζεσθαι· Ὀττεύεσθαι, ὁμοίως.* Hoc vero *Ὀπεύεσθαι* legimus ap. Eust., sed afferentem e Dionysio Ælio, ut antea docui; ab hoc enim scribi testatur, *Ὄπα* esse *τὴν κληδόνα*: et *Ὀπεύεσθαι, τὸ κληδονίζεσθαι.* Nisi tamen magnæ hic Dionysius Ælius esset auctoritatis, non magni faciendum hoc ejus testimonium videri posset: et eum, quod *Ὀπεύεσθαι* legisset, ubi *Ὀττεύεσθαι* scr. erat, ex illo nomine *Ὤψ*, suam illi derivationem quæsivisse. Verum movere nos vicissim debet hoc quoque, quod Eust. illa ejus verba ita refert, ut nihil tale cogitasse videatur, cum alioqui et ipse verbum *Ὀττεύεσθαι* agnosceret, ut in præcedentibus videre potes.

[" *Ὀσσεύομαι*, Heyn. Hom. 8, 315. 626. Religioni habeo, Formido, Dionys. H. 1, 276. *Ὀττεύομαι*, Toup. in Schol. Theocr. 218. ad Mœr. 279. ad Xen. Eph. 268. ad Timæi Lex. 197. ad Lucian. 2, 340. *Ὀττεύω*, an occurrat, ad Timæi Lex. 198. ad Mœr. 279. *Ὀττεία*, ad Timæi l. c. Superstitio, Dionys. H. 1, 96. 3, 1592. 1652. 1867. *Ὄττα*, ad Mœr. 280. Timæi Lex. 197. et n. *Ὄττομαι*, 198." Schæf. Mss. * *Ὄττις*, i. q. *ὄψις* et *ὀφθαλμὸς*, Hes. et Aret. 4, 13. * *Τριόττης*, i. q. *τριώπης*, Etym. M. * *Τριοττὶς* et * *Τριόττιον*, Eust. ad Il. Ξ. 183.]

" *Διόσκω*, Oculos huc illuc circumfero: Hes. *διόσκειν*, esse " dicit *τὸ διαβλέπειν συνεχῶς τὴν ὅρασιν μεταβάλλοντα*: sed poni " etiam *ἐπὶ τοῦ διαφορεῖσθαι τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ*: esse etiam " *τὸ διαπολέσαι καὶ τὸ διαφθεῖραι.*"

" *Ὄκκος*, Hes. *ὀφθαλμὸς*, Oculus." [" *Ὄκος*, s. *Ὄκκος*, unde Ocus, Oculus: ab *ὄσσω, ὄσσομαι*, al. *ὄζω, ὄζομαι*, fut. *ὄξω.*" Schn. Lex. * " *Ὄκταλλος*, pro eod. ap. Bœotios, Arcad. 54. nisi leg. * *ὄκκαλλος.*" Schn. Lex. Suppl.]

Superest *Ἀοσσητὴρ*, vocab. Poëticum, quod licet non parum remotam signif. habere videatur ab ea quam habet nomen *ὄσσα*, ab hoc tamen deduci, omnes Gramm. ore uno testantur. Est autem *Ἀοσσητὴρ, ῆρος, ὁ*, Auxiliator, Opitulator. Quamvis porro et nomen *Ὀσσητὴρ* ap. Hes. inveniatur, exponentem *βοηθός*: illi *Ἀοσσητὴρ* locum primum tribuo, tanquam pluribus testimoniis confirmato. Hoc enim *ἀοσσητὴρ* ne agnoscere quidem videntur alii sive Lexicographi, sive Grammatici, cum *ἀοσσητὴρ* esse tradunt qui *ἄνευ ὄσσης βοηθεῖ*: volunt enim *α*, sequendo istud etymon, locum *τοῦ ἄνευ* obtinere, cum tamen, si verum sit inveniri etiam *Ὀσσητὴρ*, dicendum sit potius *α* illud præfixum, esse supervacaneum, sicut in quarundam aliarum vocum fronte vacare videmus. Verum de illo *ὀσσητὴρ* penes Hes. (donec alibi inveniatur) sit fides. De *Ἀοσσητὴρ* autem Etym. scribit, *παρὰ τὸ ὄσσον* fieri *ὀσσητὴρ*, et *ἀοσσητὴρ*, quo significetur *βοηθός*: sed pro *ὄσσον* minime dubitandum puto, quin reponi debeat *ὄσσα*. Quin etiam *ὀσσητὴρ* per *η* in media syllaba, sicut *ἀοσσητὴρ*, scr. esse censeo. Addit autem *ὁ ἄνευ ὄσσης καὶ κληδόνος βοηθῶν αὐτομάτως*: quam exp. et Suid. habet. Sed in Ed. Basiliensi, Anni 1544. perperam legitur *Ἀοσοτὴρ* pro *Ἀοσσητήρ*. Est certe frequens ap. Poëtam vocab. istud *Ἀοσσητὴρ*, quod Eust. quoque a nomine *ὄσσα* derivat, exponens *ἕτοιμον* et *σπουδαῖον βοηθὸν*, item *ἕτοιμον* et *ἀπροφάσιστον ἐπίκουρον*; utpote *ἄνευ ὄσσης βοηθοῦντα*. Ut autem ad exempla veniam, legimus Il. X. (333.) *ἀοσσητὴρ μέγ' ἀμείνων*, O. (254.) *Θάρσει νῦν· τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα Κρονίων Ἐξ Ἴδης προέηκε παρεστάμεναι καὶ ἀμύνειν, Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον.* Ubi Schol. ille annotat, e veterum sententia, *ἀοσσητὴρ* dici Qui ad auxiliandum currit, *ἄνευ ὄσσης καὶ μαντείας.* Legimus et Il. O. fin. *Ἠέ τινάς φαμεν εἶναι ἀοσσητῆρας ὀπίσσω*; ubi exp. *σπουδαίους βοηθούς.* Observavi autem, hunc Poëtam istud adv. *ὀπίσσω* huic nomini et alibi quoque subjungere, ut Od. Ψ. (119.) *Καὶ γάρ τις θ' ἕνα φῶτα κατακτείνας ἐνὶ δήμῳ, Ὧι μὴ πολλοὶ ἔωσιν ἀοσσητῆρες ὀπίσσω, Φεύγει πηούς τε προλιπὼν καὶ πατρίδα γαῖαν.* Est igitur *ἀοσσητὴρ* proprie Auxiliator promtus, Qui festinat ad opem ferendam non expectans, dum consuluerit oraculum: ut sc. ex eo sciat num e re sua futurum sit ad ferendum auxilium ire. Siquidem ille idem Enarrator, in Od. Δ. (165.) *Πολλὰ γὰρ ἄλγε' ἔχει πατρὸς πάϊς οἰχομένοιο Ἐν μεγάροις, ᾧ μὴ ἄλλοι ἀοσσητῆρες ἔωσιν*, annotat, *ἀοσσητῆρες* esse *βοηθοὶ σπουδαῖοι* et *μὴ ἀναμένοντες ὄσσαν εἰς τὸ βοηθῆσαι*: fuisse enim moris *ἐρωτᾷν τὸ θεῖον· καὶ βοηθεῖν μὲν, εἰ προτραπείη τις· ἡσυχάζειν δὲ, εἰ κωλύεται.* Itidemque Etymologici Auctor illis quæ ex ipso attuli verbis, subjungit, *Ἔθος γὰρ τοῖς παλαιοῖς τοῦτο, πυνθανομένοις μαντείας βοηθεῖν.* Meminisse autem oportet hic eorum quæ antea dixi, nimirum, si in usu sit etiam *ὀσσητὴρ*, concidere hanc etymologiam. " *Ἐοσσητὴρ*, pro *ἀοσσητὴρ*, i. e. *ἐπίκουρος, τιμωρὸς*, Hes." [" Ruhnk. Ep. Cr. 125. Toup. Opusc. 2, 191. ad Callim. 1. p. 62. Brunck. Apoll. Rh. 23. Heyn. Hom. 7, 51. 126. 8, 311." Schæf. Mss.]

Videor autem mihi et verb. *Ἀοσσέω*, alicubi annotatum invenisse, tanquam i. significans q. *βοηθῶ*. Rationi certe consentaneum fuerit, ut priorem huic verbo *Ἀοσσέω* locum tribuamus: ut sc. ab *Ὄσσα* hoc sit *Ἀοσσέω*: cujus verbale sit *Ἀοσσητήρ*.

Omissum fuit in præcedentibus, nimirum post *Ὄσσομαι*, comp. *Ποτιόσσομαι*, sive *Προτιόσσομαι*, quo significatur *προσβλέπω*, Aspicio, Intueor: Il. H. non procul ab initio, *Μηδέ τιν' ἀνθρώπων προτιόσσεο, μηδ' ἐρέεινε*, i. e. *πρόσβλεπε*, inquit Eust. Aliquando tamen est *προβλέπω*, non *προσβλέπω*, ut Od. Ξ. (219.) *Οὔποτέ μοι θάνατον προτιόσσετο θυμὸς ἀγήνωρ*, Non prævidebat mortem, Mortem sibi ante oculos non ponebat, Mortis metum ante oculos non habebat. Auctor brevium Scholl. exp., *προέβλεπεν* et *προσεδέχετο*. Hes. *προτιόσσεται* exp. non solum *προορᾶται* et *προσδέχεται*, item *προσδοκᾷ*, sed etiam *προσαγορεύει*: quæ exp. mira videri possit. Observandum est porro in illo Hom. loco *προτιόσσετο θυμὸς* cum accus., ut alibi *ὄσσετο θυμός*. Apud Apoll. Rh. 1, (895.) cum infin. *οὔτ' αὐτὴ προτιόσσομαι ὧδε τελεῖσθαι*, ubi Schol. exp. *προορῶμαι*. In VV. LL. ex eod. Poëta *ποτιόσσεσθαι* affertur pro Augurari: itidemque in iis *προτιόσσεσθαι* redditur etiam Præsagire. [" Wessel. Probab. 339. Heyn. Hom. 4, 48. 7, 794. 8, 315." Schæf. Mss.]

FINIS.

GODOFREDI HERMANNI

DE PARTICULA ἄν

LIBER PRIMUS.

De origine particularum ἂν et κέν.

De usu particularum ἂν et κὲν etsi a multis est atque doctissimis viris vel separatim vel ubi occasio ferret disputatum, tamen hæc tam inexhausta materia est, ut neque illi non aut prætermiserint multa, alia autem minus recte explicuerint, nec, si quis denuo id negotii suscipiat, non idem sibi quoque eventurum videat, præsertim quum difficultas rei immensum quantum augeatur codicum discrepantia et corruptione. Quod si ego E. H. Barkeri, viri mihi amicissimi, rogatu adduci me passus sum ut de his particulis scriberem, ea id mente feci, ut magis fundamenta jacere doctrinæ, qua harum ratio particularum contineretur, quam omnia, quæ explananda esse intelligerem, accurate pertractare mihi proponerem. Quamquam enim optandum est, ut quis usum harum particularum secundum tempora et gentes et genera scribendi deinceps ordine persequatur, tamen hæc res tam infiniti operis est, ut ego quidem mihi ab ea abstinendum putaverim, satisque duxerim, veteris tantum sermonis et ejus qui cultissimus habetur consuetudinem respicere, ex iis autem, quæ labascens Græcitas sibi indulsit, non nisi hic illic aliquid delibare.

Est autem de particulis ἂν et κὲν dicturo ante omnia unde ortæ sint quærendum. Quarum quum Georgius Dunbar, qui de iis disputationem edidit, alteram participium esse verbi cujusdam ἀμὶ, quod idem sit atque ἐάω, alteram ex imperativo verbi κέω, quasi *pone* dicas, factam putat, adeo hæ miræ sunt atque incredibiles derivationes, ut eas refutare non videatur operæ pretium esse. Non omnium particularum inveniri origo potest, sed multas ex aliis particulis natas esse apparet. Quod factum est non solum pluribus in unam conjungendis, quales sunt γοῦν et γάρ, vel ἀμφί, i. e. ἄναφι: sed etiam nunc mutilando, ut ex πέρι πὲρ factum; nunc correptius pronunciando, ut ex μήν, δή, τοί exstiterunt μέν, δέ, τέ; nunc etiam utraque ratione conjuncta, ut ex νῦν dictum est νύ. Hujusmodi multa exempla etiam in Germanica lingua exstant. Ita *doch* ex *da auch*, *noch* ex *nach auch* exstitere. Aliæ ex nominibus adjectivis factæ sunt, ut ἀλλά; vel ex pronominibus, ut ὅτι; vel ex adverbiis, ut πού, πώς; aliæ ex verbis derivatæ, ut ἄρα: quin etiam integra verba aut enunciationes in particulas versæ sunt, ut ἀμέλει, et apud nos *zwar*, quod est ex *es ist wahr* contractum. Hæc qui consideraverit, non dubitabit, opinor, quin ἂν ex ἀνά, κὲν autem ex καὶ ortum sit.

Et κὲ quidem nemo non videt quam sit etiam significatu cum particula καὶ cognata. Habet enim καὶ natura sua vim quamdam dilatandi, ut, de quo dicitur, id de pluribus unum intelligi indicet. Atqui eo illud, de quo dicitur, quodammodo incertum fit, ut quod non necessitate quadam, sed magis pro exemplo, qualia plura sint, commemoretur. Apertum est enim, quam parum intersit, utrum ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, an ὃς καὶ θεοῖς ἐπιπείθηται, utrum εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν, an εἰ καὶ θάνατόν γε φύγοιμεν dicas.

Difficilius explicatu est, quomodo ἂν ex ἀνὰ deductum illam significationem acceperit. Videtur tamen hujus quoque rei probabilis ratio afferri posse. Particula ἀνά, quæ recisa ultima littera mansit in Germanica lingua, primum ac proprium usum habet in iis, quæ in alicujus rei superficie ab imo ad summum eundo conspiciuntur: motus enim significationem ei adhærere quum ex eo intelligitur, quod non est apta visa quæ cum verbo εἶναι componeretur, tum docet usus ejus adverbialis, ut ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων. Ceteri significatus ex eo, quem primum posuimus, facile explicari possunt, quales sunt *secundum*, et *per*, et *sursum*, atque inde *retro*, quoniam natura omnia deorsum feruntur. Ex illo autem significatu, qui est *secundum*, qui patet latissime, nec tantum ad locum, sed etiam ad alia refertur, ut ἀνὰ κράτος, ἀνὰ μέρος, ἀνὰ λόγον, is usus natus est, quo distributiones certa numerorum proportione factæ indicantur, in quo genere nos simuliter particula *zu* utimur. Ejus usus antiquissimum exemplum exstat in Odyss. I. 208.

> τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιηδέα οἶνον ἐρυθρόν,
> ἓν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα
> χεῦε.

In quo exemplo quoniam, ut in plerisque aliis, etiam verbum sibi accusativum postulat, ambiguum videri potest, particula utrum præpositio sit an adverbium. Sed præpositionem esse alia exempla docent, ex quibus satis habeo unum commemorare Polybii ii. 24, 13. ἔτι δὲ μὴν καὶ ἐν Σικελίᾳ καὶ Τάραντι στρατόπεδα δύο παρεφήδρευεν· ὧν ἑκάτερον ἦν ἀνὰ τετρακισχιλίους καὶ διακοσίους πεζούς, ἱππεῖς δὲ διακοσίους. Multo usu tamen factum est, ut particula in hoc genere etiam sine casu pro adverbio poneretur. Neque enim perperam dictum putandum est illud in Apocalypsi c. 21, 21. ἄνα εἷς ἕκαστος, ut καθ' εἷς, quod notavit Lucianus in Pseudologista c. 9. T. iii. p. 577. Nam etiam alii sic loquuti sunt: ut Plutarchus in Æmilio c. 32. μετὰ δὲ τὰς ὁπλοφόρους ἁμάξας ἄνδρες ἐπορεύοντο τρισχίλιοι, νόμισμα φέροντες ἀργυροῦν ἐν ἀγγείοις ἑπτακοσίοις πεντήκοντα τριταλάντοις, ὧν ἕκαστον ἄνα τέσσαρες ἐκόμιζον. Ex hac igitur adverbiali potestate præpositionis ἀνά, significantis *secundum*, ortum videtur ἄν. Nam præpositio priusquam in conjunctionem vertatur, in adverbium abierit necesse est, quia sic demum sine nomine inseri orationi potest. Ita ex πέρι adverbio, quod est *valde*, facta est conjunctio πέρ, *quamvis*. Igitur quum particulæ ἂν ea ubique vis sit, ut ad aliquam conditionem referatur, quæ conditio sæpe adjungitur, ubi autem non est addita, tamen cogitari debet, patet id ipsum per præpositionem ἀνὰ disertius indicari: ut quum dicimus ἐβουλόμην ἄν, εἰ ἐδυνάμην, quid id aliud est quam ἐβουλόμην ἀνὰ τοῦτο, εἰ ἐδυνάμην? aut quum non diserte adjecta conditione ἐὰν λέγῃ, vel ὅταν λέγῃ, vel ὃς ἂν λέγῃ, quid aliud quam εἰ λέγῃ ἀνὰ τοῦτο, λέγειν αὐτόν, et ὅτε λέγῃ ἀνὰ τοῦτο, λέγειν ποτέ, et ὃς λέγῃ ἀνὰ τοῦτο, λέγειν τινά? Ita apparet, particulam ἂν conditione addenda id, quod aliter certum definitumque esset, incertum et infinitum reddere. Ut quum ὃς λέγῃ dicimus, est id *is qui dicat*, quod est finitum; ὃς ἂν λέγῃ autem, *quicumque dicat*, quod est infinitum, quoniam ad eam notionem, quæ pronomine continetur, conditio accedit veritatem rei e casu fortuito suspendens. Unde particula ista dicta est a grammaticis σύνδεσμος ἀναιρετικὸς τοῦ γεγονότος.

II.

De collocatione.

Ad collocationem quod attinet, neutra particula in principio orationis poni potest, non prægressa alia voce. Utrique enim inest quædam sententiæ debilitatio, quum quod aliter de una re certa diceretur, ad aliquam e pluribus rebus incertis transferat: unde ei non potest nisi secundarius aliquis in oratione locus concedi. Itaque has particulas aut post illud verbum, ad quod pertinent, aut post eorum unum aliquod verborum, quæ cum illo verbo unam enunciationem efficiunt, collocari necesse est. Sed differunt ea in re aliquid. Ἂν enim quum non sit enclitica, et tamen initio poni nequeat, apertum est poni eam debere post eorum aliquod vocabulorum, ad quorum sententiam constituendam pertinet. Κὲν autem, quæ quod enclitica est ab incipienda oratione arcetur, etiam ante ea verba, ad quorum sententiam pertinet, poni potest, dummodo aliqua vox in eadem constructione verborum præcesserit. Hinc Homerus Iliad. X. 20. dixit ἦ σ' ἂν τισαίμην. Altera particula si uti voluisset, dixisset ἦ κέ σε τισαίμην. Et quod idem posuit Iliad. H. 125.

> ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς,

Syagrus apud Herodotum vii. 159. nisi in alium voluisset versum heroicum convertere,

> ἦ κε μέγ' οἰμώξειεν ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων,

prosa oratione dicere debuisset ἦ μέγα ἂν οἰμώξειεν. At ὅτως

ἄν σε τισαίμην licebat dici. Neque enim ὄντως loquentis affectionem animi, ut ἦ, sed rei de qua sermo est quamdam conditionem indicat. Quæ vis quum inest in particulis, quæ ea plerumque carent, tum ipsæ quoque statim a particula ἄν excipi possunt, ut καί, ubi cum vi quadam dictum fortius pronunciatur, *re vera* significans, ut apud Herodotum iv. 118. καὶ ἂν ἐδήλου. Præterea quædam inveniuntur locutiones, quæ duobus membris in unum contractis etiam particulam ἄν a propria ejus sede revellunt, ut usitatissima formula οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι. Sed de his infra suo loco. Cæteræ conjunctiones, quæ incipere orationem nequeunt, quum statim post primam vocem collocari soleant, naturaque sua ad initium orationis pertineant, hoc habent præcipuum, ut et ἄν et κέν, ut quæ ad ipsam sententiam spectent, post eas poni debeant. Tales dico ut μέν, δέ, τέ, γάρ, ἄρα, μὲν γάρ, μέντοι. Sed hæ particulæ quum longius a principio remotæ aliis verbis subjiciuntur, recte præcedit ἄν vel κέν. Alia ratio est particularum rationativarum, ut ἄρα, δῆτα, οὖν, quæ nunc ante nunc post ἄν ponuntur, prouti magis ad prægressam vocem, vel ad totam sententiam spectant. Quin illæ quoque conjunctiones, quas ante dicebamus, certa conditione etiam statim post ἄν collocantur. Fit hoc, ubi ἄν vel κὲν cum particulis conditionalibus vel pronominibus relativis vel aliis vocibus ita conjunctum est, ut aut coaluerit cum iis in unam dictionem, aut pro una tamen habeatur. Itaque ἐὰν μέν, ἐπεὰν δέ, ὅταν γάρ, ὁπόταν τε dicitur; et sic etiam εὖτ' ἂν δέ, ἡνίκ' ἂν δέ, et ὃς ἂν δέ, ut apud Herodotum i. 138. vii. 8, 4. et ὃς ἂν μέν νυν apud eumdem iii. 72. Sed quum divisim ista dicuntur, ut εἰ ἄν, non potest sequi conjunctio, sed media ponitur inter eas, ut εἰ δ' ἄν, ἐπεὶ δ' ἄν, ὅτε δ' ἄν. Unde etiam εὖτε δ' ἂν et ἡνίκα δ' ἂν recte dici apparet. Et ὃς δ' ἂν quidem plerumque divisim dicitur, sed fere cum quodam potestatis discrimine. Pertinet huc etiam τάχιστ' ἄν τε apud Thucydidem ii. 63. Κὲν vero, quum hæc forma numquam coalescat cum alia voce, semper conjunctioni postponitur: εἰ δέ κε μὴ δώωσιν. Sed Doriensium lingua in κα mutatum coalescit: unde præcedit conjunctionem: αἴκα δ' ἄρνα λάβῃ τῆνος γέρας. Atque hæc quidem de collocatione summatim. Nam plura ex hoc genere infra suis locis promenda erunt.

III.

De significatu.

Nunc de significatu harum particularum explicemus. Est autem nihil in linguarum ratione difficilius, quam particularum vim ac potestatem perspicere, distincteque declarare. Quæ quum plerumque sensu quodam percipiatur ex obscuris et latentibus notionibus prodeunte, difficillime revocari ad claras distinctasque notiones potest, revocataque sæpe evanescit magis quam comprehenditur ac retinetur, ut quæ hoc ipsum, sentiri potius quam intelligi, velit. Accedit quod plerarumque particularum tam varia est ratio tamque multiplex usus, ut quamvis diligenter explices, tamque ægre invenias, quod ubique aptum sit atque accommodatum. Eaque difficultas augetur etiam eo, quod, si ab aliarum comparatione linguarum auxilium petas, quod in hujusmodi re optimum esse adminiculum solet, nulla est lingua, cujus particulis ad hunc finem ita uti possis, ut eæ non aut majorem, aut minorem, aut ex parte saltem diversam vim habeant, eoque, dum explicandæ rei non sine utilitate adhibentur, tamen simul etiam proclivitatem ad errandum afferant. Ac nescio an hæc omnia præcipuo quodam modo quadrent in particulas ἄν et κέν, quibus non solum in aliis, quas ego quidem norim linguis nullæ particulæ ex omni parte respondent, sed in ipsa Græcorum lingua quædam particulæ adeo sunt similes, ut ne ab his quidem quomodo differant statim appareat. Sed quum omnino non nisi duplex via pateat, quam quis in hoc genere ingredi possit, una, ut diuturna accurataque veterum scriptorum lectione sic persentiscat potestatem et usum harum particularum, quemadmodum solemus in iis linguis, quas quotidiana sermonis consuetudine addiscimus; altera, ut, posteaquam hunc sensum comparasse nobis videamur, ad claras eum distinctasque notiones revocare studeamus, quæ quidem via sola relicta est ei, qui docere vult: conabimur hanc quamvis difficilem provinciam in nos recipere, rogamusque lectores, ut has subtilitatum latebras nobiscum perreptare ne fastidiant.

Sunt in lingua Græca tres aliæ particulæ, quæ similem ut ἄν et κὲν vim habent, ἴσως, πού, et τέ, sed differunt gradu et modo. De sola enim significatione nunc, non de constructione loquor. Commune omnium hoc est, quod sententiam quodammodo debilitant, eique aliquid ambiguitatis addunt. Cujus ambiguitatis primo gradus diversi sunt: alia enim possibilia, alia fortuita, alia veri similia, alia probabilia esse dicimus. Atque omnium minime certa sunt, de quibus hoc tantum scimus, posse ea esse, sed nihil habemus, esse unde conjiciamus. Proxima his sunt, quæ utrum sint an non sint, fortuitum est, i. e. ex aliqua conditione suspensum, cujus veritas prius cognoscenda sit, quam verumne sit quod ex ea pendet sciamus. Sequuntur ea, quæ veri similia sunt, de quibus etsi non constat nobis, tamen esse ea potius, quam non esse credimus. Postrema sunt probabilia: quæ sunt ea, quæ mirum foret si non essent, quia rationem, quare esse debeant, idoneam videmus. Eadem vero omnia etiam modos quosdam habent, qui sunt duo, positi in eo, quod aut ad ipsam tantum cogitationem loquentis, aut ad rei de qua sermo est aliquam conditionem referuntur. Et ille quidem modus, qui ad loquentis cogitationem spectat, complectitur possibilia et veri similia, de quibus quis nihil amplius, quam de alteris se ambigere, de alteris opinari significat. Alter autem modus fortuita et probabilia continet, quibus in ipsis est aliquid quare sint aut fiant, sed illud in alteris ignotum, notum autem in alteris. Itaque gradu hæc ita se excipiunt, ut possibilibus fortuita, fortuitis veri similia, veri similibus probabilia succedant; modi autem hanc jubent distributionem fieri, ut possibilia et veri similia fortuitis et probabilibus opponantur, possibilium autem ad veri similia eadem sit comparatio, quæ fortuitorum ad probabilia. Singulis horum sua destinata sunt vocabula: ac possibilibus quidem et veri similibus adverbia ἴσως et πού; fortuitis autem et probabilibus particulæ ἂν sive κέν, et τέ. Considerabimus hæc ita, ut in singulis etiam id quod iis oppositum est respiciamus: quod eo minus negligi convenit, quo major est horum discriminum subtilitas.

Ac possibilibus indicandis inservit ἴσως, *forsitan*, Germanice *vielleicht:* quod est conjicientis, sed non scientis. Ei adverbio oppositum est verbum nudum sine particula, quo simpliciter veritas rei indicatur. Veri similibus autem significandis adhibetur πού, *fortasse, wohl:* quod est opinantis, sed non affirmantis. Itaque ei opposita sunt ἦ et δή, quibus utitur, qui jam non opinari se, sed credere atque confidere affirmat. Fortuita notantur particulis ἂν et κέν, quæ Latine plerumque non possunt exprimi, sed si quæ Latina particula ad propriam earum vim quodammodo accedit, est ea *forte:* Germani aptiorem habemus particulam *etwa*, sed non tamen ubique satis accommodatum. Est autem ἂν et κὲν sumentis aliquid, sed non contendentis: qui ubi jam non sumit, sed contendit, contrario utitur vocabulo, πάντως. Probabilia denique per particulam τὲ exprimuntur, quæ Germanice plerumque per *ia* encliticam exprimi potest, Latina in lingua *fere* vel *nimirum* non prorsus alienæ sunt, sed aliquanto tamen fortiores. Hæc autem oratio colligentis est, sed non dicentis necessarium esse: unde qui jam non colligit, sed firmius rationem concludit, ἀναγκαίως dicat necesse est.

Illustrabo hæc versu Homeri, in quo his particulis omnibus locus est:

σύν τε δύ' ἐρχομένω, καὶ ἴσως πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν,

i. e. *duobus consociatis, forsitan alter altero plus videt:* Hoc qui dicit, fieri posse indicat, ut alter altero plus videat, sed utrum id fiat an non fiat, nescit. Quod si scit fieri ita, simpliciter id enunciat sine ulla particula, πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν. Sed si dicit,

σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί που πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν,

hoc dicit: *alter fortasse altero plus videt.* Eo autem opinari se indicat, ita fieri, sed non affirmat. Affirmare si vult, adverbio uti debet, quo non videri sibi ita, sed confidere se indicat, ἦ δὴ πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν. Porro si dicit,

σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί κεν πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν,

id hanc vim habet: *alter forte altero plus videt.* Quod qui dicit, ex fortuita aliqua conditione pendere significat, ut id eveniat. Quod si tollit conditionem, πάντως πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν dicat necesse est. Denique quod ipse posuit poeta,

σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν,

in hanc sententiam dictum est: *alter nimirum altero plus videt.* Id vero est ejus, qui probabile et consentaneum esse dicit ita fieri, etsi non ait plane necessarium esse. Hoc enim si vult, dicendum est ἀναγκαίως πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν.

Apparet ex his, ut opinor, et quid differant istæ particulæ inter sese, et quid singulæ oppositum cogitari postulent. Quæ si paucis comprehendere volumus, hæc sunt. Quum ἴσως ad ea quæ possunt fieri; ποὺ ad veri similia; ἂν et κὲν ad ea quæ fortuita sunt, i. e. ex aliqua conditione pendent; τὲ denique ad probabilia spectet: dubitantem, si ἴσως adhibeat, ita confirmabis: *non solum potest esse, sed est;* si ποῦ: *non solum veri simile, sed verum est;* si ἂν vel κέν: *non solum conditione aliqua, sed omnino est:* si τέ: *non solum probabile et consentaneum, sed necessarium est.*

Non abs re fuerit, hæc etiam alio exemplo confirmare. Odyss. A. 197. legimus,

ἀλλ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται εὐρέϊ πόντῳ.

Non potuit hic τέ, aut quod paullo fortius est, τοί poni. Hac enim particula indicaret Minerva, non modo se, sed etiam Telemachum, quem alloquitur, tantum abesse ut mortuum putent Ulyssem, ut eum vivere parum dubium, immo probabile esse credant. Contra si ἴσως diceret, non multum profecto contulisset ad consolandum Telemachum: nam ipse sciebat, quamdiu non constaret de morte Ulyssis, forsitan vivere illum, etiamsi parum esset veri simile. Multo minus particula κὲν adhiberi potuit. Ita enim significaret Minerva, se id sumere, tamquam quod casu accidere potuerit, vivere Ulyssem, si non periisset. Quod Germanice dicas, *er lebt etwa noch.* At hæc tam nulla fuisset consolatio, ut etiam minuere debuisset spem, quæ Telemacho admodum exigua relicta erat. Ex his patet, necessario utendum fuisse particula πού, quæ quia prodit Minervam veri simile putare vivere Ulyssem, sola Telemachum ad eamdem potest fiduciam erigere.

IV.

De constructione.

Construi dicimus verba, quæ conjuncta plenam sententiam efficiunt. Nunc particulæ ἂν et κέν, quoniam conditionis significationem continent, verbo quidem carere nusquam possunt: nam sicubi deest verbum, intelligendum est: modos autem formasque verbi admittunt omnes, quia in omnibus accedere potest conditionis notatio. Sed non cum omnibus tamen solæ per se construi in eo quidem sermone possunt, qui deposita prisci temporis fluctuatione certas est dicendi leges sequutus. Itaque recte dicas construi eas cum indicativo, optativo, participio, infinitivo, ut ἔλεγον ἄν, λέγοιμ' ἄν, λέγων ἄν, λέγειν ἄν: non autem possis dicere, solas per se cum conjunctivo construi: neque enim λέγῃ ἂν dici licet: quamquam ὃς ἂν jure dicemus cum illo construi verbi modo. Patet autem quid intersit. Nam mo-

dus verbi, quocum ipsa per se constructa est particula ἄν, aliam ejus accessione potestatem accipit. Aliud est enim ἔλεγον ἄν, quam ἔλεγον: et sic cætera quæ attulimus. In conjunctivi autem potestate nihil mutatur, sive accedat ἄν, sive non accedat: mutatur vero potestas illius vocabuli, cui adjunctus est conjunctivus: nam ἐάν, ὅταν, ὃς ἂν aliam vim habent, quam εἰ, ὅτε, ὅς. Itaque non ἂν dicendum est cum conjunctivo construi, sed voces illas, quibus adjunctum est ἄν. Ex his enim pendet conjunctivus, etiam si careant particula illa. Idque etiam aliis argumentis cognoscitur, et primum quidem eo, quod multa ejusmodi vocabula cum particula illa in unam vocem coaluerunt, ut ὅταν, ὁπόταν, ἐάν, ἐπεάν, ἐπειδάν, et Dorica αἴκα, ὅκκα; deinde e collocatione verborum, quæ semper particulam illis vocabulis, numquam verbo conjunctivo alligat. Non enim dici potest ὃς λέγῃ ἄν. Sed quod in conjunctivo, idem sæpe etiam in aliis verbi modis accidit, ut cum iis non particula ἄν, sed alia vox adjunctam habens illam particulam construatur. Id monendum judicavi propterea, quod, quum mihi in explicando usu illarum particularum eam videam rationem tenendam esse, ut, quæcumque earum constructio sit, verbi partes, quod adjunctum habeat, deinceps persequar, tamen interdum eam, quæ vere constructio est, ab illa, quæ videtur esse, sed non est, distinguere oportebit.

V.

Grammaticorum de constructione sententia.

Grammaticorum quæ fuerit de constructione particulæ ἂν sententia, optime cognosci potest e scriptore de Syntaxi in Bekkeri Anecdotis, qui illam doctrinam omnium plenissime exposuit. Ejus verba infra suis locis afferentur. Hic satis est paucis quid illi senserint complecti. Ac de quinque qui excepto participio numerantur verborum modis solum imperativum negant istam particulam admittere: cum cæteris autem eam omnibus construi aiunt. Item temporibus adjungi affirmant omnibus, exceptis præsente et perfecto et futuro. Infinitivis addi dicunt omnibus; item participiis.

Hæc verane an non satis accurate dicta sint, quæri potest duobus modis, uno qui experientiæ exemplorumque finibus continetur, qui per se cæcus est, præsertim in tanta dissensione codicum; altero, qui in particulæ verbique modorum ac temporum natura pervestiganda est positus, qui est ad intelligentiam quidem rei aptissimus, sed tamen, nisi usu exemplisque comprobetur, non facit satis. Convenit vero ab hoc facere initium, ut, ubi apparuerit quid possit dici, deinde quæratur quid dici consueverit. Ac ratiocinetur quis ita fortasse, quoniam infinitivus nudam verbi notionem contineat, consequens esse, ut, si cum infinitivo construatur particula ἄν, construi possit etiam cum cæteris verbi formis omnibus; item si infinitivis omnium temporum adjiciatur, ut possit etiam cum temporum omnium indicativis conjungi. At hæc non recte conclusa foret ratio. Nam illa infinitivi constructio ubique est orationis obliquæ, neque locum habet, nisi ubi in recta oratione is verbi modus, cujus vicem sustinet infinitivus, adjungi sibi particulam patitur. Hinc patet, prius de his verbi modis, quam de infinitivo dicendum esse.

VI.

De ἂν cum indicativo summatim.

Par est autem, ex verbi modis primum commemorari indicativum. De eo ipsaque particula non satis accurate præceptum a grammaticis: quorum sententia his comprehensa est verbis scriptoris de Syntaxi in Bekkeri Anecd. p. 126. *Ἂν τοῦτον τὸν σύνδεσμον οἱ τεχνικοὶ δυνητικὸν προσαγορεύουσι· σημαίνει γὰρ πρᾶγμα μὴ γενόμενον, δυνάμενον δὲ γενέσθαι, εἰ μή τι συμβὰν ἐκώλυεν, οἷον, εἰ μὴ τὴν Ἑλένην Ἀλέξανδρος ἥρπασεν, οὐκ ἂν Τροία ἀπώλετο. ἠδύνατο φησὶ μὴ ἀπολέσθαι Τροία, εἰ μὴ τῆς ἀπωλείας τὴν αἰτίαν παρέσχε τὴν Ἑλένην ἁρπάξας Ἀλέξανδρος.* Et paullo post: *ἐξ οὖν ὑπαρχόντων χρόνων, ἐνεστῶτος, παρατατικοῦ, παρακειμένου, καὶ ὑπερσυντελικοῦ, ἀορίστου, μέλλοντος, ἐνεστῶτι καὶ παρακειμένῳ καὶ μέλλοντι οὐ συντάσσεται, τοῖς μέντοι τρισὶ τοῖς λοιποῖς παρὰ πᾶσι τοῖς σοφοῖς εὑρίσκεται.* Explicat hæc doctissimus grammaticus, Apollonius lib. iii. de Syntaxi cap. 6. p. 204. *ὁ δὴ ἂν σύνδεσμος αὐτὸ μόνον ἐκ τηρήσεως εἴρηται ὡς παρῳχημένοις συντάσσεται, ἐξῃρημένου τοῦ παρακειμένου. ἐφ' ἧς συντάξεως εἰ ἔροιτό τις, ἐν τῷ γράφω ἂν παρὰ τί τὸ ἀκατάλληλον ἐγένετο, οὐκ ἔστι φάναι ἢ μόνον ἐκ τῆς ἀντιλήψεως.* [*ὃ ἀκατάλληλόν ἐστιν.*] (Hæc verba aut ut interpretis additamentum delenda sunt, aut mox post ἀνθυπαλλαγὴ inserenda.) *οὔτε γὰρ ἀριθμοῦ ἀνθυπαλλαγή, οὔτε ἄλλου του, ὃ δύναται διελέγξαι τὸ ῥῆμα μὴ συμπληθυνόμενον ἢ συγχρονούμενον ἢ συνδιατιθέμενον. ἦν δὲ τὸ αἴτιον τοῦτο, τὰ γεγονότα τῶν πραγμάτων ὁ σύνδεσμος ἀναιρεῖν θέλει, περιϊστάνων αὐτὰ εἰς τὸ δύνασθαι, ἔνθεν καὶ δυνητικὸς εἴρηται. τὸ μὲν γὰρ ἔγραψα ἢ τὸ ἔγραφον ἢ τὸ ἐγεγράφειν ἢ ἀπὸ μέρους γεγονότα ἐστίν, ἢ καὶ ἔκπαλαι γεγονότα· ἔνθεν προσέρχεται τοῖς δυναμένοις τὴν ὕλην αὐτοῦ παραδέξασθαι, ἔγραφον ἄν, ἔγραψα ἄν, ἐγεγράφειν ἄν· οὐ μὴν τῷ γράφω ἢ γράψω· οὐ γὰρ παρῴχηται, ἵν' ἐγχωρήσῃ καὶ ἡ ἐκ τοῦ συνδέσμου ἀναίρεσις μὲν τοῦ γεγονότος, ἀπαγγελία δὲ τοῦ ἐσομένου. καὶ ἐντεῦθεν δὲ πειθόμεθα ὅτι οὐ παρῳχημένου συντέλειαν σημαίνει ὁ παρακείμενος, τὴν γε μὴν ἐνεστῶσαν· ὅθεν οὐδὲν δυνησόμενον γενέσθαι παρεδέξατο, καὶ διὰ τοῦτο ἀπροσδεὴς τοῦ ἂν συνδέσμου ἐγεγόνει. ἐν τῇ συνδεσμικῇ συντάξει ἐντελέστερον τὰ τοιαῦτα δέδεικται.* Ægre quidem caremus illa uberiore expositione, sed tamen vel ex his, quæ hic obiter attulit Apollonius, colligi potest, alii quam debebat fundamento disputationem ejus superstructam esse. Mirum profecto est, etiam doctissimos eruditissimosque grammaticos sæpenumero non modo, quod accidere cuivis potest, in ratione reddenda errare, sed etiam quæ usu firmata et comprobata sunt, vel ignorare videri, vel diserte ut prava rejicere. Utrumque factum videmus in hac disputatione. Nam neque caussa, cur præsenti et futuro jungi nequeat ἄν, recte explicata est ab Apollonio, neque ipsum illud verum est, non consociari particulam istam cum his temporibus, quandoquidem futurum saltem, in primis apud Homerum, quem præ ceteris scriptoribus omnibus grammatici illi tractabant, sæpissime adsciscit ἄν. Nititur Apollonii sententia eo, quod ἂν tollat veritatem facti, faciatque ut quid non fieri factumve esse, sed posse fieri cogitetur. Nunc ait imperfectum, aoristum, et plusquamperfectum vel quæ ex parte facta sint, vel pridem facta designare: ideo iis convenire ἄν. Quibus hoc videtur dicere, temporibus istis vel penitus vel ex parte tolli factum: quæ enim facta sint, jam non fieri, in præsente autem et futuro nihil esse quod tolli possit. nam quod fiat, non etiam non fieri; quam esse etiam perfecti rationem, quippe quod præsentem a perfecta re statum indicet; quod autem futurum sit, rem eo quidem dum pervenisse, ut fieret. Hæc quamvis subtiliter sint disputata, tamen, quoniam fundamentum quo nituntur angustioribus est quam oportebat limitibus circumscriptum, vera quidem sunt intra hos limites, quod autem extra eos est, intactum relinquunt. Nam particula ἂν quum ubique ad conditionem aliquam referatur, quæ conditio aut impleta aut non impleta intelligitur, eum tantummodo ejus usum, quo ad non impletam conditionem refertur, qui longe est altero crebrior, spectavit Apollonius. Unde fieri non potuit, quin ita, ut fecit, rationem concluderet. Nam quidquid ad conditionem non impletam refertur, ex eaque pendet, præterito tempore dicendum est, quia illud, non esse impletam conditionem, res est jam præterita. Itaque non Græca solum, sed aliæ quoque ac nescio an omnes linguæ in hoc genere verbis præteriti temporis utuntur, sive de præterita re, sive de præsente, sive de futuro loquendum sit. Ut *facturus essem* qui dicit, jam non factum esse sciat necesse est illud, quod si esset factum, ipse id quod agebat erat facturus. Neglexit vero Apollonius alteram rationem, qua particula ἂν ad impletam conditionem refertur. Quæ ratio quoniam non levius momentum quam prior illa ad plenam accuratamque rei expositionem habet, nos utramque ita conjungemus, ut ambas ex communi quem habent fonte repetamus.

Quæcumque fieri vel non fieri dicimus, aut simpliciter affirmamus negamusve facta esse vel fieri vel fore: cui usui nudus omnium temporum indicativus inservit: aut ita commemoramus, ut effectio eorum restringatur conditione aliqua, quæ eam vel ex parte vel totam tollat: quod fit adjectione particulæ ἄν. Hæc enim particula quoniam rei fortuitæ notationem continet, facit indicativo addita, ut effectio e fortuita aliqua caussa suspensa esse intelligatur. Significat ergo illa constructio, fieri quid, si fors ferat. Itaque quum ἔλεγον sine restrictione dicatur, ἔλεγον ἂν refertur ad conditionem aliquam, e cujus eventu pendeat. Nunc conditio illa aut impleta intelligitur, aut non impleta. Si impleta, ut *ἔλεγον ἄν, ὁπότε τις ἐρωτῴη*, veritas facti ex parte tollitur, ex parte affirmatur. Nam neque quod semel certo tempore, neque quod semper factum sit, enunciatur, sed indicatur quod ut plurimum, prouti fors ferret, fieri consueverit. Itaque oppositum cogitatur *οὐ μὴν ἀεί*, vel quidquid hujusmodi quoque in loco res requirit. Non impleta autem si intelligitur conditio, ut *ἔλεγον ἄν, εἰ ἐβουλόμην*, veritas facti tota tollitur, affirmaturque tantum, impendisse ejus effectionem. Unde oppositum cogitatur, *ἀλλ' οὐκ ἔλεγον*.

Ex his primo colligitur, ἔλεγον ἂν in utroque genere et in eo quod in re facta, et in eo quod in re non facta versatur, eamdem vim habere. Nam quod aliæ linguæ hæc genera discernunt, ut Latina, quæ in altero *dicebam fere*, in altero *dicerem* usurpat, nihil id ad Græcos, qui quod commune horum generum est respicientes, in utroque eadem forma dicendi utuntur.

Deinde illud quoque apparet, cur, ubi non impleta conditio intelligitur, necessario præteritis temporibus utendum sit, præsens autem, eique compar perfectum, ac futurum excludantur. Nam neque quid fuisset, neque quid nunc esset, neque quid futurum esset, cogitari potest, nisi jam constet, non esse factum id, unde ista pendebant. Quare quum illud, non esse impletam conditionem, jam sit res præterita, etiam quæ ex illa conditione pendebant, in præteritis numerantur. Sed ne quis forte conturbetur, quod non impletam vocamus, quæ videatur eodem jure impleta dici posse, quemadmodum *facerem nisi vetitum esset* idem est quod *facerem si esset licitum*: monendum putamus, conditionem posse vel affirmativam vel negativam esse, qualiscumque autem sit, notionem spectandam esse eam, quæ ex illa conditione suspensa est: ut *facerem*, vel *non facerem*: nam conditio est caussa qua quid fiat. Itaque *facerem* sic intelligitur, si qua caussa esset faciendi: at non est caussa faciendi: quare non facio; *non facerem* autem, si caussa non faciendi esset. at non est caussa non faciendi: non ergo non facio, i. e. facio.

Denique vero etiam de impletæ conditionis temporibus judicari poterit. Ac dicat quis forsitan, quæ impleta aliqua conditione fiant, non minus debere præteriti temporis esse, quia hoc quoque, esse illam conditionem impletam, pro præterito habendum sit: aliter enim nondum impletam fore. Esset hoc omnino ita, si in hoc genere, ut in altero, certum factum respiceretur. Atqui id nec fit, nec fieri potest: alioquin in omni certo facto addendum esset ἄν, quia nihil usquam fit, nisi caussa sit cur fiat. Quamobrem in iis tantum factis illa loquendi ratio usurpatur, quæ non unum certum factum, sed plura incerta, ut quidque forte factum, forte etiam non factum est, continent. In his igitur conditio nec tempori certo nec rei adstricta est: nam in solo casu versatur, cujus natura in eo est posita, ut caussa facti lateat, factum autem ipsum impletæ ignotæ conditionis documen-

tum sit, factumque esse, si sit factum, intelligatur. Itaque quod supra posuimus, *ἔλεγον ἄν, ὁπότε τις ἐρωτῴη*, nihil est aliud, quam *ὁπότε τις ἐρωτῴη, ἔλεγον, εἰ ἔλεγον*, vel *ἔλεγον, ὁσάκις ἔλεγον*. Quod si conditio ita est cum ipso facto conjuncta, ut impletam esse non nisi ex facto ipso cognoscatur, consequens est, quocumque in tempore factum illud colloces, etiam conditionem cum eo conjunctam fore. Quare in hoc quidem genere nihil est, quod prohibeat, quin et *λέγω ἂν* et *λέξω ἂν* recte dici existimentur. Ut quod apud Aristophanem est,

καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον
ἐκέλευσεν ἄν,

quid tandem caussæ esse dicamus, cur, si eadem res ut quæ nunc fiat vel olim futura sit narretur, non possit dici *κελεύει ἂν* vel *κελεύσει ἄν*? Immo vel ex eo id colligas, quod in hoc genere præteritum tempus non potest, vel in altero, quod est conditionis non impletæ, atque in re non facta versatur, ad præsentia et futura adhiberi, sed unice continetur in præteritis. His nihil aliud nunc quidem efficere volo, quam ut non rationi repugnare ostendam particulæ *ἂν* in impleta conditione consociationem cum præsentis futurique indicativo: ex quo consequitur ne perfectum quidem excludendum esse. Alia res est, si usum spectamus. Multa enim, quamvis recte dicantur, non sunt tamen usitata: contra sunt etiam, quæ usus prava receperit. Et poterit, si quis negat usu comprobari illas constructiones, eo uti argumento, quod Herodotus I. 196. ubi sæpius cum præterito *ἂν* in re facta conjunxit, omnem illam narrationem non ut cætera, quæ de Babyloniorum institutis refert, præsenti tempore complexus sit, sed quasi de industria transtulerit in præteritum, sic exorsus: *νόμος δὲ αὐτοῖσι ὧδε κατεστεάται· ὁ μὲν σοφώτατος ὅδε, κατὰ γνώμην τὴν ἡμετέρην, τῷ καὶ Ἰλλυριῶν Ἐνετοὺς πυνθάνομαι χρῆσθαι· κατὰ κώμας ἑκάστας ἅπαξ τοῦ ἔτεος ἑκάστου ἐποιέετο τάδε.* Sed de his nunc quidem satis.

VII.

De ἂν cum indicativo præteritorum in re facta.

Quod a quibusdam traditum est, particulas *ἂν* et *κὲν* cum præteritis in re facta constructas ita usurpari, ut quid non semel, sed iterum iterumque factum indicent, in eo est sane aliquid veri, sed multo tamen latius patet harum usus particularum. Quum enim per eas particulas, ut supra ostendimus, conditio aliqua significetur, quam ipsum factum impletam esse monstret, consequens est, hujusmodi locutionem, *ἔλεγον ἄν*, ubique ita exprimi posse, *dicebat, si dicebat*. Nam verbo *ἔλεγεν* affirmamus dixisse aliquem, particulæ autem adjectione indicamus, illud dicere ex aliqua re fortuita pependisse, totumque factum fuisse fortuitum. Illa fortuita autem varia sunt, ut *dicebat, si dicebat hic; si hoc; si huic; si hoc tempore; si hoc loco; si hoc modo.*

Ac frequentissimus est hujus locutionis usus, quum de pluribus factis aliquod ita commemoratur, ut quodlibet possit intelligi. In quo quod fortuitum est, fere vel in tempore, vel in persona, vel in re quapiam accessoria versatur. Ut in tempore apud Homerum Od. B. 104. (T. 149. Ω. 139.)

ἔνθα κεν ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστόν,
νύκτας δ' ἀλλύεσκεν.

Male in his locis postrema Wolfii editio *καὶ* præbet. Vide Schæferum in Præfat. ad Juliani Orat. in Constant. p. xviii. de hoc usu particulæ *ἂν* disserentem. De re sæpius facta sermonem esse, verbum frequentativum indicat. Sed additum *κὲν* non quotidie telam texuisse Penelopam significat, sed plerumque, ut forte ei libebat. Dubiæ auctoritatis hoc est Iliad. N. 732.

ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεὺς
ἐσθλόν· τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι·
καί τε πολέας ἐσάωσε, μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.

Vetus hæc et agnita a grammaticis scriptura est, quorum fuerunt qui *καὐτὸς* pro *καὶ αὐτὸς* dictum putarent, alii autem *κὲ* abundare dixerunt: utrique male. Sed mori poetæ convenientius est *δέ τε*. Non diversum est, quod legitur Odyss. Σ. 260.

καὶ γὰρ Τρῶας φασὶ μαχήτας ἔμμεναι ἄνδρας,
ἠ μὲν ἀκοντιστάς, ἠ δὲ ῥυτῆρας ὀϊστῶν,
ἵππων τ' ὠκυπόδων ἐπιβήτορας, οἵ κε τάχιστα
ἔκριναν μέγα νεῖκος ὁμοιΐου πολέμοιο.

Verba sunt Ulyssis ad Trojam profecturi, qui etsi fortes perhiberi Trojanos ait, tamen non videtur bella novisse, quæ ab iis feliciter gesta esse diceret, sed hoc tantum velle, viros fortes facile posse quamvis magnum bellum profligare. Itaque hoc quoque in loco poetam *οὔ τε* dedisse, non dubium esse puto. Apertiora hæc sunt Sophoclis in Philocteta v. 289.

πρὸς δὲ τοῦθ' ὅ μοι βάλοι
νευροσπαδὴς ἄτρακτος, αὐτὸς ἂν, τάλας,
εἰλυόμην δύστηνος, ἐξέλκων πόδα
πρὸς τοῦτ' ἄν· εἴ τ' ἔδει τι καὶ ποτὸν λαβεῖν,
καί που πάγου χυθέντος, οἷα χείματι,
ξύλον τι θραῦσαι, ταῦτ' ἂν ἐξέρπων τάλας
ἐμηχανώμην· εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν.

Et Aristophanis in Pluto v. 982.

ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσιν
εἰς ἱμάτιον· ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα·
καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον
ἐκέλευσεν ἄν, τῇ μητρὶ θ' ἱματίδιον·
πυρῶν τ' ἂν ἐδεήθη μεδίμνων τεττάρων.

Alia apud hunc exempla vide ibidem v. 1011. s. 1142. s. 1179. seqq. Nub. 54. 855. 977. seqq. 1382. seqq. Ran. 914. 920. 924. 927. 946. ubi codd. Rav. et Ven. *εἶπ' ἄν*. 948. 950. 1022. Eq. 1354. Av. 506. 520. ubi aliter Brunckius. 1288. Pac. 213. 217. 641. 643. Lys. 509. ubi non habet Brunckius. 510. seqq. 517. seqq. Lucian. Necyom. 7. T. 1. p. 465. Piscat. 11. 12. T. 1. p. 379. Philopseud. 35. T. iii. p. 61. seqq. Encom. Demosth. 39. T. iii. p. 520. ubi nemo non videat interpungendum esse, *μάτην, εἶπεν ἄν, ἐπρεσβεύσαμεν.* Herodotus i. 196. *ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἔσκον ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ εἴδεος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο χρηστοῦ· οἱ δ' ἂν χρήματά τε καὶ αἰσχίστας παρθένους ἐλάμβανον· ὡς γὰρ δὴ ἐξέλθοι ὁ κῆρυξ πωλέων τὰς εὐειδεστάτας τῶν παρθένων, ἀνίστη ἂν τὴν ἀμορφεστάτην ἢ εἴ τις αὐτέων ἔμπηρος ἦε· καὶ ταύτην ἀνεκήρυσσε, ὅστις θέλει ἐλάχιστον χρυσίον λαβών, συνοικέειν αὐτῇ· ἐς ὃ τῷ τὸ ἐλάχιστον ὑπισταμένῳ προσεκέετο· τὸ δὲ ἂν χρυσίον ἐγένετο ἀπὸ τῶν εὐειδέων παρθένων.* Solum hic ultimum *ἂν* potest alicui dubitationi obnoxium esse, quum primo adspectu nihil in illa sententia fortuiti insit. Ac vellem liber aliquis *αὖ* præberet. Defendi tamen potest *ἄν*. Nam quum illud certissimum sit, aurum ex pretio pro venustioribus accepto datum esse, apertum est, *ἂν* non ad verbum *ἐγένετο*, sed ad nomen *χρυσίον* esse referendum, idque etiam collocationi particulæ convenit: *quantum id forte auri erat, e venustiorum pretio erat confectum.* Nempe accipere illum aliquid auri, certum erat: quantum autem acciperet, fortuitum. Eadem ratio in multa alia exempla quadrat, ut in illud, quod ex Sophocle apposui, *εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν*, et in Aristophanis quem adscripsi locum. Nam ea sæpissime est nominis et verbi conjunctio, ut, quod fortuitum in sententia inest, ab nomine demum ad verbum transeat. Demosthenes in Conon. p. 1257, 12. ed. Reisk. *ἣν οὖν δειπνοποιεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ὥραν συμβαίνοι, ταύτην ἂν ἤδη ἐπαρῴνουν οὗτοι.* Lucianus Encom. Demosth. 24. T. iii. p. 500. de Proteo: *τὸ γενόμενον, ὅ φασιν αὐτὸν γενέσθαι, δρασμὸν ἐξευρίσκοντα τῆς ἀνθρωπίνης ὄψεως, ἐπεὶ κατηναλώκεν πάσας ἰδέας ἂν θηρίων καὶ φυτῶν καὶ στοιχείων, αὖθις αὖ πενίᾳ μορφῆς ἐπεισάκτου Πρωτέα γενέσθαι.*

Omnino autem nihil illo particulæ *ἂν* usu frequentius. Herodotus iii. 119. *ἡ δὲ γυνὴ τοῦ Ἰνταφέρνεος φοιτέουσα ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ βασιλέος, κλαίεσκε ἂν καὶ ὠδύρετο.* Sic ii. 109. iii. 51. 148. iv. 200. vii. 211. et cum verbis frequentativis ii. 174. iv. 42. 78. 130. Plato Apol. Socr. 7. p. 22. B. *ἀναλαμβάνων οὖν αὐτῶν τὰ ποιήματα, ἅ μοι ἐδόκει μάλιστα πεπραγματεῦσθαι αὐτοῖς, διηρώτων ἂν αὐτοὺς τί λέγοιεν.* Vide Xenoph. Hist. Cyr. vi. 2, 28. 4, 17. Aliquid dubitationis admittit Aristophanis locus in Pace v. 69.

ἔπειτα λεπτὰ κλιμάκια ποιούμενος,
πρὸς ταῦτ' ἀνεῤῥιχᾶτ' ἂν εἰς τὸν οὐρανόν,
ἕως ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς καταῤῥυείς.

Nam etsi hæc scriptura non solum in Aristophanis libris, sed etiam apud Etymol. M. p. 99, 29. et Suidam v. *ἀναῤῥιχᾶσθαι* invenitur, tamen Etymol. Gud. p. 52, 54. et Orion p. 621, 38. *τὸν* omittunt, Suidas autem in v. *ἀνεῤῥιχῶντο* et Philemon in Lexico p. 149. atque ex eo Favorinus habent *ἀνεῤῥιχᾶτ' ἂν πρὸς τὸν οὐρανόν*, ut videri possit *ἀνεῤῥιχᾶτ' ἄνω πρὸς οὐρανὸν* scribendum esse. Defendi tamen potest *ἄν*, quum Trygæus idemtidem ad cœlum escendere conatus sit, donec humi decideret.

Sæpe fortuitum illud, quod per particulas *ἂν* et *κὲν* significatur, non in tempore, sed in iis, qui fecerunt aliquid, positum est. Legitur hodie Iliad. X. 369.

ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες Ἀχαιῶν,
οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν
Ἕκτορος.

At quis vel mediocriter in Homero versatus hæc ferat? Nam primo *καὶ* et languidissime et contra morem poetæ additum est. Quod ubi sic poni videtur, ut paullo ante v. 364. et Iliad. A. 249. ibi *τὸν καί, τοῦ καὶ* non sunt pronomina relativa, sed demonstrativa, neque *καὶ* sic adnectendæ sententiæ caussa, sed alio fine adjectum est. Deinde nusquam Homerus *εἶδος ἀγητὸν* dixit, nisi forte quis ita accipiat Odyss. Ξ. 177. quo tamen loco non minus quam in cæteris, Iliad. E. 787. Θ. 228. Ω. 376. h. Apoll. 198. homo potius ipse *εἶδος ἀγητὸς* dicitur. Vera scriptura præfixa est scholio ed. Villois. ubi non, ut Heynius refert, *οἵ καί ἑ*, sed *οἵ κέ ἑ* scriptum est. Hinc locum illum sic esse corrigendum patet:

οἵ κέ ἑ θηήσαντο, φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν
Ἕκτορα.

Particula illa hic ita rem sæpius factam significat, ut non tam ad ea, quæ deinceps, quam ad id, quod a pluribus simul, aliis atque aliis, factum sit, referatur. Eadem ratio est verborum frequentativorum *εἴπεσκεν* et *οὐτήσασκεν* illo in loco. Ceterum nemo non videt, particulam *κὲ* non ad pronomen, sed ad verbum pertinere. Nam si pronomen demonstrativum substituas, recte dices, *οὗτοι δέ ἑ θηήσαντό κε.* Simillimus est Platonis locus in Apol. Socr. p. 18. C. *ἔπειτα εἰσὶν οὗτοι οἱ κατηγόροι πολλοὶ καὶ πολὺν ἤδη χρόνον κατηγορηκότες, ἔτι δὲ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ λέγοντες πρὸς ὑμᾶς, ἐν ᾗ ἂν μάλιστα ἐπιστεύσατε, παῖδες ὄντες, ἔνιοι δ' ὑμῶν καὶ μειράκια, ἀτεχνῶς ἐρήμην κατηγοροῦντες ἀπολογουμένου οὐδενός.* Demosthenes de Corona p. 301, 19. *ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς πώποτε τούτων διαπαντὸς ἔδωκεν ἑαυτὸν εἰς οὐδὲν τῇ πόλει, ἀλλ' ὁ μὲν γράφων οὐκ ἂν ἐπρέσβευσεν, ὁ δὲ πρεσβεύων οὐκ ἂν ἔγραψεν.* Andocides de Myster. p. 73. ed. Reisk. ubi Bekkerus p. 146. particulam uncis inclusit: *οὐ γάρ ἐστιν ὅστις πώποτε ὑμῶν παριὼν τὴν οἰκίαν τὴν ἡμετέρην ἀνεμνήσθη ἢ ἰδίᾳ τι ἢ δημοσίᾳ κακὸν παθὼν ὑπ' ἐκείνων, οἳ πλείστας μὲν στρατηγήσαντες στρατηγίας πολλὰ τρόπαια τῶν πολεμίων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑμῖν ἀπέδειξαν, πλείστας δὲ ἄλλας ἀρχὰς ἄρξαντες καὶ χρήματα διαχειρίσαντες τὰ ὑμέτερα, οὐδὲν ἂν πώποτε ὦφλον.* Id nos diceremus, *die nicht etwa schuldig wurden.*

Rariora sunt exempla, in quibus neque in tempore, neque in personis, sed in ipso facto aliquid fortuiti est. Homerus Odyss. Δ. 546.

ἢ γάρ μιν ζωόν γε κιχήσεαι, ἤ κεν Ὀρέστης
κτεῖνεν ὑποφθάμενος, σὺ δέ κεν τάφου ἀντιβολήσαις.

Nos diceremus, *oder es hat ihn etwa Orestes getödtet.* Nemo reprehenderet, si ibi *ἢ καὶ* legeretur. Sed agnitum *κὲν* etiam ab antiquis interpretibus.

Quæ hactenus attulimus, ita erant comparata, ut *ἂν* particula per se sola vel esset constructa cum indicativo præteriti, vel

posset cum eo constructa existimari. Sed est aliud genus loquendi, in quo ea particula non est per se constructa cum verbo, sed pertinet ad vocem conditionis significantem, quales sunt εἰ, ὅς, aliæque. Odyss. Z. 282.

> βέλτερον, εἰ κ' αὐτὴ περ ἀποιχομένη πόσιν εὗρεν
> ἄλλοθεν.

Melius est, si forte ipsa sibi maritum quæsierit. Nos hic quoque *etwa*. Nam sententia conditionalis, utpote quæ id quod est in conditione, facile admittit istam particulam. Incertus Pythagoreus apud Galium p. 722. αὐτίκα, κατηγορεῖς ἱεροσυλίαν τευ, αἴκ' ἐγένετο τὤργον, ἀλαθὴς ὁ λόγος. Et ἂν ante sequitur p. 720. ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτῷσαι τως λέγοντας ὡς τὸ αὐτὸ ἐστιν ἄδικον καὶ δίκαιον, αἴκα δή τι δίκαιον περὶ τὼς γονέας ἔπραξαν, ὁμολογοῦντι καὶ ἄδικον ἦμεν. Deberet ad hoc genus referri hoc Aristophanis in Lys. 1098.

> ὦ Πολυχαρίδα, δεινά γ' αὖ πεπόνθαμες,
> αἴ κ' εἶδον ἁμὲ τὤνδρες ἀναπεφλασμένως.

Et pertinet sane huc, nisi quod de re non facta accipiendum est. Nam recte Elmsleius, δεινὰ τἂν ἐπεπόνθεμες, nisi quod fortasse satius erat δεινά τἂν πεπόνθεμες scribi. Sed est hoc epicorum atque Doriensium proprium. Atticos non reperias in hujusmodi sententiis ἂν indicativo junxisse. Legitur quidem in quibusdam libris apud Aristophanem Nub. 1152.

> ΣΩ. ὥστ' ἀποφύγοις ἂν ἥντιν' ἂν βούλῃ δίκην.
> ΣΤΡ. κεἰ μάρτυρες παρῆσαν, ὅτ' ἐδανειζόμην;
> ΣΩ. πολλῷ γε μᾶλλον, κἂν παρῆσαν χίλιοι.

Sed non dubitandum quin vera sit plerorumque et meliorum librorum scriptura κἂν παρῶσι, quæ tamen est simplicius interpretanda, quam visum est Reisigio p. 104. Nam κἂν παρῶσι dicit Socrates, quia etiam illa, ὥστ' ἀποφύγοις ἂν ἥντιν' ἂν βούλῃ δίκην de præsente vel futuro dixit in Lysistrata 1025. qui scripserunt,

> κἄν με μὴ 'λύπεις, ἐγώ σου κἂν τόδε τὸ θηρίον
> τοὐπὶ τὠφθαλμῷ λαβοῦσ' ἐξεῖλον ἄν, ὃ νῦν ἔνι,

decepti sunt eo, quod aoristus sequitur. Recte vero libri κἄν με μὴ λυπῇς. Non minus temere ἄν, i. e. ἐάν, illatum in Demosth. proœm. p. 1451, 18. ubi non dubium est quin scribi debeat: οὔτ' ἂν εἴ μοι τὰ δέοντα ἐδοκεῖτε προαιρεῖσθαι, παρῆλθον, περίεργον ἡγούμενος τοῖς ἀφ' αὑτῶν ἃ χρὴ ποιοῦσι λέγειν, οὔτ' ἂν εἰ τοὐναντίον.

Alia quædam hujus generis non abhorrent a communi usu. Herodotus iii. 150 τὰς μητέρας ἐξελόντες, γυναῖκα ἕκαστος μίην προσεξαιρέετο τὴν ἂν ἐβούλετο ἐκ τῶν ἑωυτοῦ οἰκηΐων. Ita aliquot codd. iique recte: nam in aliis per grammaticos deleta videtur particula. Differentia manifesta est: nam τὴν ἐβούλετο esset *eam, quam volebat*; τὴν ἂν ἐβούλετο est, *quam forte volebat*, sive mavis *quamcunque volebat*. Hæc in præsens tempus translata, alterum sic est dicendum, προσεξαιρεῖται ἣν βούλεται, alterum, προσεξαιρεῖται ἣν ἂν βούληται. Lucianus Dial. Mort. ix. 2. T. i. p. 361. καὶ μακάριος ἦν αὐτῶν, ὅντινα ἂν καὶ μόνον προσέβλεψα. Idem in Demon. 10. T. ii. p. 379, 18. πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν. His quidem in duobus exemplis potuerat etiam optativus, sed omisso ἄν, poni. Sic etiam in hoc Antiphontis loco p. 768. (85. §. π. ed. Bekk.) ἔπειτα τὸν χορὸν συνέλεξα ὡς ἐδυνάμην ἄριστα, οὔτε ζημιώσας οὐδένα, οὔτε ἐνέχυρα βίᾳ φέρων, οὔτ' ἀπεχθανόμενος οὐδενί, ἀλλ' ὥσπερ ἂν ἥδιστα καὶ ἐπιτηδειότατα ἀμφοτέροις ἐγίγνετο, ἐγὼ μὲν ἐκέλευον καὶ ἡγούμην, οἱ δ' ἑκόντες καὶ βουλόμενοι ἔπεμπον. Pertinet ad hoc constructionis genus etiam Demosthenis locus p. 1106. ult. οἱδὶ δὲ τῇ παρακλήσει χρησάμενοι παραπετάσματι, διαθήκας ἐμαρτύρησαν, ὡς ἂν μάλισθ' οἱ δικασταὶ ταύτην τὴν διαθήκην ἐπίστευσαν τοῦ πατρὸς εἶναι, ἐγὼ δὲ ἀπεκλείσθην τοῦ λόγου τυχεῖν ὑπὲρ ὧν ἀδικοῦμαι, οὗτοι δὲ, φωραθεῖεν τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότες· καίτοι τό γ' ἐναντίον ᾤοντο τούτου. *Illi vero, provocationis prætextu usi, de testamento testati sunt ita, ut facillime judices hoc patris testamentum esse crederent, ego autem ab oranda caussa mea exclusus sim, ipsi vero falsa testati esse deprehenderentur: atqui contrarium sperabant.* Illa enim, οὗτοι δὲ φωραθεῖεν τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότες, ironice dicta esse patet.

Apud Herodotum vero quod i. 108. in quibusdam libris scriptum est, λάβε τὸν ἂν Μανδάνη ἔτεκε παῖδα, ita demum a solœcismi reprehensione quis liberet, si contendat veritum esse Astyagen, ne forte Mandane gemellos esset aut tergeminos enixa. At id vix erit cui probetur: recteque codd. plerique omittunt ἄν. Ostendat fortasse aliquem ἂν etiam apud Lucianum Halc. 5. T. i. p. 181. ταῦτα γὰρ τοῖς νέοις ὡς ἂν εἶπον παιδίοις οὐδ' εἰς νοῦν ἐλθεῖν δυνατὰ φαίνεται. Nam commemoraverat paullo ante τὰ νήπια παντελῶς βρέφη τὰ πεμπταῖα ἐκ γενετῆς ἢ δεκαταῖα. Sed non est cur displiceat ista locutio, cujus hic sensus est, τοῖς οὕτως ἂν ὡς εἶπον νέοις οὖσι παιδίοις.

VIII.

De ἂν cum indicativo futuri.

Pergimus ad ἂν cum futuro conjunctum, qua constructione, quamvis improbata grammaticis, epici veteres usi sunt sæpissime, quum quidem aliquid fortuiti inesse rei futuræ indicandum putarunt. Sed neque Latinis neque Germanis particula est, quæ in hoc genere ubique Græcæ particulæ vim exprimat. Nihilo minus percipi ejus potestas ubique potest. Ut a difficilioribus incipiam, quod Odyss. Γ. 80. legitur,

> εἴρεαι ὁππόθεν εἰμέν· ἐγὼ δέ κέ τοι καταλέξω,

id Germanice dicas, *ich will dir es wohl sagen*. Quod quid sit si accuratius quæras, apparet sensum esse, *si tibi placet, dicam.* Sic etiam Iliad. Ξ 267.

> ἀλλ' ἴθ', ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
> δώσω ὀπυιέμεναι καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.

Non est enim hæc oratio simpliciter et sine conditione promittentis, sed aliquam adjicientis dubitationem, si sit et alteri placeat. Cui simili in loco apertius est non posse te putare, quod est quidam modo affirmantis id, quod forte eventurum est. Apertior est rei fortuitæ significatio in his versibus Iliad. A. 139.

> ὁ δέ κεν κεχολώσεται, ὅν κεν ἵκωμαι.

Alia exempla vide versu 523. Δ. 176. Z. 260. Θ. 404. I. 61. 386. quo tamen ... conjunctivus placuit, eum ut in postrema editione posuit Wolfius. E. 239. O. 211. P. 515. X. 42. Odyss. Δ. 80. 733. Π. 297. P. 540. T. 558. Et ἂν Iliad. X. 66.

> αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσιν
> ὠμησταὶ ἐρύουσιν.

Vide vers. 49. et B. 488. (Odyss. Δ. 240. Λ. 327. 516.) Non minus sæpe ὅς cum futuro has particulas adsciscit. Iliad. A. 174.

> παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι,
> οἵ κε με τιμήσουσι.

Vide B. 229. I. 155. 297. M. 226. P. 241. Odyss. E. 36. K. 288. 432. Π. 438. Et ὅτε atque ὁπότε. Iliad. T. 135.

> ἀλλ' ἀναχωρῆσαι, ὅτε κεν συμβλήσεαι αὐτῷ.

Quod nos dicimus *wenn etwa.* Odyss. Π. 282.

> ὁππότε κεν πολύβουλος ἐνὶ φρεσὶ θήσει Ἀθήνη,
> νεύσω μέν τοι ἐγὼ κεφαλῇ.

Quo loco in vertendo omittendum κέν. Sic etiam Iliad. Φ. 340.

> μηδὲ πρὶν ἀπόπαυε τεὸν μένος· ἀλλ' ὁπότ' ἂν δὴ
> φθέγξομ' ἐγὼ ἰάχουσα, τότε σχεῖν ἀκάματον πῦρ.

Hic quidem φθέγξομαι dubium, futurumne sit an conjunctivus. Cum εἰ conjunctum κὲν rursum per *wenn etwa, si forte* exprimi potest Iliad. B. 258.

> εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι, ὥς νύ περ ὧδε.

Vide O. 213. P. 557. Od. E. 417. nisi hoc loco conjunctivus est. Sæpissime vero, ubi εἰ significat *an*, ut Odyss. O. 523. Π. 238. P. 79. Σ. 264. Tum etiam εἰσόκε, Odyss. Θ. 317.

> ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει,
> εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώσει ἔεδνα.

Itaque fortasse etiam ποιήσομαι Iliad. Γ. 409. non conjunctivus, sed futurum est.

Talia non reperias apud illos scriptores, qui sermone jam magis stabilito usi sunt: diserteque συνήσω ἂν in solœcismis numeratum ab Luciano in Pseudologista c. 2. T. iii. p. 555. Conjungere quidem nos quoque ἂν cum futuro quidam existimarunt, quorum aliquos, qui tamen satis leviter hanc rem attigerunt, citavit Schæferus ad Gregor. Cor. p. 66. Nominavit tamen eos item Astius ad Platonem de Legg. p. 358. Addi possunt Coraes ad Isocr. p. 155. et Lobeckius ad Phryn. p. 733. seq. Sed rectius commemorabuntur Heindorfius ad Platonis Phædon. p. 22. et Werferus in Actis Monac. i. p. 103. 248. 252. Quibus qui nuper accessit, Reisigius in commentatione de particula ἂν p. 99. seq. quum in animum induxisset, particula illa veritatem rei extolli potius quam deprimi, fieri non potuit, quin proferret quæ vereor ut multis persuadeat. Indicabo primum aliquot locos adjectione particulæ vel ab librariis vel a criticis depravatos. Aristoph. Ach. 392. Av. 832. Lysistr. 542. de quo loco vide Reisigium p. 101. et in Conject. p. 177. 188. ac nos ad Œd. Col. 1454. Platon. Phædr. p. 231. D. Antiphont. p. 34. (674. Reisk.) Apud Isocratem quæ exempla exstant, quum in cod. Urbin. omnia sublata sint, dubitari potest an id grammaticis acceptum feramus, præsertim quum codex ille ipsas exhibeat subscriptiones eorum, qui orationes istas recognoverint: vide Bekkeri editionem p. 15. 31. 277. 297. 312. 401. Sed utcumque illi grammatici pro suo arbitrio refinxerint Isocratem, tamen quibusdam saltem in locis librorum fide expulisse istam constructionem videntur, ut in Areopag. 35. §. 89. p. 211. (211. Lang.) et in Trapez. 21. §. 51. p. 528. (639.) ubi in verbis γνώσεσθε ἂν cod. Urb. omittit particulam, quæ unde orta fuerit si quæris, veri simillimum est, quum consueto errore exaratum esset γνώσεσθαι, supra autem adscriptum ε, inde conflatum esse γνώσεσθε ἄν. Omnino autem vix ullus est scriptor, in quo non aliquando ἂν librariorum errore vel inscitia cum futuro constructum reperiatur.

Quibusdam vero in locis non tantum tribuerim auctoritati grammaticorum, ut iis, sicubi ἂν cum futuro consociatum correxisse videantur, continuo assentiendum putem. Est autem duplex ratio, qua ἂν cum futuro conjungi possit, una, quum vere construitur cum illa verbi forma; altera, quum consociatur quidem particula futuro, sed non ut constructa cum eo censenda sit.

Dicatur primo de ea, quæ vere constructio habenda est. Ac nihil obstare quin particula ἂν in narratione rei fortuito factæ non solius præteriti propria, sed communis temporum omnium existimetur, supra ostendimus. Quod si is usus in præsente et futuro tam rarus, quam frequens in præteritis est, non est id mirum: narrationes enim fere in præteritis versantur. Sed quum etiam præsentia futuraque narrari possint, non temere damnem, sicubi etiam cum his temporibus, ea quidem lege qua in præteritis, ἂν conjunctum reperiatur. Nunc quidem non nisi unum in promptu habeo exemplum, idque valde dubium, apud Isocratem. Sublatum est enim in cod. Urb. sive librorum fide, sive quod Heliconius ejusque socii illam constructionem non putabant ferendam esse. In Panegyrico ille c. 18. §. 214. p. 102. (111. Lang.) ad bellum Persis inferendum adhortans, his verbis utitur. μόνος γὰρ οὗτος ὁ πόλεμος κρείττων εἰρήνης ἐστί, θεωρίᾳ μὲν μᾶλλον ἢ στρατείᾳ προσεοικώς, ἀμφοτέροις δὲ συμφέρων, καὶ τοῖς ἡσυχίαν ἄγειν βουλομένοις καὶ τοῖς πολεμεῖν ἐπιθυμοῦσιν. ἐξέσται γὰρ ἂν τοῖς μὲν ἀδεῶς τὰ σφέτερ' αὐτῶν καρποῦσθαι, τοῖς δ' ἐκ τῶν ἀλλοτρίων μεγάλους πλούτους κατακτήσασθαι. Codex Urbinas εἴη γὰρ ἄν. Ac sane ἐξέσται videri potest ex interpretatione in textum venisse, præsertim quum sæpius vulgata lectio, si ad hanc Urbinatis scripturam comparetur, interpretationis speciem præ se ferat. Patet vero, si recte se habet ἐξέσται ἄν, prorsus eodem modo dictum esse, ut ἐξῆν ἂν diceretur, si res ista esset temporis præteriti. Hac sola ratione, si scriptura recte se habet, defendi possit locus

Herodoti iii. 104. οἱ δὲ δὴ Ἰνδοὶ τρόπῳ τοιούτῳ καὶ ζεύξει χρεώμενοι ἐλαύνουσι ἐπὶ τὸν χρυσὸν λελογισμένως, ὅκως ἂν καυμάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων ἔσονται ἐν τῇ ἁρπαγῇ. Quasi dicas, *ut, quoties id faciunt, faciant maximi caloris tempore.*

Alterius generis, in quo ἂν junctum quidem futuro, sed constructum cum aliis verbis est, multo plura exempla inveniuntur: quorum etsi nonnulla suspecta sunt, tamen res ipsa minime videtur dubia esse. Apud Pindarum Nem. vii. 100. (68.) vulgo legitur: μαθὼν δέ τις ἂν ἐρεῖ, εἰ πὰρ μέλος ἔρχομαι ψέγιον ὄαρον ἐννέπων. Boeckhius, recte indicans usum Pindari ἐρέει requirere, ἂν delendum putat. At hoc vix addiderint librarii, quos credibilius est τὶς inseruisse. Patet vero, ἂν non ad verbum, sed ad participium referendum esse. Sed quod apud eumdem poetam Isthm. v. 54. Boeckhius scribi vult, εἰρήσεταί πᾳ κ' ἐν βραχίστοις, ut κ' ἐν sit pro κε ἐν, id vel propter istam particularum collocationem Græci sermonis ratio repudiat. Thucydides ii. 80. τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, οὐ πολλῷ ὕστερον τούτων, Ἀμπρακιῶται καὶ Χάονες, βουλόμενοι Ἀκαρνανίαν πᾶσαν καταστρέψασθαι καὶ Ἀθηναίων ἀποστῆσαι, πείθουσι Λακεδαιμονίους ναυτικόν τε παρασκευάσασθαι ἐκ τῆς ξυμμαχίδος καὶ ὁπλίτας χιλίους πέμψαι ἐς Ἀκαρνανίαν, λέγοντες ὅτι, ἢν ναυσὶ καὶ πεζῷ ἅμα μετὰ σφῶν ἔλθωσι, ἀδυνάτων ὄντων ξυμβοηθεῖν τῶν ἀπὸ θαλάσσης Ἀκαρνάνων ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχόντες καὶ τῆς Ζακύνθου καὶ Κεφαλληνίας κρατήσουσι, καὶ ὁ περίπλους οὐκέτι ἔσοιτο Ἀθηναίοις ὁμοίως περὶ Πελοπόννησον. Nonnulli codd. ἂν omittunt; alii habent κρατήσωσι. Nihil vero vitii in vulgata. Nempe si separatim singula posuisset Thucydides, ita scripsisset, ὅτι ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχοῖεν, καὶ τῆς Ζακύνθου καὶ Κεφαλληνίας κρατήσουσιν. Eo differt hujus loci sententia ab simili vi. 33. ἡγούμενοι, εἰ ταύτην σχοῖεν, ῥᾳδίως καὶ τἄλλα ἕξειν. Isocrates ad Demonic. §. 25. p. 8. Lang. vulgo: οὕτω δ' ἂν ἄριστα χρήσει τοῖς φίλοις, ἐὰν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτάγγελος αὐτοῖς ἐν τοῖς καιροῖς βοηθῇς. Jure, ut mihi videtur, hanc scripturam probat Werferus. Codd. quidam omittunt ἄν, alii, in iisque Urbinas, etiam copulam, οὕτως ἄριστα exhibentes. Quid sit illud οὕτω δ' ἂν, intelligas, ubi plene dixeris, οὕτω δ' ἂν χρώμενος, ἄριστα χρήσει. Æschines de falsa leg. §. 11. p. 196. Reisk. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα μεμνήσομαι καὶ δυνήσομαι εἰπεῖν, καὶ ὑμεῖς μαθήσεσθε. Quod quid aliud est quam οὕτω γὰρ ἂν ποιῶν? Sed hic quoque codd. nonnulli omittunt ἄν. Contra apud Lucian. Dial. Mort. xiii. 6. T. 1. p. 394. et de calumn. non temere cred. 6. T. iii. p. 133. in hac locutione pro futuro optativum præbuerunt codices. Sic apud Thucydidem i. 33. Bekkerus edidit: γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας, πρῶτον μὲν ὅτι ἀδικουμένοις καὶ οὐχ ἑτέρους βλάπτουσι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε, ἔπειτα, περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύοντας δεξάμενοι, ὡς ἂν μάλιστα μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν καταθεῖσθε. Libri κατάθησθε vel καταθῆσθε: in uno cod. η a correctore in spatio duarum litterarum capace exaratum. Ac recte quidem Bekkerus: sed non tamen absurdum est, quod Fr. Volcmar Fritzschius, juvenis bene in his litteris versatus, conjiciebat, καταθήσεσθε. Omnino autem, nisi fallor, in qualibet accessoria parte sententiæ ἂν locum habet, si illi ipsi parti aliquid fortuiti adscribendum est. Quare non solœcum esse puto, quod unus alterve codex in Aristoph. Nub. 465. præbet,

ἆρά γε τοῦτ' ἂν ἐγώ ποτ'
ὄψομαι;

Non enim ad futurum, sed ad τοῦτο referendum est ἄν. Quod explicatius ita dicas, ἆρά γε τοῦτ' ἂν εἴη, ὃ ἐγώ ποτ' ὄψομαι; Cæteri libri et Suidas, ἆρά γε τοῦτ' ἄρ'. Venetus, ἆρά γε τοῦτ' ἆρ', ut Reisigius edidit. Sed ut ἄρα post ἆρα defendi possit, ἆρα non potest. Similiter in Platonis Phædone p. 61. C. σχεδὸν οὖν, ἐξ ὧν ἐγὼ ᾔσθημαι, οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄν σοι ἑκὼν εἶναι πείσεται. Hic quoque nescio an a grammaticis expulsum sit ἄν, quod abest in membranis Bodleianis et aliis quibusdam codd. Xenophon Cyrop. vii. 5, 21. νῦν δ' ἐπ' αὐτοὺς ἴωμεν, ἐν ᾧ πολλοὶ μὲν αὐτῶν καθεύδουσι, πολλοὶ δ' αὐτῶν μεθύουσι, πάντες δὲ ἀσύντακτοί εἰσιν· ὅταν δὲ καὶ αἴσθωνται ἡμᾶς ἔνδον ὄντας, πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν ἀχρεῖοι ἔσονται ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι. Huic loco simillimus est hic Dinarchi in Demosth. §. 111. p. 73. Reisk. μὴ οὖν ἄχθεσθε αὐτοῦ κλαίοντος καὶ ὀδυρομένου· πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον ἐλεήσετε τὴν χώραν, ἣν οὗτος καθίστησιν εἰς τοὺς κινδύνους, τοιαῦτα πράττων. Bekkerus ibi ἐλεήσαιτε ex conjectura edidit, valde illa quidem probabili, sed tamen non evidenter necessaria. Non potest reprehendi, quod legitur apud Lucianum Fugitiv. 24. T. iii. p. 377. κατίωμεν, ὡς κἂν ὀλίγους αὐτῶν ἐπιτρίψωμεν σήμερον. Sed alia ibi exstat scriptura, ὡς οὐκ ἄν, quam apertum est aut optativum futurum requirere, ὡς *nam* significante. Eadem ratione τάχ' ἂν futuro junxit Antisthenes rhetor p. 30. §. 6. (p. 58. Reisk.) ὃς πρῶτον μὲν οὐκ οἶσθα οὐδ' ὅπως ἔδει μάχεσθαι, ἀλλ', ὥσπερ ὗς ἄγριος ὀργῇ φερόμενος, τάχ' ἄν ποτε ἀποκτενεῖς σεαυτόν, κακῷ περιπεσών τῳ. De quo non magis dubitandum quin recte dictum sit, quam de κἄν. Euripides El. 485.

κἂν ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν
ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ.

Lucian. Dial. meretr. xi. 4. T. iii. p. 310. περὶ γὰρ τῶν ἐτῶν κἂν ὁ πάππος διηγήσεταί σοι, εἴγε ζῇ ἔτι. Sed in Aristoph. Av. 1314.

ταχὺ δ' ἂν πολυάνορα τάνδε πόλιν
καλεῖ τις ἀνθρώπων,

ubi Reisigius p. 101. καλεῖ tuetur, quia ei ἂν probabilitatem rei augere potius quam minuere visum est, nihil prorsus ego quidem invenire queo quo futurum defendam, præferamque quamvis paucorum librorum scripturæ καλοῖ, plerisque doctorum probatæ. Cæterum recte in hoc versu nuper G. Dindorfium τὰν πόλιν dedisse puto, velimque etiam ταχύ τὰν scribi. Adjungit Reisigius Euripidis locum in Heracl. 769. quem ita scribit, οὔποτε θνατῶν ἥσσονές ποτ' ἂν ἔκ γ' ἐμοῦ φανοῦνται. Libri εὖτ' ἐμοῦ vel οὔτ' ἐμοῦ. Quæ hic Elmsleius duo fœdissima latere menda putat, repetitum ποτὲ et ἂν junctum futuro, non menda sunt, sed recte composita oratio. Illa potius duo vitiosa sunt, εἴτ' ἐμοῦ, et quod nomen substantivum deest. Utrumque removeris, si scripseris,

Ζεύς μοι σύμμαχος, οὐ φοβοῦ-
μαι· Ζεύς μοι χάριν ἐνδίκως
ἔχει· οὔποτε θνατῶν
ἥσσους θεοί ποτ' ἂν ἔν γ' ἐμοὶ φανοῦνται.

Multo minus afferre debebat Reisigius Sophocl. Trach. 672.

τοιοῦτον ἐκβέβηκεν, οἷον ἂν φράσω,
γυναῖκες, ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν.

Quo modo quis umquam loquutus est? In Andromacha Euripidis autem v. 465.

οὐδέποτ' ἂν δίδυμα
λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν,

metricis deberi ἂν arguunt codices, non habentes eam particulam.

Sed dicendum de τίς ἂν cum futuro. In Eurip. Iph. T. 894. hæc leguntur:

τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἢ θεὸς ἢ βροτὸς ἢ
τι τῶν ἀδοκήτων
ἄπορον πόρον ἐξανύσας,
δυοῖν τοῖν μονοῖν Ἀτρείδαιν φανεῖ
κακῶν ἔκλυσιν;

Reisigius pro ea quam sibi fecit notione particulæ p. 100. τίς ἂν φανεῖ absurdam interrogationem esse dicit, Seidleroque accedit, ἂν ad participium referenti. Nimirum factum est id eodem modo, quo supra vidimus usum Thucydidem, quia in mente habebat poëta, τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἐξανύσειεν; Illa in opinione defixus Reisigius apud Theocritum xxvii. 38. pro τίνα κεν, τίνα μῦθον ἐνίψω scribi jubet τίνα καί. At non magis absurda est talis interrogatio, quam quum nos *wer wohl* vel *wer etwa* dicimus. In Eurip. Bacch. 639. Brunckius e cod. E.

τί ποτ' ἂν ἐκ τούτων ἐρεῖ;

Quem non dicam, ut Elmsleius, non magis potuisse in tantula re errare. Nam potest id sic explicari, τί ποτ' ἂν εἴη, ὃ ἐκ τούτων ἐρεῖ; Alii libri ἄρ' habent. Æschines in Ctesiph. §. 155. p. 542. Reisk. τότε μὲν, ταῦτ' ἐκήρυττεν, ἀλλ' οὐ νῦν, ἀλλὰ παραστησάμενος τὸν τῆς ὀρφανίας τοῖς παισὶν αἴτιον τί ποτ' ἂν ἐρεῖ ἢ τί φθέγξεται; Ex undecim Bekkeri codd. unus tantum, isque e correctione, ἀνερεῖ, quod non receptum velim. Dinarchus in Demosth. §. 69. p. 49. Reisk. τί δ' ἄν, τιθῶμεν γὰρ ταῦτα, ἐὰν κατὰ τὸ ψήφισμα τὸ Δημοσθένους ἀπαιτῇ πέμψας ἡμᾶς Ἀλέξανδρος τὸ χρυσίον τὸ κομισθὲν εἰς τὴν χώραν ὑπὸ Ἁρπάλου, καὶ πρὸς τῷ γεγενῆσθαι τὴν τῆς βουλῆς ἀπόφασιν τοὺς παῖδας καταπέμψῃ πρὸς ἡμᾶς τοὺς νῦν ὡς ἑαυτὸν ἀνακεκομισμένους, καὶ τούτων ἀξιοῖ πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν ὑμᾶς, πρὸς θεῶν, ὦ ἄνδρες, τί ἐροῦμεν; Isocrates Evag. c. 25. §. 80. p. 328. Lang. τίνα γὰρ ἂν εὑρήσομεν τῶν τότε γενομένων, εἰ τοὺς μύθους ἀφέντες τὴν ἀλήθειαν σκοποῦμεν, τοιαῦτα διαπεπραγμένον, ἢ τίνα τοσούτων μεταβολῶν ἐν τοῖς πράγμασιν αἴτιον γεγενημένον; Codd. Urb. et Vat. omittunt ἄν, ex sententia grammaticorum. Jam nolet, spero, Struvius, quod suaserat in programmate xv. in fragmentis Dionysii Hal. ab Angelo Maio editis lib. xiv. c. 15. τί γὰρ ἂν δυνήσονται δεινὸν ἐργάζεσθαι τοὺς ὁμόσε χωροῦντας αἱ βαθεῖαι κόμαι; ita mutari, ut aut deleatur ἄν, aut δύναιντο reponatur. Sophoclis vero locus in Philoct. 1089. ubi Brunckius ex uno codice dedit τί ποτ' ἄν μοι τὸ κατ' ἦμαρ ἔσται; non est huc trahendus, quum ibi aptissime αὖ in cæteris libris scriptum sit.

Quod si τί ἂν licuit cum futuro conjungere, conjicias fortasse eamdem etiam negationis rationem esse, ut quæ per interrogationem in τί convertatur. Vereor tamen ut id idoneis exemplis comprobari possit. Nam in Aristoph. Vesp. 942. ubi vulgo,

οὐκ ἂν σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος;

cod. Rav. male οὐκ αὖ. Reisigius autem p. 101. sine controversia οὔκουν reponendum censet. Qui si p. 102. defendendum judicavit, quod in Nub. 1157. libri quidam, in iisque Ravennas habent,

οὐδὲν γὰρ ἄν με φλαῦρον ἐργάσεσθ' ἔτι,

ubi alii libri ἐργάσαισθ' exhibent, non erat cur in pari caussa eamdem constructionem damnaret. Sed neque his quidquam tribuendum, neque Eurip. Androm. 239.

οὐκ ἂν σιωπῇ Κύπριδος ἀλγήσεις πέρι; ——

ubi pariter codd. quidam οὐκ αὖ, viri docti autem οὔκουν. In Thesmoph. 814. non recte legitur,

ἀλλ' ἡμεῖς ἂν πολλοὺς τούτων
ἀποδείξομεν ταῦτα ποιοῦντας.

Ubi quum alii ἀποδείξαιμεν corrigant, mihi potius servato ἀποδείξομεν videtur αὖ pro ἄν, et αὐτὰ pro ταῦτα scribendum esse, ut hi duo versus in unum tetrametrum conjungantur. Quod scriptum est apud Xenoph. Ephes. iii. 8. p. 66, 9. οὐ γὰρ ἐντεῦθέν μέ τις ἀνέλοιτο, οὐδ' ἂν ἐπίδοιμι τὸν ἥλιον, οὐδ' ἂν εἰς φῶς ἐλεύσομαι, in eo facilius feras ἂν futuro additum, quam non additum optativo. Sed hoc genus scriptorum non est in exemplis puræ dictionis habendum.

Ut etiam ὃς ἂν cum futuro commemoremus, invenitur id apud Polybium xxxviii. 5, 7. καὶ προσεμέτρησεν ἕτερον ψήφισμα παράνομον, ὥστε κυρίους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, οὓς ἂν ἐπὶ στρατηγίᾳ αἱρήσονται. Ubi videndum, utrum ἂν deleri, an, quod Schweighæuserus fecit, αἱρήσωνται scribi debeat, de qua aoristi forma disputavit Lobeckius ad Phryn. p. 716. seqq. Apud Platonem de Legg. xii. p. 947. C. recte Astius ex Stephani emendatione, οὓς ἂν οἱ προσήκοντες τοῦ τελευτήσαντος ἐπόψωνται, confirmata ab uno duobusve codd. Vide Lobeckium ad Phryn. p. 734. In Euthydemo p. 290. D. εἰ οὖν, ἦ δ' ὅς, δεόμεθα ἐκείνης τῆς τέχνης, ἥτις ἂν ᾧ ἂν κτήσηται ἢ ποιήσασα ἢ θηρευσαμένη, αὐτὴ καὶ ἐπιστήσεται χρῆσθαι, καὶ ἡ τοιαύτη ποιήσει ἡμᾶς μακαρίους, ἄλλην δή τινα, ἔφη, ζητητέον ἀντὶ τῆς στρατηγικῆς. Omittunt prius ἂν membr. Bodl. et tres e tredecim codd. Bekkeri. Apud Herodotum i. 93. vulgo ἐς ὃ ἂν συνοικήσουσι. Sed quidam codd. ut Werferus scribendum monuit, συνοικήσωσι.

Quod si summam horum, quæ disputavimus, paucis volumus comprehendere, sic erit statuendum: primo videri ἂν construi posse cum futuro in narratione rei fortuitæ; deinde conjungi cum

eo, sed ut non sit constructum, posse, ubi pertineat ad aliam notionem, quam quæ in verbi futuro inest, dummodo ea talis sit, ut ipsa per se rei fortuitæ ac dubiæ notationem apte recipiat.

IX.

De ἂν cum indicativo præsentis.

Magis quam futuri, præsentis indicativi constructio cum particula ἂν controversa est. Eam tuebatur Brunckius, quem vide ad Aristoph. Plut. 885. Eq. 1131. Ach. 873. Negant grammatici: de quibus supra dictum. Si qua est ratio, qua ἂν cum præsentis indicativo conjungi possit, non potest alia esse, quam duplex illa, de qua modo in futuri explicatione dictum est. Sed in hoc quoque genere magna pars exemplorum corrupta est. Et sæpe quidem metricorum industria, aliquando etiam criticorum imperitia grammaticæ. Qui errores hodie vel sublati sunt, vel removeri a quovis possunt. Vide Aristoph. Plut. 883. Nub. 395. Ran. 1421. Ach. 157. Av. 1069. Vesp. 343. Thesm. 99. Stobæi Serm. iii. 75. p. 44, 14. V. 67. p. 69, 8. xci. 24. p. 503, 20. cviii. 59. p. 571, 10. cxx. 30. Eclog. I. 8. p. 126. Euripidis versum in El. 1121. egregia emendatione sanavit Io. Ulr. Faesi, Turicensis:

ὁρᾷς; ἂν αὖ σὺ ζωπυρεῖς ἄλγη νέα·

i. e. ἀναζωπυρεῖς. Quæ Matthiæ in gr. Gr. §. 598. c. attulit, aliena sunt, præter Platonis locum in Alcib. ii. p. 142. E. ubi nunc γοῦν pro γ' ἂν restitutum. Apud eumdem de Legg. i. 14. p. 647. A. recte Astius ἆρ' οὐ καὶ νομοθέτης. In Cratylo p. 391. B. optimi libri αὖ pro ἂν præbuerunt, qua mutatione etiam Andocides de pace cum Lacedæm. 24. p. 165. (100. Reisk.) indiget; vide §. 9. Demostheni epist. 2. p. 1467, 9. codicis ope menda exempta est: item Andocidi p. 126. §. 86. (p. 41. Reisk.) Sunt etiam apud Homerum nonnulla hujusmodi, maxime in Odyssea: ut Γ. 255.

ἤτοι μὲν τόδε κ' αὐτὸς ὀΐεαι, ὥς κεν ἐτύχθη,
εἰ ζώοντ' Αἴγισθον ἐνὶ μεγάροισιν ἔτετμεν
Ἀτρείδης, Τροίηθεν ἰών, ξανθὸς Μενέλαος.

Nam quis non credat τόδε γ' αὐτὸς a poeta profectum esse? Quamquam hoc quidem videri potest per attractionem quamdam vel mutationem structuræ dictum esse, quasi voluerit dicere, τόδε κ' αὐτὸς οἴεαι κακὸν γενέσθαι Αἰγίσθῳ. Et A. 316.

δῶρον δ' ὅττι κέ μοι δοῦναι φίλον ἦτορ ἀνώγει,
αὖτις ἀνερχομένῳ δόμεναι οἶκόνδε φέρεσθαι.

Scribe ἀνώγῃ. B. 86.

ἐθέλεις δέ κε μῶμον ἀνάψαι.

Cod. Harl. ἐθέλοις δὲ καί. Unde Wolfius in postrema ed. ἐθέλοις δέ κε, recte, si signum interrogandi apposuisset. Ω. 87.

ἤδη μὲν πολέων τάφῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησα
ἡρώων, ὅτε κέν ποτ' ἀποφθιμένου βασιλῆος
ζώννυνταί τε νέοι καὶ ἐπεντύνονται ἄεθλα.

Ut monui in diss. i. de legibus quibusdam subtilioribus sermonis Homerici p. 7. quemadmodum Latine dici non potest, *multos vidi ludos, quum certamina instituerint juvenes*, sed dicendum est *quum instituunt*, ita etiam Græcus sermo non admittit conjunctivum in tali sententia. Quod si hic non mendosa est particula ἄν, suspicor ita esse conjunctivos restituendos, ut simul et hic, et Od. Λ. 415. ἀντιβολήσας scribatur. Nam veteres quidam h. l. ἀντεβόλησας, sed male in eo versu qui hos sequitur sic scribebant:

ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ἰδὼν ἐτεθήπεας θυμῷ.

Utrumque in postrema editione recepit Wolfius. Vulgo ἐτεθήπεα, ex Od. Z. 166. ut opinor. Alii ἐτεθήπεο, alii θηήσαο, quam veram scripturam esse vix sinit dubitare simillimus locus, Od. Λ. 416. seqq. Aliud corruptum exemplum invenitur Od. Ξ. 162.

τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο
οἴκαδε νοστήσει, καὶ τίσεται, ὅς κεν ἐκείνου
ἐνθάδ' ἀτιμάζει ἄλοχον καὶ φαίδιμον υἱόν.

Hic aut ἀτιμάζῃ scribendum videtur, aut, servato indicativo, ὅστις, quod alii libri habent.

Sed satis de his, quæ ferri nequeunt. Dicam nunc de illis duobus modis, quos supra monui rationi non repugnare, si possint exemplis confirmari. Eorum prior erat is, ut in narratione rei fortuitæ quemadmodum in præteritis, sic etiam cum præsentis indicativo conjungeretur ἄν. Fateor vero, nullum mihi exemplum occurrisse, quod hunc usum ita firmet, ut non aut corruptum, aut saltem suspectum videatur. Sed quemadmodum temerarius esset, qui dubiis exemplis confideret, ita non minus inconsiderate ageret, qui quæ non aut certis aut multis exemplis comprobata videret, ne posse quidem dici contenderet. Apud Homerum Iliad. Ξ. 484. legitur:

τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνὴρ
γνωτὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα λιπέσθαι.

Non facile hæc quisquam reprehenderet, si verbum esset temporis præteriti. Verum etsi hæc est plerorumque librorum scriptura, tamen nihil ei tribuendum est. Omissum est κε in codice apud Clarkium, omittitque in explicatione loci Eustathius p. 998, 41. (995, 15.) Cod. Vrat. d. autem habet id, quod ut et consuetudini poëtæ et sententiæ ipsi melius conveniens verum judicandum est: τῷ καί τέ τις εὔχεται ἀνήρ. Sic Iliad. I. 159.

τοὔνεκα καί τε βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων.

Apud Aristophanem in Ach. 873. Bœotus, interrogatus quid afferat, respondet,

ὅσ' ἔστ' ἂν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς.

Id nos diceremus, *was es etwa gutes in Bœotien giebt.* Hæc etsi et codd. nonnullorum et vett. edd. scriptum est, tamen optimi quidam libri ἂν omittunt, ἔστιν scriptum exhibentes: fatendumque, potuisse ἂν vel e prima sequentis vocabuli syllaba nasci, vel a metricis, quum ἔστ' ἀγαθὰ scriptum invenissent, inseri. Non tamen rationi repugnat particula. Sed ut hic non ferenda videatur, quia cum ipso est verbo constructa, non offendit tamen, si ad aliam vocem refertur. Illustre exemplum exstat in Xenophontis Sym⟨p⟩osio 4. 37. ἐγὼ δὲ οὕτω μὲν πολλὰ ἔχω, ὡς μόλις αὐτὰ καὶ ἐγὼ ἂν αὐτὸς εὑρίσκω. Delevit ἂν Schæfer, quem nuper secutus est L. Dindorfius. Non recte, mea sententia. Numquid enim aliud est illud Sophoclis, εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν, et quæ plurima similia supra commemoravimus? Nimirum ἂν est illud explicandum, ὡς μόλις αὐτὰ καὶ εἰ ἐγὼ αὐτὸς ζητοίην εὕροιμι. Hæc igitur qui damnet, quoniam rariora sunt, vereor ne parum perspectam habeat Græci sermonis elegantiam.

Ab hoc exemplo ut jam ad illud genus transeamus in quo particula non est proprie cum verbo constructa, non pauca hujusmodi inveniuntur, quæ cave temere corrigas. Non est ad hoc genus referendus locus Thucydidis iv. 63. memorabilis ille propter liberiorem, sed tamen justam verborum structuram: τὸ ξύμπαν τε δὴ γνῶμεν, πειθόμενοι μὲν ἐμοί, πόλιν ἕξοντες ἕκαστος ἐλευθέραν, ἀφ' ἧς αὐτοκράτορες ὄντες τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσου ἀρετῇ ἀμυνούμεθα· ἢν δὲ ἀπιστήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλὰ καὶ ἄγαν, εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρή, κατ' ἀνάγκην γιγνόμεθα. Sic plerique et optimi libri: vulgo γιγνώμεθα. Quis hic non primo adspectu vel γιγνόμενοι, quod, ut ἕξοντες, ex γνῶμεν penderat, vel saltem γιγνοίμεθα exspectet? Et tamen omnia recte habent. Ac primum, in quo hæserunt interpretes, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, sic est dictum, ut referatur ad φίλοι: volebat enim dicere, οὐκ ἂν περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα φίλοι γιγνοίμεθα, scilicet οἷς χρή: sed ne bis dicendum esset φίλοι, in altera parte posuit, addito statim opposito: atque ut φίλοι et διάφοροι, τοῖς ἐχθίστοις et οἷς οὐ χρή invicem opposuit, sic opposuit etiam γιγνοίμεθα ἂν et κατ' ἀνάγκην γιγνόμεθα, ita quidem, ut optativus ad ἂν ex illo indicativo supplendus sit. Itaque plene sic dicas: οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι ἀλλήλοις φίλοι γενησόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἄγαν, εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν γιγνοίμεθα τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρὴ κατ' ἀνάγκην γιγνόμεθα. Non valde dissimile est hoc Demosthenis Ol. i. p. 15, 8. οὔτε γὰρ ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐτρεπῶς, οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστ' αὐτῷ τὰ πράγματα ἔχει. Vide ibi Schæferum, cui displicet ἔχει, unice probatur ἔχοι. Neutri a codd. fides deest. Utrumvis alterum ex se repeti cogitatione postulat.

Aptius afferri poterit hoc Aristophanis in Eq. 1131.

χοὔτω μὲν ἄν, εὖ ποιεῖς,
εἴ σοι πυκνότης ἔνεστ'
ἐν τῷ τρόπῳ, ὡς λέγεις,
τούτῳ πανὺ πολλή.

Hæc est libri Ravennatis aliorumque scriptura, quæ si sic intelligitur, οὕτω μὲν ἂν ποιῶν, εὖ ποιεῖς, non est quod eam vituperes. Sed quum ποιοῖς in cod. Ven. ac Suidæ edd. vett. et cod. Oxon. legatur, non opus est indicativum tueri. Quod Stobæus Serm. xxi. 5. ex Menandri Thrasyleonte attulit,

κατὰ πόλλ' ἄν ἐστιν οὐ καλῶς εἰρημένον
τὸ γνῶθι σαυτόν· χρησιμώτερον γὰρ ἦν
τὸ γνῶθι τοὺς ἄλλους·

ubi apud Anton. Meliss. scriptum est κατὰ πολλῶν, H. Stephanus in Sent. Com. p. 408. et Dobræus ad Aristoph. p. (110) κατὰ πολλά γ' emendarunt, parum probabiliter. Multo veri similius est, quod Porsonus conjecit, κατὰ πόλλ' ἄρ' ἐστιν. Mihi tamen genuinum videtur κατὰ πολλῶν, a Stobæo autem profectum ἔστιν. In Platonis Apol. Socr. p. 41. B. ubi editi habent: καὶ δὴ καὶ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα ὥσπερ τοὺς ἐνταῦθα διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστι καὶ τίς οἴεται μέν, ἔστι δ' οὔ· membr. Bodl. et quinque de sedecim codd. Bekkeri, octoque optimi apud Stallbaumium præbent τίς ἂν αὐτῶν σοφός ἐστι. Qui locus est ejusmodi, ut, si aliunde satis firmari possit ista constructio, ad sensum venustissime addita videatur particula, subindicans singulari casu fieri, ut quis vere sapiens inveniatur. Est enim illud τίς ἂν *qui forte*, nobis *wer etwa:* ejusque exempla etiam cum futuro juncti vidimus. Et concedere debebunt, τίς ἂν cum indicativis omnium temporum construi posse, si qui Schæfero assentiuntur, qui τάχ' ἂν ita dici putat, ut ἂν ad τάχα pertineat, neque ad verbum referatur. Par enim causa est. Nam latet in isto ἂν talis sententia, τίς ἂν εἴη ὅς. Videtur autem valde placere sibi ea in re Schæferus, qui de illo τάχ' ἂν non solum ad Greg. Cor. p. 41. sed sæpius ad Sophoclem monuerit, ut ad Œd. R. 523. ad Œd. Col. 965. et 1076. et in addendis ad Œd. R. 139. Vellem vero demonstrasset vir doctissimus. Nam ex istis exemplis, quibus utitur, ne illa quidem duo, quæ ex Platonis Phædro attulit, rem comprobant. Eorum prius hoc est, p. 256. B. C. ἐὰν δὲ δὴ διαίτῃ φορτικωτέρᾳ τε καὶ ἀφιλοσόφῳ, φιλοτίμῳ δὲ χρήσωνται, τάχ' ἄν που ἐν μέθαις ἤ τινι ἄλλῃ ἀμελείᾳ τὼ ἀκολάστω αὐτοῖν ὑποζυγίω λαβόντε τὰς ψυχὰς ἀφρουρούς, συναγαγόντε εἰς ταὐτόν, τὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν μακαριστὴν αἵρεσιν εἱλέτην τε καὶ διεπράξαντο, καὶ διαπραξαμένω τολοιπὸν ἤδη χρῶνται μὲν αὐτῇ, σπανίᾳ δέ, ἅτε οὐ πάσῃ δεδογμένα τῇ διανοίᾳ πράττοντες. Alterum hoc est p. 265. B. τῆς δὲ θείας τεττάρων θεῶν τέτταρα μέρη διελόμενοι, μαντικὴν μὲν ἐπίπνοιαν Ἀπόλλωνος θέντες, Διονύσου δὲ τελεστικήν, Μουσῶν δ' αὖ ποιητικήν, τετάρτην δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος, ἐρωτικὴν μανίαν ἐφήσαμέν τε ἀρίστην εἶναι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπῃ τὸ ἐρωτικὸν πάθος ἀπεικάζοντες, ἴσως μὲν ἀληθοῦς τινὸς ἐφαπτόμενοι, τάχα δ' ἂν καὶ ἄλλοσε παραφερόμενοι, κεράσαντες οὐ παντάπασιν ἀπίθανον λόγον, μυθικόν τινα ὕμνον προσεπαίσαμεν μετρίως τε καὶ εὐφήμως τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν δεσπότην Ἔρωτα, ὦ Φαῖδρε, καλῶν παίδων ἔφορον. Nam in priore horum locorum etiam si τάχα abesset, recte potuerat ἂν participio addi, quo significaretur, *si forte animos non custoditos deprehenderint.* Omittunt autem ἂν aliquot libri. In altero vero quis non videt, si participio substituatur simplex oratio, dicendum esse, τάχα δ' ἂν ἄλλοσε παραφερόμεθα? Unde hic quoque ἂν cum verbo constructum esse patet. Talis est etiam Aristophanis locus in Vespis v. 280.

τάχα δ' ἂν διὰ τὸν χθιζινὸν ἄνθρωπον, ὃς ἡμᾶς διαδύετ',
ἐξαπατῶν, λέγων ὡς
καὶ φιλαθήναιος ἦν καὶ

τὰν Σάμῳ πρῶτος κατεῖποι,
διὰ τοῦτ' ὀδυνηθείς,
εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.

Nam quid aliud istud participium quam brevior quædam dicendi ratio est, contracta ex eo, quod plene diceretur, τάχ' ἂν ὀδυνηθείη, καὶ εἶτα κεῖται πυρέττων? Itaque ejusmodi potius locis utendum fuisset Schæfero, qualis hic est Andocidis de Myster. p. 136. §. 117. (p. 58. Reisk.) φέρε δὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, τάχα γὰρ ἂν αὐτὸ βούλεσθε πυθέσθαι, ὁ δὲ Καλλίας τί βουλόμενος ἐτίθη τὴν ἱκετηρίαν; Omittit ἂν codex unus; nescio an e correctione cujuspiam grammatici. At quis non corrigat, τάχα γὰρ ἂν βούλοισθε πυθέσθαι? Similiter peccatum in quibusdam libris Herodoti viii. 136. de quo loco in optativi explicatione dicetur.

Non est hic silentio prætereundus locus Aristophanis in Pace v. 1028. in quo me jure notavit Dobræus p. (110.) quod in Elem. d. m. ὁπόσ' ἂν χρεών ἐστι reliquerim. Ipse ὁπόσ' ἐστὶ χρεὼν legere videtur. Vulgo ibi: τί δ' οὐ σὺ φρονεῖς ὁπόσ' ἐστὶ χρεὼν τόν γε σοφῇ δόκιμον φρενί. Suidæ cod. Leid. ὁπόσα χρεών ἐστι τὸν σοφῇ. Codd. Rav. et Ven. ὁπόσ' ἂν χρεών ἐστι τὸν σοφῇ. G. Dindorfius ita edidit:

πῶς δ' οὐχί; τί γάρ σε πέφευγ', ὅσα χρὴ
σοφὸν ἄνδρα; τί δ' οὐ σὺ φρονεῖς, ὁπόσ' ἂν
χρεὼν τόν γε σοφῇ δόκιμον
φρενὶ πορίμῳ τε τόλμῃ;

Id mihi quidem non videtur ferri posse, quia sive ᾖ sive εἴη intelligas, non recte procedit sententia. Quin ne illa quidem, ὅσα χρὴ σοφὸν ἄνδρα, quo sensu verbis τί γάρ σε πέφευγε aptari possint, video. Immo vix puto dubitari posse, quin nihil sint nisi explicatio verborum ὁπόσα χρεὼν τὸν σοφῇ δόκιμον φρενί. Hinc etiam arbitror, excidisse nonnulla; quæ autem habemus, sic esse scribenda: πῶς δ' οὐχί; τί γάρ σε πέφευγε; τί δ' οὐ σὺ φρονεῖς ὁπόσα χρεών ἐστι σοφῇ δόκιμον φρενὶ πορίμῳ τε τόλμῃ;

Pertinet ad hanc disputationem etiam ἐὰν cum indicativo præsentis junctum, quod recentiores, in iisque ipsi grammatici non raro usurparunt. De qua re a Bastio Schæferoque disputatum est in Epimetro ii. ad Aristoph. Plut. p. xxxviii. seq. Atqui originem tamen aliquam habere consuetudo ista debet. Non est enim credibile, si illud solœcum est, subito solœcismum placuisse Græce loquentibus. Immo istæ a genuina linguæ ratione aberrationes fere ex eo natæ sunt, quod imitari, quæ apud antiquos et bonos scriptores exquisitiora viderentur, in laude numerabatur: quæ imitationes, quum caussæ, cur illi aliquando a regula declinassent, non essent satis perspectæ, sæpissime in vitium degenerarunt. Non debebat quidem Schneiderus in Epicuri epistola p. 27, 84. ἐάν τις βαστάζει defendere, neque Reiskius apud Demosthenem Or. in Neær. p. 1374. e cod. Bav. dare ἐὰν δ' εἴσεισι, neque ab aliis ferri apud Lycurgum 109. p. 266. (212. Reisk.) ὅταν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρατευόμενοί εἰσι. Heinrichius ibi ἴωσι edidit, quod non ausim defendere. Imm. Bekkerus autem aliique ὦσι scribendum putant, quod, nisi forte et ὅταν et εἰσὶ ut ab interprete adjecta deleri volemus, omnino probandum est. Aliter vero sentio de Herodoti verbis iii. 69. in quibus idem est atque apud Lycurgum librorum consensus: ἢν γὰρ δὴ μή ἐστι ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλὰ τὸν καταδοκέω ἐγώ, οὔτοι μιν σοί τε συγκοιμώμενον καὶ τὸ Περσέων κράτος ἔχοντα δεῖ χαίροντα ἀπαλλάσσειν. Nuper editum εἰ ex conjectura, quam nequaquam probo. Nam etsi hic et ἢν μὴ ᾖ et εἰ μή ἐστι dici potuit, tamen ne ἢν μή ἐστι quidem idonea ratione carere puto. Sic enim loqui videtur Otanes, ut non neget quidem, posse illum Cyri filium esse, quo fine particula rem fortuitam significante utitur, sed indicet tamen se certo credere non esse eum Cyri filium, quod exprimit indicativo adjuncto. Magis id eluceret, si dixisset: ἢν γὰρ δὴ μὴ ᾖ ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλ' ἔστι τὸν καταδοκέω ἐγώ· ut paullo post in eodem capite scriptum est: ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ ὦτα ἔχων, ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται, εὖ εἰδέναι ὡς ἀϊστώσει μιν. Quo loco quod tres codd. habent, εἰ τυγχάνει, minime prætulerim. Nam est quidem in illo liberiore modorum usu negligentia quædam, sed laudanda illa potius quam vituperanda, quia non inscitiam fontem habet, sed intelligentiam veri aptique. Comparari potest Theagis locus apud Stobæum l. 67. qui in vulgatis edd. bis scriptus invenitur p. 8. et 10. notabilis etiam propter formam, ὄκκαν, quam ex cod. A. pro ὄκα recepit Gaisfordius p. 31. ὄκκαν ὦν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μόλῃ, μίαν ἐπιδεξάμενα συναρμογάν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ ὁμολογία ἐν τᾷ ψυχᾷ· ὄκκαν δὲ στασιάζοντα καὶ ἀπ' ἀλλάλων ἀπέσπασται, τόκα δὲ γίνεται κακία καὶ ἀναρμοστία ἐν τᾷ ψυχᾷ. Nam etsi quis, quoniam cod. A. ἀπόσπασται habet, conjicere possit ἀποσπᾶται scribendum esse, tamen, si quid mutandum, aptius foret ἀπόσπαστα, omisso verbo, ut sæpius in hoc fragmento infra. Sed defendi potest ἀπέσπασται, non tamen ut ex ὄκκα, sed ut ex ὅτε, quod latet in ὄκκα, pendeat. Istud ὄκκα, hæc enim genuina scriptura est, quum sæpissime in ista Theagis dissertatione uti debebat cum conjunctivo constructum sit, semel additum habebat indicativum ἐπικρατεῖ, quem recte Gaisfordius cum Schowio in conjunctivum mutavit. In Cliniæ fragmento, quod numero 66. est in illo capite Stobæi, pro αἴκ' ὀρθοπλοεῖ cod. A. præbuit καὶ ὀρθοπλοεῖ. In Archytæ fragmento ibidem 70. p. 12, 48. recte Gaisfordius: φαμὶ τὰν ἀρετὰν ἦμεν ποττὸ μὴ κακοδαιμονεῖν ἱκανάν, τὰν δὲ κακίαν ποττὸ μὴ εὐδαιμονεῖν, αἴκα τὰς ἕξιας αὐτὰς κρίνωμες. Legebatur ibi κρίνομες, et in cod. A. κρίνοιμες. Sic etiam in Ecphantæ loco apud Stobæum xlviii. 64. p. 333, 34. scribendum, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις, αἴκα ἁμαρτάνωντι, ὁσιωτάτα κάθαρσις ἐξομοιωθῆμεν τοῖς ἀρχόντεσσιν. Ubi editum ἁμαρτάνοντι. Nec dubitandum, quin in his Pythagoræorum apud Galium p. 712. ἐπεί δέ κα γαμεῖται, et p. 751. αἴκα χρή, conjunctivi γάμηται et χρῇ reponendi sint. Sed p. 709. ubi est αἴκα ταὐτόν ἐστι τἀγαθὸν καὶ κακόν, scribendum αἴπερ, quod sæpius ibidem in iisdem verbis et p. 708. 716. usurpatum.

Denique ne desiderentur indicativi perfecti cum ἂν conjuncti exempla, hæc adjiciam: Hesiodi apud Stobæum Serm. ii. 14.

ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς κ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.

Sed in Hesiodi libris O. et D. 345. recte legitur ὅς τ' ἔμμορε. Et Dionysius Hal. in epistola ad Pompeium de præcipuis historicis p. 786, 14. εἰ δ' ὑπερεῖδεν ἐν τούτοις, ἐφ' οἷς μάλιστ' ἂν ἐσπούδακε, τῆς τε συμπλοκῆς τῶν φωνηέντων γραμμάτων καὶ τῆς κυκλικῆς εὐρυθμίας τῶν σχηματισμῶν πολὺ ἀμείνων ἂν ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ κατὰ τὴν φράσιν. Quis vero dubitet quin expungenda sit particula, qua nihil opus esse, jam a Stephano erat monitum?

X.

De ἂν cum indicativo in se non facta.

Explicuimus indicativi cum particula ἂν consociationem eam, quæ quod impletæ conditionis notionem continet, ad rem factam refertur. Nunc dicendum est de altero genere, quod quoniam ad conditionem non impletam spectat, ad rem quæ non est facta referatur necesse est. Significat, enim id, quod fieret, si impleta esset conditio, non fit autem, quia non est impleta. Hoc genus cur imperfecti tantum et plusquam perfecti et aoristi proprium sit, supra dictum cap. vi. monitumque, si aliam vim habere videatur, quam in re facta, id videri tantummodo, non esse, quia differentia omnis non in indicativo et particula, sed in eo sit posita, utrum de impleta an de non impleta conditione sit cogitandum. Quare ubi neque adjecta est conditio non impleta, neque apparet intelligendane sit an non, ibi prorsus ambiguum manet, quomodo verba interpretari debeas. Ut apud Aristophanem in Pace v. 1198.

ὦ φίλτατ', ὦ Τρυγαῖ', ὅσ' ἡμᾶς τἀγαθὰ
δέδρακας, εἰρήνην ποιήσας· ὡς πρὸ τοῦ
οὐδεὶς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου.

Perinde est, sive vertas, *antea nemo forte emebat falcem collybo*, sive dicas, *nemo emisset*, si scilicet collybo venalis fuisset.

Videamus jam usum ipsum. Et primo quidem apud epicos, Homerus Od. B. 184.

οὐκ ἂν τόσσα θεοπροπέων ἀγόρευες.

Non diceres. Et E. 39.

πόλλ', ὅσ' ἂν οὐδέποτ' ἐκ Τροίης ἐξήρατ' Ὀδυσσεύς,
εἴπερ ἀπήμων ἦλθε, λαχὼν ἀπὸ ληΐδος αἶσαν.

Potuit hic etiam εἴ κεν dici. Sic enim loquuntur veterrimi. Iliad. Ψ. 526.

εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω γένετο δρόμος ἀμφοτέροισιν,
τῷ κέν μιν παρέλασσ', οὐδ' ἀμφήριστον ἔθηκεν.

Et in illo versu apud Herodotum l. 174.

Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἴ κ' ἐβούλετο.

Et cum pronomine: Odyss. N. 205.

ἐγὼ δέ κεν ἄλλον ἐρισθενέων βασιλήων
ἐξικόμην, ὅς κέν μ' ἐφίλει καὶ ἔπεμπε νέεσθαι.

Non necessarium erat alterum κέν. Nam oratio, quæ suspensa est ex alia sententia, verbi modo servato non indiget repetitione particulæ. Quin recentiores etiam adspernantur repetitionem hujusmodi. Nec repetiit Homerus Odyss. Δ. 178.

οὐδέ κεν ἥμεας
ἄλλο διέκρινεν φιλέοντέ τε τερπομένω τε,
πρίν γ' ὅτε δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.

Nihil nos diremisset, ante quam mors occuluisset. Nam si primaria sententia conditionalis est, non possunt non omnia conditionalia esse, quæ pendent ex ea. Secus est, ubi sententia principalis sine conditione est, ut Odyss. T. 25.

δμωὰς δ' οὐκ εἴας προβλωσκέμεν, αἵ κεν ἔφαινον.

Non sivisti exire ancillas, quæ, si exiissent, *lucem fuissent præbituræ.* Hic si omisisset particulam, præbuisse illas lucem dixisset.

Recentior usus eo tantum ab epico differt, quod particulam ἂν in secundaria sententia non aliter, quam si necessaria est, addit. Temporum ratio eadem est. Ac primo imperfectum plerumque refertur ad præsens. Aristophanes Eccl. 151.

ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἠθάδων
λέγειν τὰ βέλτισθ', ἵν' ἐκαθήμην ἥσυχος·
νῦν δ' οὐκ ἐάσω.

Sæpe vero etiam ad præteritum, ejusmodi quidem, quod diuturnitatem aliquam vel repetitionem facti continet. Herodotus i. 68. ἦκουν ἄν, ὦ ξεῖνε Λάκων, εἴπερ εἶδες τάπερ ἐγώ, κάρτα ἂν ἐθώμαζες. *Miratus esses.* Ita cap. 170. iii. 25. v. 48. viii. 30. Aristoph. Nub. 1056. Antiphon p. 625. 644. 645. 688. 716. 718. 721. 733. 734. Dinarchus p. 10. Lycurgus p. 179. Andocides p. 12. 50. Isæus p. 53. Lysias p. 171.

Plusquamperfecti non obscura ratio est. Æschines p. 643. seq. καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο· εἰ δὲ μία μόνον μετέπεσεν, ὑπερώριστ' ἄν, ἢ ἀπέθανεν. Antiphon p. 689. εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν πληγῶν ὁ ἀνὴρ παραχρῆμα ἀπέθανεν, ὑπ' ἐμοῦ μέν, δικαίως δ' ἂν ἐτεθνήκει. Andocides p. 42. εἰ γὰρ ἦλθεν, ἐδέδετ' ἂν ἐν τῷ ξύλῳ· Demosthenes p. 242. ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλειτε. Ita codd. et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 126, 33. Nam prava quorumdam librorum scriptura ἀπολώλατε, quam Matthiæ in gr. Gr. §. 509. 5. 6. pro genuina habebat, addito ἂν ferri nullo modo potest. Ac vel apud Scholiastam Aristidis T. ii. p. 143. quem locum Lobeckius ad Ajacem p. 235. adhibuit, εἰλήφει ἂν haud cunctanter pro εἴληφεν ἂν reponi debebat. Alia plusquamperfecti cum ἂν conjuncti exempla apud Demosthenem exstant p. 652, 21. 660, 20. 667, 12. 680, 27. 726, 29. 855, 27. 867, 1. 889, 20. 901, 11. 916, 10. 1018, 14.

Aoristus plerumque de præterito tempore usurpatur, ut apud Aristophanem Ran. 732.

οἷσιν ἡ πόλις πρὸ τοῦ
οὐδὲ φαρμάκοισιν εἰκῇ ῥᾳδίως ἐχρήσατ' ἄν.

Quum vero ad præsens tempus refertur, est illud de eo, quod cito perficitur, intelligendum. Ita apud Sophoclem Œd. R. 1438. quum Œdipus dixisset, ῥῖψόν με γῆς ἐκ τῆσδ' ὅσον τάχιστα, Creon respondet:

ἔδρασ' ἄν, εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
πρώτιστ' ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.

Facerem. Apud Herodotum i. 42. Adrastus non libenter se regis jussa facere ostendit his verbis: ὦ βασιλεῦ, ἄλλως μὲν ἔγωγε ἂν οὐκ ἤια ἐς ἄεθλον τοιόνδε· οὔτε γὰρ συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένον εἰκός ἐστι ἐς ὁμήλικας εὖ πρήσσοντας ἰέναι, οὔτε τὸ βούλεσθαι πάρα, πολλαχῇ τε ἂν ἴσχον ἐμαυτόν. Male et contra sententiam loci novissimus editor ἀνῖσχον dedit. Imperfecto utitur propter illud πολλαχῇ: ante, ubi semel capiendum consilium in mente habuit, ἤια posuit. Nondum enim, mea sententia, vicit Buttmannus, ἤια imperfecti formam esse. Aristophanes Av. 786.

αὐτίχ' ὑμῶν τῶν θεατῶν εἴ τις ἦν ὑπόπτερος,
εἶτα πεινῶν τοῖς χοροῖσι τῶν τραγῳδῶν ἤχθετο,
ἐκπτόμενος ἂν οὗτος ἠρίστησεν ἐλθὼν οἴκαδε,
κᾆτ' ἂν ἐμπλησθεὶς ἐφ' ἡμᾶς αὖθις ἂν κατέπτετο.

Sed quod statim sequitur,

εἴ τε Πατροκλείδης τις ὑμῶν τυγχάνει χεζητιῶν,
οὐκ ἂν ἐξίδισεν εἰς θοἰμάτιον, ἀλλ' ἀνέπτετο,

nescio an dictum sit vere de re præterita, quum factum quid hujusmodi esse a Patroclide significet.

De futuris satis constat ἔμελλον et ἐμέλλησα usurpari eo, quod ipsa hujus verbi tempora indicant discrimine. Sed est etiam ubi sine hujus verbi accessione futurum tempus respiciatur, ita tamen, ut, recte explicata sententia, res ad præsens vel ad præteritum tempus redeat. Ut apud Antiphontem p. 778. οὐδέποτε ἠθέλησαν ἐλθεῖν ἐπὶ τοῦτο τὸ δίκαιον, εὖ εἰδότες ὅτι οὐκ ἂν τούτοις κατ' ἐμοῦ ἔλεγχος ἐγίγνετο οὗτος, ἀλλ' ἐμοὶ κατὰ τούτων, ὅτι οὐδὲν δίκαιον οὐδ' ἀληθὲς ᾐτιῶντο. Potuerat dicere εὖ εἰδότες οὐκ ἂν τούτοις γενήσεσθαι ἔλεγχον. Nunc quemadmodum loquutus est, hoc dicit: *noluerunt ea via uti, quia, si id fecissent, non mihi ea, sed ipsis nocuisset.*

Sed in his omnibus quum nihil difficultatis sit, alias potius loquendi formulas consideremus. Ac primo quidem sententias, quæ ἂν pronomini relativo junctum habent. Apertum est autem, si qua sententia, quæ ipsa per se conditionem non impletam contineat, reliquæ orationi adnectatur, oportere ἂν adjici. Ut apud Herodotum i. 86. Crœsus, interrogatus quis sit quem appellet, respondet: τὸν ἂν ἐγὼ πᾶσι τυράννοισι προετίμησα μεγάλων χρημάτων ἐς λόγους ἐλθεῖν. Demosthenes p. 536, 25. νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ἐν ᾧ τὸν δῆμον ἐτίμησεν ἄν. P. 914, 19. ἔστιν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἢ γενήσεταί ποτε, ὃς ἀντὶ δισχιλίων ἑξακοσίων δραχμῶν τριάκοντα μνᾶς καὶ τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα ἀποτίνειν προείλετ' ἄν; P. 1111, 21. ἔστιν οὖν ὅστις ἂν τοῦ ξύλου καὶ τοῦ χωρίου καὶ τοῦ γραμματείου τοσαύτην ὑπέμεινε φέρειν μίσθωσιν; ἔστι δ' ὅστις ἄν, δι' ὃν ὠφείλήκει τοσαῦτα χρήματα ἡ τράπεζα, τούτῳ τὰ λοιπὰ ἐπέτρεψεν; Et cum ὅπως. Idem p. 440, 1. ἔστιν οὖν ὅπως ταῦτ' ἄν, ἐκεῖνα προειρηκώς, ὁ αὐτὸς ἀνὴρ μὴ διαφθαρεὶς ἐτόλμησεν εἰπεῖν; Euripides Iph. Taur. 385.

οὐκ ἔσθ' ὅπως ἔτεκεν ἂν ἡ Διὸς δάμαρ
Λητὼ τοσαύτην ἀμαθίαν.

Mire hanc formulam mutavit Herodotus viii. 119. εἰ γὰρ δὴ ταῦτα οὕτω ἐῤῥήθη ἐκ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξεα, ἐν μυρίῃσι γνώμῃσι μίην οὐκ ἔχω ἀντίξοον μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλῆα τοιόνδε· τοὺς μὲν ἐκ τοῦ καταστρώματος καταβιβάσαι ἐς κοίλην νῆα, ἐόντας Πέρσας καὶ Περσέων τοὺς πρώτους· τῶν δ' ἐρετέων, ἐόντων Φοινίκων, ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν. Nam pro οὐκ ἔστι hic ad μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι refertur ὅκως.

Commemoranda hic est etiam formula οἶδ' ὅτι ἄν, et οἶδ' ὅ τι ἄν. Aristophanes Ach. 555.

ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἔδρατε.

Av. 1221.

ἆρά γ' οἶσθ' ὅτι
δικαιότατ' ἂν ληφθεῖσα πασῶν Ἰρίδων
ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες;

Antiphon p. 712. εὖ γὰρ ᾔδεις ὅτι οὐδεὶς ἂν ἦν σοι, ὃς ἐκεῖνον τὸν ὅρκον διομοσάμενος ἐμοῦ κατεμαρτύρησεν. Dinarchus p. 10. ἐφ' οἷς οὐκ οἶδ' ὅ τι πότ' ἂν ἐποίει, εἰ συνέβη κατορθῶσαι αὐτῷ ἃ συνεβούλευσεν. Demosthenes p. 1038, 4. εἰ μὴ γὰρ οὗτος ἡμῖν σαφῶς διώρισε τί πρῶτον δεῖ ποιεῖν τοὺς ἀντιδεδωκότας καὶ τί δεύτερον, καὶ τἄλλα δ' ἐφεξῆς, οὐκ οἶδ' ὅποι προῆλθεν ἂν ἡ τουτουῒ Φαινίππου τόλμα. Interdum ἂν etiam præcedit in hac formula, ut apud eumdem p. 1103, 20. ἐγὼ γὰρ αὐτὸς οὐκ ἂν οἶδ' ὅ τι ἄλλο εἶχον ψηφίσασθαι, τῶν πεπραγμένων μὲν οὐδὲν εἰδώς, τὰ δὲ μαρτυρούμενα ἀκούων.

Sed ubi sententiæ istæ ex alia sententia, in qua jam inest conditio non impleta, pendent, non additur ἄν, et recte quidem. Nam quæ primariæ sententiæ natura est, eadem est etiam plerumque saltem, earum, quæ ex ea aptæ sunt. Lycurgus p. 165. (242. Bekk.) καίτοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, ὦ ἄνδρες, τίς οὐκ ἂν τὴν πόλιν ἠλέησεν, οὐ μόνον πολίτης, ἀλλὰ καὶ ξένος ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐπιδεδημηκώς; τίς δ' ἦν οὕτως ἢ μισόδημος τότε ἢ μισαθήναιος, ὅστις ἐδυνήθη ἂν ἄτακτον ἑαυτὸν ὑπομεῖναι ἰδεῖν; Recte illud ὅστις ἐδυνήθη ἂν dictum est, quia sine conditione dictum erat id ex quo hoc pendet: *quis tanto in civitatem odio fuit, ut militiam detrectarisset?* Sed ubi ita mutaveris, ut conditio in principalem sententiam recipiatur, τίς ἂν ἦν οὕτω μισόδημος, jam sine ἂν dicendum erit ὅστις ἐδυνήθη. En exempla. Demosthenes p. 705, 26. ἐν ἂν αὐτοῦ τις ἐποιεῖτο κατηγόρημα, ὅ τι δήποτε τοῦτ' ἦν. Epicurus in Ep. ad Herodot. 6. p. 3. εἰ μὴ ἦν ὃ κενὸν καὶ χώραν καὶ ἀναφῆ φύσιν ὀνομάζομεν, οὐκ ἂν εἶχε τὰ σώματα ὅπου ἦν, οὐδὲ δι' οὗ ἐκινεῖτο, καθάπερ φαίνεται κινούμενα. Ibidem 8. p. 4. εἴτε τὸ κενὸν ἦν ὡρισμένον, οὐκ ἂν εἶχε τὰ ἄπειρα σώματα ὅπου ἐνέστη. Non debebat recipi Scaligeri conjectura ἂν ἔστη, quam et grammatica repudiat, et usus Epicuri, ut qui hoc ἔνστημα vocet in Ep. ad Pythocl. 9. p. 31.

Eadem ratio est particularum finalium ut ὅπως ἄν, ὅταν [illegible]. Aristophanes [illegible] 151.

ἔδει [illegible] μὲν ἕτερον ἂν τῶν βελτιόνων
λέγειν τὰ βέλτισθ', ἵν' ἐκαστ[illegible] ἡ πόλις.

Vide Ves. 901. Illud notandum, [illegible] sine particula ἂν de [illegible] re usurpari, [illegible] sententia [illegible] ad[illegible] ἄν, sive n[illegible] additur, conditio[illegible] non impleta [illegible]. Æschylus Prom. 740.

τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει
ἔῤῥιψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας,
ὅπως πέδῳ σκήψασα τῶν πάντων πόνων
ἀπηλλάγην;

Exempla qu[illegible] dedit Matthiæ in gr. Gr. §. 520. not. 5., [illegible] tamen neque Eur. p. Phœn. 213. afferre debebat, quo in [illegible] non ut, sed ubi significat, neque Platonis locum in Menone ita truncatum apponere, ut Plato leg[illegible] aliter quam [illegible] usus videatur. Integer locus hic est p. 89. B. καὶ γὰρ ἂν τοῦτο καὶ τόδ' ἦν· εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἐγίγνοντο, ἦσάν που ἂν ἡμῖν οἳ ἐγίγνωσκον τῶν νέων τοὺς ἀγαθοὺς τὰς φύσεις, οὓς ἡμεῖς ἂν παραλαβόντες ἐκείνων ἀποφηνάντων ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει, κατασημηνάμενοι πολὺ μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον, ἵνα μηδεὶς αὐτοὺς διέφθειρεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀφίκοιντο εἰς τὴν ἡλικίαν, χρήσιμοι γίγνοιντο ταῖς πόλεσιν. Apertum est, expressam esse in principali sententia conditionem non impletam. Quod si quæ per οὓς adjuncta est sententia, iterum habet ἄν, factum id est eo, quod non pendet ex priore sententia, sed sola per se constat. Quod autem in fine mutatur verbi modus, id recte quidem observat Buttmannus fieri propter prægressum ἀφίκοιντο, sed non explicuit tamen. Nimirum non recte dixisset Plato ἐπειδὴ ἀφίκοντο, quod sic indicasset, non fuisse illos ad justam ætatem perventuros. Quod si parti[illegible] usus esset, recte dixisset ἀλλ' ἀφικόμενοι εἰς τὴν ἡλικίαν χρήσιμοι ἐγίγνοντο. Nec non potuit ἐγίγνοντο dicere, quamvis prægresso ἀφίκοιντο. Euripides Inone apud Stobæum lxiii. 12.

χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦντά γ' ὅτι πλείστας ἔχειν
γυναῖκας, εἴπερ καὶ τροφὴ δόμοις παρῆν,
ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων,
τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο.

Ita, nisi fallor, scribendum: nam male vulgo εἴπερ ἄν. Sed boni libri ἂν omittunt. Heathius ἐξέβαλλ' ἂν scribendum putabat, quod vituperat, jure quidem, sed parum exploratam habens hujus rei rationem Valckenarius in diatr. de fr. Eurip. p. 176. quod etiam Brunckio accidit, quem vide de hac constructione ad Æsch. Prom. 155. ad Eurip. Hec. 214. ad Apollon. Rhod. i. 281. Explicui ad Viger. p. 791. et 851.

Noli vero putare, non licere omnino in hoc genere loquendi particulis finalibus addere ἄν. Immo necessaria aliquando ejus adjectio est. Nam ubi non quid fuisset, sed quid potuisset fieri indicare volumus, necessaria est particula. Demosthenes p. 849, 14. πρῶτον μὲν γὰρ εἴπερ ὡς ἀληθῶς ταῦτα μὴ ἐμαρτύρησεν, οὐκ ἂν νῦν ἔξαρνος ἦν, ἀλλὰ τότ' εὐθὺς ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου, τῆς μαρτυρίας ἀναγιγνωσκομένης, ἡνίκα μᾶλλον ΑΝ αὐτὸν ἢ νῦν ΩΦΕΛΕΙ. Hic ἂν positum, ubi ad primum adspectum abesse debebat. Recte vero posuit: *ubi ei plus quam nunc prodesse potuisset.* Omissa particula sensus foret: *ubi plus profuisset.* Quum particularum finalium, eadem etiam conditionalium ratio est. Nam non aliter iis additur ἄν, quam ubi necessarium est. Est autem necessarium tribus potissimum modis. Primo, ubi non simpliciter dicendum est *si esset* de eo quod non est, sed *si posset esse* de eo quod non modo non est, sed ne potest quidem esse. Demosthenes p. 1229, 22. ἔτι τοίνυν ὑπηρεσίαν τὴν κρατίστην ἔλαβον, πολλῷ πλεῖστον ἀργύριον δούς. οὗτοι δ' εἰ μὲν εἶχον χείρον' ἂν ἡμῶν, οὐδὲν ἂν ἦν δεινόν. νῦν δ' οὐδ' ὁποιαντινοῦν πω μεμίσθωνται, περὶ τοῦ πλείονος ἀντιλέγοντες. Ita libri quidam, recte, ut mihi videtur. Alii omittunt ἄν. *Si hi,* inquit, *remiges habituri fuissent multo deteriores, non mirum foret.* Omisso ἂν diceret, *si hi habuissent remiges deteriores:* ut oppositum foret, *at non habuerunt deteriores.* At habuerunt illi nullos omnino. Itaque apparet duplicem inesse conditionem, ut, quum altera, quia in principali sententia ἂν est, carere ea particula potuerit, altera eam requirat. Plene enim omnia si dicas, hæc habebis: *si illi habuissent remiges, non foret mirum, si hi remiges deteriores fuissent.* Alter modus est, quum in principali sententia non inest conditio non impleta. Nam si tum non ad εἰ adderetur ἄν, nescires utrum de re vere facta, an de cogitata sermo esset. Demosthenes p. 1201, 18. εἰ τοίνυν τοῦτο ἰσχυρὸν ἦν ἂν τούτῳ πρὸς ὑμᾶς τεκμήριον, ὅτι ἐξεδίδου τὸν Αἰσχρίωνα, ὃν πεμφθῆναί φημι ὑπὸ τούτου, μὴ λαβεῖν τὰς φιάλας παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ, καὶ τὴν μνᾶν τοῦ ἀργυρίου δανείσασθαι, κἀμοὶ γενέσθω τεκμήριον πρὸς ὑμᾶς ὅτι συνειδώς με ἀληθῆ ἐγκαλοῦντα οὐ τολμᾷ τὸν Αἰσχρίωνα παραδοῦναι. Dinarchus p. 39. (189. Bekk.) εἶτ' οὐ δεινόν, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ, ὅτι μὲν εἷς ἀνὴρ ἔφησε Πιστίας, Ἀρεοπαγίτης ὤν, ἀδικεῖν με, καταψευδόμενος κἀμοῦ καὶ τῆς βουλῆς, ἴσχυσεν ἂν τὸ ψεῦδος τῆς ἀληθείας μᾶλλον, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν τότε καὶ τὴν ἐρημίαν τὴν ἐμὴν ἐπιστεύθησαν αἱ κατ' ἐμοῦ ψευδεῖς γιγνόμεναι κατασκευαί. Si dixisset εἶτ' οὐ δεινὸν ἂν ἦν, omittere ἂν in sequentibus debuisset. Antiphon p. 760. (88. §. 29. Bekk.) καίτοι δεινόν, εἰ οἱ αὐτοὶ μὲν μάρτυρες τούτους ἂν μαρτυροῦντες πιστοὶ ἦσαν, ἐμοὶ δὲ μαρτυροῦντες ἄπιστοι ἔσονται· καὶ εἰ μὲν πάνυ μὴ παρεγένοντο μάρτυρες, ἐγὼ δὲ παρειχόμην ἄν, ἢ τοὺς παραγενομένους μὴ παρειχόμην, ἑτέρους δέ τινας, εἰκότως ἂν οἱ τούτων λόγοι πιστότεροι ἦσαν τῶν ἐμῶν μαρτύρων. Hoc in loco ambo modi, de quibus dictum, conjuncti sunt. Nam illa, εἰ τούτοις ἂν μαρτυροῦντες πιστοὶ ἦσαν, et εἰκότως ἂν πιστότεροι ἦσαν τῶν ἐμῶν μαρτύρων, dicta sunt, [illegible] est [illegible] impleta in primaria sententia δεινόν ἐστιν. H[illegible] aut[illegible] εἰ παρειχόμην ἄν, ubi non recte a Bekkero cum duobus codd. [illegible] missum est ἄν, propterea dictum est, quia supplicem habet conditionem. Sensus hic est: *malum vero, si iidem testes pro illis testantes fide digni essent, pro me autem nullam fidem haberent; et, si omnino non affuissent testes, ego autem exhibiturus fuissem, vel qui affuis-*

sent non exhibuissem, sed alios, ipsorum dicta plus fidei quam mei testes habuissent. Adde conditionem non impletam principali sententiæ, et videbis ita dici debere: *καίτοι δεινὸν ἂν ἦν, εἰ οἱ αὐτοὶ μάρτυρες τούτοις μαρτυροῦντες πιστοὶ ἦσαν, καὶ — εἰκότως οἱ τούτων λόγοι πιστότεροι ἦσαν τῶν ἐμῶν μαρτύρων.* Hinc judicari poterit de loco Demosthenis p. 260, 1. *καὶ τίς οὐκ ἂν ἀπέκτεινέ με δικαίως, εἴ τι τῶν ὑπαρχόντων τῇ πόλει καλῶν λόγῳ μόνον καταισχύνειν ἐπεχείρησα;* Codd. quidam *ἐπεχείρησα ἄν.* Recte omittunt particulam alii codd. et Plutarchus p. 542. A. Tertius denique modus, quo ἂν additur, is est, quum in oratione ex pluribus membris composita, præcessit sententia carens conditione non impleta, licet ejusmodi conditio in principali sententia insit. Nam non posset intelligi, de re non vera, sed cogitata sermonem esse, si præcedentia rem factam continent. Æschines p. 107. (329. §. 85. Bekk.) *οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ μηδὲν μὲν ἐμοῦ λέγοντος αὐτοὶ βοᾶτε τὴν ἐπωνυμίαν τῶν ἔργων ὧν σύνιστε τούτῳ, ἐμοῦ δὲ λέγοντος ἐπιλέλησθε, καὶ μὴ γενομένης μὲν κρίσεως περὶ τοῦ πράγματος ἥλω ἄν, γεγονότος δὲ ἐλέγχου ἀποφεύξεται.* Apertum est, si hic abesset ἄν, sensum fore, *si hic caussa cecidit,* non *si cecidisset.*

XI.

De omissa particula ἂν universe.

In communi scriptorum usu multo sæpius omissa particula ἂν dubitationem excitavit viris doctis, quam addita, quum multi, quod plerumque fieri viderent, ubique faciendum fuisse existimarent. Qua opinione nihil in arte critica cogitari potest perniciosius. Quærendum est potius, utrum quid necessario, an usu quodam et consuetudine fiat, omninoque caussæ prius investigandæ sunt, quum regulæ constituendæ. Et hac quidem in re, in qua nunc versamur, illud ante omnia videndum est, quid sit, quod dicimus omitti particulam. Potest enim dupliciter intelligi. Nam aut nihil mutari sententiam putamus detractione particulæ, aut mutari quadam ratione. Quod si nihil mutari sententiam volemus, recte quidem loquemur, quum omitti particulam dicemus, sed committemus tamen aliquid absurdi, quia, si particula aliquid tamen significat, nihil eam significare necesse esset, si perinde esset, utrum adderetur an omitteretur. Sin mutari omissione particulæ volemus sententiam, omitti particulam non recte dicemus, quia, ubi non illud significandum est, ad quod opus est particula, abesse eam necessarium est, ut non omitti, sed non ponenda esse dicenda sit. Itaque quum utrovis modo absonum sit, omissam dici particulam, videndum an tertia quædam ratio relinquatur, qua jure dici possit omitti. Est vero ita. Nam mutari sententiam quum dicimus, aut plane aliud quid dicere eum qui loquitur indicamus, aut idem quidem, sed cum levi aliquo et quod non magni referat discrimine dicere. Et hoc quidem quum fit, ut sententia maneat eadem parumque intersit, utrum addatur an omittatur ἄν, tum vero recte licebit omissam dici. Itaque hanc omnem disputationem in duas partes dividemus, quarum in priore de particula necessario omissa, i. e. ne ponenda quidem, in altera de non necessaria ejus omissione dicemus.

XII.

De indicativo particula ἂν necessario omissa.

Vulgaris est opinio, verba quædam, ut *ὤφελον, ἔμελλον, ἐχρῆν, ἔδει, προσῆκεν,* et alia, carere posse particulæ adjectione, et nisi semper, tamen plerumque ea carere. Vide Matthiæ gr. Gr. §. 510. b. et quem ille laudat Schæferum Melet. cr. p. 130. seq. de *χρῆν* et *ἔμελλον* disserentem. Non temere hoc fieri, sensisse videtur Matthiæ §. 508. not. 1. sed debebat eam rationem amplius persequi, præsertim quum ita simplex et plena sit, ut non possit non statim cuivis apparere. Neque enim ullum horum verborum est, quod non aut sæpe aut aliquando certe particulam ἂν tam necessario requirat, quam alibi adspernetur. Nam ubicumque aliquid, etiam sine conditione verum est, commemoratur, abesse debet particula: ubi autem aliquid nominamus, quod nonnisi certa conditione verum est, necessaria est particulæ adjectio. Intelligitur id autem ex opposito. Nam quod sine conditione verum est, ei non licet opponi, non esse verum: quod autem certa tantum conditione verum est, ei recte oppones, non esse, sublata conditione. Declarabo rem exemplis. Sophocles El. 1505.

> *χρῆν δ' εὐθὺς εἶναι τήνδε τοῖς πᾶσιν δίκην,*
> *ὅστις πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων θέλει,*
> *κτείνειν· τὸ γὰρ κακοῦργον οὐκ ἂν ἦν πολύ.*

χρῆν dicit, quia oportere indicat sine conditione. Nec potest opponi *ἀλλ' οὐ χρή*: nam si oportet, quomodo potest non oportere? At non omnia fiunt, quæ oportebat. Itaque quod opponere potes, aliud est: *ἀλλ' οὐκ ἔστι.* Contra non dicit, *τὸ γὰρ κακοῦργον οὐκ ἦν πολύ,* sed addit particulam. Nam illa tantum conditione non forent multi nefarii. Itaque oppositum est *ἀλλ' ἔστι πολύ.* Tam facile intelligetur, cur ea potissimum verba, quæ vel necessitatem aliquam significant, ut *ὤφελε, ἐχρῆν, ἔδει, προσῆκε,* vel libertatem faciendi, ut *ἐξῆν, ἐνῆν,* vel veritatem rei, ut *ἦν, ἔμελλε,* sæpissime careant particulæ accessione. Nam quæ fieri oportet, vel licet, vel quæ sunt aut futura sunt, plerumque simpliciter veritatem rei continent, ex nulla conditione suspensam. Attulit Matthiæ §. 508. not. 1. Sophoclis hoc in Œd. R. 255.

> *οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον,*
> *ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν·*

et Xenophontis Mem. Socr. ii. 7, 10. *εἰ μὲν τοίνυν αἰσχρόν τι ἔμελλον ἐργάσασθαι, θάνατον ἀντ' αὐτοῦ αἱρετέον ἦν.* Utrumque recte dictum. Nam et non expiare cædem, et turpe quid facere, impium erat, semperque impium est. Itaque tantum abest, ut hæc anomalia quædam sit, quemadmodum Schæfero videbatur in Melet. cr. p. 55. ut certissimam legem habeat particulæ omissio, cujus legis rationem non perspectam esse a Schæfero, manifesto prodit adnotatio 86. p. 129. Neque enim ipsi verbo tribuendum est, quod particula carere potest, sed potest id tum demum fieri, quum vel verbum ipsum non tantum auxiliare est, sed idem quod *ἐξῆν* significat, ut apud Demosthenem p. 656, 6. *εἰ γὰρ μηδὲν εἴχετε τῶν ἄλλων λογίσασθαι, μηδ' ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν οἷοί τε ἦτε ταῦτα συνεῖναι, ἦν ἰδεῖν παράδειγμα Ὀλυνθίους τουτουσί, οἳ τί πεποιηκότες αὐτοῖς Φιλίππου πῶς αὐτῷ χρῶνται;* vel ubi adjectivum accedit ejusmodi, quod aliquid per se verum significat, ut non possit contrarium oppositum cogitari, ut in hac Sophoclis Œd. R. 1368. quod Schæferus affert:

> *κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ' ὤν, ἢ ζῶν τυφλός,*

quod idem est atque *κρεῖσσον ἦν μὴ ζῆν σε, ἢ τυφλὸν εἶναι·* et ibidem v. 1375.

> *ἀλλ' ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος.*

Neque enim aut *οὐ κρεῖσσον ἦν* aut *οὐκ ἦν ἐφίμερος* opponi potest, sed opposita cogitantur, *at cæcus es: at cares adspectu liberorum.* Itaque etiam Latini in hoc genere non conjunctivo, sed indicativo utuntur, *licebat, oportebat, æquum erat,* et quæcumque sunt hujusmodi alia, dicentes. Ex quo apparet, neque in illis exemplis, quæ Schæferus p. 129. affert, omitti potuisse ἄν, illud autem, quod p. 55. ex Iphig. Aul. 944. opposuit, plane non pertinere ad omissionem particulæ, quia quod Achilles dicit,

> *ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνήρ,*
> *ἐγὼ τὸ μηδέν, Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν,*
> *ὡς οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ' ἀλάστορος γεγώς,*
> *εἴπερ φονεύει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει,*

hunc sensum habet: *me ergo infimum Argivorum et nullo loco habendum, Menelaum autem virum putabat Agamemno si meo nomine ad cædem faciendam abutitur.* Dionysius vero in Arte rhet. c. 4. p. 247, 9. ed. Reisk. ad quem locum illa adnotavit Schæferus, quum sic scripsit, *ἦν μὲν οὖν καὶ παρὰ Σαπφοῖ τῆς ἰδέας ταύτης παραδείγματα,* non est id recte Schæferus sic interpretatus: *posses quidem etiam in Sapphicis exempla hujus formæ reperire.* Nam et *εὑρεῖν,* si illud voluisset scriptor, addere debuisset, nec *posses,* sed *poteras* verti oportebat, quia non licet opponere, *at non potes invenire.* Recte vero loquutus est Dionysius, hoc volens: *in promptu erant exempla in Sapphicis, quibus uti poteram: sed nolo iis uti.* Sed satis. Nihil enim opus exemplis, quæ quis ex quovis scriptore millena possit colligere.

Talia potius afferre operæ pretium est, in quibus additum sit ἄν, quoniam de ea re quidam dubitarunt. Est enim etiam illis verbis, quæ plerumque carent particula, necessario addenda, ubi contrarium illorum verborum in mente habemus. Demosthenes p. 525, 15. *εἰ τοίνυν ἀπέχρη τοὺς τοῖς Διονυσίοις τι ποιοῦντας κατὰ τούτους τοὺς νόμους δίκην διδόναι, οὐδὲν ἂν προσέδει τοῦδε τοῦ νόμου, ἀλλ' οὐκ ἀπέχρη.* Hic omnia ex conditione pendent, et aperte oppositum est, *ἀλλὰ προσδεῖ τοῦ νόμου.* Sophocles Œd. Col. 1365.

> *εἰ δ' ἐξέφυσα τάσδε μὴ 'μαυτῷ τροφοὺς*
> *τὰς παῖδας, ἦ τἂν οὐκ ἂν ἦν, τὸ σὸν μέρος.*

Non viverem. Cogitat enim *ἀλλ' εἰμί.* Herodotus iii. 25. *εἰ μὲν νῦν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῆθεν γενομένῃ ἁμαρτάδι, ἦν ἂν σοφὸς ἀνήρ.* Scilicet nunc non fuit vir prudens. Demosthenes p. 24, 27. *οὐδὲ θαυμάζω τοῦτ' ἐγώ· τοὐναντίον γὰρ ἂν ἦν θαυμαστόν, εἰ μηδὲν ποιοῦντες ἡμεῖς ὧν τοῖς πολεμοῦσι προσήκει τοῦ πάντα ποιοῦντος ἃ δεῖ περιῆμεν.* Male hic codd. nonnulli omittunt ἄν. Nam oppositum est, *ἀλλ' οὐκ ἔστι θαυμαστόν, εἰ μηδὲν ποιοῦντες τοῦ πάντα ποιοῦντος μὴ περιεσόμεθα.* Idem p. 40, 8. *εἰ γὰρ ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου τὰ δέοντα οὗτοι συνεβούλευσαν, οὐκ ἂν ὑμᾶς νῦν ἔδει βουλεύεσθαι.* Nempe oppositum est *ἀλλὰ δεῖ νῦν.* Xenophon Anab. v. 1, 10. *εἰ μὲν ἠπιστάμεθα σαφῶς, ὅτι ἥξει πλοῖα Χειρίσοφος ἄγων ἱκανά, οὐκ ἂν ἔδει ὧν μέλλω λέγειν.* Addit oppositum Demosthenes p. 739, 24. *ἀλλὰ νὴ Δία αἰσχρὸν ἴσως ἂν ἦν Ἀνδροτίωνα δεδέσθαι ἢ Γλαυκέτην ἢ Μελάνωπον; οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ ἄνδρες δικασταί.* Si quis alia exempla requirat, aliquot ex uno Demosthene indicabo, apud quem quis ἂν cum ἦν conjunctum inveniat, p. 40, 18. 74, 17. 97, 19. 108, 22. 112, 1. 124, 8. 145, 20. 168, 11. 317, 4. 350, 7. 370, 2. 372, 20, 374, 8. 375, 27. 410, 9. 431, 6. 545, 26. 569, 13, 575, 2. 583, 7. 652, 3. 20. 660, 9. 662, 28. 665, 21. 681, 29. 702, 3. 746, 7. 849, 15. 861, 24. 917, 22. 974, 11. 987, 2. 1020, 17. 1229, 24. et cum *ἐξῆν* p. 745, 26. cum *ἔδει* p. 813, 3. 1082, 6. 1313, 23. 1418, 10. procem. et cum *ἀπέχρην* p. 813, 4. Et ne desint exempla, in quibus omissa, uti debuit, particula est, non additam videbis apud eumdem ad *ἔδει* p. 51, 5. 90, 1. 145, 10. 582, 2. 740, 19. ad *ἐνῆν* p. 52, 6. 354, 13. 379, 2. ad *ἐξῆν* p. 33, 11. 785, 15. ad *ἐχρῆν* p. 955, 20. ad *ἦν* p. 230, 15. 260, 4. 355, 7. 379, 12. 395, 3. 5. 463, 24. 1016, 24. 1017, 21. ad *προσῆκεν* p. 900, 24. 948, 14. Ex utroque genere pauca libet adscribere. Dicit Demosthenes p. 97, 8. ubi quid facto opus esset exposuit: *ταῦτ' ἦν εὖ φρονούντων ἀνθρώπων· ἐπηρεαζόντων δὲ καὶ διαφθειρόντων τὰ πράγματα, ἃ νῦν οὗτοι ποιοῦσι.* *Hoc erat hominum sapientium.* Non potest enim opponi; *at non est sapientium,* sed *at non facitis.* Idem p. 395, 14. *καίτοι καὶ τἄλλ' ἂν ἅπαντ' ἀκολούθως τούτοις ἐπέπρακτο, εἴ τις ἐπείθετό μοι. οὐ γὰρ ἔγωγε οὕτως ἦν ἄλλως οὐδ' ἄφρων, ὥστε χρήματα μὲν διδόναι, λαμβάνοντας ὁρῶν ἑτέρους, ὑπὲρ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας· ἃ δ' ἄνευ μὲν δαπάνης οἷά τ' ἦν πραχθῆναι, πολλῷ δὲ μείζονας ὠφελείας εἶχε πάσῃ τῇ πόλει, ταῦτ' οὐκ ἠβουλόμην γενέσθαι.* Initio posuit ἄν, quia oppositum est *ἀλλ' οὐ πέπρακται.* Mox vero omisit: neque enim oppositum cogitatur *fui ita stultus,* sed *feci ista, et sapienter quidem.* Idem p. 293, 12. *καὶ εἰ νῦν τριῶν ἡμερῶν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς ὁδὸν τῆς μάχης γενομένης τοσοῦτος κίνδυνος καὶ φόβος περιέστη τὴν πόλιν, τί ἄν, εἴπου πλησίον τῆς χώρας ταὐτὸ τοῦτο πάθος συνέβη,*

προσδοκῆσαι χρῆν. Non enim oportuit, quia non est illud factum, quo facto oportuisset. Alia ratio est hujus loci p. 112, 5. εἰ μὲν οὖν ἅπαντες ὡμολογοῦμεν Φίλιππον τῇ πόλει πολεμεῖν καὶ τὴν εἰρήνην παραβαίνειν, οὐδὲν ἄλλο ἔδει τὸν παριόντα λέγειν καὶ συμβουλεύειν, ἢ ὅπως ἀσφαλέστατα καὶ ῥᾷστα αὐτὸν ἀμυνούμεθα· ἐπειδὴ δ᾽ οὕτως ἀτόπως ἔνιοι διάκεινται, ὥστε πόλεις καταλαμβάνοντος ἐκείνου καὶ πολλὰ τῶν ὑμετέρων ἔχοντος καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀδικοῦντος ἀνέχεσθαί τινων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις λεγόντων πολλάκις ὡς ἡμῶν τινές εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸν πόλεμον, ἀνάγκη φυλάττεσθαι καὶ διορθοῦσθαι περὶ τούτου. Videri potest hic addendum fuisse ἄν, quia opponi potest ἀλλ᾽ οὐ δεῖ οὐδὲν ἄλλο λέγειν. Nihilominus recte omissa est particula. Neque enim sic intelligi hæc voluit Demosthenes; sed quum velit Philippum ab omnibus hostem judicari, vehementerque improbet eos qui aliter sentiant, in hanc sententiam loquitur: *si nemo nostrum dubitaret illum hostem esse, de eo tantum me dicere opus erat, quomodo repellendus esset: sed quoniam sunt qui aliter sentiant, his occurrendum est.* Ita apparet jam non quid opus sit et quid non sit opus inter se opponi, sed quid ipse facturus sit. Æschines p. 153. (p. 355. §. 150. Bekk.) ὡς τοίνυν ἐξῆν αὐτῷ σωθῆναι μὴ τιμωρησαμένῳ τὸν τοῦ Πατρόκλου θάνατον, ἀνάγνωθί μοι ἃ λέγει ἡ Θέτις. Potuisset quidem dici, quod quidam codd. habent ἐξῆν ἄν, quia licuisset Achilli servari, si Hectorem non occideret, quod occiso illo jam non licebat: sed non recte hoc diceretur, quia non quid licuerit ei, sed quid fecerit quæritur. Itaque oppositum est ἀλλ᾽ οὐκ ἐβουλήθη σωθῆναι.

Restant verba ὤφελον, ἔμελλον, ἔφην, ἐβουλόμην, de quibus aliquid adjiciendum videtur. Atque ὤφελον quidem cur vix aliter quam sine particula ἂν positum inveniatur ex iis quæ modo disputavimus apertissimum est. Nam quum hoc verbum proprie *debebam* significet, inest in eo necessitatis significatio, ut, quod debebat fieri, non etiam fieri non debuerit. Iliad. Ζ. 350.

ἀνδρὸς ἔπειτ᾽ ὤφελλον ἀμείνονος εἶναι ἄκοιτις,
ὃς ῥ᾽ ἤδη νέμεσίν τε καὶ αἴσχεα πόλλ᾽ ἀνθρώπων.

Odyss. Α. 217.

ὡς δὴ ἔγωγ᾽ ὄφελον μάκαρός νύ τευ ἔμμεναι υἱὸς
ἀνέρος, ὃν κτεάτεσσιν ἑοῖς ἔπι γῆρας ἔτετμεν:

Nusquam potes opponere *at non debebam esse*, sed *at non sum.* Debebas enim nihilo secius, etsi non est factum, quod fieri debebat.

Eadem ratio est verbi ἔμελλον. Nam qui facturus quid erat, eum non potes dicere non fuisse facturum, sed non fecisse. Quod vero Latini dicunt *facturus essem*, nihil obstat quin Græce dicas ἔμελλον ἂν ποιήσειν. Opponitur enim ἀλλ᾽ οὐ μέλλω, *non sum facturus.* Sed cavendum ne, ubi ἂν cum infinitivo jungendum est, ad ἔμελλε trahas. Ut in Xenoph. Cyrop. iv. 3, 3. στὰς ὅπου ἔμελλεν ἂν ἐξακούεσθαι τὰ λεγόμενα, i. e. *ubi futurum erat, ut exaudiri dicta possent.* Vel apud Andocidem p. 11. (106. §. 21. Bekk.) φέρε δὴ τοίνυν, εἰ καὶ ὁ πατὴρ ἐβούλετο ὑπομένειν, τοὺς φίλους ἂν οἴεσθε ἢ ἐπιτρέπειν αὐτῷ μένειν ἢ ἐγγυήσασθαι, ἀλλ᾽ οὐκ ἂν παραιτεῖσθαι καὶ δεῖσθαι ἀπιέναι ὅπου ἂν ἔμελλεν αὐτὸς σωθήσεσθαι, ἐμέ τε οὐκ ἀπολεῖν: i. e. *ubi futurum erat, ut et ipse servari posset et me non perdere.* Cæterum Schæferum in Melet. cr. p. 131. brevitatis studio dixisse puto ἔμελλεν fungi vice particulæ ἄν, atque ἔμελλε δύσεσθαι idem esse quod εἶτ᾽ ἄν. Nam ut sæpe hæc permutare possis, ut in illo versu, de quo disputat, Orphei in Argon. 1257.

ἢ τάχα καὶ δύσεσθ᾽ Ἀργὼ κατὰ βένθε᾽ ἔμελλεν.

tamen hoc significat *peritura erat*, illud autem *periisset.* Illo quidem in versu si Schæferus scribi jussisset,

ἢ τάχα κεν δύσεσθ᾽ Ἀργὼ κατὰ βένθε᾽ ἔμελλεν,

multo id magis probarem, quam quod vulgatam ἢ τάχα καὶ defendit. Κὲν enim epicorum more, de quo supra dictum, ita poterat adjici, ut *forte* significaret. Vulgatam vero quum ego in adnotationibus ad Orpheum propterea rejeci, quod epica oratio καὶ τάχα postularet, miror me nescire visum esse Schæfero, quod vel pueri sciunt, ἢ τάχα sæpissime apud epicos legi; non autem vidisse eum, has voces, quod initio novæ orationis faciendo, non continuandæ orationi inserviant, a me esse vituperatas. Hoc ergo refutare debebat, si defendere vellet vulgatam.

Parum differt etiam ἔφην. Homerus Od. Δ. 171.

καί μιν ἔφην ἐλθόντα φιλησέμεν ἔξοχον ἄλλων
Ἀργείων, εἰ νῶιν ὑπεὶρ ἅλα νόστον ἔδωκεν
νηυσὶ θοῇσι γενέσθαι Ὀλύμπιος εὐρύοπα Ζεύς.

Sperabam. Neque enim poteris opponere *at non sperari*, sed *at non venit.*

Eadem denique etiam verbi ἐβουλόμην aliquando ratio est. Sed hoc verbum si nunc habet adjunctam particulam, nunc non habet, tribuendum id est ambiguitati significationis. Æschines p. 383. (455. §. 2. Bekk.) ἐβουλόμην μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους καὶ τὰς ἐκκλησίας ὑπὸ τῶν ἐφεστηκότων ὀρθῶς διοικεῖσθαι, καὶ τοὺς νόμους οὓς ἐνομοθέτησεν ὁ Σόλων περὶ τῆς τῶν ῥητόρων εὐκοσμίας ἰσχύειν. Aristophanes Ran. 866.

ἐβουλόμην μὲν οὐκ ἐρίζειν ἐνθάδε.

Ubi Brunckius non debebat addere ἄν. Uterque scriptor recte loquutus est. Nam significat illud ἐβουλόμην *cupiebam*, cui quoniam non est oppositum *at non cupio*, recte abest ἄν. Itaque apud Æschinem sensum verborum etiam ita licet exprimere: *debebat servari antiquus mos judiciorum.* Apud Aristophanem autem qui loquitur, Æschylus, quum *cupiebam non certare* dicit, manere se alienum a certandi cupiditate indicat, etiamsi, quum detrectare nequeat, certaturus est: id quod his verbis dicit:

ὅμως δ᾽, ἐπειδὴ σοὶ δοκεῖ, δρᾶν ταῦτα χρή.

Sed observandum est, vix aliter hoc verbum ἐβουλόμην in principio quidem orationis carere posse particula ἄν, quam si μὲν adjiciatur, quo statim indicetur, etsi quis velit aliquid, tamen, quod velit, non fieri. Itaque Antisthenes rhetor orationem Ajacis sic, ut fecit, debuit incipere: ἐβουλόμην ἂν τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν δικάζειν, οἵπερ καὶ ἐν τοῖς πράγμασι παρῆσαν. Nam si omisisset particulam, narrare videretur se voluisse illud, nunc autem abjecisse eam voluntatem. Simillimum est hoc Luciani Hal. Art. rhet. c. 3. initio p. 233. ἐμοὶ μὲν ἦν τερπνόν, αὐτόν τε παρόντα καὶ συγχορεύοντα καὶ ἀναβακχεύοντα μετὰ σοῦ, τῆς φίλης ἐμοὶ κεφαλῆς, ὑμνεῖν. [illegible] dderit particula ἄν. Dicitur vero etiam ἐβουλόμην μὲν ἄν, ut apud Aristophanem Eccles. 151.

ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἠθάδων
λέγειν τὰ βέλτισθ᾽, ἵν᾽ ἐκαθήμην ἥσυχος.

Qui locus, ut plerique omnes, in quibus additum est ἄν, repugnare forsitan videbitur iis, quæ supra diximus, ubi addita sit particula, contrarium opponi posse. Non enim potest opponi ἀλλ᾽ οὐ βούλομαι. Sic etiam in Vespis, ubi quum Bdelycleo dixisset, κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται, respondet v. 960. Philocleo,

ἐγὼ δ᾽ ἐβουλόμην ἂν οὐδὲ γράμματα.

Demosthenes p. 54, 29. ἐβουλόμην δ᾽ ἄν, ὥσπερ ὅτι ὑμῖν συμφέρει τὰ βέλτιστα ἀκούειν οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοῖσον καὶ τῷ τὰ βέλτιστα εἰπόντι· πολλῷ γὰρ ἂν ἥδιον εἶπον· νῦν δ᾽ ἐπ᾽ ἀδήλοις οὖσι τοῖς ἀπὸ τούτων ἐμαυτῷ γενησομένοις, ὅμως ἐπὶ τῷ συνοίσειν ὑμῖν, ἐὰν πράξητε, ταῦτα πεπεῖσθαι λέγειν αἱροῦμαι. Æschines p. 506. (505. §. 115. Bekk.) ὃν ἐβουλόμην ἂν πολλῶν ἕνεκα ζῆν. Scilicet in hujusmodi locis ἐβουλόμην ἂν potestate idem est quod *bene esset*, cui recte opponitur *at non bene est.* Quare etiam Latini *vellem* dicunt. Omnino autem videndum, ut, quod quoque in loco oppositum cogitari debeat, recte cognoscatur, nisi male intelligi hujus et similium verborum rationem volumus. Ut quod in Gorgiæ defensione Palamedis scriptum est p. 113. (68. §. 21. Bekk.) ὅτι μὲν οὖν, οὐδ᾽ ἂν ἐβουλόμην προδοῦναι τὴν Ἑλλάδα, διὰ τῶν προειρημένων δέδεικται. Vehementer enim erraret, qui opponere vellet. ἀλλ᾽ ἐβουλόμην προδοῦναι sic simpliciter. Nam est illud quidem ipsum, sed ex persona adversarii oppositum: ἐβούλου προδοῦναι, ut, si ex ipsius oratoris persona oppositionem facere velis, dicendum sit, *videor prodere voluisse.* Ex his apparet, hoc quidem in loco plane diversam nasci sententiam, si ἂν removeatur. Nam addita particula dicit, *ne voluissem quidem perdere, si potuissem;* omissa autem, *ne volui quidem, quum potuerim.*

Sed multo latius patet hæc ratio; neque ullum est verbum, ad quod non pertineat. Nam ubicumque non potest contrarium opponi, recte abest particula. Antiphon p. 638. (41. §. 2. Bekk.) τὸν γὰρ ἄρξαντα τῆς πληγῆς, εἰ μὲν σιδήρῳ ἢ λίθῳ ἢ ξύλῳ ἠμυνάμην, ἠδίκουν μὲν οὐδ᾽ οὕτως· οὐ γὰρ ταυτά, ἀλλὰ μείζονα καὶ πλείονα δίκαιοι οἱ ἄρχοντες ἀντιπάσχειν εἰσίν. Non potest enim opponi ἀλλ᾽ ἠδίκουν. Idem p. 634. (18. §. 9.) ὡς δὲ οὐδὲ τὸν κίνδυνον οὐκ ἀσφαλέστερον τοῦ ἀπὸ τῆς γραφῆς ἡγούμην εἶναι, ἀλλὰ πολλαπλάσιον, εἰ μὴ παρεφρόνουν, διδάξω. Repetita est negatio, quia sequitur ἀλλά. Ad ἡγούμην, pro quo etiam ἔμελλον ἡγεῖσθαι dicere potuerat, non addidit ἄν, quia non potest opponi ἀλλ᾽ οὐκ ἡγούμην. Quum enim neget se cædem fecisse, non potuit omnino præferre periculum, quod occidendo inimico subeundum erat, in jus vocationi, immo ne cogitavit quidem de ea re. Operæ pretium est hic considerare ejusdem scriptoris locum p. 718. (57. §. 28.) ἀλλ᾽ ὡς κατεποντώθη λέγουσιν. ἐν τίνι πλοίῳ; δῆλον γὰρ ὅτι ἐξ αὐτοῦ τοῦ λιμένος ἦν τὸ πλοῖον. πῶς ἂν οὖν οὐκ ἐξευρέθη; Recte omisit particulam in his, δῆλον γὰρ ὅτι ἐξ αὐτοῦ τοῦ λιμένος τὸ πλοῖον ἦν. Nam si posuisset, deberet opponi posse *at non fuit ex ipso illo portu:* quod non potest opponi. Quare in hujusmodi locis recte sic vertas verbum sine particula: *debuit esse ex illo portu.* Sed quod statim addit cum particula, licebat etiam sine particula dici: πῶς οὖν οὐκ ἐξευρέθη; alio tamen sensu. Significaret enim, *cur non est inventus?* Addita autem particula dicit, *quomodo non esset inventus?* Vides recte opponi, *at non est inventus.* Nam interrogatio vim habet negationis, ut, si sine interrogatione proferas, dicendum sit, *non esset non inventus.* Alia ratio est hujus loci apud Demosth. p. 569, 27. ὅτι τοίνυν καὶ κεκόμισται χάριν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παρ᾽ ὑμῶν οὐ μόνον ὧν αὐτὸς λελειτούργηκε λειτουργιῶν ἀξίαν, (μικρὰ γὰρ αὕτη γέ τις ἦν,) ἀλλὰ καὶ τῶν μεγίστων, καὶ τοῦτο βούλομαι δεῖξαι. Reiskius ἂν post τις, Spaldingius p. 87. sive 93. ante αὕτη inserendum putabat. Erit sane addenda, si oppositum esse volumus *at justo accepit majorem gratiam.* Non videtur tamen illud respexisse orator, sed retulisse verba ad ἀξίαν, ut diceret, *qua ille dignus erat gratia, ea perexigua erat.* Tum vero ne potuit quidem addere particulam. Eadem ratio est Antiphontis verborum p. 680. (36. §. 4.) οὐ γὰρ ἀτρεμίζων ἀπέθανε. Qui si diceret, *non esset mortuus, si suo loco mansisset*, addere debuisset particulam. At non hoc dicit, sed *mortuus est, quia non mansit in loco.*

Volo hic usum quemdam particulæ ἂν cum particulis δήπου conjunctæ commemorare, quia facile videri potest alicubi omissum esse ἄν, ubi, si accuratius consideres, debet abesse. Particulæ illæ δήπου idem significant, quod in Germanica lingua *doch wohl.* Usurpantur autem ita, ut Latine per *credo* verti possint. Indicant enim vix quemquam dubitaturum esse. Jam sæpe istæ particulæ in ejusmodi oratione inveniuntur, ut possis etiam ἂν adhibere. Ut apud Antiphontem p. 716. (56. §. 24.) καίτοι γε οὐ δήπου κατ᾽ ἐμαυτοῦ μηνυτὴν ἔπεμπον εἰδώς. Ubi si dixisset, οὐκ ἂν κατ᾽ ἐμαυτοῦ μηνυτὴν ἔπεμπον, idem dicere visus esset. Sed non est ita. Nam ubi illud δήπου sine ἂν positum est, semper sententia talis est, ut, si δήπου tollas, illud habeas, quod necessario per solum indicativum dicendum erat, quia quid simpliciter sit vel fuerit indicat. Ut hic: *non misi indicem contra me ipsum.* Idem Antiphon p. 725. (62. §. 43. οὐ γὰρ δήπου οὕτω κακοδαίμων ἐγώ, ὥστε τὸ μὲν ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα προὐνοησάμην μόνος, ἵνα μοι μηδεὶς συνειδείη, ἐν ᾧ μοι ὁ πᾶς κίνδυνος ἦν, ἤδη δὲ πεπραγμένου μοι τοῦ ἔργου, μάρτυρας καὶ συμβούλους ἐποιούμην. Æschines p. 110. (329. §. 87.) φέρε δὴ πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν θεῶν, εἰ ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐτράποντο ἀπολογίαν, ἥνπερ Τίμαρχος νυνί, καὶ οἱ συναγορεύοντες αὐτῷ, καὶ ἠξίουν διαῤῥήδην

τινὰ μαρτυρεῖν περὶ τῆς αἰτίας, ἢ τοὺς δικαστὰς μὴ πιστεύειν, ἅπασα δήπου ἀνάγκη ἦν ἐκ τοῦ λόγου τούτου μαρτυρεῖν τὸν μὲν ὡς ἐδέκαζε, τὸν δὲ ὡς ἐδεκάζετο, προκειμένης ἑκατέρῳ ζημίας ἐκ τοῦ νόμου θανάτου. Demosthenes p. 554, 1. ἐγὼ δ' αὖ τοὐναντίον οἶμαι, εἰ τοῦτον ἀφῆκα, λελοιπέναι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν τοῦ δικαίου τάξιν, φόνου δ' ἂν εἰκότως ἐμαυτῷ λαχεῖν· οὐ γὰρ ἦν μοι δήπου βιωτὸν τοῦτο ποιήσαντι. Ubi vero non de eo, quod re vera fuit aut non fuit, sed de eo, quod esset, si quid aliud esset, sermo est, necessario debet ἂν accedere: ut apud eumdem p. 1109, 7. οὐδ' ἂν εἷς ἔτι δήπου τοῦτ' ἐμαρτύρησεν, εἰ μή τις καὶ παρῆν διατιθεμένῳ τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ, ἀλλ' εὐθὺς ἂν εἶπε, τί δ' ἡμεῖς ἴσμεν εἴ τινές εἰσι διαθῆκαι Πασίωνος; Oppositum enim cogitatur, *at illi sunt hoc testati.* Non ita in illis locis, in quibus deest particula, quorum in nullo potest contrarium opponi. Eadem ratio est verbi δηλονότι. Demosthenes p. 353, 22. ὃ τοίνυν μέγιστον ἁπάντων· ὁ γὰρ εἰς τὴν προτέραν γράψας ἐπιστολὴν, ἣν ἠνέγκαμεν ἡμεῖς, ὅτι ἔγραφον δ' ἂν καὶ διαῤῥήδην ἡλίκα ὑμᾶς εὖ ποιήσω, εἰ εὖ ᾔδειν καὶ τὴν συμμαχίαν μοι γενησομένην, γεγονυίας τῆς συμμαχίας οὔ φησιν εἰδέναι τί ἂν ποιῶν χαρίσαιτο, οὐδ' ὃ αὐτὸς ὑπέσχετο· τοῦτο γὰρ ᾔδει δηλονότι, εἴπερ μὴ ἀφενάκιζεν ὑμᾶς. *Nempe sciret,* inquit, *nisi res ludibrio haberet.* Non recte adderet particulam: significaret enim nescire illum.

XIII.

De indicativo particula ἂν rhetorice omissa.

Alia ratio, qua particula ἂν omittenda est, in illa figura cernitur, qua quod ob conditionem non impletam non est factum, sine conditione ut factum sumitur. Nam quum in hoc genere non possit contrarium oppositum cogitari, abesse necesse est particulam, quæ id cogitari jubet. Sed ex ea ipsa re, quod debet in hac figura abesse particula, consequitur, proprie intelligendum esse præteritum, et non posse de præsente aut futuro tempore accipi. Itaque non licet dici, εἰ ἠδίκεις ἐμέ, ἐτιμωρούμην σε, hoc sensu, *si me injuria afficeres, punirem te*: sed, etiam si velis ad præsens tempus referri, tamen proprie de præterito dictum erit, hoc modo: *fac te mihi injuriam intulisse: tum puniebam te.* Quam Elmsleius ad Bacchas v. 612. 1311. viam iniit, ἐλάνθανεν et similia pro λήσειν ἔμελλε dici, eoque particulæ omissionem defendi ratus, probari non posse monui ad Soph. Electr. 902. Nam si ita esset, non posset pro eodem etiam ἐλάνθανεν ἂν dici. Atqui et pro ἐλάνθανεν ἂν vix usquam non poteris ἔμελλε λήσειν dicere, et pro ἔμελλε λήσειν, ubi quidem id ad non impletam conditionem refertur, ubique dici potest ἐλάνθανεν ἄν. Sic Schæferus Mel. cr. p. 131. recte observat, in his Herodoti ii. 43. καὶ μὴ εἴ γε παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον οὔνομά τευ δαίμονος, τούτων οὐχ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα ἔμελλον μνήμην ἕξειν, dici potuisse ἔσχον ἂν μνήμην. Itaque illo Elmsleii argumento non efficitur quod quærimus, quid intersit utrum ἐλάνθανεν an ἐλάνθανεν ἂν dicatur. Nos quam omissæ particulæ rationem esse diximus, ejus insigne exemplum exstat apud Andocidem p. 28. (118. §. 57.) τί ἂν ὑμῶν ἕκαστος ἐποίησεν; εἰ μὲν γὰρ ἦν δυεῖν τὸ ἕτερον ἑλέσθαι, ἢ καλῶς ἀπολέσθαι, ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι, ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν κακίαν εἶναι τὰ λεγόμενα· καίτοι πολλοὶ ἂν καὶ τοῦτο εἵλοντο, τὸ ζῆν περὶ πλείονος ποιησάμενοι τοῦ καλῶς ἀποθανεῖν· ὅπου δὲ τούτων τὸ ἐναντιώτατον ἦν, σιωπήσαντι μέν, αὐτῷ τε αἴσχιστα ἀπολέσθαι μηδὲν ἀσεβήσαντι, ἔτι δὲ τὸν πατέρα περιϊδεῖν ἀπολόμενον καὶ τὸν κηδεστὴν καὶ τοὺς συγγενεῖς καὶ ἀνεψιοὺς τοσούτους, οὓς οὐδεὶς ἀπώλλυεν ἢ ἐγώ, μὴ εἰπὼν ὡς ἕτεροι ἥμαρτον· Διοκλείδης μὲν γὰρ ψευσάμενος ἔδησεν αὐτούς, σωτηρία δὲ αὐτῶν ἄλλη οὐδεμία ἦν ἢ πυθέσθαι Ἀθηναίους πάντα τὰ πραχθέντα· φονεὺς οὖν αὐτῶν ἐγινόμην ἐγώ, μὴ εἰπὼν ὑμῖν ἃ ἤκουσα· ἔτι δὲ τριακοσίους Ἀθηναίων ἀπώλλυον, καὶ ἡ πόλις ἐν κακοῖς τοῖς μεγίστοις ἐγίνετο· ταῦτα μὲν ἦν ἐμοῦ μὴ εἰπόντος· εἰπὼν δὲ τὰ ὄντα, αὐτός τε ἐσωζόμην καὶ τὸν πατέρα ἔσωζον καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς, καὶ τὴν πόλιν ἐκ φόβου καὶ κακῶν τῶν μεγίστων ἀπήλλαττον, φυγάδες δὲ δι' ἐμὲ τέτταρες ἄνδρες ἐγίνοντο, οἵπερ καὶ ἥμαρτον· τῶν δ' ἄλλων οἱ λοιποὶ πρότερον ὑπὸ Τεύκρου ἐμηνύθησαν· οὔτε δήπου οἱ τεθνεῶτες δι' ἐμὲ μᾶλλον ἐτέθνασαν, οὔτε οἱ φεύγοντες μᾶλλον ἔφευγον. Æschines p. 244. (402. §. 69.) τί δὲ καὶ βουλόμενος, εἴπερ ταὐτὰ Φιλοκράτει προειλόμην κατηγόρουν μὲν πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἀκροατὰς τῇ προτεραίᾳ, μίαν δὲ νύκτα διαλιπὼν συνηγόρουν; Refert hæc ex mente Demosthenis, de quo p. 242. (§. 66.) dixerat: nam ipse non facta esse contendit. Et p. 326. (444. §. 173.) καὶ τῷ γε δῆλος ἦν, εἰ μή γε ὥσπερ ἐν τοῖς χοροῖς πρυῇδον; Lycurgus p. 164. (242. §. 38.) ἐν οἷς Λεωκράτης οὑτοσὶ καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς πόλεως ἀποδρὰς ᾤχετο, καὶ τὰ χρήματα τὰ ὑπάρχοντα ἐξεκόμισε, καὶ ἱερὰ τὰ πατρῷα μετεπέμψατο· καὶ εἰς τοσοῦτον προδοσίας ἦλθεν, ὥστε κατὰ τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν ἔρημοι μὲν ἦσαν οἱ ναοί, ἔρημοι δὲ καὶ αἱ φυλακαὶ τῶν τειχῶν, ἐξελέλειπτο δὲ ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα. Alia exempla suppeditare poterit Gorgiæ apologia Palamedis. Ad hanc figuram sæpe non attenderunt viri docti: unde multos veterum locos temere conjecturis vexarunt. Ut Euripidis in Troad. 395. de Hectore et Paride:

> δόξας ἀνὴρ ἄριστος, οἴχεται θανών.
> καὶ τοῦτ' Ἀχαιῶν ἷξις ἐξεργάζεται.
> εἰ δ' ἦσαν οἴκοι, χρηστὸς ὢν ἐλάνθανεν.
> Πάρις δ' ἔγημε τὴν Διός· γήμας δὲ μή,
> σιγώμενον τὸ κῆδος εἶχεν ἐν δόμοις.

Hecub. 1111.

> εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
> πύργους πεσόντας ᾖσμεν Ἑλλήνων δορί,
> φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.

Sophocles Electr. 913.

> ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὔθ' ὁ νοῦς φιλεῖ
> τοιαῦτα πράσσειν, οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν.

Refert enim rem tamquam factam, quia certo ita futurum fuisse indicare vult. Sic etiam Euripides in Bacchis v. 1309. et in Ione v. 353. Nolet hæc hodie mutari, ut spero, Elmsleius, quem vide ad Med. 416. not. p. Diphilus apud Athen. iv. p. 165. F.

> εἰ μὴ συνήθης Φαιδίμῳ γ' ἐτύγχανεν
> ὁ Χαβρίου Κτήσιππος, εἰσηγησάμην
> νόμον τίν' οὐκ ἄχρηστον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

Herodotus i. 187. τῇσι δὴ πύλῃσι ταύτῃσι οὐδὲν ἐχρᾶτο τοῦδε εἵνεκα, ὅτι ὑπὲρ κεφαλῆς οἱ ἐγένετο ὁ νεκρὸς διεξελαύνοντι. Hoc in primis luculentum exemplum est, ex quo cognoscamus, aptissime huic figuræ locum esse, ubi rem minime dubiam significare volumus. Nam quum Nitocris condi se voluisset supra portas illas, necessario super capite Darii fuisset corpus mortuæ, si per eas portas vectus esset.

Unum his addam aliud hujus figuræ exemplum, ut ostendam cur semel in eo additum sit ἄν. Est illud Demosthenis p. 901, 13. γενέσθω τοίνυν καὶ τοῦτο ὑμῖν τεκμήριον τοῦ ψεύδεσθαι Ἀπατούριον· εἰ γὰρ ἐνεγγυησάμην ἐγὼ τούτῳ τὸν Παρμένοντα, οὐκ ἔστιν ὅπως τούτῳ μὲν ὑπὲρ ἐκείνου ἀπηχθόμην, πρόνοιαν ποιούμενος ὅπως μὴ ἀπολεῖ ἃ δι' ἐμοῦ τούτῳ συνέβαλλεν· αὐτὸς δ' ἐμαυτὸν περιεῖδον ἂν ὑπ' ἐκείνου πρὸς τοῦτον ἐν ἐγγύῃ καταλειπόμενον· τίνα γὰρ ἐλπίδα ἔσχον, τοῦτον ἀποσχήσεσθαί μου, ὃν αὐτὸς ἠναγκάκειν ἐκείνῳ τὰ δίκαια ποιῆσαι; καὶ τὴν ἐγγύην αὐτὸν ἐκπράξας τὴν εἰς τὴν τράπεζαν πρὸς ἀπέχθειαν, τί προσεδόκων ὑπὸ τούτου αὐτὸς πείσεσθαι; Dixit οὐκ ἔστιν ὅπως αὐτὸς ἐμαυτὸν περιεῖδον ἄν, quia, quum in re sumpta aliquid denuo sumitur, id non potest rem veram oppositam habere, sed refertur ad fictum quid. Quare hic non ἀλλὰ περιεῖδον, sed ἀλλὰ περιεῖδον ἂν oppositum est.

Quod supra dicebam, quum per figuram rhetoricam omittitur ἄν, verbum non posse non proprie de præterito tempore intelligi, ex eo cognoscere licet quid statuendum sit de Aristophanis loco in Eccles. 140.

> καὶ νὴ Διὰ σπένδουσί γ'· ἢ τίνος χάριν
> τοσαῦτά γ' εὔχοντ', εἴπερ οἶνος μὴ παρῆν;

Audacius et temerius edidit Brunckius, ἢ τίνος ἂν χάριν τοσαῦτ' ἐπεύχοιντ'. Ald. τοσαῦτ' ἐπεύχοντ'. Ravennas τοσαῦτ' εὔχοντ'. Ex cod. Monac. apud Dobræum adnotatum τοσαῦτ' ἔχοντ'. Patet vero, εὔχοντ' illud, si quis id εὔχοντο esse putat, nullo modo significare posse *precarentur*. Quare aut est εὔχονται, aut, si imperfectum est, scribi debet τοσαῦτ' ἂν εὔχοντ'.

Adjiciam his, ut non huc pertinere moneam, locum Ajacis v. 183.

> οὔ ποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερὰ,
> παῖ Τελαμῶνος, ἔβας
> τόσσον, ἐν ποίμναις πιτνῶν.

Blomfieldius ad Æschyli Pers. 871. ἂν inserendum putabat. At illud non in hanc sententiam accipiendum est, *non ita insaniisses*, sed hoc modo interpretandum: *non enim a sana mente ita ad perversa aberrasti.*

Cæterum etiam Romanos constat eadem figura, qua Græci uti consueverunt, in re præterita indicativos pro conjunctivis usurpare. Satis habeo de plurimis unum afferre exemplum. Horatius Carm. ii. 17, 28.

> *me truncus illapsus cerebro*
> *sustulerat, nisi Faunus ictum*
> *dextra levasset.*

XIV.

De indicativo particula ἂν ironice omissa.

Denique alia ratio est orationis ironicæ. Nam quum ironiæ sit, contrarium dicere quam intelligi debeat, non est obscurum, ea, quæ sine ironia cum particula ἂν dicenda essent, si ironice dicuntur, carere debere particula. Fit hoc autem ita, ut sublata conditione, cujus indicium est ἄν, incerta oratio in certam mutetur. Aristophanes Eccl. 772.

> ἀλλ' ἰδὼν ἐπειθόμην.

Male Brunckius edidit ἀλλ' ἰδὼν ἂν ἐπιθόμην. *Persuasisti, ubi videro.* Idem in Nubibus v. 1338.

> ἐδιδαξάμην μέντοι σε νὴ Δί', ὦ μέλε,
> τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ ταῦτά γε
> μέλλεις μ' ἀναπείθειν, ὡς δίκαιον καὶ καλὸν
> τὸν πατέρα τύπτειν ἐστὶν ὑπὸ τῶν υἱέων.

Si sine ironia loquutus esset, dixisset οὐκ ἂν ἐδιδαξάμην σε. Æschines p. 175. (368. §. 181.) ταχὺ γὰρ Τίμαρχον ἢ τὸν κίναιδον Δημοσθένην εἴασε πολιτεύεσθαι. Omnes hic libri omittunt ἄν, quod viri docti non magis debebant reponere, quam ταχύ, proprium orationis ironicæ, in τάχα mutare. Bekkerus tamen ταχύ γ' ἄν. Recte vero libri. Sine ironia diceret οὐκ ἂν εἴασε. Dinarchus in fine orationis in Aristogitonem: καίτοι, ὦ Ἀθηναῖοι, τί ἂν οἴεσθε ποιῆσαι ἐκείνους τοὺς ἄνδρας, λαβόντας ἢ στρατηγὸν ἢ ῥήτορα πολίτην ἑαυτῶν δῶρα δεχόμενον ἐπὶ τοῖς τῆς πατρίδος συμφέρουσιν, οἳ τὸν ἀλλότριον καὶ τῷ γένει καὶ τῇ φύσει τῆς Ἑλλάδος ἄνθρωπον οὕτω δικαίως καὶ σωφρόνως ἐξήλασαν ἐκ Πελοποννήσου πάσης; τοιγάρτοι τῆς πόλεως καὶ τῶν προγόνων ἀξίως ἐκινδύνευσαν πρὸς τὸν βάρβαρον. Postrema verba nisi ironice accipias, plane inepta forent: sed cum ironia dicta eximiam vim habent. Vult enim orator hoc dicere: *digne scilicet et civitate et majoribus periclitati erant adversus barbarum, si non in civem animadvertissent etiam severius.*

LIBER SECUNDUS.

I.

De modis verbi obliquis.

Dicendum nunc est de modis verbi obliquis, conjunctivo atque optativo, de quorum constructione cum particulis ἂν et κὲν alia ratione explicandum erit, quam qua in indicativo uti licebat. Indicativi enim natura et ratio quum omnibus aperta sit, statim, quæ vis esset hujus modi, si adderentur particulæ istæ, ostendi potuit, deinde autem de iis locutionibus dici, in quibus omissa videri posset particula. Conjunctivi vero atque optativi natura non ita omnibus nota atque perspecta est, ut hi modi quid sine particulis istis significent præterire, ac statim de adjectione earum ad eos modos dicere possimus: immo ante omnia videndum erit, quam ipsi per se vim habeant, quo deinde, quid ad eam adjectio illarum particularum conferat, intelligi possit.

Repetenda hic paucis simulque confirmanda sunt, quæ alibi explicatius disputavi. Ut indicativus veritatem facti, ita conjunctivus atque optativus ea quæ possunt fieri significant; ita tamen, ut conjunctivus illa indicet, quæ propter aliquam ipsarum rerum, de quibus sermo est, conditionem eveniant: unde totus ad experientiam refertur ex eaque pendet; optativus autem quæ cogitabilia sunt significet: quo fit ut etiam ea comprehendat quæ fieri nequeunt. Uterque modus, si rem severius expendimus, non potest per se solus stare, sed pendet ex alia parte orationis. Nam subtilior quam verior est Apollonii disputatio lib. iii. de syntaxi cap. 28. indicativum atque optativum ita dictos censentis, quod soli per se, alter esse aliquid, alter optari significent; conjunctivum autem inde nomen habere, quod quum per se nihil significet, particula indigeat, cum qua conjungatur ex eaque pendeat. At aut uterque modus per se solus plenam efficit sententiam, quum non minus ἴωμεν, quam εὐτυχοίην sine ullo alio verbo dicatur, aut neuter. Utra verior ratio sit, hic nihil attinet quæri. Satis est meminisse, utrumque modum esse assumptivum, sed altero cogitata sumi, qui est optativus; altero facta, quem conjunctivum vocamus. Atque in cogitatis non quærimus, eveniantne an non, quia scimus in sola cogitatione versari; quæ autem ut facta sumimus, experientiæ comprobatione indigent, ut verene an falso sumpta fuerint appareat.

Declarabimus hæc exemplis. Εἰ ἐγένετο, εἰ γίγνεται, εὐγενήσεται ad ea referuntur, quæ vere evenerunt, eveniunt, eventura sunt. Εἰ γένηται vero est *si evenerit*, idque de eo dicitur, quod videbimus utrum eveniat necne; εἰ γένοιτο autem, *si eveniat*, quod mente fingimus evenire, sive possit, sive nequeat. Apertum est, in indicativo veritatem facti ut exploratam respici; in conjunctivo rem sumi experientia comprobandam; in optativo veritatis rationem haberi nullam, sed cogitationem tantummodo indicari: ut si eadem distinctius velis atque explicatius dicere, hæc habeas: in indicativo, *aut est aut non est: sed nescio, sit necne;* in conjunctivo, *aut est aut non est; sed experientia docebit, sit necne;* in optativo, aut est aut non est: *sed sumo esse, etiam si non sit.* Jam si quæris quid hi modi significent quum verbum nudum ponitur, id etsi Latina lingua non nisi per ambages explicari potest, quod qui hujus linguæ conjunctivus vocatur, re vera optativus est, sed ille simul conjunctivi officio fungens: tamen hujusmodi esse apparet: γίγνεται est *fit*, de eo quod fit vere; γίγνηται, *fieri reperiatur*, de eo quod esse experientia cognoscendum sit; γίγνοιτο, *fiat, opinione cujuspiam*, de eo quod fieri quis cogitet, sive fiat sive non fiat. Itaque indicativus est scientis persuasique de veritate rei; conjunctivus debere quid fieri intelligentis, ac propterea expectantis quid eveniat; optativus cogitantis quid fieri, sed neque an fiat, neque an possit fieri quærentis.

Ex his intelligi potest, qui factum sit, ut conjunctivus atque optativus, quorumcumque temporum sint, tamen certum quoddam tempus sibi proprium habeant, ac propterea sæpissime illorum temporum, quorum modi sunt, primariam significationem amittant. Et conjunctivo quidem ubique significatio adhæret futuri. Nam indicat ille quidem fieri aliquid factumve esse, sed ita indicat, ut expectari postulet donec experientia rem comprobet. Quod autem non aliter fieri censendum est quam quum fieri cognoveris, id usque dum cognovisti nondum pro facto haberi potest. Ita exempli caussa γένηται, etsi est præteriti temporis conjunctivus, tamen, quia conjunctivus est, futuri temporis aliquam significationem habet, et quidem futuri exacti. Quoniam enim ad rem refertur, cujus veritas facto cognoscenda sit, illud quod ex ea re ut ex conditione sua pendet, non aliter futurum erit quam cognita jam veritate rei ipsius, ex qua pendet: v. c. κα[illegible] τοι γλῶσσ' ὅτῳ πίστις περῇ· *bona est dicendi facultas, si c[illegible] sit:* i. e. ut explicatius dicam, *laudanda est dicendi fa[illegible]* in eo, *in quo fidem esse repereris.* Sic etiam cum particulis finalibus. Nam ἵνα γίγνηται, ἵνα γένηται proprie significant, *ut fieri, ut factum esse reperiatur.*

Optativus autem natura sua præditus est quadam præsentis notatione. Quum enim cogitationem alicujus indicet, cujuscumque temporis optativus sit, præsentem intelligi postulat cogitationem eo tempore, in quod incidit illa quam indicat cogitatio. Ita tempore facti differunt γένοιτο, γίγνοιτο, γενήσοιτο, sed cogitatio hæc, factum quid esse, vel fieri, vel futurum esse, ea præsens intelligitur eo tempore de quo loqueris. Ut si de consilio cujuspiam loquare, recte dicas ὅπως γένοιτο, sive ἐποίησεν addas, sive ποιεῖ, sive ποιήσει.

Hinc, ut id obiter adjiciam, apertum est, cur, si tempus illud respicis, quo adhuc futurus est eventus consilii, ὅπως γένηται dicatur; unde si, quod plerumque fit, tempus illud in mente habes, quo ipse loqueris, recte dices ποιεῖ et ποιήσει ὅπως γένηται, ἐποίησεν autem ὅπως γένηται non aliter, nisi si nondum effectum est quod quis volebat effici. Ubi autem tantummodo mentem et consilium facientis, non etiam an eventurum sit quod ille vult, indicare voles, omnibus temporibus adjungere licebit optativum ὅπως γένοιτο: sin vero de eventu loqueris qui jam est effectus, neque respici vis illud tempus, quo nondum evenit, necessario dices ἐποίησεν ὅπως γένοιτο, consilium solum significans. Nam si ὅπως γένηται diceres, aut falsum diceres, si tempus quo loqueris in mente haberes: non enim amplius futurus est eventus, sed jam præteriit: aut respiceres tempus illud, quo nondum eveneerat: quod te nolle respicere sumpsimus.

II.

De conjunctivo pro futuro.

Explicabimus primo de conjunctivo. Qui modus etsi apud antiquissimos ita pro futuro usurpatus est, ut, si quis verbi Græci naturam accuratius consideret, dubitare non possit quin prior futuro exstiterit, idque ex ipso demum originem traxerit: tamen natura sua valde a futuro diversus est, neque, quum pro eo positus dicitur, id sic est intelligendum, ac si eamdem quam futurum vim ac potestatem habeat. Repugnaret enim, in modo, qui non est indicativus, sed indicativo oppositus, eamdem vim inesse, quæ est in indicativo, siquidem futurum aperte est indicativus. Conjunctivus igitur eo differt ab indicativo futuri, quod non potest per se solus intelligi, sed, ut ipsum nomen indicat, aliunde pendere debet. Id autem, unde pendet, quum plerumque additum inveniatur, tamen sæpe etiam omittitur, quia sæpe positum est in obscura cogitatione incertæ alicujus caussæ ex qua quid proditurum sit. Isque est usus conjunctivi deliberativus, ut quum quis dicit ἴω, quod est, si plene dicere volumus, ἀμφισβητῶ εἰ ἴω. Apte comparari potest duplex modus, quo id Germani dicimus, alter cum eadem ellipsi qua Græci, *gehe ich*, alter servata particula et verbo tantum omisso, *ob ich gehe.* Ac veterrimi Græci, nondum reperto futuro, quoniam quidquid futurum est incertum est, quærique de eo atque ambigi potest, eventurumne sit an non sit eventurum, non habebant alium verbi modum quo futura indicarent, quam hunc ipsum modum deliberativum. Itaque eo sunt usi, donec futuro invento, ubi quid simpliciter futurum dicere vellent, futuri formam usurpare cœperunt, conjunctivum autem ibi tantum servarunt, ubi aliqua deliberatio locum habere videretur. Ea vero illuc redit, ut per conjunctivum conjectura aliqua de eo, quod debeat fieri, indicetur. Unde fere Germanice ista verbo *sollen* licet exprimere. Cujusmodi nihil inest in ipso futuro. Ita Iliad. A. 262.

οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι.

Si ὄψομαι dixisset, rem certam esse indicasset, *non videbo;* si ἰδοίμην, prodidisset opinionem suam, *non, opinor, videam.* Nunc conjunctivo usus, non esse significat ut visurus sit, i. e. *non debeo videre*, sive mavis, *non reperiar videre.* Nos id acc[illegible]modate ad Græca dicemus, *noch soll ich sie sehen:* quo significamus non exspectandum id esse. Iliad. Z. 459. (479. H. 87. Od. Z. 275.)

καί ποτέ τις εἴπῃσι.

Non *dicet aliquis*, neque *dicat opinor*, ut si ἐρεῖ vel εἴποι dixisset, sed *exspectandum est ut quis dicat.* Odyss. Π. 437.

οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ, οὐδ' ἔσσεται, οὐδὲ γένηται.

Non est, n[illegible] reperiatur. Nam si ex [illegible] [illegible] [illegible], non esse [illegible] [illegible] [illegible]. Videtur aut[illegible] [illegible] γένηται [illegible] esse, ut [illegible] [illegible]bat. [illegible] Od. Z. 201.

οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτός, οὐδὲ γένηται,
ὅς κεν Φαιήκων ἀνδρῶν ἐς γαῖαν ἵκηται
δηϊοτῆτα φέρων,

et M. 191.

ἴδμεν δ' ὅσσα γένηται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,

sic intelligi præstat, ut tantummodo ad futura spectet. Alia qui desiderat conjunctivorum hujusmodi exempla, conferat Iliad. O. 350. Od. M. 391.

III.

De ἂν et κὲν cum conjunctivo apud epicos.

Epici veteres, quos jam supra in indicativi explicatione vidimus liberius uti particulis ἂν et κέν, etiam conjunctivo eas non tam certa ratione addiderunt, quam quæ recentiore usu stabilita est. Nam hæ particulæ quum, ut supra ostendimus, aliquam fortuiti notionem verbo addant, ubicumque ei notioni locus esset, adjicere eas epici non dubitarunt. Est autem conjunctivus is modus, qui natura facillime eam adjectionem admittat, ut qui ad id referatur, quod experientia cognoscendum sit: id autem eo ipso fortuitum est. Itaque primo ubi conjunctivus pro futuro positus est, (licebit enim ita loqui brevitatis caussa, postquam ostendimus quomodo differat a futuro,) sæpe adjectæ inveniuntur particulæ ipsæ, forte quid futurum esse indicantes. Iliad. A. 205.

ᾗς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ.

Λ. 433.

ἤ κεν ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἄπο θυμὸν ὀλέσσῃ.

Vide A. 137. 184. 324. B. 488. (Od. Δ. 240.) Γ. 54. 417. Λ. 487. Ξ. 235. Π. 129. X. 505. Ψ. 559. Od. A. 396. Δ. 692. K. 507. P. 418. X. 325. 350. Hinc tenui discrimine sæpe conjunctivus et optativus junguntur, ut Iliad. Σ. 307.

ἀλλὰ μάλ' ἄντην
στήσομαι, ἤ κε φέρῃσι μέγα κλέος, ἤ κε φεροίμην.

i. e. *utrum ille forte reperiatur vincere, an ego forte vincere possim.* De hoc genere dixi in diss. I. de legg. quibusdam subtil. serm. Hom. p. 12. seq. Et sic sæpe cum particula εἰ, *an* significante: v. ibidem p. 14. seq.

Quum particulæ ἂν et κὲν Homeri ævo liberius construerentur, necdum ubique certis formulis ut necessariæ adstrictæ essent, non est mirum, constructiones quasdam, quæ apud sequiores quasi legitimas habent istas particulas, apud Homerum sæpenumero iis carere. Ita ille conjunctivo sine ἂν jungit ὅτε Iliad. Δ. 259. Ξ. 522. (de quo loco vide diss. modo citatam p. 11.) O. 207. Π. 54. (de quo loco v. ibidem p. 7.) Z. 183. H. 72. K. 486. Ξ. 60. O. 408. Π. 72. Σ. 133. Φ. 133. ὁπότε Iliad. A. 160. I. 646. N. 271. O. 359. Π. 53. 245. P. 98. T. 201. Φ. 112. Od. Δ. 650. Ξ. 170. Π. 268. P. 471. T. 168. Ψ. 257. ἦμος Od. Δ. 400. ubi male etiam recentissima Wolfii editio indicativum habet; ὅπῃ Od. Θ. 45. O. 452. ὁππόσε Ξ. 139. ὅππως, *quemadmodum,* Iliad. Ψ. 324. Od. A. 349. πρὶν Iliad. Σ. 190. Od. K. 175. N. 336. P. 9. ἐπεὶ Od. Υ. 85. ubi male ex cod. Harl. futurum repositum est; ἐπειδὴ Iliad. Π. 473. ὄφρα, *quamdiu,* Iliad. Δ. 346. Ψ. 47. Od. Σ. 130. εἰ Iliad. A. 340. Δ. 261. E. 258. K. 225. 346. M. 223. X. 86. Od. A. 188. 204. E. 221. 470. H. 204. M. 96. 348. Ξ. 373. Π. 98. 116. ὃς et ὅστις Iliad. A. 230. 543. E. 407. 747. Θ. 391. 408. 422. I. 117. 508. 592. Ξ. 81. O. 491. 492. T. 265. Υ. 363. Ψ. 319. Odyss. A. 101. 415. Γ. 320. Δ. 207. 357. E. 448. H. 74. 161. 210. 547. K. 39. Λ. 427. M. 66. N. 214. Ξ. 85. 106. O. 400. Π. 76. 228. Σ. 275. T. 329. ἅσσα Iliad. A. 554. ὁπότερος Iliad. Γ. 71. 92. οἷος Od. Σ. 136. ὅσσα Od. M. 191.

Eadem vero omnia vocabula etiam cum particulis ἂν et κὲν jungit Homerus, exempli caussa ὄφρα, *dum,* vel *usque dum,* vel *quamdiu,* Iliad. A. 509. Z. 113. H. 193. Θ. 375. K. 325. 444. Σ. 409. T. 190. Υ. 24. Φ. 558. X. 387. Ω. 553. ubi κῆται scribendum; Odyss. B. 124. 204. Γ. 353. Δ. 588. Z. 304. H. 319. Θ. 147. M. 52. N. 412. T. 17. 45. X. 377. et ubi *ut* significat, Iliad. X. 382. Od. Γ. 359. Δ. 294. K. 298. Π. 234. P. 10. Σ. 182. 363. Ψ. 254. ubi reponendum κέν. Atque hic quidem usus quum postea ut legitimus obtinuerit, non opus foret aliquid de eo adjicere, nisi in aliquot locis Homeri singularis quædam et ab recentiore consuetudine diversa ratio deprehenderetur. Ac primo recentiores non dicunt divisim εἰ ἂν, sed ἤν. Epici autem εἴ κε sæpissime, pro quo Dorienses αἴκα usurpant; tum etiam εἰ ἄν, sed hoc quidem non nisi interposita aliqua voce, quod in particulis εἴ κε non necessarium est. Iliad. Γ. 288.

εἰ δ' ἂν ἐμοὶ τιμὴν Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες
τίνειν οὐκ ἐθέλωσιν.

Deinde quum satis constet, apud recentiores pronomina et quæ his similia sunt vocabula, ut ὅς, ὅστις, οἷος, ὅσοι, ὁπότερος, cum ἂν et conjunctivo consociata, futuri exacti significationem habere, secus id est apud veteres epicos, ut hi eam constructionem etiam finali significatu admiserint: quale hoc est Iliad. Δ. 190.

ἕλκος δ' ἰητὴρ ἐπιμάσσεται, ἠδ' ἐπιθήσει
φάρμαχ', ἅ κεν παύσῃσι μελαινάων ὀδυνάων·

i. e. *quæ leniant dolores,* quod recentior sermo vel ἃ παύσει vel ἃ παύσειεν ἂν dicit. Apud Euripidem Suppl. 451. male Ald. ὃς pro ὡς. Exempla hujus generis cum ὅς κεν exstant Iliad. H. 171. I. 165. 424. Φ. 103. Ψ. 345. Ω. 119. (147. 176. 196.) Od. B. 192. 213. Δ. 756. Z. 37. 202. I. 356. K. 288. 539. Λ. 134. (Ψ. 282.) N. 400. O. 311. 518. Π. 349. P. 385. Σ. 85. cum ὁπότερός κεν Iliad. X. 130. Ψ. 805. cum αἴ κεν Od. O. 312. X. 7. atque alibi, ut Iliad. E. 279. H. 243. Omisso autem κὲν ita ὃς vel ὅστις Iliad. B. 233. Γ. 287. Od. Σ. 334. et ὁπότερος Iliad. E. 33. Neque tamen Homerus alteram rationem adspernetur, quæ optativum requirit: de qua re dicetur, ubi ad optativum pervenerimus. Rarius futuro utitur, ut Od. Ξ. 331. (T. 288.)

ὤμοσε δὲ πρὸς ἔμ' αὐτὸν, ἀποσπένδων ἐνὶ οἴκῳ,
νῆα κατειρύσθαι καὶ ἐπαρτέας ἔμμεν ἑταίρους,
οἳ δή μιν πέμψουσι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Et cum particula κὲν Iliad. B. 229.

ἢ ἔτι καὶ χρυσοῦ ἐπιδεύεαι, ὅν κέ τις οἴσει.

K. 43.

χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ, διοτρεφές, ὦ Μενέλαε,
κερδαλέης, ἥτις κεν ἐρύσσεται ἠδὲ σαώσει
Ἀργείους καὶ νῆας.

Φ. 586.

ἐν γάρ οἱ πολέες τε καὶ ἄλκιμοι ἀνέρες ἐσμέν,
οἵ κεν πρόσθε φίλων τοκέων ἀλόχων τε καὶ υἱέων
Ἴλιον εἰρυόμεσθα.

Ψ. 674.

κηδεμόνες δέ οἱ ἐνθάδ' ἀολλέες αὖθι μενόντων,
οἵ κέ μιν ἐξοίσουσιν, ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμέντα.

Sed A. 403. non recte legi videtur,

μὴ γὰρ ὅγ' ἔλθοι ἀνήρ, ὅστις σ' ἀέκοντα βίῃφι
κτήματ' ἀποῤῥαίσει, Ἰθάκης ἔτι ναιεταώσης.

Nam propter prægressum optativum reponendum est ἀποῤῥαίσει'.

Cave vero putes, si multis in locis æque futuro ac conjunctivo locus est, vel particula ἂν utrum addatur an non addatur parum refert, nihil discriminis esse inter has loquendi rationes. Nam differunt sane, sed sæpe non multum interest, hoc an illo modo loquare. Ubi vero aliquid interest, facile videas quid differant. Indicat enim futurum ea, quæ simpliciter ut futura commemoramus; quibus si additur ἂν vel κέν, haud certo futura significamus. Conjunctivus autem usurpatur, ubi experientiæ comprobatio respicitur: in quo genere potest addi ἂν vel κέν, si vocabulum, cui adjicitur, conditionem aliquam rei fortuitæ admittit. Ita illud Iliad. E. 407.

ὅττι μάλ' οὐ δηναιός, ὃς ἀθανάτοισι μάχηται,

nemo non videt etiam addito ἂν dici potuisse; sed est tamen aliquid discriminis: nam sine particula hic sensus est, *is, qui cum immortalibus pugnaverit;* addita autem, *quicumque pugnaverit.* Itaque quod legitur Iliad. B. 292.

καὶ γάρ τίς θ' ἕνα μῆνα μένων ἀπὸ ἧς ἀλόχοιο
ἀσχαλάᾳ σὺν νηῒ πολυζύγῳ, ὅνπερ ἄελλαι
χειμέριαι εἰλέωσιν, ὀρινομένη τε θάλασσα,

vix commode dici potuit, ὅν κεν ἄελλαι εἰλέωσιν, siquidem jam satis indicatum est præcedentibus verbis, de aliquo certo homine, qui integrum mensem domo absit, cogitandum esse. Sed si inverteris, ὅν κεν ἄελλαι εἰλέωσιν, καὶ ἕνα μῆνα μένων ἀσχαλάᾳ, recte addita erit particula: *quemcumque procellæ retinuerint, etiam si unum mensem domo absit, ægre fert.* Quodsi, ut vulgo, ἥνπερ scribas, nullo modo adjici potuit ἄν. Jam enim non quæcumque navis, sed illa intelligi debebit, quæ hunc hominem vehit. Alio modo, sed simili tamen, illud comparatum est Od. Θ. 147.

οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος, ὄφρα κεν ᾖσιν,
ἢ ὅ τι ποσσίν τε ῥέξῃ καὶ χερσὶν ἑῇσιν.

Nam ut quodcumque quis roboris documentum edat laudem ei afferat, tamen non hoc dici hic debuit, sed illud: *non ulla major est hominis gloria, quam ex eo, quod pedibus manibusque effecerit.* Cæterum si ῥέξει hoc loco cum aliis præferas, sensus erit, *quam quod robore corporis efficiet.* Itaque accurate ex epicorum usu scripsit Moschus in epitaphio Bionis 109.

ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
ὁππότε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.

Non enim *quandocumque mortui erimus,* sed *quando,* dicere voluit.

Interest autem etiam aliquid inter futurum et optativum. Vide hæc Od. E. 33.

ἀλλ' ὅγ' ἐπὶ σχεδίης πολυδέσμου πήματα πάσχων
ἤματί κ' εἰκοστῷ Σχερίην ἐρίβωλον ἵκοιτο,
Φαιήκων ἐς γαῖαν, οἳ ἀγχίθεοι γεγάασιν·
οἵ κέν μιν περὶ κῆρι θεὸν ὣς τιμήσουσιν,
πέμψουσιν δ' ἐν νηῒ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Et Z. 331. (T. 288.)

ὤμοσε δὲ πρὸς ἔμ' αὐτὸν, ἀποσπένδων ἐνὶ οἴκῳ,
νῆα κατειρύσθαι, καὶ ἐπαρτέας ἔμμεν ἑταίρους,
οἳ δή μιν πέμψουσι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Sed E. 141.

οὐ γάρ μοι πάρα νῆες ἐπήρετμοι καὶ ἑταῖροι,
οἵ κέν μιν πέμποιεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

Nam in superioribus locis de eo loquitur, quod sit futurum; hic autem de eo, quod non sit futurum, sed posset fieri, si adesset navis. Itaque hic futuro non recte usus esset, illis autem in locis, etsi optativo uti potuit, tamen convenientius erat, futurum poni. Non ita apte conjunctivum posuisset: quo significasset, *qui eum debeant deducere.*

Sed dicendum hic est de singulari genere loquendi, quod invenitur Od. K. 532.

δὴ τότ' ἔπειθ' ἑτάροισιν ἐποτρῦναι καὶ ἀνῶξαι
μῆλα, τὰ δὴ κατέκειτ' ἐσφαγμένα νηλέϊ χαλκῷ,
δείραντας κατακεῖαι, ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσιν.

Nondum enim mactatæ erant oves, sed exponit Circe, quid faciendum iis sit, ubi mactatæ fuerint. Itaque quis non exspectet conjunctivum, eumque sine particula ἄν, quia nihil hic incerti est, neque quæcumque oves, sed illæ ipsæ quas antea mactari jusserat, intelligi debent? Nihilo minus recte indicativo præteriti usus est. Non abhorret enim ab usu Græcorum, quum quid fingunt, et deinde quid porro futurum sit addunt, ficta illa per indicativum præteriti, tamquam si vere jam accidissent, commemorare. Fingit hic Circe, mactatas esse oves, ut jusserat. Itaque quod dicit, si explicatius indicare voles, hoc est: *jacebant nobis mactatæ oves:* i. e. *dicebamus de mactatis ovibus: eas oves combure.* Similiter Demosthenes de Haloneso p. 77, 19. εἰ γὰρ ταῦτα συγχωρήσητε, τί κωλύει, καὶ εἴ τινα τῆς Ἀττικῆς λῃσταὶ τόπον καταλάβοιεν, ἢ Λήμνου, ἢ Ἴμβρου, ἢ Σκύρου, καί τινες

τούτους τοὺς λῃστὰς ἐκκόψαιεν, εὐθὺς καὶ τὸν τόπον τοῦτον, οὗ ἦσαν οἱ λῃσταί, τὸν ὄντα ἡμέτερον, τῶν τιμωρησαμένων τοὺς λῃστὰς γίγνεσθαι;

IV.

De conjunctivi usu deliberativo apud recentiores.

Recentiorem usum quum dico, eum intelligi volo, qui quum per prosæ orationis scriptores lingua Græca ad certiorem dicendi rationem revocata esset, obtinere cœpit. Is quum fere etiam poesin omnem, præter epicam, invasisset, complectitur scriptores omnes, qui incorrupta lingua Græca scripserunt, exceptis epicis. Nam quum eo tempore, quo Homerus atque Hesiodus et quos illi auctores habuerunt, carmina sua condidere, ex conjunctivo paullatim futurum enasceretur, fieri non potuit, quin epica oratio liberius adhuc conjunctivo uteretur, etsi jam Homeri Hesiodique ævo satis accurate hos verbi modos distinguens. De ea distinctione supra dictum. Recentiores vero conjunctivi usum magis etiam coangustarunt, ita ut ei extra sententias finales et conditionales solam deliberandi et adhortandi vim relinquerent, in sententiis conditionalibus autem solam admitterent futuri exacti, sive mavis rei experientia comprobandæ significationem.

Et deliberativus quidem conjunctivi usus in interrogationibus maxime cernitur: Od. E. 299.

ὤ μοι ἐγὼ δειλὸς, τί νύ μοι μήκιστα γένηται;

et 465.

ὤ μοι ἐγὼ τί πάθω; τί νύ μοι μήκιστα γένηται.

Apud Atticos hæc frequentissima sunt, ut, τί φῶ;

πᾷ βῶ; πᾷ στῶ; πᾷ κέλσω;

Aristoph. Ran. 1.

εἴπω τι τῶν εἰωθότων;

Patet hujusmodi orationem ellipticam esse, ut intelligatur *nescio* aut *nescio an*, vel simile quid. Quare si hoc genus in obliqua interrogatione usurpatur, nihil differt ab recta interrogatione ut quam re vera ipsam quoque obliquam putare oporteat. Deliberare autem quid faciendum sit, et in nostris rebus et in alienis possumus. Unde hic conjunctivus omnium personarum est. Ut quod apud Euripidem est in Oreste v. 779.

ἀλλὰ δῆτ' ἔλθω;

si de alio qui mittendus esset loqueretur Orestes, recte diceret, ἀλλὰ δῆτ' ἔλθῃ; Non minus recte, si Pylades, quicum loquitur, esset mittendus, huic diceret ἀλλὰ δῆτ' ἔλθῃς; Demosthenes de cor. p. 268, 27. ἤδη δ' ἐπὶ ταῦτα πορεύσομαι, τοσοῦτον αὐτὸν ἐρωτήσας· πότερόν σέ τις, Αἰσχίνη, τῆς πόλεως ἐχθρὸν ἢ ἐμὸν εἶναι φῇ; Idem in Androt. p. 613, 3. εἶτα ταῦθ' οὗτοι πεισθῶσιν ὑπὲρ αὐτῶν σε ποιεῖν, καὶ τὰ τῆς σῆς ἀναισθησίας καὶ πονηρίας ἔργα ἐφ' ἑαυτοὺς ἀναδέξωνται; Sed quod apud Euripidem legitur, Herc. F. 1417. πῶς οὖν ἔτ' εἴπῃς ὅτι συνέσταλμαι κακοῖς; vereor ut potuerit pro μηκέτ' οὖν εἴπῃς dici, ut potius scribendum videatur πῶς οὖν ἐνίπτεις. Non ita in conjunctivo adhortativo, quamquam is proprie nihil aliud quam deliberativus est. Cur vero? Nempe ob id ipsum, quia proprie est deliberativus. Nam nosmet ipsos quid facere oporteat quum deliberamus, in eo sumus ut id faciamus: quo fit ut hic deliberativus conjunctivus adhortationi adhibeatur: quum vero deliberamus quid alios facere conveniat, nihil illud ad illorum voluntatem pertinet. Non enim illi deliberant, sed nos. Omnis enim deliberatio eo tendit, ut is ipse, qui deliberat, capiat consilium. Qui si alios hoc verbo, quo sese deliberare significat, alloquitur, tantum abest ut eos ad faciendum exhortetur, ut nondum an eos exhortari debeat sibi constare indicet. Fac enim, aliquem, qui alios ire velit, dicere ἴωσιν· quid dicet aliud quam *ego delibero an illos mittam*, i. e. πέμψω; At num ita hos jusserit ire? Minime. Sed de se ipso si dicit ἴω, aut de iis, quorum ipse unus est, ἴωμεν, recte dicit illud, quia in ipsius voluntate positum est, exsequi id de quo deliberat. Eaque re factum est, ut conjunctivus ille deliberativus, ubi primæ personæ est, ita usurpari possit, ut vim habere videatur exhortandi, quam revera non inesse in eo, sed proprie nihil nisi deliberationem contineri, illud ostendit, quod sæpe exhortandi verbum adjicitur, ut φέρ' ἴδω et alia hujusmodi plurima apud Aristophanem aliosque. Homerus:

ἀλλ' ἄγε δὴ τὰ χρήματ' ἀριθμήσω καὶ ἴδωμαι.

ἀλλ' ἄγε δὴ στέωμεν καὶ ἀλεξώμεσθα μένοντες.

Id ergo omissum potius censendum est, ubi solus positus est conjunctivus, quam hic putandus revera exhortandi potestatem habere. Rarus hic in singularis numeri prima persona conjunctivus est non addito φέρε aut ἄγε. Euripides Heracl. 558.

σοφῶς κελεύεις· μὴ τρέσῃς μιάσματος
τοὐμοῦ μετασχεῖν, ἀλλ' ἐλευθέρως θάνω;

ut non esse videatur, quare παρέλθω δόμους in Medea v. 1275. cum Elmsleio, cui is est v. 1242. interrogative dictum putetur. Rarius etiam, addito quidem φέρε, alia persona in primæ locum substituitur, ut in Philocteta v. 300.

φέρ', ὦ τέκνον, νῦν καὶ τὸ τῆς νήσου μάθῃς.

Correctoris est μάθε in cod. Ven. Sensus enim est, φέρε εἴπω νῦν τὰ τῆς νήσου. Cæterum patet hic usus conjunctivi deliberativi aliquanto latius, ut cuivis imperativo subjiciatur. Iliad. Z. 340.

ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον, ἀρήϊα τεύχεα δύω.

Ψ. 71.

θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω.

Attigi hanc rem in diss. de ellipsi et pleonasmo p. 182. Exempla bene multa congessit Elmsleius ad Heracl. 559. et ad Medeam v. 1242.

Deliberativo conjunctivo in obliquis interrogationibus et dubitationibus vix ullus scriptor sæpius usus est quam Herodotus. i. 75. ἔς τε τὰ χρηστήρια ἔπεμπε, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας. Vide ii. 52. iv. 9. vi. 25. ubi ποιέῃ reponendum, et cum Sturzio iii. 156. v. 42. ubi vera scriptura est ἴῃ, iii. 98. et cum Schweighæusero i. 159. et 206. ubi ποιέῃ legendum; vi. 52. viii. 101. Conjunxit utrumque modum, conjunctivum et optativum i. 53. τοῖσι δὲ ἄγειν μέλλουσι τῶν Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρὰ ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾶν τὰ χρηστήρια, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο φίλον. [illegible] repetunt: καὶ νῦν ὑμέας ἐπειρωτᾷ, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο συμμαχον. Cave utriusque modi eamdem putes vim esse. Neque vero optativus, ut cui non sit ἂν additum, significare poterit *an possit sibi socios adjungere*. Sed hoc dicit: *an deberet expeditionem adversus Persas facere, et an censerent oracula socios adjungi.* Nam diversa hæc sunt: primo interrogat an debeat proficisci, quæ ipsius est deliberatio, deinde, si debeat, an oracula id se velint cum sociis facere: quod nihil est aliud quam an suadeant, idque est ex oraculorum mente dictum. Id apparet ex v. 67. τοῦτον ἐπεθύμησε ὁ Κλεισθένης ἐόντα Ἀργεῖον ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρης. ἐλθὼν δὲ ἐς Δελφοὺς, ἐχρηστηριάζετο εἰ ἐκβάλοι τὸν Ἄδρηστον. Aperte hic non interrogat an debeat ejicere Adrastum, sed an velit eum Apollo ejici, i. e. an non refragetur. Eodem modo illud intelligendum est viii. 67. ὡς δὲ κόσμῳ ἐπεξῆς ἵζοντο, πέμψας Ξέρξης Μαρδόνιον, εἰρώτα ἀποπειρώμενος ἑκάστου εἰ ναυμαχίην ποιοῖτο. Hæc quum minus accurate discerneret Werferus in Actis Monac. vol. i. p. 230. seqq. fieri non potuit quin corrigi vellet quæ minime indigent correctione. Demosthenes in Mid. p. 525, 19. εἴ τις οὖν κἀκείνοις τοῖς προϋπάρχουσι νόμοις καὶ τούτῳ τῷ μετ' ἐκείνους τεθέντι καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἔστ' ἔνοχος, ὁ τοιοῦτος πότερα μὴ δῷ διὰ τοῦτο δίκην ἢ μείζω δοίη δικαίως; ἐγὼ μὲν οἶμαι μείζω. Accurate distinxit modos, ut non debuerit Bekkerus Spaldingio assentiri, ἂν optativo adjiciendum censenti. Nam quum id agat orator, ut ostendat pœna dignum esse Midiam, refutat eos, qui illum forte absoluturi sint. Itaque πότερα μὴ δῷ δίκην dicit: *utrumne ille non debet pœnas dare?* Debet vero. Deinde autem affert aliquid, quod non vult fieri, sed quod eo tantum fine adjicit, ut illam priorem sententiam exaggerando corroboret: *an censebitis majore potius pœna dignum esse?* Hoc vero per optativum debuit dicere, quia non est illud, quod nunc oportere ait, sed quod oporteret, si in ipsius potestate esset illum punire. Itaque censendum quidem ita putat, majore illum pœna dignum esse, sed non contendit debere etiam affici pœna majore. Placet exemplum secundæ personæ adjicere, quod hæc rarius invenitur. Oraculum apud Schol. Aristoph. Eq. 1089. et Suidam in v. Ἀρχίας:

ἤλθετ' ἐρησόμενοι Φοῖβον, τίνα γαῖαν ἵκησθε.

Operæ pretium est hic observare, etsi inter conjunctivum atque indicativum futuri multum interest, tamen pro affinitate, quæ est inter hos modos, sæpe futurum usurpari, ubi putes conjunctivo potius utendum fuisse. Et ubi quidem non quid debeat fieri, sed quid futurum sit quæritur, nemo non videt necessario futurum requiri, ut apud Herodotum i. 86. βουλόμενος εἰδέναι εἴ τίς μιν δαιμόνων ῥύσεται τοῦ μὴ ζῶντα κατακαυθῆναι. Aliter apud eumdem viii. 36. ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ καθεστῶτες. ἐμαντεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων, εἴτε σφέα κατὰ γῆς κατορύξουσι, εἴτε ἐκκομίσουσι ἐς ἄλλην χώρην. Sed apud Demosth. p. 1160, 9. ἀκούσαντες δέ μου οἱ ἐξηγηταὶ ταῦτα, ἤροντό με πότερον ἐξηγήσωνταί μοι μόνον ἢ καὶ συμβουλεύσωσιν. Ita quidem Reiskius cum cod. Bav. et Bekkerus, apud quem duo codd. ut vulgo ἐξηγήσονται, sicut in Herodoti loco aliquot codd. conjunctivos præbent. Mihi quidem et apud Herodotum uterque indicativus, et apud Demosthenem ἐξηγήσονται probatur. Etenim, si quid video, alia est futuri in hujusmodi locis significatio, quam aut conjunctivi aut optativi. Nam si conjunctivus de eo quod oporteat, optativus autem de eo quod quis censeat faciendum esse usurpatur, futurum ad ea videtur referri, in quibus neque an debeant fieri, neque an censeat quis futura esse, sed simpliciter an sint futura quæritur, i. e. an, si quis ea faciat, effectum daturus sit, id quod fere idem est atque an liceat facere. Itaque et apud Herodotum recte se habebunt indicativi, et in Demosthenis loco apte legetur ἐξηγήσονται: *interrogabant, utrum interpretari tantum liceret, an deberent etiam consilium dare.* Apparet vero, id etiam Latine recte dici per futurum: *utrum tantummodo interpretaturi essent.* Confirmat hanc explicationem quum illud apud Herodotum vi. 86, 3. ἐπειρωτῶντα δὲ αὐτὸν εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα ληΐσεται, ἡ Πυθίη μετέρχεται τοῖσδε τοῖσι ἔπεσι: quo in loco manifestum est, non de eo, quid oporteat, sed quid liceat, sermonem esse, ut non debuerit Werferus in Actis Monac. i. p. 234. de conjunctivo reponendo cogitare; tum plura apud Thucydidem exempla, quæ habes apud Popponem vol. i. p. 137. Confirmat etiam similis indicativi præsentis usus. Nam illud quidem per se intelligitur, ubi an sit aliquid quæritur, necessario eum verbi modum requiri, ut apud Herodotum ix. 16. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἔσαν, διαπινόντων, τὸν Πέρσην τὸν ὁμόκλινον, Ἑλλάδα γλῶσσαν ἱέντα, εἴρεσθαι αὐτὸν ὁκοδαπός ἐστι; sed aliquantum ab hoc differt illud ejusdem v. 43. ὁ δὲ, ἀκούσας ταῦτα, ἐς Δελφοὺς οἴχετο χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ, εἰ αἱρέει ἐπ' ἣν στέλλεται χώρην· ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ αἱρήσειν. Hinc licebit etiam de his verbis ejusdem scriptoris v. 82. judicare: περὶ ταύτης ὦν τῆς συμφορῆς οἱ Ἐπιδαύριοι ἐχρέωντο ἐν Δελφοῖσι· ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευε Δαμίης τε καὶ Αὐξησίης ἀγάλματα ἱδρύσασθαι, καί σφι ἱδρυσαμένοισι ἄμεινον συνοίσεσθαι. ἐπειρώτεον ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι κότερα χαλκοῦ ποιέωνται τὰ ἀγάλματα ἢ λίθου. Valckenarius hic ποιέωνται scribendum putabat, cui adstipulatus est Werferus p. 231. seq. et quis non facile adducatur ut in eamdem sententiam concedat. Et tamen, nisi fallor, recte tuentur libri indicativum, non quod non licuerit uti conjunctivo: nam debuit ille etiam poni, si quærebatur, ex qua materia oporteret statuas illas fieri: sed quod eo non opus erat. Nam quum jam certum esset, debere poni statuas, satis erat ita

quæri : *quas ponimus statuas, facimusne æreas an lapideas?* Vide alia similia apud Werferum l. l. p. 232. seqq.

V.

De ἂν cum conjunctivo deliberativo.

Jam sive deliberationi sive adhortationi inserviat conjunctivus, carere eum particula ἂν viri docti observarunt. Vide quos commemoravit Matthiæ in Gr. gr. §. 515. 2. not. 1. in primis Schæferum in Melet. Crit. p. 97. seqq. Sed caussam, cur ita sit, nemo explicuit. Dictum est supra, particulas ἂν et κὲν conditionem significare. Jam quemadmodum in indicativo ἔλεγεν ἂν vidimus idem esse quod ἔλεγεν εἰ ἔλεγεν, ita eadem in cæteris modis ratio obtinet. Quod si vel deliberandi vel adhortandi caussa diceres λέγωμεν ἄν, nihil id aliud foret, quam λέγωμεν εἰ λέγωμεν. Vide vero quid hoc sit. Nihil profecto aliud, quam *debeamus dicere, si debeamus*, vel brevius, *debeamus forte dicere*. At ita rem fortuitam habes, quæ fieri debeat, si fors ita ferat, ut in Homerico illo,

εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι.

At ubi deliberas, non quid forte debeas, i. e. quid debeas, si debeas, sed an debeas quæris. Itaque particula conditionalis ἂν abesse debet. Eadem in adhortando ratio est.

Quod sicubi hujusmodi conjunctivis additum invenitur ἄν, aut ad aliam vocem pertinet, ut ad participium apud Pseudodemosthenem in Erotico p. 1404, 14. ᾧ τίν' ἂν ἁρμόττουσαν εἰκόνα ἐνέγκω σκοτῶν, οὐχ ὁρῶ· vel ad infinitivum, ut apud Platonem de Legg. ii. p. 655. C. τί ποτ' ἂν οὖν λέγωμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς εἶναι; aut mendum subest, ut in Critone Platonis p. 50. C. quem locum Matthiæ §. 516. affert: τί οὖν ἂν εἴπωσιν οἱ νόμοι; pridem enim recte editum erat, τί οὖν, ἂν εἴπωσιν οἱ νόμοι; *quid vero, si leges dicant?* vel in Phædro p. 231. D. et in Philebo p. 15. C. qui loci nunc ex codd. correcti sunt; vel apud Strabonem p. 679. ed. Casaub. (997. C. Almel. T. V. p. 726. Tzschuck.) τίν' ἂν λάβωσι τάξιν; ubi ex Schæferi sententia ad Soph. Œd. Col. 1418. cum codd. quibusdam ἂν delendum. Idem Schæferus in Melet. Crit. p. 98. s. jure improbat Stephani lectionem apud Sophoclem Trach. 949.

πότερα πρότερ' ἂν ἐπιστένω;

Gravius vitium latet apud Platonem in Protagora p. 319. B. ubi conveniunt libri omnes in hac scriptura: σοὶ δὲ λέγοντι οὐκ ἔχω ὅπως ἂν ἀπιστῶ. Neque enim quidquam proficias, si cum Heindorfio aut deleri ἂν jubeas, aut servato reponas optativum, quia quæ præcedunt quæque sequuntur contrariam requirunt sententiam; ut corrigendum videatur, σοὶ δὲ λέγοντι οὐκ ἔχω ὅπως ἀναπεισθῶ.

VI.

De sententiis conditionalibus et finalibus.

Priusquam de usu particulæ ἂν in sententiis conditionalibus et finalibus dicatur, paucis de natura harum sententiarum ac diversitate explicandum est. Et conditionales quidem sententias eas vocamus, quibus caussa indicatur, qua prægressa aliud quid consequatur; finales autem illas, quibus eventus significatur, ob quem efficiendum quid fiat. Ex quo intelligitur, commune utriusque generis hoc esse, quod conditionem aliquam continent; differre autem inter se eo, quod conditionales sententiæ conditionem a facto quod prægressum sit, finales autem ab eventu qui sit consequuturus repetunt. Ita sententia conditionalis est λέξω ὡς εἰδῶ, *dicam ut sciero*: prægressa enim scientia sit necesse est, ut caussa dicendi; finalis autem, λέξω ὡς εἰδῇς, *dicam ut scias*: quo effecti cogitatio pro caussa dicendi esse significatur.

Jam quod ad particulam ἂν attinet, ejus in conditionalibus sententiis planissima ratio est. Abest enim, ubi simpliciter conditio indicatur qua quid fiat; additur autem, ubi eam conditionem incertam esse atque e rebus fortuitis pendere innuimus. Similis usus est particulæ hujus in sententiis finalibus. Quum enim certum indicamus finem, omittitur; quum autem eventum rebus fortuitis obnoxium, adjicitur. Sed in hoc quidem genere singularis ratio est particulæ ἵνα, quam adspernari ἂν in sententia finali videbimus.

Omnino autem bene tenendum est, si epicorum veterum sermonem exceperis, ἂν nusquam ita adjungi conjunctivo, ut vere constructum cum eo existimari possit, sed unice pertinere ad conjunctiones illas, ex quibus pendet conjunctivus: de qua re dictum est lib. i. cap. 4.

VII.

De usu particulæ ἂν cum conjunctivo in sententiis conditionalibus, et primum quidem de εἰ et ἢν cum conjunctivo.

Diximus conjunctivum sine particula ἂν poni in sententiis conditionalibus, ubi nihil nisi conditio ipsa indicetur; addi autem ἄν, ubi conditio pendeat ex rebus fortuitis. Ac permulta sunt vocabula, quæ conditioni significandæ inserviunt: primo particula proprie conditionalis εἰ, deinde illæ, quibus temporis locive significatio adjuncta est, ut ἐπεί, ὅτε, ὁπότε, εὖτε, πρίν, ἕως, ἔνθα, ἵνα, ὅθι, οὗ, ὅπου, οἷ, ὅποι, ᾗ, ὅπῃ, ἔνθεν, ὅθεν, ὁπόθεν, tum pronomina ὅς, οἷος, ὁποῖος, ὅσος, ὁπόσος, ὁπότερος. Horum quædam, in primis particulam εἰ, ab Atticis non jungi conjunctivo, nisi si ἂν accederet, diu fuit virorum doctorum opinio. Ac Bastius quidem quod in epistola critica ad Boissonadum p. 129. s. ed. Lips. ex Thomæ M. præcepto p. 267. existimabat, verba αὐθυπότακτα etiam apud Atticos εἰ cum conjunctivo sine ἂν admittere, id inane commentum esse satis mihi videor demonstrasse, in dissertatione de præceptis quibusdam Atticistarum. Unde ortum sit illud Atticistarum præceptum, docuit Lobeckius ad Phryn. p. 724. Accidit in hac quoque re, quod sæpissime, ut quæ rara essent corrupta putarentur, nec quæreretur, quam rationem haberent. Tantum abest enim, ut aut per se prava aut ab Atticorum usu abhorrens sit constructio particulæ εἰ cum conjunctivo, ut, quum non perinde sit, utrum εἰ an ἐὰν ponatur, non magis ἐὰν pro εἰ, quam εἰ pro ἐὰν adhiberi possit. Monueram ea de re ad Soph. Aj. 491. assensusque est vir eximius, majorisque animi quam ut suas opiniones veritati præferret, P. Elmsleius, quem præmatura morte litteris ereptum esse summo cum dolore nuper accepimus. Vide eum ad Bacch. 203. 858. et in præfat. tertiæ ed. Œd. Regis ad v. 191. 874. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 144, 20. μετὰ δὲ ὑποτακτικῶν· (Iliad. M. 239.)

εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε.

καὶ Σοφοκλῆς ἐν Οἰδίποδι τυράννῳ. (v. 873.)

ὕβρις εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ.

ὁ αὐτός.

(Œd. Col. 1442.)

δυστάλαινα τἄρ' ἐγώ,
εἴ σου στερηθῶ.

Κρατῖνος Γείτοσιν·

εἰ σοφὸς ᾖ.

Ξενοφῶν Παιδείας· (iii. 3, 50.) εἰ μὴ πρόσθεν ἠσκηκότες. Πλάτων Νόμων δωδεκάτῳ· (p. 958. D.) εἴτέ τις θῆλυς ᾖ. Xenophontis verba sunt: ὦ Χρυσάντα, μηδέν σε λυπούντων αἱ τοῦ Ἀσσυρίου παραινέσεις· οὐδεμία γάρ ἐστιν οὕτω καλὴ παραίνεσις, ἥτις τοὺς μὴ ὄντας ἀγαθοὺς αὐθήμερον ἀκούσαντας ἀγαθοὺς ποιήσει· οὐκ ἂν οὖν τοξότας γε, εἰ μὴ ἔμπροσθεν τοῦτο μεμελετηκότες εἶεν, οὐδὲ μὴν ἀκοντιστάς, οὐδὲ μὴν ἱππέας, ἀλλ' οὐδὲ μὴν τά γε σώματα ἱκανοὺς πονεῖν, εἰ μὴ πρόσθεν ἠσκηκότες ὦσι. Plato autem sic scribit: περὶ τελευτήσαντας δή, εἴτε τις ἄῤῥην εἴτε τις θῆλυς ᾖ, τὰ μὲν περὶ τὰ θεῖα νόμιμα τῶν τε ὑπὸ γῆς θεῶν καὶ τῶν τῇδε, ὅσα προσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους φράζοντας. De quo loco infra. Cum Cratini verbis compara Soph. Antig. 710.

ἀλλ' ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν
πόλλ', αἰσχρὸν οὐδέν.

Ut declarem, quæ ratio sit hujus constructionis, utar exemplo quod est in Œdipo Rege v. 198.

τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ,
τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται.

Apparet hoc quattuor modis dici potuisse, aut sic ut scripsit Sophocles, aut εἴ τι ἀφίησιν, aut εἴ τι ἀφείη, aut ἤν τι ἀφῇ. Horum illud, εἴ τι ἀφίησιν, *si quid relinquit*, simpliciter ad veritatem facti refertur. Alterum, εἴ τι ἀφείη, *si quid relinquat*, rem profert ut in sola cogitatione positam, quo excluditur veritas, et hoc dumtaxat dicitur, *si relinquat, quod jam animo cogitabimus, licet forsitan non fiat*. Tertium, εἴ τι ἀφῇ, *si quid reliquerit*, respectum comprehendit experientiæ, exspectandumque esse indicat, ut relinquat aut non relinquat. Huic simile, sed minime tamen idem est quartum, ἤν τι ἀφῇ, *si quid forte reliquerit*. Nam hoc etsi eodem cum respectu experientiæ dicitur, tamen, quia per particulam ἂν imminuta est et debilior facta vis particulæ conditionalis, illud accedit, ut forsitan nox aliquid relictura vel non relictura significetur. Id non est in illo, εἴ τι νὺξ ἀφῇ, in quo quia non accedit illud *forsitan*, certior est et fortior conditio: refertur enim ad certam spem atque opinionem futurum quid esse, vel etiam, pro rei natura, non esse futurum. Quæ quam diversa sint, facillime intelligi potest ex iis, quæ in utroque genere adjuncta cogitantur: in illo, ἤν τι νὺξ ἀφῇ, *si quid forte nox reliquerit: forsitan relinquet aliquid, forsitan non relinquet*; in hoc, εἴ τι νὺξ ἀφῇ, *si quid nox reliquerit: vix autem relinquet*. Atqui hoc ipsum dicere voluit isto loco Sophocles: ex quo apparet, errasse viros doctos, qui vel ex conjectura vel ex paucis codd. ἤν, quæ Atticistæ alicujus correctio est, reposuerunt. Exposui hæc enucleatius, ut rationem redderem. Quod si quis mavult ipso statim sensu quid inter utramque locutionem intersit percipere, is meminerit εἴ τι νὺξ ἀφῇ sic esse pronunciandum, ut εἰ voce erigatur: quod contra ἢν non distinguitur a cæteris vocibus. Itaque etiam Latine si utrumque iisdem verbis vertas, *si quid nox reliquerit*, illud *si*, id est εἰ, fortius est pronunciandum; remissius autem, si est ἤν. Interdum quidem non multum interest εἰ an ἢν dicatur, ut in illo Sophoclis, ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ, vel in Xenophontis loco, quem affert grammaticus cujus verba apposuimus. Sed plerumque tamen ibi potissimum εἰ usurpatur, ubi ἢν non aptum est. Ut in Platonis loco apud eumdem grammaticum, εἴτε τις ἄῤῥην εἴτε τις θῆλυς ᾖ. Nam qui moriuntur, necessario aut mares aut feminæ sunt, nec quidquam in ea re fortuiti inest. Contra Xenophon Cyrop. iii. 3, 17. νῦν δὲ ἴσοι μὲν ἐκεῖνοι ἔσονται, ἤν τε ἐνθάδε, ἐπιμένωμεν, ἤν τε ἐς τὴν ἐκείνων ἰόντες ὑπαντῶμεν αὐτοῖς· ἴσοι δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχούμεθα, ἤν τε ἐνθάδε ἐπιόντας αὐτοὺς δεχώμεθα, ἤν τε ἐπ' ἐκείνους ἰόντες τὴν μάχην συνάπτωμεν. Nam intervenire potest aliquid, ut non pugnetur omnino. Adjiciam alia exempla. Homerus Iliad. A. 340.

εἴ ποτε δ' αὖτε
χρειὼ ἐμεῖο γένηται ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι
τοῖς ἄλλοις.

Si quando me opus fuerit. Nempe erit aliquando opus. Quod si ἢν dixisset, multo hoc foret debilius, *si forte aliquando me opus fuerit*: quo potius aliquam fortuitam opportunitatem, quam certum illud, si detur opportunitas, indicaret. Iliad. E. 257.

τούτω δ' οὐ πάλιν αὖθις ἀποίσετον ὠκέες ἵπποι
ἄμφω ἀφ' ἡμείων, εἴ γ' οὖν ἕτερός γε φύγῃσιν.

Si quidem alter effugerit: nam spes erat utrumque occubiturum, Φ. 462.

> Ἐννοσίγαι', οὐκ ἄν με σαόφρονα μυθήσαιο
> ἔμμεναι, εἰ δὴ σοί γε βροτῶν ἕνεκα πτολεμίξω.

si tecum pugnem: at non sum pugnaturus.
Et versu 576.

> εἴπερ γὰρ φθάμενός μιν ἢ οὐτάσῃ ἠὲ βάλῃσιν,
> ἀλλά τε καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένη οὐκ ἀπολήγει
> ἀλκῆς, πρίν γ' ἠὲ ξυμβλήμεναι ἠὲ δαμῆναι.

Si vulneraverit pardum: [illegible]. Et X. 86.

> σχέτλιος· εἴπερ γάρ σε κατακτάνῃ, οὔ σ' ἔτ' ἔγωγε
> κλαύσομαι ἐν λεχέεσσι, φίλον θάλος, ὃν τέκον αὐτή.

Si quidem te occiderit. Dicit hoc Hecuba, ne detrahere aliquid laudi Hectoris videatur, quasi non dubitans occisum iri. Odyss. E. 221.

> εἰ δ' αὖ τις ῥαίῃσι θεῶν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
> τλήσομαι ἐν στήθεσσιν ἔχων ταλαπενθέα θυμόν.

Si contuderit: at non spero futurum. Et H. 204.

> εἰ δ' ἄρα τις καὶ μοῦνος ἰὼν ξύμβληται ὁδίτης,
> οὔτι κατακρύπτουσιν.

Si vel unus obvius sit. Nempe raro fit: sed si fit, non sese occultant dii. Et M. 348.

> εἰ δὲ χολωσάμενός τι βοῶν ὀρθοκραιράων
> νῆ' ἐθέλῃ ὀλέσαι, ἔπι δὲ σπῶνται θεοὶ ἄλλοι,
> βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἄπο θυμὸν ὀλέσσαι,
> ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι, ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.

Si perdere navem voluerit: quod non opinor, quum non impietate quadam, sed necessitate compulsi boves mactemus. Scripsi in hoc loco δὲ σπῶνται pro δ' ἕσπωνται, quam formam vix puto defendi posse. Suspecta est etiam Buttmanno ad scholia in Odysseam. Pindarus Nem. vii. 16.

> εἰ δὲ τύχῃ τις ἔρδων, μελίφρον' αἰτίαν
> ῥοαῖσι Μοισᾶν ἐνέβαλε.

Si cui successerit: non enim facile est. Eadem similiter expressa sententia exstat ix. 110. et alia similis sententia Isthm. v. 16. Sophocles Œd. Reg. 1062. ex mea emendatione:

> θάρσει· σὺ μὲν γὰρ οὐδ' ἂν εἰ τρίτης ἐγὼ
> μητρὸς φανῶ τρίδουλος ἐκφανεῖ κακή.

Ne si quidem ter servus esse reperiar: opinatur enim ita esse Œdipus. Improbavit hanc emendationem in postrema editione Elmsleius, non propter εἰ cum conjunctivo, sed propter ἂν cum futuro conjunctum. Non fecisset, si reputasset, ἂν referri ad optativum, qui suppressus est. Plene enim ita dicas, οὐκ ἐκφανεῖ κακή, οὐδ' ἂν (ἐκφανείης) εἰ φανῶ τρίδουλος. Compara locum Xenophontis Cyrop. iii. 3, 50. quem supra attulimus. Recte legitur apud Euripidem Iph. Aul. 1238.

> βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ὄμμα δός, φίλημά τε,
> ἵν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν
> μνημεῖον, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις.

Si nihil precibus meis moveris: quod non videris facturus. Et in Cyclope 577.

> οὐκ ἂν φιλήσαιμ', εἰ Χάριτες πειρῷσί με.

Si vel Gratiæ me tentaverint: nempe non sunt facturæ. Aristophanes Eq. 698.

> ΚΛ. οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρά γ', εἰ μή σ' ἐκφάγω
> ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.
> ΑΛ. εἰ μὴ 'κφάγῃς;

Et v. 805. de populo:

> εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ,
> καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαρρήσῃ, καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ,
> γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου.

Sic libri præter Brunckii membranas, in quibus est ἔλθοι, quod ille recepit, scripsitque διατρίψει et ἀναθαρρήσει. At recte se habebat vulgata. Nam hoc dicit: *si*, quod optari magis quam sperari potest, *pacis muneribus frui populo contigerit, sentiet quantis bonis a Cleone fuerit privatus.* In Pace v. 450.

> κεἴ τις στρατηγεῖν βουλόμενος μὴ ξυλλάβῃ,
> ἢ δοῦλος αὐτομολεῖν παρεσκευασμένος,
> ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γ' ἕλκοιτο μαστιγούμενος.

Sic libri omnes et Suidas v. τροχός, nisi quod hic εἰ pro κεἰ. Male corrigi κἂν, arguunt quæ præcedunt: quæ sunt ejusmodi, ut hic quoque κεἴ τις positum a poeta esse vix dubitari possit. Pariter v. 437.

> χὤστις προθύμως ξυλλάβῃ τῶν σχοινίων,
> τοῦτον τὸν ἄνδρα μὴ λαβεῖν πότ' ἀσπίδα.

Ubi quamvis in bonis libris ξυλλάβοι sit, tamen deterius videtur. Herodotus ii. 13. quum dixisset Nilum olim, si minimum octo cubitos accrevisset, loca infra Memphin inundasse, ita pergit: νῦν δὲ εἰ μὴ ἐπ' ἑκκαίδεκα ἢ πεντεκαίδεκα πήχεας ἀναβῇ τοὐλάχιστον ὁ ποταμός, οὐχ ὑπερβαίνει ἐς τὴν χώρην. Unus tantum codex ἦν, quod dedit Schweigh...rus, et reponendum censuit Werferus in Actis Monac. T. i. p. 100. non recte, ut mihi videtur. Est enim hoc *nisi forte*, quod etsi potuit hic dici, tamen multo aptior est fortius expressa conditio, *nisi*, qua indicatur esse hoc extra ordinem. Eodem modo erravit Werferus etiam in aliis locis, ut in hoc Herodoti viii. 118. ubi interroganti regi an aliqua salutis via reliqua sit, gubernator navis respondisse dicitur: δέσποτα, οὐκ ἔστιν οὐδεμίη, εἰ μὴ τουτέων ἀπαλλαγή τις γένηται τῶν πολλῶν ἐπιβατέων. Omnes hic libri tuentur εἰ. Nam hic quoque major quædam vis requiritur quam quæ est in particula ἦν: *nisi*, quod vertor dicere, *hac vectorum multitudine liberemur.* Accurate distinxit Lucianus Dial. meretr. vii. 1. T. iii. p. 296, 73. ἀλλὰ προφάσεις ἀεὶ καὶ ὑποσχέσεις καὶ μακραὶ ἐλπίδες καὶ πολὺ τὸ ἐὰν ὁ πατήρ, καὶ εἰ κύριος γένωμαι τῶν πατρῴων, καὶ πάντα σά. Fortuitum est enim, quando sit pater moriturus; illud autem ut certum ostendit adolescens, aliquando se patris bona possessurum. Eadem ratio videtur hujus loci esse in Piscatore 22. T. i. p. 592, 16. κἄν σοι δοκῇ, κἀκεῖνό που παράβυσον, ὡς ὁ μέγας Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων ἀγανακτήσειεν ἄν, εἰ μὴ οὗτος ὑπόσχῃ τὴν δίκην. Ubi etsi [illegible] ποσι [illegible], tamen aptior [illegible] videtur, quum [illegible]. Distincte [illegible] A[illegible] 21. [illegible] pellim ne [illegible] adulit πεπύσται δὲ οὐδὲν [illegible] ὁ ἀν[illegible] εἰ δὲ μάθῃ, ἀρνήσεται μὲν ἐκ τῆς πλησίον [illegible] ὁ μισθωτὸς, αὐτὸς δὲ εἰ πρότερον ἀντιπεῖ πάντα μηχανώμενος πρὶν τὰς παρὰ τοῦ λίκνου δίκας εἰσπράξασθαι. Et [illegible] 31. [illegible]: εἰ [illegible] πρόφασις ὁδοῦ ἄστυδε γένηται, ἥκε ἀνάξων [illegible]. Mirus [illegible] tur, si [illegible], si forte. Nun[illegible] εἰ dicit, [illegible], *si paulo textius repertus fuerit:* metuit enim ne [illegible] quam [illegible]. [illegible] apud Aris[illegible] ἂν, ut de S[illegible] p. 685. A. κἂν εἴ τι ποτε γένηται. De rep. ii. 1. p. 312. C. καὶ εἴ τινες ἕτεραι τυγχάνουσιν εἰρηκέναι. ii. 2. p. 313. C. ὥσπερ ἂν εἰ σταθμὸς πλείων ἑλκύσῃ.

VIII.

De ἐπεί, εἴτε, *et* πρὶν *cum conjunctivo.*

Quæ particulæ εἰ, eadem etiam cæterarum ratio est. Ex quibus primum videamus ἐπεί. Herodotus viii. 22. Θεμιστοκλέης δὲ ταῦτα ἔγραψε, δοκέειν ἐμοί, ἐπ' ἀμφότερα νοέων, ἵνα ἢ λαθόντα τὰ γράμματα βασιλῆα, Ἴωνας ποιήσῃ μεταβαλέειν καὶ γενέσθαι πρὸς ἑωυτῶν, ἢ ἐπεί τε ἀνενειχθῇ καὶ διαβληθῇ πρὸς Ξερξέα, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἴωνας καὶ τῶν ναυμαχιέων αὐτοὺς ἀπόσχῃ. Si ἐπεὰν dixisset, nihil nisi incertum esse indicasset, futurumne illud esset an non: nunc, quum ἐπεί dixit, fortius urget conditionem, ut ex opposito patet: *si*, quod tamen, si fieri posset, evitare cupiebat, *cognovisset Xerxes.* Sophocles Antig. 1023.

> ταῦτ' οὖν, τέκνον, φρόνησον· ἀνθρώποισι γὰρ
> τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν·
> ἐπεὶ δ' ἁμαρτῇ, κεῖνος οὐκ ἔτ' ἔστ' ἀνὴρ
> ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
> πεσὼν ἀκεῖται, μηδ' ἀκίνητος πέλει.

Et εἴτε. Æschylus Sept. ad Theb. 314.

> πολλὰ γάρ, εἴτε πόλις δαμασθῇ,
> ἒ ἕ, ἒ ἕ, δυστυχῇ τε πράσσει.

Brunckius εἰτ' ἄν, quod aliud est, minus graviter expressa conditione.
Sic etiam πρίν. Sophocles Aj. 741.

> τὸν ἄνδρ' ἀπηύδα Τεῦκρος ἔνδοθεν στέγης
> μὴ 'ξω παρήκειν, πρὶν παρὼν αὐτὸς τύχῃ.

Significat enim Teucer se certo venturum esse. Simillimus locus est in Trachiniis v. 604.

> διδοὺς δὲ τόνδε, φράζ' ὅπως μηδεὶς βροτῶν
> κείνου πάροιθεν ἀμφιδύσεται χροΐ,
> μηδ' ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου,
> μήθ' ἕρκος ἱερόν, μήτ' ἐφέστιον σέλας,
> πρὶν κεῖνος αὐτὸν φανερὸς ἐμφανῶς σταθεὶς
> δείξῃ θεοῖσιν ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ.

Et in Philocteta v. 917.

> μὴ στέναζε πρὶν μάθῃς.

Dicturus est enim Neoptolemus. Iterum in Ajace v. 964.

> οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν χεροῖν
> ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ.

Noluit dicere πρὶν ἄν, quod esset *priusquam forte amiserit*, sed omisit ἄν, ut diceret *tum demum quum amisit.* Comparari potest cum his illud Antiphontis p. 619. (11. §. 29.) οἱ δ' ἐπιβουλευόμενοι οὐδὲν ἴσασι πρὶν ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ γ' ἤδη, καὶ γιγνώσκωσι τὸν ὄλεθρον. Quod eandem habet rationem. Sic etiam in Trach. 945.

> οὐ γὰρ ἔσθ' ἥ γ' αὔριον,
> πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν.

Similiter apud Euripidem in Oreste v. 1218.

> φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος,
> ἢ ξύμμαχός τις ἢ κασίγνητος πατρὸς
> ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ.

Facturus est enim cædem Orestes. Et v. 1354.

> ὅπως ὁ πραχθεὶς φόνος
> μὴ δεινὸν Ἀργείοισιν ἐμβάλῃ φόβον
> βοηδρομῆσαι πρὸς δόμους τυραννικούς,
> πρὶν ἐτύμως ἴδω τὸν Ἑλένας φόνον
> καθαίμακτον ἐν δόμοις κείμενον.

Et in Alcest. 851.

> οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται
> μογοῦντα πλευρά, πρὶν γυναῖκ' ἐμοὶ μεθῇ.

Cogetur enim reddere. Et in Iph. Aul. 538.

> ἕν μοι φύλαξον, Μενέλεως, ἀνὰ στρατὸν
> ἐλθών, ὅπως ἂν μὴ Κλυταιμνήστρα τάδε
> μάθῃ πρὶν Ἅιδῃ παῖδ' ἐμὴν προσθῶ λαβών.

Aristoph. Ran. 1281. quum Bacchus, [illegible] Euripidem, [illegible] se dicit, ille [illegible]

> μή, πρίν γ' ἀκούσῃς χἀτέραν στάσιν μελῶν.

Jam enim cantaturus est. Eccles. 750.

> οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἱδρῶτα καὶ φειδωλίαν
> οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως ἀνοήτως ἐκβαλῶ,
> πρὶν ἐκπύθωμαι πᾶν τὸ πρᾶγμ' ὅπως ἔχει.

Ibidem v. 856.

> οὐ δῆτ', ἤν γ' ἐκείναις νοῦς ἐνῇ,
> πρὶν κατενέγκῃς.

Ita scribendum. Vulgo πρίν γ' ἀπενέγκῃς. Brunckius ex [illegible] cod. πρίν γ' ἂν ἀπενέγκῃς. Porsonus πρὶν ἄν γ' ἀπενέγκῃς. In eadem fabula v. 628.

> κοὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖσι καλοῖς καταδαρθεῖν
> ταῖσι γυναιξίν, πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς χαρίσωνται.

Χαρίσασθαι hic scribi voluerunt Tyrwhittus, (quem sequitur Porsonus, qui antea *ταῖσι γυναιξὶ, πρὶν ἂν — χαρίσωνται* conjecerat, ut refert Dobræus p. 201.) et Reisigius in Conject. i. p. 65. cui assentitur Elmsleius ad Med. 215. qui et illo loco et ad Heracl. v. 959. in eadem sententia est, in qua Porsonus et Reisigius, comicis non licuisse *πρὶν* sine *ἂν* cum conjunctivo conjungere. Et Reisigius quidem etsi hoc valde speciosum affert, qui tenuiore stylo utantur, non omittere *ἄν*, quod iis tantum concessum esse, quorum elatior sit oratio, tamen ego ut aliter sentiam quum analogia moveor aliorum vocabulorum *ἂν* ea qua dixi conditione respuentium, tum exemplorum quæ omissionem particulæ tuentur natura. Verbis simillima sunt quæ modo attulimus *μὴ πρίν γ' ἀκούσῃς* et *πρὶν ἐκπύθωμαι*, atque illa quæ affert Reisigius,

μηδ' δίκην δικάσῃς πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς,

et in Vespis v. 919.

πρὸς τῶν θεῶν μὴ προκαταγίγνωσκ', ὦ πάτερ,
πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς ἀμφοτέρων,

et in Eq. 960.

μὴ δῆτά πώ γ', ὦ δέσποτ', ἀντιβολῶ σ' ἐγώ,
πρὶν ἄν γε τῶν χρησμῶν ἀκούσῃς τῶν ἐμῶν.

Sed permagnum tamen discrimen est. Nam qui vetat judicare priusquam alteram partem quis audiverit, cohiberi vult judicium usque dum contrariæ sententiæ argumenta sint exposita: quo tantum abest ut significet cogniturum ea quam esse, ut nihil aliud velit quam non esse judicandum, si non cognoverit. Et in hanc sententiam dictum est illud quod ex Vespis est allatum. Eodemque modo in Equitibus negat Cleo se munus suscepturum, nisi oracula sua populus audiverit. Sed an ea sit ille auditurus, in incertis relinquitur. Postea demum effert illa a domo sua, et recitat. Contra in illis exemplis, quæ supra dedimus, certum instat factum, quod eo ipso non debuit per *ἂν* incertum reddi. Hinc spero de illo judicari poterit in Acharn. 294.

ΔΙ. *ἀντὶ δ' ὧν ἐσπεισάμην οὐκ ἴστ' ἔτ'· ἀλλ' ἀκούσατε.*
ΧΟ. *σοῦ γ' ἀκούσωμεν; ἀπολεῖ· κάτα σε χώσομεν τοῖς λίθοις.*
ΔΙ. *μηδαμῶς πρὶν ἄν γ' ἀκούσητ'· ἀλλ' ἀνάσχεσθ', ὤγαθοί.*

Sic Bentleius, Elmsleius, Reisigius. Libri fluctuant: alii *πρὶν ἂν ἀκούσητε*, alii *πρὶν ἂν ἀκούσητέ γε*, alii *πρίν γ' ἂν ἀκούσητε*. Ravennas vero et Scholiastes, *πρίν γ' ἀκούσητε* sine *ἄν*, recte, quia jam dicturus est Dicæopolis, ut nihil hic incerti sit. Sed metri indicio scribe:

μηδαμῶς γε, πρίν γ' ἀκούσητ'.

Cæteræ lectiones debentur correctoribus. Quod si comparare quis volet exempla in quibus *πρὶν* solum et *πρὶν ἂν* apud tragicos et Aristophanem leguntur, quæ sedulo notata dedit Elmsleius ad Med. p. 119. facile animadvertet, ubi *ἂν* additum est, semper aliquid incerti subesse: v. c. in Sophoclis *'Αχαιῶν συλλόγῳ* ap. Athen. xv. p. 686. A.

φορεῖτε, μασσέτω τις, ἐγχείτω βαθὺν
κρητῆρ'· ὅδ' ἀνὴρ οὐ πρὶν ἂν φάγῃ καλῶς,
ὁποῖα καὶ βοῦς ἐργάτης, ἐργάζεται.

Recte Reisigius negat opus esse particula *ἂν* in his Platonis de Legg. ix. p. 872. E. *τοῦ γὰρ κοινοῦ μιανθέντος αἵματος οὐκ εἶναι κάθαρσιν ἄλλην οὐδὲ ἔκπλυτον ἐθέλειν γίγνεσθαι τὸ μιανθέν, πρὶν φόνον φόνῳ, ὁμοίῳ ὅμοιον, ἡ δράσασα ψυχὴ τίσῃ καὶ πάσης τῆς ξυγγενείας τὸν θυμὸν ἀφιλασαμένη κοιμίσῃ.* At caussa non in gravitate et dignitate orationis quærenda, sed in iis verbis unde hæc pendent: *ὁ γὰρ μῦθος ἢ λόγος ἢ ὅ τι χρὴ προσαγορεύειν αὐτόν, ἐκ παλαιῶν ἱερέων εἴρηται σαφῶς, ὡς ἡ τῶν ξυγγενῶν αἱμάτων τιμωρὸς δίκη ἐπίσκοπος νόμῳ χρῆται τῷ νῦν δὴ λεχθέντι, καὶ ἔταξεν ἄρα δράσαντί τι τοιοῦτον παθεῖν ταῦτα ἀναγκαίως ἅπερ ἔδρασεν.* Nam quia necessario perpetienda esse eadem dicit quæ quis fecerit, propterea *πρὶν*, ut in re certo consequutura, sine *ἂν* posuit. Quamquam quis neget et hoc in loco et multis in aliis etiam *πρὶν ἂν* dici potuisse? Nam prouti rem consideres, sæpe etiam quod certum est, alia ratione ut incertum proferri potest: ut hic, si non tam illud, sequuturam esse pœnam, quam eam aliquando, sed ut incertum sit quo tempore, sequuturam dicere volueris. Dubia est scriptura in Politico p. 291. D. aliis libris *πρὶν ἄν*, aliis *πρὶν αὖ* præbentibus, quod non dixerim falsum esse. Non assentior Reisigio, in Æschinis verbis c. Ctesiph. p. 22, 6. p. 447. (480. §. 60.) *ἂν* requirenti: *ὅστις οὕτω διάκειται, μήτ' ἀπογνώτω μηδὲν μήτε καταγνώτω πρὶν ἀκούσῃ.* Verissima est enim librorum scriptura, quum statim dicturus sit orator illa, quæ audiri vult: id quod apertissime declarant quæ sequuntur. Herodotus iv. 157. *οὐ γὰρ δή σφεας ἀπίει ὁ θεὸς τῆς ἀποικίης, πρὶν δὴ ἀπίκωνται ἐς αὐτὴν Λιβύην.* Nam Theræi quos oraculum Libyam petere jussisset, quum Platæam insulam per aliquod tempus coluissent, Libyam esse rati, iterum consulto oraculo responsum tulerant, mirum esse, si, qui non adiissent Libyam, melius eam Apolline nossent. Itaque eos coegit Apollo ipsam quærere Libyam, quod indicare volens Herodotus omisit *ἄν*, quam particulam si addidisset, significasset non ante eos coloniæ deducendæ necessitate liberatum iri, quam quum forte Libyam venissent. Non minus accurate idem vi. 82. *πρὸς ὧν ταῦτα οὐ δικαιεῦν πειρᾶν τῆς πόλεως, πρίν γε δὴ ἱροῖσι χρήσηται καὶ μάθῃ εἴτέ οἱ ὁ θεὸς παραδιδοῖ, εἴτέ οἱ ἐμποδὼν ἕστηκε.* Pergit enim: *καλλιερευμένῳ δὲ ἐν τῷ 'Ηραίῳ ἐκ τοῦ ἀγάλματος τῶν στηθέων φλόγα πυρὸς ἐκλάμψαι· μαθεῖν δὲ αὐτὸς οὕτω τὴν ἀτρεκηΐην ὅτι οὐκ αἱρέει τὸ Ἄργος.* I. 32. *ἐκεῖνο δὲ τὸ εἴρεό με, οὔκω σε ἐγὼ λέγω πρὶν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθωμαι.* Nescio an rectius ita codd. quidam et Stobæus Serm. cv. 63. quam vulgati *πρὶν ἄν*. Omissa enim particula sensus est, *tum demum te beatum prædicabo.* At eodem capite paullo post: *εἰ δὲ πρὸς τούτοισιν ἔτι τελευτήσει τὸν βίον εὖ, οὗτος ἐκεῖνος τὸν σὺ ζητεῖς ὄλβιος κεκλῆσθαι ἄξιός ἐστι· πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχέειν, μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα.* Additum hic est *ἄν*, quia sensus est, *nisi quum obierit.* Nam etsi, ut in priore hujus capitis loco, re ipsa perinde est utrum *πρὶν πύθωμαι* an *πρὶν ἂν πύθωμαι* dicas, tamen cogitandi modo hæc valde diversa sunt: alterum enim certum est, *quamdiu non cognovero*; alterum incertum, *nisi quum cognovero.* Quare, ut supra dicebam, non est mirum, ubi ad rem nihil intersit, idem utrovis modo dici. Ita hæc ipsa sententia, quæ est apud Herodotum, quum a multis scriptoribus posita sit, alii nudum *πρὶν* usurparunt, ut Dionysius tyrannus, Sophocles in Tyndaro, idem in Tereo, Euripides in Cressis, apud Stobæum cv. 2. 3. 21. 26. quorum illud ex Tereo Plutarchus in Dictis regum p. 184. B. ab Eumene ita mutatum affert,

μὴ σπεῦδε γῆμαι πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς,

alii autem ibidem fr. 14. 38. *πρὶν ἂν* dixere, nominatim Euripides in Andromacha v. 101. et Sophocles in principio Trachiniarum. Hinc judicari poterit de his apud Herodotum i. 197. *σιγῇ δὲ παρεξελθεῖν τὸν κάμνοντα οὔ σφι ἔξεστι πρὶν ἂν ἐπείρηται ἥντινα νοῦσον ἔχει·* et cap. 198. *ἄγγεος γὰρ οὐδενὸς ἅπτονται πρὶν ἂν λούσωνται.* In primis autem aperta apte additi *ἂν* exempla sunt in his, i. 82. *ἐποιήσαντο νόμον τε καὶ κατάρην μὴ πρότερον θρέψειν κόμην 'Αργείων μηδένα, μηδὲ τὰς γυναῖκάς σφι χρυσοφορήσειν, πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται.* Et cap. 140. *ὡς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῆναι.* Nihil enim refert, conjunctivus an infinitivus adjungatur. Et c. 159. *ἡμεῖς δὲ δειμαίνοντες τὴν Περσέων δύναμιν, τὸν ἱκέτην ἐς τόδε οὐ τετολμήκαμεν ἐκδιδόναι, πρὶν ἂν τὸ ἀπὸ σεῦ ἡμῖν δηλωθῇ ἀτρεκέως ὁκότερα ποιέωμεν.* Æschinis contra Ctesiph. 86, 4. p. 628. (560. §. 236.) *οὐ μέμνησθ' ὅτι οὐδεὶς πώποτε ἐπέθετο πρότερον τῇ τοῦ δήμου καταλύσει, πρὶν ἂν μείζω τῶν δικαστηρίων ἰσχύσῃ.*

IX.

De ἕως aliisque idem significantibus particulis cum conjunctivo.

Eadem plane ratio est particulæ *ἕως* et similium. His quoque, quoniam exiguum discrimen est et plerumque non magni refert utro modo quis loquatur, adjici fere solet *ἄν*, præsertim a prosæ orationis scriptoribus. Sed facile tamen sentias, esse ubi aptius omittatur. Ita jam moribundus quis recte diceret adstantibus amicis *μίμνετε ἕως θάνω*, non item *ἕως ἂν θάνω*, quod potius ei conveniret, qui non ita propinquam sibi putaret mortem esse. Quare vereor ne, quod legitur in Rheso v. 613.

ὅδ' ἐγγὺς ἧσται κοὐ συνήθροισται στρατῷ,
ἀλλ' ἐκτὸς αὐτὸν τάξεων κατεύνασεν
Ἕκτωρ, ἕως ἂν νὺξ ἀμείψηται φάος,

scribendum sit *ἕως αὖ νὺξ ἀμείψηται φάος.* Sed afferamus exempla. Sophocles Ajace v. 554.

ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος,
ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.

Omisit particulam, quia hæc inevitabilis est hominum sors, ut discant quid gaudere sit et dolere. In eadem fabula v. 1182.

ὑμεῖς τε μὴ γυναῖκες ἀντ' ἀνδρῶν πέλας
προσέστατ', ἀλλ' ἀρήγετ', ἔς τ' ἐγὼ μόλω
τάφου μεληθεὶς τῷδε, κἂν μηδεὶς ἐᾷ.

Dicit enim hoc Teucer asseverans se rediturum esse. Sic etiam in Œd. Col. 77.

αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, ἕως ἐγὼ
τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ, μὴ κατ' ἄστυ δημόταις
λέξω τάδ' ἐλθών.

Et in Philoct. 763.

ἀλλά μοι τὰ τόξ' ἑλὼν
τάδ', ὥσπερ ἤρου μ' ἀρτίως, ἕως ἀνῇ
τὸ πῆμα τοῦτο τῆς νόσου τὸ νῦν παρόν,
σῷζ' αὐτὰ καὶ φύλασσε.

Aristoph. Eq. 133.

ΝΙ. *δύο τώδε πώλα. καὶ τί τοῦτον χρὴ παθεῖν;*
ΔΗΜ. *κρατεῖν, ἕως ἕτερος ἀνὴρ βδελυρώτερος*
αὐτοῦ γένηται· μετὰ δὲ ταῦτ' ἀπόλλυται.
ἐπιγίγνεται γὰρ βυρσοπώλης ὁ Παφλαγών.

Sic ibi cod. Ven. nisi quod, ut vulgo, *γένοιτο*, quod etsi defendi potest, tamen non prætulerim. Quod editum est *ἕως ἄν*, metro repugnat, nec prodest sententiæ, siquidem jam facto comprobatum est illud oraculum, florente populi studiis isto Paphlagone. Sophocles Trach. 147.

ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον
ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ
κληθῇ, λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος,
ἤτοι πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη.

Multo magis autem apta est hæc ratio, ubi de re præsente, ideoque certa, sermo est. Homerus Iliad. Ψ. 46.

ἐπεὶ οὔ μ' ἔτι δεύτερον ὧδε
ἵξετ' ἄχος κραδίην, ὄφρα ζωοῖσι μετείω.

Sophocles El. 223.

ἀλλ' ἐν γὰρ δεινοῖς οὐ σχήσω
ταύτας ἄτας,
ὄφρα με βίος ἔχῃ.

Eurip. Orest. 237. (231. Pors.)

ἄκουε δὴ νῦν, ὦ κασίγνητον κάρα,
ἕως ἐῶσί σ' εὖ φρονεῖν 'Ερινύες.

Quamquam hic quidem etiam indicativus esse potest. Contra vide illud in Œd. Rege v. 834.

ἡμῖν μέν, ὦναξ, ταῦτ' ὀκνήρ'· ἕως δ' ἂν οὖν
πρὸς τοῦ παρόντος ἐκμάθῃς, ἔχ' ἐλπίδα.

Incertum est enim, an sit auditurus ille. Sed nemo non videt, etsi omittitur *ἂν* in re certa designanda, tamen multa esse ita comparata, ut non sint necessario pro certis vel incertis afferenda. Itaque non mirum est, si aliquando etiam incerta ut certa, sæpe autem certa ut incerta proferuntur. Prouti enim consideres, hanc vel aliam speciem habebunt. Ita quod ex Electra Sophoclis attulimus, in eadem fabula v. 103. cum particula *ἂν* dictum est:

ἀλλ' οὐ μὲν δὴ λήξω θρήνων
στυγερῶν τε γόων,

ἔστ' ἂν παμφεγγεῖς ἄστρων
ῥιπάς, λεύσσω δὲ τόδ' ἦμαρ.

Et apud Euripidem in Alcest. 337.

οἴσω δὲ πένθος οὐκ ἐτήσιον τόδε,
ἀλλ' ἔστ' ἂν αἰὼν οὑμὸς ἀντέχῃ, γύναι.

Exempla aperte incertæ rei per ἂν [illegible] particulis *donec* vel *usquedum* vel *quamdiu* significantis [illegible] Sophoclem Aj. 1117. Œd. Col. 114. apud [illegible] Hipp. l. 659. Alc. 1024. Cycl. 623. apud Aristophanem Nub. 140. 1459. Ach. 235.

Eodem modo μέχρις et ἄχρις non raro particula ἂν carent: ut apud Sophoclem Aj. 571. Ex Thucydide exempla [illegible] Poppo Obs. critt. p. 113. ex Hippocrate alius [illegible] ad Phrynichum: sed hic quæ ex Hippocrate de M[illegible], ne quis frustra quærat, sciat legi in ed. Mackii t. 12. vol. ii. p. 150. iv. 7. p. 274. iv. 14. p. 286. in qua pagina etiam aliud exemplum ex præcedente capite adnotari potuerat.

Pertinet ad hoc genus etiam ὡς ἄν, *donec* significans [illegible]itum, de quo dixi ad Soph. Philoct. 1314. et ad Aj. 1036. quod est proprie vel *utcumque*, ut in Ajacis loco,

τοῦ δὲ σοῦ ψόφου
οὐκ ἂν στραφείην, ὡς ἂν ᾖς οἰόσπερ εἶ·

et in Philoct. 1329.

καὶ παῦλαν ἴσθι τῆσδε μήποτ' ἐντυχεῖν
νόσου βαρείας, ὡς ἂν οὗτος ἥλιος
ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν·

vel *tali quodam modo quo*, ut in Euripidis Phœn. 90.

ἐπίσχες, ὡς ἂν προὐξερευνήσω στίβον.

X.

De pronominibus et adverbiis cum conjunctivo.

Dicatur nunc de pronominibus, ac primo de ὃς et ὅστις, quæ plerique videntur sine particula ἂν fere poëtarum cuidam licentiæ tribuenda, a prosa autem oratione et comœdia arcenda existimare: in qua opinione hoc veri inest, quod poëtas eos, qui non communem sermonem imitantur, etiam ibi interdum omittere ἂν videmus, ubi addi potuerat; illud autem falsum est, quod nihil interesse putant, nec vident, quocumque quis stylo utatur, etiam debere aliquando omittere particulam. Apertissime id demonstrare possunt hæc verba in Iphig. in Aul. 1192. si sic legantur, ut a Porsono tacite scripta sunt ad Phœn. 1373.

τίς δὲ καὶ προσβλέψεται
παίδων σ', ὅτων ἂν προθέμενος κτάνῃς τινά.

Alienum hic ἂν esse, recte vidit Bremius, vir eruditissimus, in Symbolis philologicis Helvetiæ vol. i. p. 240. Est enim ille, ut in censura illarum Symbolarum dixi, solœcismus, quia non de quibuscumque, sed de certis liberis sermo est. Nam quum hoc dicere velit Clytæmnestra, *quis te adspiciet liberorum tuorum, quorum aliquem occideris*, non magis Græce potuit ὅτων ἂν dicere, quam Latine *quorumcumque aliquem occideris*. Quin ne ὅτων quidem pro ὧν hic recte dictum. Utrumque vidit etiam Matthiæ, quem tamen miror, quod in his, quæ linguæ legibus repugnare ipse fatetur, quid solœcismi insit videre se negat. Sophocles Electr. 771.

οὐδὲ γὰρ κακῶς
πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται.

et v. 1061.

τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰωνοὺς
ἐσορώμενοι τροφᾶς κη-
δομένους ἀφ' ὧν τε βλάστω-
σιν, ἀφ' ὧν τ' ὄνασιν εὕρω-
σι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν;

Qui ut in priore loco dicere potuerit ὧν ἄν, quia incertum est quos quis et quam multos procreet liberos, tamen quia non illud, sed hos, qui sunt prognati, spectari voluit, recte omisit particulam. In altero autem loco plane inepta foret, quia hic definite dicuntur ii, a quibus quis genitus atque educatus sit, non quicumque, e quibus potuerit originem ducere. Sic etiam in Trach. 251.

τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φθόνον,
γύναι, προσεῖναι, Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ.

Est enim non de quavis, sed de certa re sermo, de servitio Herculis apud Omphalen. Contra in Œd. R. 580.

ἃν ᾖ θέλουσα, πάντ' ἐμοῦ κομίζεται,

non potuit omitti particula: non enim dicit, *omnia ea, quæ voluerit, a me impetrat*, quia non de re quapiam certa cogitat, quam rogatura sit Jocasta, sed de eo, si quid roget, qui liquid sit. Ne tamen, quoniam hic et multis in similibus locis, ὃς ἂν recte vertitur *quicumque*, id ubique ita esse existimatur, tenendum est, sæpe vim hujus particulæ aliter exprimi debere: ut in Aj. 1085.

καὶ μὴ δοκῶμεν, δρῶντες ἃν ἡδώμεθα,
οὐκ ἀντιτίσειν αὖθις ἃν λυπώμεθα·

ne putemus facientes quæ forte jucunda nobis sint, non esse nos perpessuros postea, quæ forte non sint jucunda. Simillima ejusdem poëtæ sententia est fragm. inc. 14.

φιλεῖ δὲ πολλὴν γλῶσσαν ἐκχέας μάτην
ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἴπῃ λόγους.

Non enim hic *quidquid dixerit*, sed *illa ipsa quæ dixerit* intelligi volebat. Sic ex Plutarcho in lib. de utilitate ex amicis capienda p. 89. B. legendum. In Œd. Col. 1230.

τῶν δὲ πημονῶν
μάλιστα λυποῦσ', αἳ φανῶσ' αὐθαίρετοι,

ex duobus codd. edidit Erfurdtius, quibus nuper accesserunt alii libri. Vulgo αἳ ἄν, insolita quidem crasi, sed quæ velim defensorem inveniat. Admisit eam ἂν scribens G. Dindorfius. Recte [illegible] ταῖ, si diceret [illegible] mala, quæ ultro contracta fuerint ut apud [illegible] Med. 516.

ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μέν, ὃς κίβδηλος ᾖ,
τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ.

S[illegible] quod male [illegible] .27. 1274. et [illegible] .1005. [illegible] .77. [illegible] .173. [illegible] m. xiii. 11. [illegible] fr. 10 4. [illegible] fr. 16. [illegible]ctyis fr. 13. [illegible] in T[illegible]σοτ.

νέας γυναι[illegible] λέγων
ὁ δαίμων, ἥτις αὐ[illegible] γεγένηται.

Na[illegible] luit. Eadem ratio est hu[illegible] p. 33. E.

τόδ' ἐστὶ το[illegible] ἐστι
τ[illegible]ζον μεριμνῃ εἰς [illegible] λέγεται πέρι.

Soph[illegible] Cyrus ii. 15. a [illegible] Vxn m. xi. 18. cum fragmenti, quod p[illegible] Fr. Jacobsius, patris ejus minis[illegible] p. 137. vel eam scripturas codd. Vindob. omnes d[illegible]sset Heynius ad Iliad. xiv. 40.

κόμης δὲ πένθος λαγχάνω πῶλου δίκην,
ἥτις ξυναρπασθεῖσα βουκόλων ὕπο
μάνδραις ἐν ἱππείαισιν ἀγρίᾳ χερ[ὶ]
θέρος θερισθῇ ξανθὸν αὐχενῶν ἄπο,
πλαθεῖσα δ' ἐν λειμῶνι ποταμίων ποτῶν
ἴδῃ σκιᾶς εἴδωλον αὐγασθεῖσ' ὕπο
κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένης φόβης.

Apertum est, non potuisse hic recte addi ἄν, quum hæc ut de certa equa referantur. Idem in Phædra fr. 5.

οὔτω γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν
κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ' ἄν, οὐδὲ σώφρονος
κρεῖσσον· μαθὼν δ' ἕκαστος ὧν τύχῃ λέγει.

Ea, quæ fuerit nactus. Ibidem fr. 8.

αἰσχρὰ μέν, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ἂν εἷς φύγοι
βροτῶν ποτ', ᾧ καὶ Ζεὺς ἐφορμήσῃ κακά.

Et fragm. inc. 58.

ὡς τρισόλβιοι
κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη
μόλωσ' ἐς Ἅιδου.

Et fr. 59.

ὅτῳ δ' ἔρωτος δῆγμα παιδικὸν προσῇ.

Herodotus iv. 46. τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες πάντες ἔωσι ἱπποτοξόται, ζῶντες μὴ ἀπ' ἀρότου, ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων, οἰκήματά τέ σφι ᾖ ἐπὶ ζευγέων, πῶς οὐκ ἂν εἴησαν οὗτοι ἄμαχοί τε καὶ ἄποροι προσμίσγειν; Male Schæferus ad Gregor. p. 50. et Werferus in Act. Monac. i. p. 246. ἂν addendum putarunt. Apte distincteque iv. 66. ἅπαξ δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ὁ νομάρχης ἕκαστος ἐν τῷ ἑωυτοῦ νομῷ κιρνᾷ κρητῆρα οἴνου, ἀπ' οὗ πίνουσι τῶν Σκυθέων ὅσοισι δὴ ἄνδρες πολέμιοι ἀραιρημένοι ἔωσι· τοῖσι δ' ἂν μὴ κατεργασμένον ᾖ τοῦτο, οὐ γεύονται τοῦ οἴνου τούτου, ἀλλ' ἠτιμωμένοι ἀποκέαται. Nimirum alterum est *iis qui hostem ceperint*; alterum, *qui forte non ceperint*. Pauci tamen libri omittunt ἄν. Recte adjecit vi. 86, 1. σὺ δή μοι καὶ τὰ χρήματα δέξαι, καὶ τάδε τὰ σύμβολα σῶζε λαβών· ὃς δ' ἂν ἔχων ταῦτα ἀπαιτέῃ, τούτῳ ἀποδοῦναι. Neque enim hoc Germanice *welcher* dici potest, sed debet *wer*. Sic etiam vii. 8, 1. Cum his comparet quis locos, in quibus ὃς ἂν legitur: Soph. Aj. 1085. El. 913. Œd. R. 281. 580. 724. 749. Antig. 35. 563. 583. 1057. Œd. Col. 13. 1352. Trach. 399. Phil. 86. 574. 811. 1276. 1431. Eurip. Or. 895. Phœn. 902. 1626. Med. 788. 1153. ubi sine verbo. Hipp. 445. [illegible]c. 60. Suppl. 180. 864. 440. 736. 916. Iph. A. 1025. 1125. Iph. T. 39. 58. 481. 1166. Rhes. 125. Troad. 62. 68. Bacch. 841. Cycl. 218. 536. Hel. 1257. 1279. Ion. 93. 578. 3[illegible] .475. 1334. El. 33. 522. Aristoph. Plut. 185. 481. Ly[illegible] 292. Et ὅστις ἂν Eurip. Alc. 357. Suppl. 245. Iph. T. 1472. Troad. 604. 1032. Cycl. 560. Heracl. 191. 966. Hel. 154, Ion. 411. Dan. 45. Aristoph. Plut. 473.

Ex iis [illegible] supra diximus intelligitur, cur etiam in prosa Attica oratione absese ἂν debeat, ibi scilicet, ubi de re certa sermo [illegible]st, ut in l[illegible] apud Demosth. ad Macart. p. 1055, 2. ἐὰν δὲ μὴ [illegible] ἐπιδικαζόμενος τοῦ κλήρου, προσκαλείσθω κατὰ ταὐτὰ ᾧ ἡ προθεσμία οὔπω ἐ[illegible]η. Plane ineptum hic foret ἄν. Compara [illegible] p. 1069, 13. 23. 1071, 3. 1074, 29. 10[illegible] 1. 1077, 21. et [illegible] his in locis recte additum esse.

Eadem prorsus ratio est aliorum pronominum, ut ὅσος et οἷος. Soph. Phil. 1075.

ὅμως δὲ μείνατ', εἰ τούτῳ δοκεῖ,
χρόνον τοσοῦτον, εἰς ὅσον τά τ' ἐκ νεὼς
στείλωσι ναῦται καὶ θεοῖς εὐξώμεθα.

Recte sic est locutus, ut [illegible] diceret, *tantum spatii, quantum ad ista opus est.* Sed [illegible] etiam, si minus definite loqui voluisset, ἂν p[illegible] *forte sacra non moruburtur.* Compara cum his Epicurum ep[illegible] ad Pythocl. 31. p. 41. ed. Sch[illegible] ὅλως περὶ τ[illegible] σελήνην [illegible]νεται καὶ παρὰ τὰ ὡς πάντοθεν προσφερομένου πρὸς τὴν σελήνην, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς ἀποφερόμενα ῥεύματα [illegible] ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον κύκλῳ περιστῇ τὸ νεφ[illegible] τοῦτο, καὶ μὴ τὸ παρατεῖν διακρίνῃ. Quo loco [illegible] non debuisse Schneiderum de inserendo ἂν cogitare. At in Electra dixit Sophocles v. 916.

ξυνοίσω πᾶν ὁποῖονπερ ἂν σθένω.

Sic etiam in Œd. R. 1122. Œd. Col. 71. 1634. 1773. Philoct. 64. 1072. Eurip. Or. 592. Bacch. 673. Cycl. 147. Ion. 1336. et οἷος ἂν Soph. Œd. Col. 956. atque ὁπῶς Philoct. 659. Hinc dubitari potest an in Eurip. Suppl. 400. non recte legatur,

κλαίων δ' ἂν ἦλθες, εἴ σε μὴ 'πεμψεν πόλις,
περισσὰ φωνῶν· τὸν γὰρ ἄγγελον χρεὼν
λέξανθ', ὅσ' ἂν τάξῃ τις, ὡς τάχος πάλιν
χωρεῖν.

Nam etsi defendi potest hæc scriptura, tamen multo aptius hic est dici *id quod quis jusserit*, quam *quidquid quis jusserit*. Id vero scribi potuerat *ὅσον τάξῃ τις*.

Quæ pronominum, etiam adverbiorum ratio est. Euripides El. 972.

ὅπου δ' Ἀπόλλων σκαιὸς ᾖ, τίνες σοφοί;

Affert hoc exemplum Porsonus ad Orest. 141. amare tragicos hanc constructionem suppressa particula ἂν dicens: adjicitque aliud exemplum, quod ut Sophoclis citat, Valckenarii opinor judicium sequutus, ex Plutarch. de aud. poët. p. 34. A. et Amator. p. 767. A.

A. *πρὸς θῆλυ νεύει μᾶλλον, ἢ 'πὶ τἄρσενα;*
B. *ὅπου προσῇ τὸ κάλλος, ἀμφιδέξιος.*

Adde Æschylum Suppl. 129.

θεοῖς δ' ἐναγέα τέλεα, πελομένων καλῶς,
ἐπίδρομ', ὁπόθι θάνατος ἀπῇ.

Eodem pertinet ἵνα in his apud Plutarchum de garrulitate p. 514. A.

φίλαυτος γὰρ ὢν καὶ φιλόδοξος ὁ τοιοῦτος
νέμει τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν.

XI.

De particula ἂν cum conjunctivo in sententiis finalibus.

Nihil difficultatis habent sententiæ, quas brevitatis caussa finales dicimus, i. e. quibus finis et consilium indicatur. His efficiendis inserviunt particulæ *ὄφρα, ὅπως, ὡς, ἵνα*. Significant autem *ὅπως* et *ὡς* proprie *ut*, i. e. *quo pacto*. Eæ particulæ indicativis junguntur cujusvis temporis, quum esse quid vel futurum esse putamus; conjunctivis autem, quum vereri quem indicamus, ne quid sit aut non sit. Aristoph. Ach. 343.

ἀλλ' ὅπως μὴ 'ν τοῖς τρίβωσιν ἐγκάθηνταί που λίθοι.

Æschylus Prom. 68.

ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ.

Sed Sophocles Aj. 1089.

καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως
μὴ τόνδε θάπτων αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσῃς.

Non potuit hic *πεσεῖ* dicere. Non enim hoc futurum esse putat, sed verendum esse dicit Teucro, si audeat sepelire Ajacem. Plato Phædone p. 77. B. *ἀλλ' ἔτι ἐνέστηκεν ὃ νῦν δὴ Κέβης ἔλεγε, τὸ τῶν πολλῶν, ὅπως μὴ ἅμα ἀποθνήκοντος τοῦ ἀνθρώπου διασκεδάννυται ἡ ψυχή, καὶ αὐτῇ τοῦ εἶναι τοῦτο τέλος ᾖ.* ***At obstat,*** inquit, ***vulgare illud, verentium ne moriente homine dispereat etiam anima et esse desinat.*** Sed paullo post eadem pagina, D. etsi addito timendi verbo, aliter loquitur: *ὅμως δέ μοι δοκεῖς σύ τε καὶ Σιμμίας ἡδέως ἂν καὶ τοῦτον διαπραγματεύσασθαι τὸν λόγον ἔτι μᾶλλον, καὶ δεδιέναι τὸ τῶν παίδων, μὴ ὡς ἀληθῶς ὁ ἄνεμος αὐτὴν ἐκβαίνουσαν ἐκ τοῦ σώματος διαφυσᾷ καὶ διασκεδάννυσι.* Ubi vel additum *ὡς ἀληθῶς* indicat non tam de metu, quam de opinione cogitari. Μὴ particula autem eamdem rationem habet, de qua dixi ad Ajacem s. 272. Ex quo apparet falli Heindorfium, qui p. 94. *διασκεδάννυσι* et *διαφυσᾷ* conjunctivos esse putavit, ut conjunctivus est *διασκεδάννυται*, producta penultima.

Igitur consilii indicandi caussa quum particulæ *ὡς* et *ὅπως* conjunctivo consociantur, si deest *ἄν*, simpliciter enunciatur consilium; si adjicitur, aliquid fortuiti accedit, quasi dicas *ut sit, si sit*. In primis idoneus est ad hanc rem demonstrandam Æschyli locus in Choeph. 983.

ἐκτείνατ' αὐτὸν καὶ κύκλῳ παρασταδὸν
στέγαστρον ἀνδρῶν δείξαθ', ὡς ἴδῃ πατὴρ
οὐχ οὑμός, ἀλλ' ὁ πάντ' ἐποπτεύων τάδε
Ἥλιος ἄναγνα μητρὸς ἔργα τῆς ἐμῆς,
ὡς ἂν παρῇ μοι μάρτυς ἐν δίκῃ ποτέ,
ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐνδίκως μόρον
τὸν μητρός.

Ostendite velamen, ut videat Sol, is ut mihi, si forte, *testis adsit in judicio.* Nam expansum velamen Sol non potest non videre, judicium autem nondum ita certo imminet, ut tam confidenter de testimonio edendo loqui possit. Itaque *ὡς ἴδῃ* dicit, quia hoc ipsum certo consequuturum intelligit ut videat Sol; sed *ὡς ἂν μάρτυς παρῇ*, quia id sic tantum vult, si opus aut necessarium sit. Ita *ὡς* sine *ἂν* dictum invenitur apud eumdem poëtam S. ad Theb. 633. Pers. 694. Agam. 1302. Choeph. 733. 765. 769. Eum. 616. 632. 641. 774. Suppl. 328. 492. Cum particula *ἂν* autem Prom. 10. 655. 705. Choeph. 18. 554. Suppl. 502. 527. Omnibus his in locis, qui attendere voluerit, facile intelliget, cur vel addita vel omissa sit particula. In Choeph. 437.

ἐμασχαλίσθη δέ γ', ὡς τόδ' εἰδῇς.

Debuit hic omitti, quia sensus est *hoc te scire volo*. Sed in Suppl. 937.

ἀλλ' ὡς ἂν εἰδῇς, ἐννέπω σαφέστερον,

patet hunc sensum esse, *scias licet*. Sic in Prometheo 823. cum *ὅπως*:

ὅπως δ' ἂν εἰδῇ μὴ μάτην κλύουσά μου.

Aristoph. Plut. 112.

σὺ δ' ὡς ἂν εἰδῇς ὅσα, παρ' ἡμῖν ἢν μένῃς,
γενήσετ' ἀγαθά, πρόσεχε τὸν νοῦν ἵνα πύθῃ.

Et *ὅπως* quidem sine *ἂν* posuit Æschylus Pers. 667. Ag. 1656. Choeph. 873. Addita particula autem Choeph. 578. Eum. 576. 1033. Suppl. 241. Ita *ὡς ἂν* apud Herodotum i. 5. 11. 24. 86. iii. 85. viii. 7. ix. 7, 2. et *ὅκως ἂν* i. 20. Vide Heindorfium ad Plat. Phædon. p. 15. et Protag. 497.

Sæpe non multum interest addaturne *ἄν*, an omittatur. Aristoph. Thesm. 284.

ὦ Θρᾷττα, τὴν κίστην κάθελε, κᾆτ' ἔξελε
πόπανον, ὅπως λαβοῦσα θύσω ταῖν θεαῖν.

Ran. 871.

ἴθι νῦν λιβανωτὸν δεῦρό τις καὶ πῦρ δότω,
ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων.

Alios Aristophanis locos *ἂν* additam habentes vide apud Heindorfium ad Plat. Phædon. p. 15. quibus adde Plut. 225. Vesp. 113. Non est tamen dissimulandum inveniri locos quosdam, in quibus mirere additum esse *ἄν*. Quod etsi fortasse aliquando negligentia scriptorum factum est, tamen plerumque caussa, cur addiderint, potest inveniri. Æschines in Ctesiph. p. 430. s. (471. §. 39.) lege juberi dicit prytanes *τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν, ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος καὶ μὴ πλείους περὶ ἑκάστης πράξεως.* Nullus liber omittit particulam *ἄν*, et tamen fatendum erit valde eam inutilem esse, quum finis indicetur certissimus, ut una lex sit. Sed videtur Æschines propter sequentia, *καὶ μὴ πλείους*, posuisse: et ita recte dicit, *ne forte plures sint*. Paullo aliter Demosthenes de Symmor. p. 184, 9. *εἶτ' ἐπικληρῶσαι τὰς τριττῦς, ὅπως ἂν τῶν μὲν ὅλων νεωρίων ἓν ἑκάστης μέρος ᾖ τῶν φυλῶν, τοῦ δὲ μέρους ἑκάστου τὸ τρίτον μέρος ἡ τριττὺς ἔχῃ, εἰδῆτε δ', ἄν τι δέῃ, πρῶτον μὲν τὴν φυλήν, ὅπου τέτακται, μετὰ ταῦτα δὲ τὴν τριττύν, εἶτα τριήραρχοι τίνες καὶ τριήρεις πόσαι, καὶ τριάκοντα μὲν ἡ φυλή, δέκα δ' ἡ τριττὺς ἑκάστη τριήρεις ἔχῃ.* Qui sic loqui videtur, quod hæc ipse proponit et suadet, ut dubium sit adhuc an facturi sint Athenienses. Apud Nicolaum Damascenum p. 245. in Corais Prodromo, ut ferri possit *ἄν*, aptius tamen abesset: *καί μ' εἰς τοῦτο μόνον ἤρθρωσαν οἱ θεοί, ὅπως ἂν ὀδύρωμαι τὰς ἡμετέρας τύχας.* Atque omisit in eadem sententia Euripides Hec. 236.

οὐδ' ὤλεσέν με Ζεύς, τρέφει δ', ὅπως ὁρῶ
κακῶν κάκ' ἄλλα μείζον' ἡ τάλαιν' ἐγώ.

Quo clarius hæc intelligi possint, operæ pretium duxi etiam Sophoclis atque Euripidis locos, in quibus *ὡς* et *ὅπως* vel nudæ vel conjunctæ cum *ἂν* inveniuntur, indicare, ut, qui rem exemplis comprobatam videre velint, habeant idoneam copiam. Atque *ὡς* nudum cum conjunctivo exstat in Soph. Aj. 13. 67. 530. 570. 733. 744. 827. 1003. El. 889. 1166. 1440. Œd. R. 359. Antig. 643. Œd. Col. 11. 399. 783. 785. 889. 902. 1130. 1278. 1390. 1524. Trach. 333. 493. 678. 1067. 1149. 1153. Philoct. 24. 534. 559. 635. 653. 1206. Apud Euripidem Hec. 47. 89. 175. 508. 536. 550. 896. 959. 1021. 1130. 1177. 1245. Orest. 265. 446. 629. 732. 795. 797. 1350. 1596. Phœn. 788. 1650. 1675. 1687. Med. 461. 783. 1315. 1380. Hippol. 296. 420. 629. 809. 825. 1265. Alc. 75. 723. Androm. 414. 425. 1074. Suppl. 38. 121. 174. 206. 235. 360. 451. 578. 815. Iph. A. 1340. 1484. Iph. T. 171. 290. 469. 1030. 1177. 1361. 1428. Rhes. 50. ubi *ἂν* metri indicio delendum. Troad. 20. 58. 295. 508. 714. 912. 978. 1143. 1154. 1268. 1276. Bacch. 61. 1106. 1201. 1212. 1257. 1321. Cycl. 131. 143. 152. 341. 543. 619. 623. 648. Hel. 145. 340. 641. 873. ubi scribendum videtur *δεξώμεθα*. 891. 983. 1003. 1451. 1455. Ione 35. 71, 79. 177. 388. 728. 1112. 1180. 1420. 1569. Herc. f. 40. 323. 731. 1219. 1244. 1255. 1406. Electr. 58. 72. 100. 250. 758. 792. 894. 960. 1132. Dan. 42. Multo rarius est *ὅπως* nudum cum conjunctivo. Sophocles Aj. 6. 698. 1089. El. 56. 390. 391. 457. 635. 688. 955. 1121. 1205. 1402. 1468. Œd. R. 921. Antig. 776. 1333. Œd. Col. 398. 399. Trach. 335. 602. Philoct. 238. Euripides Hec. 232. Or. 1354. 1585. Phœn. 1328. Suppl. 234. Iph. A. 428. 881. Iph. T. 1461. Cum his locis comparent, qui hoc agunt, hos, in quibus *ὡς ἂν ut* significat, Sophoclis Aj. 655. Œd. Col. 72. Philoct. 129. 826. Eurip. Hec. 350. Or. 533. 1099. 1562. Phœn. 92. 1004. Hipp. 1314. Alc. 743. Andr. 716. 1254. Iph. A. 618. 1426. Iph. T. 1067. Rhes. 72. 420. 473. Troad. 85. 1263. Bacch. 356. 510. Cycl. 155. 630. Hel. 1198. 1427. 1538. Ion. 77. Hec. f. 725. 838. et *ὅπως ἂν* Soph. El. 41. Œd. Col. 575. Trach. 618. Eurip. Phœn. 760. Med. 939. Hipp. 111. 286. Alc. 782. Iph. A. 539. Rhes. 878. Heracl. 337. Hel. 748. 899. Quod si recte supra indicavimus quid intersit, addaturne an omittatur *ἄν*, facile dabitur nobis, recte nos emendasse in Bacchis v. 1236.

φέρω δ' ἐν ὠλέναισιν, ὡς ὁρᾷς, τάδε
λαβοῦσα τἀριστεῖα, σοῖσι πρὸς δόμοις
ὡς ἀγκρεμασθῇ.

ubi *ὡς ἂν κρεμασθῇ* legebatur.

XII.

De ὅπως et ὅπως μὴ cum futuro vel conjunctivo, item de οὐκ ἔχω ὅπως et similibus.

Quæ Dawesius de constructione particularum *ὅπως μὴ* disseruit, ad quem magnam vim exemplorum sed admixtis alienis congessit Kiddius, commemorando usui magis et confirmando, quam explicando atque a dubitationibus liberando sunt. Ut indicativus veritatem rei notat, ita conjunctivus pendere quid ex alia re indicat, eoque fieri, si illud fiat. Ita in interrogatione recta qui *πῶς λήψομαι* dicit, nescire se indicat quomodo quid accepturus sit. Quis ille modus sit, quo accipiet, facto cognoscet. Sed qui dicit *πῶς λάβω*, dubitare se significat quomodo capere quid debeat, i. e. quid sibi faciendum sit ut capiat. Eadem ratione differunt *ὅπως λήψομαι* et *ὅπως λάβω*. Nam qui facit quid *ὅπως λήψεται*, facit id eo modo, quo accipiet: ex quo patet esse accepturum; qui autem *ὅπως λάβῃ*, eo modo, quo debeat accipere: quod est cum dubitatione conjunctum an non sit accepturus. Præterea indicativus certam habet temporis notationem, quæ in ipso cujusque indicativi tempore inest: nam etiam præteriti et præsentis indicativus usurpatur: conjunctivus autem, quia non quid fiat, sed quid debeat fieri significat, per se caret notatione temporis, semperque refertur ad tempus verbi primarii, tamquam ad præsens suum, quia quidquid debet fieri, ejus caussæ jam adesse debent

cum ea ipsa re, propter quam fieri debet, etiamsi nondum sit factum. Itaque indicativi et conjunctivi cum ὅπως constructiones eo differunt, quod indicativus opinionem aut voluntatem, certa temporis notatione adjuncta, conjunctivus autem metum vel dubitationem, carentem notatione temporis, sed praesentem eo tempore, quod in principali verbo est, continet.

Sed quoniam varius est usus particulae ὅπως, quae etsi proprie ubique *quomodo* significat, tamen non ubique ita verti potest, ea afferam, quae potissima sunt in hoc genere. Ac maxime simplicia sunt talia, ut Æschyli in Prom. 641.

οὐκ οἶδ' ὅπως ὑμῖν ἀπιστῆσαί με χρή.

Euripidis in Iphig. T. 684.

οὐκ ἔσθ' ὅπως σὺ χρὴ συνεκπνεῦσαί μέ σοι.

Sophoclis in Antig. 329.

οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ' ἐλθόντα με.

Apparet in his certa opinionis declaratio: οὐ χρή με ἐμὲ ὑμῖν ἀπιστῆσαι· χρή με συνεκπνεῦσαί σοι· οὐκ ὄψει με δεῦρ' ἐλθόντα. Ita ἔσθ' ὅπως cum futuro in Œd. Col. 1372. Philoct. 522. Phoenis. 1664. Medea 171. Hippol. 604. Heraclid. 707. et ἔσται Med. 1060. Saepe vero etiam alia verba. Sophocles Œd. R. 1058.

οὐκ ἂν γένοιτο τοῦθ', ὅπως ἐγὼ λαβὼν
σημεῖα τοιαῦτ', οὐ φανῶ τοὐμὸν γένος.

Alia vide in Aj. 556. 1040. Electr. 1296. Œd. R. 406. 1518. Œd. Col. 1742. Trach. 455. Phil. 55. 77. Med. 322. Iph. T. 1051. Heracl. 421. 1051. Ion. 573. Herc. f. 315. Jure conjunctivus expulsus est Œd. R. 1074.

δέδοιχ' ὅπως
μὴ 'κ τῆς σιωπῆς τῆσδ' ἀναῤῥήξει κακά.

Recte etiam Monkius in Hippol. 518. ductu cod. Flor. dedit:

δέδοιχ' ὅπως μοι μὴ λίαν φανεῖ σοφή,

et Elmsleius in Heracl. 249.

ὅμως δὲ καὶ νῦν μὴ τρέσῃς ὅπως σέ τις
σὺν παισὶ βωμοῦ τοῦδ' ἀποσπάσει βίᾳ.

Ejusdem generis haec quoque sunt: in eadem fabula v. 1051.

μὴ γὰρ ἐλπίσῃς ὅπως
αὖθις πατρῴας ζῶν ἔμ' ἐκβαλεῖς χθονός.

Soph. Electr. 963.

καὶ τῶνδε μέντοι μηκέτ' ἐλπίσῃς ὅπως
τεύξει ποτ'.

Ajac. 567.

κείνῳ τ' ἐμὴν ἀγγείλατ' ἐντολήν, ὅπως
τὸν παῖδα τόνδε πρὸς δόμους ἐμοὺς ἄγων
Τελαμῶνι δείξει μητρί τ', Ἐριβοίᾳ λέγω.

In Trach. 604.

φράζ' ὅπως μηδεὶς βροτῶν
κείνου πάροιθεν ἀμφιδύσεται χροΐ,
μηδ' ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου,
μήθ' ἕρκος ἱερόν, μήτ' ἐφέστιον σέλας.

Proximum his illud genus est, quod in adhortando usurpatur, verbo, unde ὅπως pendeat, omisso: ut in Cyclope 591.

ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσει.

i. e. proprie, *vide quomodo vir futurus sis*. Confer v. 626. et Orest. 1060. Herc. f. 504. Soph. Œd. R. 1518. Frequentissima haec ratio loquendi est, semperque habet futurum. Refertur enim ad opinionem rei futurae, cujus fieri volumus contrarium. Ita quod Euripides habet in Bacchis 367.

Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις
τοῖς σοῖσι, Κάδμε,

sic est dictum, ut cogitetur illatum iri luctum a Pentheo, ac proinde videndum esse, quomodo id irritum reddendum sit. Quod si εἰσφέρῃ dixisset, metus tantum significaretur et dubitatio utrum illaturus sit luctum an non, propterea que cavendum esse ne possit inferre. Haec si inter ipsa compares, futuro posito hoc habebis: ***inferet luctum: tu vide quomodo non inferet***; in conjunctivo autem: ***potest inferre luctum: vide quomodo possit non inferre***, i. e. quomodo debeat cohiberi ab inferendo.

Ex his intelligitur, non promiscue futurum et conjunctivum usurpari posse, sed certam cuique rationem esse. Ut in Œd. R. 325.

ὡς οὖν μηδ' ἐγὼ ταὐτὸν πάθω,

recte sic dictum est. Veretur enim Tiresias, ne, si dicat quod dici vult Œdipus, laedat illum: quamobrem tacere mavult. Quod si dixisset ὡς οὖν μηδ' ἐγὼ ταὐτὸν πείσομαι, hoc significasset: ***idem mihi, quod tibi, accidet: videndum ergo quomodo evitem.*** Id vero tum recte potuisset dicere, si in animo habuisset respondere ad ea quae interrogaverat Œdipus, etsi videret illum non posse non laedi ea re. Vide quae initio cap. xi. attulimus. Sic Herodotus vi. 85. τί βούλεσθε ποιέειν, ἄνδρες Αἰγινῆται, τὸν βασιλέα τῶν Σπαρτιητέων ἔκδοτον γενόμενον ὑπὸ τῶν πολιητέων ἄγειν; εἰ νῦν ὀργῇ χρεώμενοι ἔγνωσαν οὕτω Σπαρτιῆται, ὅκως ἐξ ὑστέρης μή τι ὑμῖν, ἢν ταῦτα πρήσσητε, πανώλεθρον κακὸν ἐς τὴν χώραν ἐμβάλωσι. Nam haec quoque non tam monentis, quam metuentis sunt. Non pertinet huc illud in Antigone 215.

ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων.

Nam si juberet, diceret ὅπως ἔσεσθε σκοποί. At nihil imperat Creon; sed quum vellet dicere, ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων, καὶ μὴ ἐπιχωρῆτε τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε, ὥστε τὸν παραβάντα θανούμενον, interrumpuntur haec chori dictis, et proinde alter conformatur reliqua pars orationis. Neque in Herc. f. 1401. quod legitur, ad hoc genus pertinet,

παίδων στερηθείς, παῖδ' ὅπως ἔχω σ' ἐμόν.

Ubi si ἕξω scriptum esset, verba hunc sensum praeberent: *liberis orbatus, quomodo te habiturus sim filium vide*. Sed ita si loqueretur Hercules, adhortaretur sese, ut filii loco Theseum haberet: quod melius conveniret, si ea re Theseo potius quam ipsi consuleretur. Nunc vero aut indicativus est ἔχω, hoc sensu: *liberis orbatus te tamquam filium meum habeo*; aut, si conjunctivus, interrogative haec dicta sint necesse est: ***ut te meum habeam filium?*** scilicet ita benevolus es.

Itaque in deliberatione, quae saepe etiam cum dubitatione conjuncta, non nisi conjunctivus usurpatur. Sic in Aj. 428.

οὔτοι σ' ἀπείργειν οἶδ' ὅπως ἐῶ λέγειν
ἔχω, κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτωκότα.

Œd. R. 1367.

οὐκ οἶδ' ὅπως σε φῶ βεβουλεῦσθαι καλῶς.

Vide Æschyl. Ag. 1367. Soph. Aj. 514. Eurip. Hec. 585. Or. 720. Phoen. 390. Andr. 118. Hipp. 1091. Iph. A. 643. 1454. Iph. T. 995. Troad. 712. Hel. 637. Herc. f. 1215. Eam rationem etiam interrogationis, ut quae in rectam erat oratione reducta, ... habuit ... vide Aristoph. Eq. 1320. Pac. 521. Interdum conjunctivis et futurum conjunguntur, sed eo, quo par est, discrimine. Eurip. Med. 1028.

οὔτε δὲ τέκνων ἐστὶν ἐν οἴκοις
γλυκερὸν βλάστημ', ἴσον ἐν μελέτῃ
κατατρυχομένους τὸν ἅπαντα χρόνον,
πρῶτον μέν, ὅπως θρέψωσι καλῶς,
βιοτόν θ' ὁπόθεν λείψουσι τέκνοις.

Solliciti sunt, quomodo educare debeant liberos, et unde victum sint relicturi. Non recte neque θρέψουσι, neque λίπωσι lectum esset non θρέψουσι, quia res anceps est et dubitationis et deliberationis plena, educatio liberorum: non λίπωσι, quia de relinquendis facultatibus nulla est dubitatio, sed de eo unde parandae sint. Itaque κτήσωνται recte dixisset, si operam quaerendis opibus navandam in mente habuisset: sed potuisset etiam κτήσονται, si illud, unde futurae essent opes. In Eurip. Hel. 637. scribe:

οὐκ οἶδ' ὁποίου πρῶτον ἄρξωμαι τανῦν.

Sed memorabile est, huic conjunctivo deliberativo non esse locum nisi in sententia aliquam negationem continente. Quod etsi minime mirum est, tamen, quoniam saepe recondita latet illa negatio, effugit haec ratio diligentiam virorum doctorum. At omnis deliberatio est dubitantis, quod est nescientis quid eligat. Unde οὐκ ἔχω, ἀπορῶ, ἀμφισβητῶ, aut simile quid ubique subest. Ut apud Æschylum Prom. 779.

ἑλοῦ γὰρ ἢ τὰ λοιπά σοι
φράσω σαφηνῶς, ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ.

Nec mirum. Quum enim excultus sermo Graecorum, ut supra dictum, conjunctivo non utatur in sententia finali nisi particula finali addita, migraretur ea norma, si affirmatione praegressa deliberativus conjunctivus poneretur: ut ἔχω ὅ τι φῶ, *habeo quod dicam*. Haec enim jam non deliberatio, neque conditionalis sententia est, qualis οὐκ ἔχω ὅ τι φῶ, sed finalis. Diximus enim in omni sententia conditionali per conjunctivum significari futurum exactum: eo autem illud, quod primario verbo continetur, posterius esse debet, ut ἐὰν θέλῃς, λέξω. Haec si ad illud transferas, οὐκ ἔχω ὅ τι φῶ, recte se habebit oratio. Nam ὅ τι φῶ proprie est *quod dicere repertus sim*. Id igitur nondum constat, sed exspectandum demum est, an quis dicere reperiatur: itaque ei recte illud ipsum additur, οὐκ ἔχω. At si dicas ἔχω ὅ τι φῶ, repugnabunt haec sibi. Nam quum ὅ τι φῶ dicis, id ut futurum, idque incertum ponis; quum autem ἔχω adjicis, jam praesens et certum esse dicis illud, quod ex ista futura re pendeat, veluti si dicas, *habeo quod dixero*. Omninoque in eo quod est *habeo quod dicam* nihil inest deliberationis: unde ne verbi quidem modo, qui deliberationi inservit, locus est. Itaque non sic loquuntur Graeci, sed aut futurum adhibent, aut aliam figuram: planeque comparari potest πρίν, quod non nisi negatione praegressa cum verbo recto construitur: de qua re dixi ad Eurip. Med. 215. et Reisigius in diss. de partic. ἂν p. 105. seq. Edidit quidem Bekkerus apud Platonem Phaedr. p. 255. E. ἐν οὖν τῇ συγκοιμήσει τοῦ μὲν ἐραστοῦ ὁ ἀκόλαστος ἵππος ἔχει ὅ τι λέγῃ πρὸς τὸν ἡνίοχον, καὶ ἀξιοῖ ἀντὶ πολλῶν πόνων σμικρὰ ἀπολαῦσαι: et apud Lysiam contra Andoc. p. 254. (238. Reisk.) ἴσως οὖν καὶ Κηφίσιον ἀντικατηγορήσει καὶ ἕξει ὅ τι λέγῃ: sed utrumque ex conjectura. Utrobique vulgo λέγοι, sed libri scripti Lysiae et longe plurimi optimique codd. Platonis λέγει. Unde utrique scriptori ὅ τι λέγειν restituendum videtur. Vide Soph. Œd. Col. 48. et quae ibi adnotata sunt. Aristophanes vero recte dixit in Vesp. 949.

ἀλλ' οὐκ ἔχειν οὗτός γ' ἔοικεν ὅ τι λέγῃ,

et ipse Plato Lys. p. 222. extr. ἀλλ' εἰ μηδὲν τούτων φίλον ἐστίν, ἐγὼ μὲν οὐκέτι ἔχω τί λέγω. Et Demosthenes p. 378, 5. οὐ γὰρ δὴ δι' ἀπορίαν οὐ φήσεις ἔχειν ὅ τι εἴπῃς, ut ex codd. pro εἴποις dedit Bekkerus. Apud Thucydidem legitur vii. 25. de navibus Syracusanis: καὶ αὐτῶν μία ἐς Πελοπόννησον ᾤχετο, πρέσβεις ἄγουσα, οἵπερ τά τε σφέτερα φράσωσιν ὅτι ἐν ἐλπίσιν εἰσί, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον μᾶλλον ἐποτρύνωσι γίγνεσθαι. At vel propter additum περ pronomen illud ferri nequit: ortum est e mala lectio compendio particulae ὅπως, quam pauci quidem codd. sed illi haud dubie recte praebent. Valde ab hoc differt in eodem libro c. 7. illud: πρέσβεις τε ἄλλοι τῶν Συρακοσίων καὶ Κορινθίων ἐς Λακεδαίμονα καὶ Κόρινθον ἀπεστάλησαν, ὅπως στρατιὰ ἔτι περαιωθῇ τρόπῳ ᾧ ἂν ἐν ὁλκάσιν ἢ πλοίοις ἢ ἄλλως ὅπως ἂν προχωρῇ. Non enim finis, sed conditio indicatur, *quocumque modo res procedere visa fuerit*.

Rarius est ὅπως cum futuro in ejusmodi locis, in quibus necessario per *ut* vertendum est. Sophocles Phil. 1068.

χώρει σύ· μὴ πρόσλευσσε, γενναῖός περ ὤν,
ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς.

Eurip. Iph. Taur. 321.

Πυλάδη, θανούμεθ'· ἀλλ', ὅπως θανούμεθα
κάλλισθ', ἕπου μοι, φάσγανον σπάσας χερί.

Cycl. 558.

ἀπομυκτέον δέ σοι γ', ὅπως λήψει πιεῖν.

Electr. 635.

οὐχ, ὅπως πευστήριαν
θοίνας ἱμεσθα. Φθιάδ' ἀντὶ Δωρικῆς
οἴσει τις ἡμῖν κοπίδα;

Fallatur vero, qui perinde esse putet, utrum futuro quis ... u-

junctivo utatur. Nam in hoc quoque genere indicativi hæc vis est, ut ad certam opinionem voluntatemve referatur. Et quemadmodum multis in rebus, ita in hac quoque Germanica lingua cum Græca convenit, conjunctivo atque indicativo utens eadem cum sententiæ diversitate, nisi quod pro futuro præsentis indicativum usurpat. Declarabo rem eo exemplo, quod e Cyclope attuli. Si dixisset *ὅπως λάβῃς πιεῖν*, nihil aliud quam consilium indicasset, quo ille emungi deberet, ut poculum acciperet. Illud vero plane incertum relinqueretur, an deinde vere esset accepturus. At quum dicit *ὅπως λήψει πιεῖν*, simul significat esse accepturum.

XIII.

De ἵνα et ἵν' ἂν cum conjunctivo.

Permirum in hac quæstione illud accidit, quod, quum *ὡς* et *ὅπως ut* significantes, sæpissime cum particula *ἂν* conjungantur, non fit idem in particula *ἵνα*, quæ tam constanter sine *ἂν* usurpatur, ut, sicubi adjectum reperiatur *ἄν*, non immerito in vitii suspicionem incurrat. Brunckium enim, qui ad Œd. Col. 188. *ἵν' ἄν, ὡς ἄν, ὅπως ἄν, ut* significantes, passim obvia esse scribit, memoria, quod ad *ἵν' ἂν* attinet, fefellit. Quis tamen casu, ac non potius ratione quadam factum putabit, ut *ἂν* non eamdem cum *ἵνα,* quam cum *ὅπως* et *ὡς* societatem inierit? Quod si qua est hujus rei ratio, non potest ea non in ipsa natura particulæ *ἵνα* inesse. Cujus originem aliqua ex parte bene explicuit Hoogeveenus, quum eam vidit ad pronomen relativum, cui *τίς* respondet, esse referendam. Ex eo enim pronomine derivatum adverbium *ἵνα, ubi* significans. Nam Porsoni conjectura, in Miscellaneis ejus a Kiddio p. 302. prodita, *ἵνα* esse *ἰν ᾇ*, i. e. *ἐν ᾇ*, rectius oblivioni esset tradita. Est autem *ἵνα* tantum modo relativum, neque interrogationi non obliquæ adhiberi potest: quod recte monuit Elmsleius ad Œd. R. 1515. Nam in ea fabula quod v. 946. legitur,

ὦ θεῶν μαντεύματα,
ἵν' ἐστέ,

non est interrogantis, sed oblique exclamantis, sicuti in eo genere *ὥς*, non *πῶς* dicitur. Itaque recte scholiastes, *ὅπου ἐστέ.*

Construitur autem *ἵνα, ubi* significans, ut consentaneum est, cum indicativis omnium temporum, neque tantum apud poëtas, sed etiam apud scriptores prosæ orationis. Sed illa loci significatio est ubi latius pateat, minusque definita sit, ut Odyss. Z. 27.

σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐστιν, ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν
ἕννυσθαι, τὰ δὲ τοῖσι παρασχεῖν, οἵ κέ σ' ἄγωνται.

Hic quidem certe ad nuptias ita refertur, ut de tempore potius quam de loco cogitandum sit. Et sic etiam Iliad. H. 353. de quo loco mox dicetur. Nec mirum, quum omnibus in linguis loci adverbia etiam ad tempus transferri soleant. Et *ubi* quidem quum significat vox illa, etiam cum particula *ἂν* conjungitur, ut sit *ubicumque*. Eurip. Ion. 315.

ἅπαν θεοῦ μοι δῶμ', ἵν' ἂν λάβῃ μ' ὕπνος.

Aristoph. Plut. 1151.

πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ', ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Nub. 1232.

καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεούς,
ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε;

quem locum non debebat sollicitare Reisigius. Illud vero mirum ac potius incredibile, quod placuit grammaticis, significare *ἵνα* etiam *ibi* in illis Iliad. K. 126.

ἀλλ' ἴσμεν· κείνους δὲ κιχησόμεθα πρὸ πυλάων
ἐν φυλάκεσσ'· ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι.

Quod unicum est hujus significatus exemplum, sed illud, ut ego quidem existimo, vetusto errore depravatum. Quis enim, qui cognitam habeat epicorum dictionem, dubitabit quin poëta dederit *ἵνα πέρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι?*

Ac nescio an haud minor perversitas in illo sit Iliad. H. 352.

τῷ οὔ νύ τι κέρδιον ἡμῖν
ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε·

ubi *ἵνα* significare volunt *ἐάν*. Quod etsi fieri potuit: licebat enim dici *ὅπου*: tamen propter finalem potestatem, quam *ἵνα* cum conjunctivo habere solet, valde ambiguum est. Ei rei prospexit Aristarchus, qui *ἵν' ἂν* scripsit, versu cum aliis grammaticis propter insolentiam dictionis damnato, ut schol. Ven. et Vict. ap. Heyn. vol. v. p. 724. testantur. Nec videtur ille temere aut sine exemplis ita statuisse. Certe quod est in Archilochi fragmento apud Stobæum cx. 10. sive p. 100. ed. sec. Liebelii,

μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν εἰσορῶν θαυμαζέτω,
μηδ' ἵνα δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νομὸν
ἐνάλιον,

in eo videtur *ἵν' ἂν* potius scribendum esse, quam quod Valckenario ad Phœn. 1448. placuit, *ἐάν*. Apud Aristoph. Ran. 175. vulgo

ἐπίμεινον, ὦ δαιμόνι', ἐὰν ξυμβῶ τί σοι.

Scholiastes: *ἐὰν ξυμβῶ σοι. γράφεται δὲ καὶ ἵνα. ἵνα ξυμφωνήσω σοι. ἔλεγον δὲ τὸ ἵνα ἀντὶ τοῦ ἐάν. καὶ Ὅμηρος, ἵνα μὴ ῥέξωμεν ὧδε.* Ita scribendum. Ac legitur *ἵνα ξυμβῶ* in codd. quibusdam, in quibus esse Ravennas dicitur, et in Etym. M. p. 734, 30. Sed *ἵν' ἂν* in textu Baroccianus et Venetus, optimus codex. Ad sensum aptius est *ἐάν* quam *ἵνα, ut*. Sed *ἵν' ἂν* quum sit fere idem quod *ἐάν*, videtur id exquisitius esse.

Invenitur autem *ἵνα ubi* significans, ut par est in re præterita, etiam cum optativo constructum apud Callimachum h. Dian. 27.

πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας
μέχρις ἵνα ψαύσειεν.

Altera significatio hujus voculæ est *ut*, sed ea nonnihil differens ab *ὡς*. Nam proprius ejus maximeque frequens usus est, quum quid obiter et exempli caussa affertur: tum simpliciter fini consilioque indicando inservit: sed apud antiquiores et melioris notæ scriptores non usurpatur comparationis caussa, sive prægresso *οὕτως*, sive non prægresso, ut sit *ita ut:* quod labante demum flore linguæ admissum invenitur, ut apud Plutarchum Apophth. regum p. 179. B. aliosque recentiores: v. Dorvill. ad Charit. p. 562. (544. ed. Lips.) Observant autem grammatici, quum *ut* significat *ἵνα*, non construi probatis scriptoribus cum indicativo futuri, quod genus structuræ *πάνυ ἀμαθὲς* vocat Thomas M. Nec profecto, qui eam constructionem defendere conati sunt, ut Abreschius in Misc. obss. nov. l. 3, 14. Dorvillius ad Charit. p. 460. (480. Lips.) Toupius Opusc. i. p. 438. ii. p. 257. Ernestius ad Callim. h. Cer. 138. quidquam aliud quam aut corruptos aut recentiorum parumque probabilium scriptorum locos attulere. Neque in censum retulit illam constructionem scriptor de Syntaxi in Bekkeri Anecd. p. 149. Novissimis denique temporibus observatum est a viris doctis, *ἵνα ut* significans, ubi cum conjunctivo construatur, etiam particulam *ἂν* adspernari, ut a Doederlino in Act. Monac. 1. p. 37. ab Elmsleio ad Œd. Col. 189. aliisque. Potuerant etiam indicativum et optativum addere. Non magis enim in his verbi modis adjectio particulæ *ἂν* certis et non dubiis exemplis defendi poterit.

Illud vero omnium maxime mirabile est, quod grammatici etiam *αἰτιολογικὸν* quemdam significatum hujus particulæ commemorant. Etym. M. quidem p. 471, 6. ex Apollonii Lex. Hom. ita integrandum videtur: *τὸν αἰτιολογικὸν σύνδεσμον, ὡς τὸ, ἣ ἵνα ὕβριν ἴδῃ Ἀγαμέμνονος· ἀντὶ τοῦ διότι· τὸν ἀποτελεστικὸν σύνδεσμον, ὡς τὸ, ἵνα γνώωσι καὶ οἴδε.* Bekkerus quum ad Apollon. de Synt. p. 268, 24. caussalem *ἵνα* agnosci scripsit etiam ab Apollonio Sophista et Eustathio p. 793, 55. non meminerat testium, quos satis multos adhibuit Suicerus in Thesauro, illos autem tum nondum viderat, quos postea in Anecdotis edidit. Et Apollonius quidem lib. iii. de synt. c. 28. quum exempla posuisset hæc, *ἵνα ἀναγνῶ ἐτιμήθην, ἵνα ἀναστῶ ἠνιάθη Τρύφων*, sub finem capitis, ubi *ἐὰν* ad futura vel præsentia referri docet, ita scribit: *ὁμοίως καὶ ὁ ἵνα ἀποτελεστικός, ἵνα φιλολογήσω παραγενήσεται Τρύφων, καὶ ἔτι παραγίνεται. εἰ γὰρ ἐγγένοιτο παρῳχημένου σύνταξις, δύναται ὁ αἰτιώδης ἀκούεσθαι, ἵνα φιλολογήσω παρεγενήθη Τρύφων· ἐν ἴσῳ γάρ ἐστι τῷ διότι ἐφιλολόγησα παρεγενήθη Τρύφων. οὐ τοῦτο δέ φημι, ὅτι καὶ ἀποτελεστικῶς πάλιν οὐ δύναται ἀκούεσθαι· δύνατον γὰρ πάλιν οὕτως ἀκούειν, εἰς τὸ φιλολογῆσαί με παρεγενήθη Τρύφων. ἐπὶ τοῖς οὖν ἐσομένοις ἡ σύνταξις τοῦ αἰτιολογικοῦ οὐκ ἂν γένοιτο· ἐπὶ γὰρ γεγονόσιν αἱ αἰτίαι ἐπιλέγονται. ὅθεν καταλληλότερος γίνεται ὁ αἰτιολογικὸς ἐπιφερομένων τῶν παρῳχημένων, ἵνα ὑβρίσω Θέωνα, οὐ φήσομεν ἀγανακτήσει Δίων, ἠγανάκτησε δέ. ἐπί γε μὴν τοῦ ἀποτελεστικοῦ ἔνεστι φάναι, ἵνα ὑβρίσω Θέωνα παρέσται Τρύφων.* Eadem aliis verbis repetit in libro de conjunctionibus in Bekkeri Anecd. p. 510. 512. et obiter p. 565, 1. tum scholiastes Dionysii Thracis p. 884. et Theodosius p. 1035. Nullus ita loquutus est probatus scriptor. Fuit enim hæc labantis linguæ quædam incuria, ut pro infinitivo ista constructione uteretur, ut aliquoties in N. T. e. c. Luc. i. 43. *καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου πρός με;* Inde *αἰτιολογικὸς* iste usus natus, qui mera perversitas est, factumque ut *νὰ* illud, quo hodie utuntur Græci, veluti pestis quædam universam linguæ rationem corrumperet.

Sed mittamus hoc, quod corruptæ dictionis est, et agamus jam id, quod hic locus sibi postulat, ut ostendamus cur non dicatur *ἵν' ἄν*, ubi *ut* significandum est. Posita est hujus rei ratio in eo, quod *ἵνα* proprie *ubi* significat. Id enim quia natura sua definitum est, et ad id ipsum de quo sermo est refertur, arceri postulat particulam *ἄν*, ut quæ rem eam incertam et dubiam reddítura esset. Exemplo id planum fiet. *Δεῦρ' ἔλθ' ἵνα κλάῃς*, si proprie interpretamur, est *huc veni ubi verberari debeas*, non quo illud *ubi* ad *huc* referatur, sed quia spectat ad totum illud *huc veni*, i. e. in qua re, in veniendo huc. Sic *κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ*, *ubi*, i. e. in projiciendo corpore, *ipse servet aurum*, quod possis etiam dicere *in qua re* vel *qua re*. Eam rem autem patet semper eamdem esse: est enim illud ipsum, quo caussa ejus quod efficiendum est continetur. Quod si *ἵν' ἂν* diceres, esset id *in qua re, si ea in re*, sicut *ὃς ἂν* est *qui, si is*, quod est *quicumque* vel *quisquis*. Atqui sic quod per aliquam rem effici diceretur, simul non per hanc rem, sed per quamvis aliam significaretur effici, eoque pendet illud, quod erat dicendum, *qua re*, i. e. *ut*, vel, ut prorsus simili vocabulo reddam, *quo*. Id vel maxime cernitur in iis quæ obiter adjiciuntur. Xenophon Symp. ii. 26. *ἢν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν, ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργείοις ῥήμασιν εἴπω, οὕτως οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν, ἀλλ' ἀναπειθόμενοι πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα.* I. e. proprie, *nam si pueri nobis parvis calicibus sæpe, ubi ego quoque Gorgea voce dixero, irrorent.* Apparet hoc fere idem esse atque *ubi*, i. e. *si mihi licuerit Gorgea voce uti.* Longe aliam vero particularum *ὡς* et *ὅπως* rationem esse patet. Hæ enim natura sua ad id, quod potest etiam incertum esse, referuntur, ideoque admittunt particulam *ἄν*: ut *ὅπως ἂν εἰδῇς*, quod est *tali quodam modo quo cognoscas*, vel *quoquo modo cognoscas*.

Ob eamdem caussam *ἵνα, ut*, a probis scriptoribus non jungitur futuro. Nam ad particulam certa loci significatione præditam si etiam verbi modus definitus accedit, tollitur consilii notatio, solaque remanet relatio facti: *δεῦρ' ἔλθ' ἵνα κλαύσει, huc veni, ubi tibi dabitur malum.*

Quæ conjunctivi, eadem ratio est optativi: nam is nihil est nisi conversio conjunctivi in alium modum propter orationem obliquam. Atqui quod recta oratione dici nequit, ne in obliquam quidem potest converti.

Diversus ab hoc genere is optativus est, qui non est orationis

obliquæ, sed ipse per se cum particula ἂν constructas posse quid fieri significat: ut apud Theocritum xxv. 60.

ἐγὼ δέ τοι ἡγεμονεύσω
αὖλιν ἐς ἡμετέρην, ἵνα κεν τετμοιμεν ἄνακτα·

i. e. *ubi inveniemus regem.*

Sed dicendum jam de exemplis, si quæ reperiuntur, *ἵνα ut* significantis cum conjunctivo et particula ἂν habentibus. Ac primo non est dubium quin, si ἂν ad aliud vocabulum pertineat, id nullum constructioni afferat vitium. Ita apud Homerum Od. M. 156.

ἀλλ' ἐρέω μὲν ἐγώ, ἵνα εἰδότες ἤ κε θάνωμεν,
ἤ κεν ἀλευάμενοι θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν.

Nam *κε* particula in epica dictione ad solum ἤ pertinet, quod ex ἦ asseverante natum, aliquam hujus vim servat, ut Germanice per *wohl etwa* exprimi possit. Ejusdem generis hoc est Demosthenis c. Aristog. i. p. 780, 7. ubi Reiskius ex duobus codd. Aug. quibus accedit Parisiensis unus apud Bekkerum, edidit: *τίς δ' οὐκ ἂν εἰς ὅσον δυνατὸν φεύγοι, καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην ἐκποδὼν ποιήσαιτο, ἵνα μηδ' ἂν ἄκων αὐτῇ ποτὲ περιπέσῃ.* Delevit Bekkerus ἂν cum cæteris libris, sed nihil obstat quin servetur, quia ad sola verba *μηδ' ἄκων* pertinet. Cæterum nescio an eo loco præstet *περιπέσοι* scribi, sive addatur sive omittatur ἄν. Longe vero alius generis sunt duo loci in Sophoclis Œd. Col. Ibi v. 188. legitur:

ἄγε νῦν σύ με, παῖ,
ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες
τὸ μὲν εἴπωμεν, τὸ δ' ἀκούσωμεν,
καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.

In postremo verbo consentiunt libri, pro prioribus autem conjunctivis et Triclinii recensio et pauci ex antiquioribus codd. optativos præbent, probantibus Doederlino atque Elmsleio. Si recte se habet ἄν, reponendi sane sunt optativi *εἴποιμεν* et *ἀκούσαιμεν*, ἵνα autem interpretandum ubi: *duc me eo, ubi aliud dicere pie, aliud audire possimus.* Sed ita non apte subjungitur *καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν*, quod deberet *πολεμήσομεν* dici. Ad id non attendit I. Bakius, quum in Bibliotheca critica nova vol. i. p. 16. seq. mihi ἂν in ἄμ' mutanti et tuenti conjunctivos ea opposuit, quæ, si id hujus loci esset, facile quam parum firma sint possem ostendere. Alia est alterius loci ratio, qui est v. 404.

τούτου χάριν τοίαν σε προσθέσθαι πέλας
χώρας θέλουσι, μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατῇς.

Sic libri omnes. Scholiastes: *μηδὲ ἐὰν σε ὅπου ἂν σεαυτοῦ ἐξουσιάσῃ. λείπει τὸ ἐὰν ῥῆμα. ἢ ἀπὸ κοινοῦ τὸ προσθέσθαι.* Si *προσθέσθαι* repetendum, omnino scribi debet, quod Elmsleio aliisque placet, *ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατοῖς.* Nam *προσθέσθαι* futurum tempus requirit, ut aut *ἵνα κρατήσεις* dicendum sit, aut *ἵνα κρατοίης ἄν.* Si vero *ἐὰν* est intelligendum, ut sæpe verba contraria iis quæ ante posita erant suppleri debent, de qua re vide, ut de multis unum nominem, Erfurdtium in ed. min. Œd. R. ad v. 242. recte se habebit *ἵν' ἂν κρατῇς*, quia tum locus est futuro exacto: *non autem sinere vivere, ubi te tui juris esse intellexerint.*

LIBER TERTIUS.

I.

De vi optativi universe.

Perventum est ad optativum. Is modus quoniam solam rei cogitationem significat, proprius est orationis obliquæ. Obliquam enim orationem vocamus eam, qua non quid sit, sed quid cogitet quid esse indicatur. Quod si verum fateri volumus, omnis omnino oratio quæ optativum habet obliqua est. Sed usu factum est, ut illud genus, quo nostra ipsorum cogitata sic enunciamus, ut non diserte distinguamus cogitantem ab loquente, rectæ orationis speciem habeat. Itaque consentaneum videtur, separare alterum genus ab altero, primoque de illo dicere, quod aperte nec dubie obliquam orationem continet. Hujus generis duplex modus est. Nam aut pro indicativo, aut pro conjunctivo ponitur optativus, isque carens particula ἄν. Nam quum quid ex recta oratione in obliquam transfertur, nihil nisi veritas rei tantummodo ut cogitata proponitur, non etiam adjicitur aliqua conditio, qualem continet particula ista.

II.

De optativo pro indicativo.

Sunt autem optativi pro indicativo positi quattuor potissimum formæ. Earum prima elliptica est, qua tale quid ut *λέγει ὅτι* intelligitur. Sophocles Phil. 615.

εὐθέως δ' ὑπέσχετο
τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·
οἴοιντο μέν, μάλισθ' ἑκούσιον λαβών,
εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα.

Thucydides ii. 72. *ἀπεκρίναντο αὐτῷ ὅτι ἀδύνατα σφίσιν εἴη ποιεῖν ἃ προκαλεῖται, ἄνευ Ἀθηναίων· παῖδες γὰρ σφῶν καὶ γυναῖκες παρ' αὐτοῖς εἴησαν.* Xenophon Hist. Gr. iii. 2, 23. *ἀποκριναμένων δὲ τῶν Ἠλείων ὅτι οὐ ποιήσαιεν ταῦτα· ἐπιληΐδας γὰρ ἔχοιεν τὰς πόλεις.* Vide Antiphontem p. 777. et Demosth. p. 1220, 11. ss. Platonem Symp. p. 201. A. Alia dedit Matthiæ Gr. Gr. §. 529. not. 3.

Secunda forma interrogatione continetur. Odyss. Δ. 644.

δύναιτό γε καὶ τὸ τελέσσαι;

i. e. *putemne eum adeo hoc ausum esse?* Est enim hæc forma talis, ut sententiam cujuspiam exquirat de eo, quod recta oratione per indicativum dicimus, *δύναται τοῦτο τελέσαι;* De hoc genere bene explicuit Reisigius in commentatione de ἂν particula p. 132. seqq.

Tertia forma ea est, quæ pro indicativo cum aliis verbis in recta oratione constructo optativum habet. Sophocles Phil. 610.

ὃς δὴ τά τ' ἄλλ' αὐτοῖσι πάντ' ἐθέσπισεν,
καὶ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' ὡς οὐ μή ποτε
πέρσοιεν, εἰ μὴ τόνδε πείσαντες λόγῳ
ἄγοιντο νήσου τῆσδ', ἐφ' ἧς ναίει τανῦν.

Nam rectæ orationis erat, *ὡς οὐ μή ποτε πέρσουσιν, εἰ μὴ ἄγονται,* Et hoc quidem genere nihil frequentius. Odyss. E. 237.

ἦρχε δ' ὁδοῖο
νήσου ἐπ' ἐσχατιῆς, ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκει,
κλήθρη τ' αἴγειρός τ' ἐλάτη τ' ἦν οὐρανομήκης,
αὖα πάλαι, περίκηλα, τά οἱ πλώοιεν ἐλαφρῶς.

Quæ facile natare crederet. Hoc quidem loco etiam pro conjunctivo rectæ orationis positus videri potest optativus, si quidem, ut supra ostendimus, ab Homerico sermone non abhorret dici ἃ *πλώωσιν*, id ut sit de consilio dictum, *quæ natent*, pro *ut ea natent*. Herodotus i. 31. *ὡς δὲ κατὰ τὸν Τέλλον προετρέψατο ὁ Σόλων τὸν Κροῖσον, εἴπας πολλά τε καὶ ὄλβια, ἐπηρώτα τίνα δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ἴδοι, δοκέων πάγχυ δευτερεῖα γῶν οἴσεσθαι.* Aristoph. Av. 127.

ΕΠ. *ποίαν τιν' οὖν ἥδιστ' ἂν οἰκοῖτ' ἂν πόλιν;*
ΕΥ. *ὅπου τὰ μέγιστα πράγματ' εἴη τοιαδί·*
ἐπὶ τὴν θύραν μου πρῴ τις ἐλθὼν τῶν φίλων
λέγοι ταδί.

Quarta forma est, qua quidam putant repetitionem facti per optativum designari: ut apud Homerum Il. Γ. 216.

ἀλλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀναΐξειεν Ὀδυσσεύς,
στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκεν.

et 232.

πολλάκι μιν ξείνισσεν ἀρηΐφιλος Μενέλαος
οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ, ὁπότε Κρήτηθεν ἵκοιτο.

Sed illam opinionem falsam esse, jam ad Viger. p. 909. monui. Non enim alia in hoc genere vis est optativi, quam ut, quum indicativus ad certum factum spectet, id per optativum reddatur incertum, ita ut quodcumque de pluribus factis cogitare velis indicet. Nam repetitio non potest ullo modo per optativum significari, sed inest in verbis quibus ille adjunctus est. Unde fere vel *ἀεί*, vel *πολλάκις* adjicitur, vel verbum primarium natura sua frequentativum est, ut *στάσκεν, ἴδεσκεν* in altero illorum Homeri locorum, innumerabilibusque apud Herodotum exemplis, vel denique imperfectum tempus verbi primarii repetitionem facti continet. Pro eo præsens habet Herodotus I. 29. *ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταί, οἳ τοῦτον τὸν χρόνον ἐτύγχανον ἐόντες, ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἀπικνέοιτο, καὶ δὴ καὶ Σόλων.* Quin ne omnino quidem rem sæpius factam respici necesse est, sed satis est, factum ut cogitatum commemorari. Sic Iliad. Ψ. 494.

καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσᾶτον, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

et Od. Z. 286.

καὶ δ' ἄλλῃ νεμεσῶ, ἥτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Quibus in locis Schæferus in Melet. Cr. p. 122. conjunctivum reponi volebat. At recte dictum *ῥέζοι*, ut in facto quod quis sumat fieri, pro *ῥέζει*, quod esset de vere facto dictum. *Ῥέζῃ* enim ad futurum refertur, *si quis fecerit:* quod etsi istis in locis potuit dici, non placuit tamen poëtæ, eam ob caussam, quod non de solis futuris loquebatur. Sic etiam Sophocles Ant. 666.

ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦ δὲ χρὴ κλύειν.

Id de certo dictum, *ἔστησε* requireret; de eo autem, quem cogites reip. præfectum esse, optativum habet. Andocides p. 85. (154. §. 19. Bekk.) *ὑμῖν δὲ οὐκ εἰσὶν ἕτεροι ὑφ' ὧν αἰτίαν ἔχοιτε.* P. 90. (158. §. 1.) *ὅτι δὲ οἱ ῥήτορες τῷ μὲν ὀνόματι τῆς εἰρήνης συγχωροῦσι, τοῖς δ' ἔργοις ἀφ' ὧν ἡ εἰρήνη γένοιτο ἐναντιοῦνται, τοῦτο δὲ οὐ πάντες αἰσθάνεσθε.* Demosthenes p. 1214. init. *ἐξ ὧν τίνα οὐκ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῖς στρατιώταις ἀθυμίαν ἐμπεσεῖν; πόσην δέ μοι μετὰ ταῦτα ἀπόλειψιν γενέσθαι πάλιν, τῶν ἀρχαίων ναυτῶν ταλαιπωρουμένων μὲν πολλά, ὠφελουμένων δὲ βραχέα, ὅσα ἐγὼ δυναίμην ἑκάστῳ δανειζόμενος ἐπαρκέσαι πρὸς ᾧ πρότερον εἶχον παρ' ἐμοῦ, ἐπεὶ ὅ γε στρατηγὸς οὐδὲ τὸ ἐφ' ἡμέραν αὐτοῖς τροφὴν διαρκῆ ἐδίδου;*

Ex his facile indicari potest, quomodo illi sint loci intelligendi, in quibus optativus cum præsente vel futuro verbi primarii conjunctus est. Apertissima enim hujus constructionis ratio est, simulatque optativum cum indicativo commutaveris. Ut Iliad. Δ. 262.

σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ
ἕστηχ', ὥσπερ ἐμοί, πιέειν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

343.

πρώτω γὰρ καὶ δαιτὸς ἀκουάζεσθον ἐμεῖο,
ὁππότε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζοιμεν Ἀχαιοί.

Id de vere factis diceretur *ἀνώγει* et *ἐφοπλίζομεν*, de quocumque facto autem, quod mente et cogitatione concipias, per optativum profertur. Quod si conjunctivos posueris, ad sola ea, quæ posthac eventura sint, referetur. Od. Ω. 253.

τοιούτῳ δὲ ἔοικας, ἐπὶ λούσαιτο φάγοι τε.

Id de certo facto dictum, esse debebat *ἐπεὶ ἐλούσατο καὶ ἔφαγεν:* de futuro autem, *ἐπεὶ λούσηται φάγῃ τε.* v. 342.

ἔνθα δ' ἀνὰ σταφυλαὶ παντοῖαι ἔασιν,
ὁππότε δὴ Διὸς ὧραι ἐπιβρίσειαν ὕπερθεν.

Si id quod vere fieret indicare voluisset, dixisset *ἐπιβρίθουσιν:* si futura, *ἐπιβρίσωσιν.* Nunc vero optativo usus aoristi, præterita respicit, non ea tamen certa, quod esset *ἐπέβρισαν*, sed quæcumque tibi cogitare libent: unde conjicere potes, quod antehac factum sit, etiam nunc fieri et posthac futurum esse.

Cæterum ut sæpe epici veteres particulis ἂν et κὲν utuntur, ubi recentior usus iis particulis abstinet, ita etiam hoc in genere eas interdum præter necessitatem addunt, ut Iliad. I. 524.

οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν
ἡρώων, ὅτε κέν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι.

III.

De optativo pro conjunctivo.

Sequitur alterum genus orationis obliquæ, quod optativum continet pro rectæ orationis conjunctivo positum, et primo quidem sine particula ἄν. Ad hoc genus primo pertinet illa optativi ratio, quæ ex particulis finalibus pendet. Nam *ἐποίησα, ποιῶ, ποιήσω, ὅπως γένηται* quum sic dicatur, ut eventus significetur futurus esse, facile est ad intelligendum, recte ita dici ubique, ubi ea indicare volumus, quæ utrum eveniant an non, experientia simus cognituri. Id ubi principale verbum præsentis vel futuri temporis est, necessario se ita habet, quia quæ ex eo pendent non possunt non futura esse. Sed illud verbum si est præteriti temporis, effectus aut instat adhuc, aut jam præteriit. Si instat, eadem est conjunctivi necessitas, quæ in re præsente et futura.

Ut si quis venisse se dicat, ut nunc verba faciat, is dicet ἦλθον ἵνα λέγω. Nondum enim fecit quod in animo habebat quum veniret, sed est nunc demum facturus. Sed si et venit et quam volebat orationem habuit, ita dicet, ἦλθον ἵνα λέγοιμι, non quo se jam habuisse orationem significet, sed ut consilium tantum, quo venerat, indicet, non autem se nunc demum esse facturum esse illud consilium innuat. Exemplis in re trita supersedere non necesse est. Sed unum tamen afferam, quod singulari modo conformatum est. Odyss. Δ. 472.

ἀλλὰ μάλ' ὤφελλες Διΐ τ' ἄλλοισίν τε θεοῖσιν
ῥέξας ἱερὰ καλ' ἀναβαινέμεν, ὄφρα τάχιστα
σὴν ἐς πατρίδ' ἵκοιο.

Exspectes hic, ut in irrito consilio, *ἵκεο, ut venisses*: non venit enim: sed dicit *ἵκοιο*, non spectans quid evenerit, sed quo consilio res debuerit suscipi. Quod si *ἵκηαι* dixisset, a buc r diturum significaret. Eodem modo etiam præsens et futurum verbi primarii optativo junguntur, ubi de solo consilio sermo est: quod quum fit, ea ratione loquendi significamus, eventum non comprobatum iri tacito. Aliter enim conjunctivo uteremur. Id pulcre perspexit Reisigius in Comm. cr. ad Œd. Col. p. 168. seqq. quem tamen in loco Electræ Euripideæ v. 57. seqq. falli mihi videri, ad Sophoclis El. 57. dixi. In hujusmodi igitur exemplis optativus manifesto sic usurpatur, ut solo consilio indicando effectionem non sequuturam arguat. Est vero etiam, ubi utrique modo locus est, prouti rem animo concipias, ut Iliad. X. 318.

ὡς οὐκ ἔσθ', ὃς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι.

Eurip. Alc. 53.

ἔστ' οὖν ὅπως Ἄλκηστις εἰς γῆρας μόλοι;

Quibus in locis conjunctivi significaturi essent, *qui arcere reperiatur; ut reperiatur ad senectutem pervenire*: optativi autem hæc vis est, *qui putetur arcere; ut putetur ad senectutem pervenire*. Vide ad Soph. Aj. 1200.

Sic etiam cum voculis conditionalibus. Iliad. P. 7.

πρόσθε δέ οἱ δόρυ τ' ἔσχε καὶ ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην,
τὸν κτάμεναι μεμαώς, ὅστις τοῦ γ' ἀντίος ἔλθοι.

Od. Λ. 287.

οὐδέ τι Νηλεὺς
τῷ ἐδίδου, ὃς μὴ ἕλικας βόας εὐρυμετώπους
ἐκ φυλάκης ἐλάσειε βίης Ἰφικληείης.

T. 138.

ἀλλ' ὅτε δὴ κοίτοιο καὶ ὕπνου μιμνήσκοιτο,
ἡ μὲν δέμνι' ἄνωγεν ὑποστορέσαι δμωῇσιν.

Nam recta oratione hæc sic dicerentur: *κτενῶ, ὅστις ἀντίον ἔλθῃ· οὐ δώσω, ὃς μὴ ἐλάσῃ· ὑποστορέσατε, ὅτε κοίτου μιμνήσκηται.* Magis ambiguum hoc est Od. T. 510.

καὶ γὰρ δὴ κοίτοιο τάχ' ἡδέος ἔσσεται ὥρη,
ὅντινά γ' ὕπνος ἕλοι γλυκερός.

Neque enim mirer, si quis hic conjunctivum exspectet. Sed quum addat Penelope, se non posse dormire, facile intelligitur eam per optativum hoc dicere, *qui se putet dormiturum esse*. Eodem modo Iliad. Γ. 299.

ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν,
ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι, ὡς ὅδε οἶνος.

Atque ita dicturus erat, etiam si non *ῥέοι*, sed *ῥείτω* posuisset. Nam si *πημήνωσι* dixisset, futurum esse indicaret, ut alterutri sacramentum violarent: nunc vero optativum posuit, ut diceret, *si quem putemus perjurum fore.* Ob eamdem caussam Demosthenes in Timocr. p. 747, 13. dixit: *καὶ ἐπαρῶμαι ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι.* Nam si *ἦν παραβῶ* dixisset, falsurus fidem videretur.

Sæpissime pro rectæ orationis conjunctivo ponitur optativus, si verbum principale eum modum habet. Nec mirum. Nam ubi summa sententiæ ut sola cogitatione comprehensa enunciatur, eadem solet etiam partium ejus conditio esse. Odyss. Γ. 346.

Ζεὺς τόγ' ἀλεξήσειε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
ὡς ὑμεῖς παρ' ἐμεῖο θοὴν ἐπὶ νῆα κίοιτε.

De ea ratione dixi ad Soph. Aj. 904. 1200. Sic Homerus Iliad. E. 212.

εἰ δέ κε νοστήσω καὶ ἐσόψομαι ὀφθαλμοῖσιν
πατρίδ' ἐμὴν ἄλοχόν τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα,
αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμεῖο κάρη τάμοι ἀλλότριος φώς,
εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην.

Exspectes hic θείω, quia asseverat. Et poterat ita dicere. Nam duobus modis hoc proferri licebat, aut recta ratione, ut votum ex conditione penderet, *εἰ μὴ ἐν πυρὶ θείω· si non cremavero, dispeream*; aut obliqua, ut conditio ex voto, tamquam pars ejus, penderet, *peream, nisi cremaverim*, i. e. *si fore putem, ut non comburam*. Sic Aristophanes in Pace 1072.

ἐξώλης ἀπόλοι', εἰ μὴ παύσαιο Βακίζων.

i. e. *disperreas, si te non destiturum putem.* Vide eumdem Eq. 694. Contra in sententia finali non licuit conjunctivo uti in hac re Sophocli Phil. 524.

θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαί ποτε,
ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν, ἡ Σπάρτη θ', ὅτι
χἡ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμων μήτηρ ἔφυ.

Nam si esset conjunctivo usus, sic loqueretur, ut qui voti se compotem futurum non dubitaret. Eadem ratio est horum verborum Od. Ξ. 402.

ξεῖν', οὕτω γάρ κέν μοι ἐϋκλείη τ' ἀρετή τε
εἴη ἐπ' ἀνθρώπους ἅμα τ' αὐτίκα καὶ μετέπειτα,
ὅς σ' ἐπεὶ ἐς κλισίην ἄγαγον καὶ ξείνια δῶκα,
αὖτις δὲ κτείναιμι, φίλον δ' ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην.

Alia optativi ex optativo principali pendentis exempla cum pronomine relativo vide Iliad. M. 228. N. 118. 322. 344. Ξ. 92. Odyss. A. 47. 229. B. 336. (Π. 386.) Δ. 222. Θ. 240. cum ὅτε Iliad. Φ. 429. Od. E. 189. I. 333. Λ. 374. M. 106. 114. Φ. 116. Ψ. 185. cum ὁπότε Σ. 147. Non est tamen ita constans hic usus, ut non aliquando in orationem rectam redeat constructio. Ita Odyss. Γ. 318.

κεῖνος γὰρ νέον ἄλλοθεν εἰλήλουθεν
ἐκ τῶν ἀνθρώπων, ὅθεν οὐκ ἔλποιτό γε θυμῷ
ἐλθέμεν, ὅντινα πρῶτον ἀποσφήλωσιν ἄελλαι

Δ. 649.

τι κεν ... καὶ ἄλλος,
ὁππότ' ἀνὴρ τοιοῦτος, ἔχων μελεδήματα θυμῷ,
αἰτίζῃ, χαλεπὸν κεν ἀνήνασθαι δόσιν εἴη.

Hu... αἰτίζοι ... posuit, quod et aliud αἰτίζοιμι ... tum ... ur.

IV.

De optativo cum ἂν pro conjunctivo cum ἄν.

Mutatis autem ... optativus, qui ... ἂν, in ... Od. N. 415. ... in extrema ed. ...

... μετὰ σὴν κλέος, ἦν που ἔτ' εἴης.

N... ἦν που ἔτ' ᾖς. Quod si, ut vulg., εἴ που ἔτ' εἴης ... πείθομαι εἴ που ἔτ' ε.. Iliad. B. 597.

στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν.

Nam recta oratio est, *νικήσω, ἤνπερ αὐταὶ Μοῦσαι ἀείδωσιν*. I. 304.

νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπεὶ ἂν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθοι.

Vide T. 208. Ω. 227. Od. B. 105. (T. 150. Δ. 222. H. 315. Π. 392. (Φ. 162.) Aristoph. Eq. 1056.

καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος, ἐπεί κεν ἀνὴρ ἀναθείη.

Neque hoc epicis proprium est, sed commune Græcis omnibus. Æschylus Pers. 450.

ἐνταῦθα πέμπει τούσδ', ὅπως, ὅταν νεῶν
φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο,
κτείνοιεν εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατόν.

Demosthenes ad Onetor. p. 865, 22. *ὥστ' ἐκ τῶν γιγνομένων οὐκ ἔσθ' ὅστις οὐχ ἡγεῖτο τῶν εἰδότων δίκην με λήψεσθαι παρ' αὐτῶν, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην.* Geminus huic locus est in orat. in Aphobum p. 814, 18. *κἀκείνῳ μὲν ἔδωκεν ἐκ τῶν ἐμῶν ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσασθαι τοσοῦτον χρόνον, ἕως ἂν ἐγὼ ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην.* Sed ibi Bekkerus delevit ἄν, aliquot codd. auctoritate. Servavit autem libris omnibus firmatum in Platonis Phædone p. 101. D. *εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐῴης ἂν καὶ οὐκ ἀποκρίναιο, ἕως ἂν τὰ ἀπ' ἐκείνης ὁρμηθέντα σκέψαιο εἴ σοι ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἢ διαφωνεῖ*; etsi mox eodem in loco ἕως sine ἂν junctum est optativo. Thucyd. viii. 54. *καὶ ἐψηφίσαντο πλεύσαντα τὸν Πείσανδρον καὶ δέκα ἄνδρας μετ' αὐτοῦ πράσσειν ὅπῃ ἂν αὐτοῖς δοκοίη ἄριστα ἕξειν.* Duo ibi codd. omittunt ἄν. Plures omittunt in his viii. 68. *καὶ ἐκ πλείστου ἐπιμεληθεὶς Ἀντιφῶν ἦν, ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος, καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος, καὶ ἃ ἂν γνοίη εἰπεῖν.* Duo ibi codd. *καὶ ἂν ἃ γνοίη εἰπεῖν.* Antiphon p. 722. (59. §. 34.) *οὗτοι δὲ θάνατον τῷ μηνυτῇ τὴν δωρεὰν ἀπέδοσαν, ἀπαγορευόντων τῶν φίλων τῶν ἐμῶν μὴ ἀποκτείνειν τὸν ἄνδρα πρὶν ἂν ἐγὼ ἔλθοιμι.* Xenophon de rep. Lac. i. 8. *εἰ δέ τις αὖ γυναικὶ μὲν συνοικεῖν μὴ βούλοιτο, τέκνων δὲ ἀξιολόγων ἐπιθυμοίη, καὶ τούτῳ νόμον ἐποίησεν, ἥντινα ἂν εὔτεκνον καὶ γενναίαν ὁρῴη, πείσαντα τὸν ἔχοντα, ἐκ ταύτης τεκνοποιεῖσθαι.* Non recte puto Heindorfium ejici voluisse ἄν. Nec δοκῇ scripserim cum L. Dindorfio in ejusdem libri c. 2, 11. *ὅπως δὲ μηδ' εἰ παιδονόμος ἀπέλθοι, ἔρημοί ποτε οἱ παῖδες εἶεν ἄρχοντος, ἐποίησε τὸν ἀεὶ παρόντα τῶν πολιτῶν κύριον εἶναι καὶ ἐπιστάτην τοῖς παισὶν ὅ τι ἂν ἀγαθὸν δοκοίη εἶναι.*

Parum docta est Thomæ M. adnotatio p. 267. *τὸ δὲ ἐάν, τὸ ἄν, τὸ κἄν, καὶ τὸ ἤν, καὶ τὸ ὅταν ἀεὶ μετὰ ὑποτακτικοῦ παρὰ τοῖς ἀκριβεστέροις· εἰ γὰρ καὶ εὕρηται ἅπαξ παρὰ Θουκυδίδῃ ἐν τῇ τρίτῃ, ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, καὶ παρὰ Λουκιανῷ ἐν τοῖς Ἀληθινοῖς, ἐὰν καταχθείημεν εἰς τὰς νήσους, καὶ αὖθις ἐν τῷ Βίων πράσει, καὶ ταῦτα ἢν ἐθελήσειεν ἀποδόσθαι οὑτοσί, ἀλλ' οὐ δεῖ ζηλοῦν τὸ ἅπαξ ῥηθέν.* Nam in posteriore Luciani loco corruptis libris usus est. Recte legitur hodie in Vitarum auctione c. 11. T. i. p. 551. *ναύτης δ' ἂν ἴσως ἢ κηπωρὸς ἐν καιρῷ γένοιτο καὶ ταῦτα, ἢν ἐθέλῃ σε ἀποδόσθαι οὑτοσὶ τὸ μέγιστον δυ' ὀβολῶν.* In altero autem loco, Vera Hist. ii. 29. etsi hodie scriptum videmus ἵν' εἰ, tamen recte se habet quod præbent codd. Gort. et Aug. ἵν' ἐάν, convenienter rationi obliquæ. Verba sunt: *συνέπεμψε δέ μοι ὁ Ῥαδάμανθυς τὸν πορθμέα Ναύπλιον, ἵν', ἐὰν καταχθείημεν ἐς τὰς νήσους, μηδεὶς ἡμᾶς συλλάβῃ.* Quo pacto idem loquutus est in Timone c. 39. T. i. p. 151. *τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο;* Major est de Thucydidis loco, iii. 44. dubitatio. *ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτούς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω· ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.* Quattuor ibi codd. apud Bekkerum εἴτε, quod videtur grammaticorum correctio esse. Tractatus est hic locus a multis, a me ipso ad Viger. p. 822. Neque, opinor, debebam ab sententia ibi proposita recedere in diss. de præceptis quibusdam Atticistarum p. 16. Nihil est enim, quod accommodatius illi loco sit, quam εἶεν pro aptativo esse, ut in ἔχοντες ex præcedentibus intelligatur ἀδικοῦσιν. De εἶεν vide Bekkeri Anecd. p. 243, 21. et Timæi Lex. Plat. p. 94. In eadem autem libro c. 27. quum vulgo legatur, *ὡς τάχιστα δὲ ἐκ Λεσ—ἀποπλεῖν ἐς Σάμον, κἀκεῖθεν ἤδη ξυναγαγόντας πάσας τὰς ναῦς, τοῖς ἐπίπλους, ἤν που καιρὸς εἴη, ποιεῖσθαι* etsi ... pluribus ... test ... P... l. i. p. 111. ... gravi ... aliquid ... ad ... tament ... sunt, et ut in illo ... ἦν ... Ita ... ᾖ e cod. Vat. ... recte dedit Bekkerus. Neque apud Xenophontem ... iv. 2, 6. ... *οἱ δὲ ἀπεκρίναντο ὅτι κἂν αὔριον ἕω ... εἰ ζῶντι πορεύοιντο καταλύοιντο*: ubi Guelf. et Par. καὶ ἐάν. Qui locus est e usu ..., ut ... rum sit, ni verum sit usitatissimum illud *κἂν αὔριον εἰ ἕωθεν εἰ ζῶντι πορεύοιντο*, quod

Schneiderus conjecit. Verum si quibusdam in exemplis non recte optativus locum tenet conjunctivi, in aliis tamen vel aperte præstat, vel saltem offensione caret. Sic apud Xenophontem in Cyrop. i. 6, 22. *καὶ εἰ δὴ πείσαις ἐπαινεῖν τέ σε πολλούς, ὅπως δόξαν λάβοις, καὶ κατασκευὰς καλὰς ἐφ' ἑκάστῳ αὐτῶν κτήσαιο, ἄρτι τε ἐξηπατηκὼς εἴης ἂν, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον, ὅπου ἂν πεῖραν δοίης, ἐξεληλεγμένος ἂν προσέτι καὶ ἀλάζων φαίνοιο.* Quem locum non recte interpretatus est Reisigius p. 111. Nec, quod ille putat, dici hic potuit *εἰ πεῖραν ἂν δοίης.* Alio modo erravit Heindorfius, qui, nisi *ἂν* deleatur, *δῷς* scribendum censuit. At in re ficta et nonnisi cogitando sumpta *ὅπου ἂν δῷς*, quod ad experientiam refertur, locum non habet. Apte affert ibi Poppo Mem. S. i. 2, 6. *τοὺς δὲ λαμβάνοντας τῆς ὁμιλίας μισθὸν ἀνδραποδιστὰς ἑαυτῶν ἀπεκάλει, διὰ τὸ ἀναγκαῖον αὐτοῖς εἶναι διαλέγεσθαι παρ' ὧν ἂν λάβοιεν τὸν μισθόν.* I. e. non *iis a quibus accepissent pecuniam*, ut si omisisset *ἄν*, sed *a quibuscumque accepissent.* Cyrop. v. 5, 1. *ἐπεὶ δὲ ταῦτα διεπέπρακτο, πέμπει πρὸς Κυαξάρην καὶ ἐπέστελλεν αὐτῷ ἥκειν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ὅπως περί τε τῶν φρουρίων ὧν εἰλήφεσαν βουλεύσαιντο ὅ τι χρήσαιντο, καὶ θεασάμενος τὸ στράτευμα καὶ περὶ τῶν ἄλλων σύμβουλος γίγνοιτο ὅ τι ἂν δοκοίη ἐκ τούτου πράττειν.* Suspectum hic quidam habent *ἄν*, omissum in cod. Alt. At recte se habet. Nam uti dicit *ὅ τι χρήσαιντο*, quia re in præsens tempus translata dicendum erat *ὅπως βουλεύσωνται ὅ τι χρήσωνται*, ita scripsit *ὅ τι ἂν δοκοίη*, quia id erat *ὅπως σύμβουλος γένηται ὅ τι ἂν δοκῇ πράττειν.* vii. 5, 49. *ἐλογιζόμην εἰ ταῦτα προθύμως σοι συλλάβοιμι, ὡς οἰκεῖός τε σοι ἐσοίμην καὶ ἐξέσοιτό μοι διαλέγεσθαί σοι ὁπόσον ἂν χρόνον βουλοίμην.* viii. 3, 48. *ὁ δ' αὖ ἐνόμιζε μακαριώτατος εἶναι, ὅτι ἐπίτροπον ἔξοι σχολὴν παρέχοντα πράττειν ὅ τι ἂν αὐτῷ ἡδὺ εἴη.* Sed in eodem capite §. 38. quod legitur de agello, *ὅ τι γὰρ ἂν λάβοι σπέρμα, καλῶς καὶ δικαίως ἀπεδίδου αὐτό τε καὶ τόκον οὐδέν τι πολύν*, in eo tollendum *ἄν*. Non est enim id ex *ὅ τι ἂν λάβῃ*, sed ex *ὅ τι ἔλαβεν* in optativum conversum. Alia optativi in obliqua oratione pro conjunctivo positi exempla cum *ὃ ἂν* vide apud Herodot. i. 119. Demosth. p. 518, 13. sed utroque loco alii libri conjunctivum præbent; cum *ὅ τι ἂν* apud Herodot. i. 119. cum *ὅσος ἂν* vi. 44. cum *ὡς ἂν simulatque* significante i. 196. Epicur. epist. p. 21. §. 44. ed. Schneid. cum *πρὶν ἂν* apud Xenoph. Hist. Gr. ii. 3, 48. 4, 18.

Apparet ex his, reprehensione vacuum esse usum optativi pro conjunctivo, adjuncta particula *ἄν*. Ex quo colligi posset, eamdem etiam particularum *ὡς ἂν* et *ὅπως ἂν* rationem esse. Atque apud epicos quidem et Herodotum hæ particulæ sæpius obliquæ orationis optativum adjectum habent. Odyss. Θ. 20.

καί μιν μακρότερον καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι,
ὥς κεν Φαιήκεσσι φίλος πάντεσσι γένοιτο.

P. 362.

ὤτρυν', ὡς ἂν πύρνα κατὰ μνηστῆρας ἀγείροι.

Magis ut *posse* significetur, Ω. 80.

ἀμφ' αὐτοῖσι δ' ἔπειτα μέγαν καὶ ἀμύμονα τύμβον
χεύαμεν Ἀργείων ἱερὸς στρατὸς αἰχμητάων
ἀκτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ, ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ,
ὥς κεν τηλεφανὴς ἐκ ποντόφιν ἀνδράσιν εἴη
τοῖς, οἳ νῦν γεγάασι, καὶ οἳ μετόπισθεν ἔσονται.

cf. 332. *σὺ δέ με προΐεις καὶ πότνια μήτηρ*
ἐς πατέρ' Αὐτόλυκον μητρὸς φίλον, ὄφρ' ἂν ἑλοίμην
δῶρα, τὰ δεῦρο μολών μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν.

Herodotus i. 152. *ὁ δὲ πορφύρεόν τε εἷμα περιβαλόμενος, ὡς ἂν πυνθανόμενοι πλεῖστοι συνέλθοιεν Σπαρτιητέων, καὶ καταστάς, ἔλεγε πολλά, τιμωρέειν ἑαυτοῖσι χρήζων.* v. 37. *καὶ πρῶτα μὲν λόγῳ μετεὶς τὴν τυραννίδα, ἰσονομίην ἐποίησε τῇ Μιλήτῳ, ὡς ἂν ἑκόντες αὐτῷ οἱ Μιλήσιοι συναπισταίατο.* ix. 22. *μαθόντες δὲ τὸ γεγονός, διακελευσάμενοι ἤλαυνον τοὺς ἵππους πάντες, ὡς ἂν τόν γε νεκρὸν ἀνελοίατο.* ix. 51. *μετακινέεσθαί τε ἐδόκει τότε, ἐπεὰν τῆς νυκτὸς ᾖ δευτέρη φυλακή, ὡς ἂν μὴ ἰδοίατο οἱ Πέρσαι ἐξορμεωμένους, καί σφεας ἑπόμενοι ταράσσοιεν οἱ ἱππόται.* i. 75. *ποιῆσαι δὲ ὧδε· ἄνωθεν τοῦ στρατοπέδου ἀρξάμενον, διώρυχα βαθέην ὀρύσσειν, ἄγοντα μηνοειδέα, ὅκως ἂν τὸ στρατόπεδον ἱδρυμένον κατὰ νώτου λάβοι ταύτῃ κατὰ τὴν διώρυχα ἐκτραπόμενος ἐκ τῶν ἀρχαίων ῥεέθρων, καὶ αὖτις παραμειβόμενος τὸ στρατόπεδον ἐς τὰ ἀρχαῖα ἐσβάλλοι.* i. 91. *προθυμεομένου δὲ τοῦ Λοξίεω ὅκως ἂν κατὰ τοὺς παῖδας τοὺς Κροίσου γένοιτο τὸ Σαρδέων πάθος, καὶ μὴ κατ' αὐτὸν Κροῖσον, οὐκ οἷόν τε ἐγένετο παραγαγεῖν Μοίρας.* i. 110. *κελεύει σε Ἀστυάγης τὸ παιδίον τοῦτο λαβόντα θεῖναι ἐς τὸ ἐρημότατον τῶν οὐρέων, ὅκως ἂν τάχιστα διαφθαρείη.* ii. 126. *καὶ τοῦ ἐσιόντος πρὸς αὐτὴν ἑκάστου δέεσθαι, ὅκως ἂν αὐτῇ ἕνα λίθον ἐν τοῖσι ἔργοισι δωρέοιτο.* iii. 44. *Πολυκράτης δὲ πέμψας παρὰ Καμβύσεα τὸν Κύρου, συλλέγοντα στρατὸν ἐπ' Αἴγυπτον, ἐδεήθη ὅκως ἂν καὶ παρ' ἑαυτὸν πέμψας ἐς Σάμον δέοιτο στρατοῦ.* v. 98. *ὡς δὲ οὐ κατήλαβον, ἐπηγγέλλοντο ἐς τὴν Χίον τοῖσι Παίοσι, ὅκως ἂν ὀπίσω ἀπέλθοιεν.* viii. 13. *ἐποιέετο δὲ πᾶν ὑπὸ θεοῦ ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικόν, μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη.* Pindar. Ol. vii. 71.

τότε καὶ φαυσίμβροτος δαι-
μων Ὑπεριονίδας μέλλον ἔντει-
λεν φυλάξασθαι χρέος
παισὶν φίλοις,
ὡς ἂν θεᾷ πρῶτοι κτίσαιεν
βωμὸν ἐναργέα καὶ σε-
μνὰν θυσίαν θέμενοι,
πατρί τε θυμὸν ἰάναιεν κόρᾳ τ' ἐγ-
χειβρόμῳ.

Æschylus Ag. 3 0.

Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι
τὸν τάδε πράξαντ', ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ,
τείνοντα πάλαι τόξον, ὅπως ἂν
μήτε πρὸ καιροῦ, μήθ' ὑπὲρ ἄστρων,
βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.

Xenophon Hist. Gr. iv. 8, 16. *λάθρα γε μέντοι ἔδωκε χρήματα Ἀνταλκίδᾳ, ὅπως ἂν πληρωθέντος ναυτικοῦ ὑπὸ Λακεδαιμονίων οἵτε Ἀθηναῖοι καὶ οἱ σύμμαχοι αὐτῶν μᾶλλον τῆς εἰρήνης προσδέοιντο.* Et §. 30. *ὅπως δ' ἂν καὶ ἐκεῖ ἐῤῥωμενέστατον τὸ στράτευμα ποιήσαιντο, ἐξ ἄλλων τε πόλεων ἠργυρολόγει καὶ εἰς Ἄσπενδον ἀφικόμενοι ὡρμίσατο ἐς τὸν Εὐρυμέδοντα ποταμόν.* Andocides p. 124. (180. §. 23.) *ἐκ ταύτης γὰρ παιδοποιεῖται τῆς γυναικός, ἣν ἀντ' ἐλευθέρας δούλην κατέστησε, καὶ ἧς τὸν πατέρα καὶ τοὺς προσήκοντας ἀπέκτεινε, καὶ ἧς τὴν πόλιν ἀνάστατον πεποίηκεν, ὡς ἂν μάλιστα τὸν υἱὸν ἐχθρὸν ἑαυτῷ καὶ τῇ πόλει ποιήσειε.* Demosthenes p. 74, 24. *ὡς δ' ἂν ἐξετασθείη μάλιστ' ἀκριβῶς, μὴ γένοιτο.* Quæ ibi Schæferus attulit, habent illa quidem optativum pro conjunctivo, sed sine *ἄν*. Corrigendus videtur in hoc genere Andocides p. 38. (124. §. 79.) apud quem e verbis *Πατροκλείδης εἶπεν* pendent hæc: *εἰ δὲ μή, ἔνοχον εἶναι τὸν παραβαίνοντα ταῦτα ἐν αὐτοῖς ἐν οἷσπερ οἱ ἐξ Ἀρείου πάγου φεύγοντες, ὅπως ἂν ὡς πιστότατα ἔχοι Ἀθηναίοις καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον.* Aptior enim hic omnino conjunctivus est.

De illa particularum finalium cum optativo et particula *ἂν* constructione, quæ refertur ad eum finem, ut quid possit fieri, infra explicabitur.

V.

De optativo rectæ orationis sine ἄν.

Venio nunc ad eum optativi usum, quem supra dixi rectæ orationis speciem habere, quod eo nostra ipsorum cogitata sic enunciamus, ut non distinguamus cogitantem ab loquente. Habet is autem ipse per se quattuor formas: nam vel optantis est, vel jubentis, vel volentis, vel opinantis.

Atque optatio natura sua nihil est nisi cogitatio rei, quam, quum non sit, esse cupimus. Ea necessario caret particula *ἄν*, quia quod optamus tantum abest ut conditione aliqua restringi velimus, ut ipsum habeamus pro conditione, qua impleta bene nobis fore speremus. Unde multæ optationes etiam cum particula conditionali proferuntur: *εἰ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων ἔργων τε πάντων.* I. e. *si id fiat, bene mihi sit.* Idem est *εἴθε*, ortum ex *εἰ θεέ.* Plerumque autem sine particula conditionali: *ἁδόντα δ' εἴη με τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν.* Qualia sic puta dici: *liceat mihi* (i. e. sumo licere) *bonorum consuetudine frui: tum bene sit.* Sed hoc totum genus, quod optatione continetur, tam planum est, ut non opus sit exemplis. Unum tamen afferam, quod in eo tectius recondita latet optatio. Achilles Iliad. Ψ. 150. Spercheum alloquens, cui comam aluerat, quam nunc Patroclo est consecraturus, ita loquitur:

ἀλλ' ἐπεὶ οὐ νέομαί γε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Πατρόκλῳ ἥρωϊ κόμην ὀπάσαιμι φέρεσθαι.

Optat enim ut per Spercheum sibi liceat, quam huic nutriverat comam, dicare Patroclo. Quamquam id etiam *velim dare* dicas. Illud tamen tenendum est, epicos veteres, qui liberius particula *κὲν* utuntur, ne in optando quidem ea prorsus abstinuisse. Ita in optativo conditionali Hom. h. Apoll. 51.

Δῆλ', εἰ γάρ κ' ἐθέλοις ἕδος ἔμμεναι υἷος ἐμοῖο.

Et sine conditione Iliad. Z. 281.

ὥς κέ οἱ αὖθι
γαῖα χάνοι.

Sed Odyss. O. 544. de quo loco non recte indicavi ad hymn. Apoll. 51. scribendum videtur:

Τηλέμαχ', εἰ γὰρ καὶ σὺ πολὺν χρόνον ἐνθάδε μίμνοις,

quo spectat *κε* in uno codicum Vindob. Hoc dicit: *etiam si tu diutius ibi maneas.*

Proxima optationi est jubendi significatio, quæ nunc precatione continetur, ut in Philoctete,

Ὕπν' ὀδύνας ἀδαής, Ὕπνε δ' ἀλγέων,
εὐαὴς ἡμῖν ἔλθοις·

nunc propior imperio est. Iliad. Ω. 144. (178.)

κήρυξ τίς οἱ ἕποιτο γεραίτερος.

Odyss. Ξ. 407.

τάχιστά μοι ἔνδον ἑταῖροι
εἶεν.

Vide ibidem 496. Iliad. Ξ. 107. P. 640. Æschylus Ag. 953.

ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι ταῦθ', ὑπαί τις ἀρβύλας
λύοι τάχος, πρόδουλον ἔμβασιν ποδός.

Aristophanes Vesp. 1431.

ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Herodotus vii. 5. *ἀλλὰ τὸ μὲν νῦν ταῦτα πρήσσοις τάπερ ἐν χερσὶν ἔχεις.* Quo tamen loco quidam libri *ἀλλ' εἰ.*

Conjunctissima est voluntatis significatio, quæ in prima potissimum persona elucescit. Odyss. Π. 383. Antinous Telemacho insidias struendas censens, ita loquitur:

ἀλλὰ φθέωμεν ἑλόντες ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος,
ἢ ἐν ὁδῷ· βίοτον δ' αὐτοὶ καὶ κτήματ' ἔχωμεν,
δασσάμενοι κατὰ μοῖραν ἐφ' ἡμέας· οἰκία δ' αὖτε
κείνου μητέρι δοῖμεν ἔχειν ἠδ' ὅστις ὀπυίοι.

Conjunctivi adhortationem continent: occidi enim Telemachum, opesque ejus dividi, id est quod jubet. De Penelopa vero jam non præcipit quidquam, sed proponit quid fieri cupiat: *domum matri ejus dari velim.* Iliad. O. 45. Juno Jovi de Neptuno dicit:

αὐτάρ τοι κἀκείνῳ ἐγὼ παραμυθησαίμην
τῇ ἴμεν, ᾗ κεν δὴ σύ, κελαινεφές, ἡγεμονεύῃς.

Velim illi suadere. Quod non est ita dubitanter dictum, ac si *ἂν* esset additum, qua particula conditio aliqua significaretur, ut in eadem oratione v. 39.

σή θ' ἱερὴ κεφαλή, καὶ νωΐτερον λέχος αὐτῶν
κουρίδιον, τὸ μὲν οὐκ ἂν ἐγώ ποτε μὰψ ὀμόσαιμι.

Non temere jurarem, nisi vera dicerem. Inprimis aptum est huic discrimini illustrando illud Theocriti xxix. 87.

νῦν μὲν κἠπὶ τὰ χρύσεα μᾶλ' ἕνεκεν σέθεν
βαίην, καὶ φύλακον νεκύων πεδὰ Κέρβερον·

τόκα δ' οὐδὲ καλεῦντος ἐπ' αὐλείαις θύραις
προμόλοιμί κε, παυσάμενος χαλεπᾶς πόθω.

Æschines p. 611. 552. §. 218.) ἐγὼ δὲ οὔτε τὰς Δημοσθένους διατριβὰς ἐζήλωκα, οὔτ' ἐπὶ ταῖς ἐμαυτοῦ αἰσχύνομαι, οὔτε τοὺς εἰρημένους ἐν ὑμῖν λόγους ἐμαυτῷ ἀῤῥήτους εἶναι βουλοίμην, οὔτε τὰ αὐτὰ τούτῳ δημηγορήσας ἐδεξάμην ἂν ζῆν. Deesse ἂν putat Bekkerus.

Quum nonnumquam vel propter librorum discrepantiam, vel propter sententiæ rationem dubium videri possit, utrum nudus optativus, an idem modus cum particula ἂν conjunctus, an conjunctivus præferri debeat, paucis declarabimus, quid hæ dicendi formæ differant.

Atque ut a conjunctivo incipiamus, is deliberantis est, ut in Eumenidibus 791. 821.

τί ῥέξω, γένωμαι;

quid agam? quid me fiat? Deliberatio autem quum ad agendum spectet, refertur conjunctivus necessario ad futura, subestque ei hæc sententia: *nescio.* Alia est optativi ratio, ut apud Theocritum xxvii. 24.

καὶ τί, φίλος, ῥέξαιμι;

quod illic quidem vertendum est *quid facerem?* Id vero non est deliberantis, sed judicium exquirentis, subjectamque habet hanc sententiam: *non puto.* Judicari autem de præsentibus et præteritis non minus quam de futuris potest. Quare optativi usus nulli est tempori adstrictus. Hinc fit, ut quum de præteritis loquimur, necessario sit optativo utendum, quia de his judicari quidem, sed non deliberari potest. Ut in Æschyli Suppl. initio:

τίνα γοῦν χώραν εὔφρονα μᾶλλον
τῆσδ' ἀφικοίμεθα;

Patet autem, si rectam orationem restituas, non ubique posse ejus verbi, cujus optativum positum videmus, indicativum adhiberi. Ut hoc ipsum *τί ῥέξαιμι* recta oratione dictum non est *τί ἔρεξα*, sed *τί ῥεκτέον ἦν*; Sed si quæras *ποιήσειε τοῦτο*; *fecerit istud?* tum vero licebit recta oratione dici, *ἐποίησε τοῦτο*; Nimirum hic de facto quæritur: in illo autem exemplo de recte faciendo: ut ibi quoque ejusdem verbi indicativo uti possis, modo sic dicas, *οὐκ ὀρθῶς ἔρεξα*; Nam illud *τί ῥέξαιμι* re vera nihil est nisi conjunctivi in oratione obliqua cum optativo commutatio. Tertia ratio est optativi cum particula ἂν conjuncti, ut Iliad. Τ. 90.

ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι;

quæ quod optativum habet, ipsa quoque est judicium exquirentis, sed, quoniam additum est ἄν, de re ex aliqua conditione suspensa, ut sensus sit, *non puto, nisi quadam conditione*, id quod licet etiam sic exprimi, *non puto posse.* Nam quod potest vel non potest fieri, ex conditione aliqua pendeat necesse est. Id igitur recta oratione dicas, *ἔρεξα ἂν ἢ οὔ*; Ex his facile conjici potest, nonnumquam his formis omnibus locum esse. Ut in Aristophanis Pluto v. 374.

ὦ Ἡράκλεις, φέρε ποῖ τις οὖν
τράποιτο; τἀληθὲς γὰρ οὐκ ἐθέλεις φράσαι.

Quo loco si cum cod. Borg. legitur *ποῖ τις ἂν τράποιτο*, sensus est, *quo quis se vertere possit?* Conjunctivus significaret, *quo quis se vertat?* Vulgata vero hominis est secum cogitantis, quid vel ipse vel quivis statuat de dictis illius, quem tergiversari credit: *quo quem se vertere quis censeat?* Eadem ratio est v. 438.

ἄναξ Ἄπολλον καὶ θεοί, ποῖ τις φύγοι;

Ubi qui *φύγῃ* scribunt, deliberantem faciunt Blepsidemum. Idque etsi non est in libris, tamen aptius illo loco videtur. Sic etiam apud Demosthenem in Lept. p. 492, 21. quo loco optativi caussa utitur Reisigius, præstat quod ex aliquot codd. dedit Bekkerus: *εἰ δὲ μηδ' ἂν ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τοῦτ' ἔχοι δεῖξαι γεγονός, τίνος εἵνεκ' ἐφ' ἡμῶν πρῶτον καταδειχθῇ τοιοῦτον ἔργον*; Recte vero apud Sophoclem Antig. 601. scriptum est,

τεὰν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν
ὑπερβασία κατάσχοι;

Ubi graviter errarunt, qui *κατάσχῃ* reposuerunt. Non enim hic deliberationi, sed opinioni locus est. Recte etiam apud Demosthenem in or. ad Phorm. p. 921, 17. legitur: *καὶ ὅσα μὲν εἶπε μετὰ τῆς ἀληθείας, μὴ χρῆσθε τεκμηρίῳ· ἃ δ' ἐψεύσατο τὸ ὕστερον, ἐπειδὴ διεφθάρη, πιστότερα ταῦθ' ὑπολάβοιτε εἶναι*; i. e. *hæc vos veriora existimaturos quis putet?* Et apud Andocidem p. 131. (184. §. 36.) *καίτοι οὐ δήπου, ὦ Ἀθηναῖοι, ὀστρακισθῆναι μὲν ἐπιτήδειός εἰμι, τεθνάναι δὲ οὐκ ἄξιος, οὐδὲ κρινόμενος μὲν ἀποφυγεῖν, ἄκριτος δὲ φεύγειν· ὁ δὲ τοσαυτάκις ἀγωνιζόμενος δικαίως καὶ νικήσας πάλιν δόξαιμι δι' ἐκεῖνα ἐκπεσεῖν*; Non mutassent viri docti ὁ δὲ in οὐδέ, ne quid de Sluiteri conatu dicam, si vidissent postrema verba per interrogationem proferri. Sed in Erotico Demostheni tributo p. 1404, 17. quod legitur, *τῷ γὰρ εἰκάσειέ τις θνητῶν, ὃ ἀθάνατον τοῖς ἰδοῦσιν ἐργάζεται πόθον*; etsi recte dictum est hoc sensu, *cui comparaturum quis putet?* tamen non contenderim non aut scriptum esse cum particula ἄν, aut potuisse scribi.

Multo difficilius judicium est de iis locis, in quibus sine interrogatione nudus positus est optativus, quod fere tam tenue ac subtile discrimen est, ut non multum intersit, utrum addatur ἄν, an omittatur. Reisigium quidem in hujus rei explicatione ita a vero aberrasse puto, ut quod de addita particula dici debebat, ad omissam transtulerit. Quam enim conditionem intelligendam existimat, quum omissa est particula, ea non nisi quum additum est ἄν, intelligi potest: siquidem omnino hanc videmus illius particulæ naturam esse, ut ad conditionem aliquam referatur. Ita quum illud Moschi i. 6.

ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος· ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν,

sic interpretatur, *inter quosvis viginti noscas, si modo noscas:* non-animadvertit, id dici debuisse μάθοις ἄν. Nam si in nudo optativo ea quam vult sententia inesset, plane aliud dixisset Moschus quam volebat. Non enim certissime, sed si fors fert, noscitur, qui noscitur, si modo noscitur. At ut Moschus non *fortasse noscas Amorem, si noscas* [illegible] Sed [illegible] quam [illegible] potuit ratione, [illegible] p. 130 [illegible] Homericum [illegible] Iliad. Ε. 303.

μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν

sic esse intelligendum, εἴ τινες φέροιεν, δύο γε οὐ φέροιεν, [illegible] autem Iliad. Α. 271.

κείνοισι δ' ἂν οὔτις
τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσιν ἐπιχθόνιοι μαχέοιτο,

non potuisse [illegible] particula [illegible] statuitur, *εἴ τις μαχοῖτο, οὔτις μαχοῖτο ἐκείνοις* [illegible] dicet, *εἴ τις μαχοῖτο ἐκείνοις, οὔτις μαχοῖτο ἐκείνοις.* Quid [illegible] non videt [illegible] computatum esse, [illegible] velit, aut ex priore [illegible] particulam, aut ex se [illegible] in priore. Nam [illegible] statuit, priorem interpretari volemus, duas [illegible] perversas sententias, aut *εἴ τινες φέροιεν, οὔτινες φέροιεν*, ut *εἰ δύο γε φέροιεν, οὐ δύο γε φέροιεν*: [illegible], quo de priore sentit, explica [illegible], recte [illegible] habuit, etiam [illegible] quam omissi ne particulæ nasci putat perversitatem. *εἴ τις μάχοιτο ἐκείνοις, οὔτις τῶν νῦν μάχοιτο.* Cur enim [illegible] in altero [illegible] urgeat prædicatum *δύο γε*, hic, ubi additum est etiam [illegible] incautius, *τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσιν ἐπιχθόνιοι*, pro non addito habet? Denique quid talibus fiet, qualis hoc est Iliad. Φ. 274.

ἔπειτα δὲ καί τι πάθοιμι.

Quod ex ipsius præcepto quum sic interpretandum sit, *εἴ τι πάθοιμι, πάθοιμί τι*, quid aliud est quam quod in omnibus verborum modis locum habet? Itaque sic potius existimandum est, nudo optativo opinionem sine conditione, optativo cum particula ἂν autem suspensam ex conditione aliqua opinionem significari. Idque vidit etiam Matthiæ ad Eurip. Hippol. 468. Atque illa quidem forma epici potissimum sunt usi. Homerus Od. Γ. 231.

ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι.

Vide ibidem 319. Ξ. 122. Π. 386. Iliad. Κ. 246. 556. Ο. 45. 197. Τ. 321. Φ. 274. Ω. 213. Duo hujus generis exempla, quod de iis aliter sentire video Reisigium, ipsis verbis adscribam. Iliad. Β. 340.

ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο μήδεά τ' ἀνδρῶν

quod ille p. 134. per interrogationis figuram explicandum censet: ea non opus esse, satis docent cætera quæ memoravimus exempla. Et Iliad. Υ. 426.

οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν
ἀλλήλους πτώσσοιμεν ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας,

quod p. 130. nescio quo pacto solœcum esse ratus, fecit ut eo nomine reprehendendum sit, *πτώσσωμεν* scribendo. Sed Od. Η. 314. scribendum,

οἶκον δέ κ' ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην,
αἴκ' ἐθέλων γε μένοις.

Vulgo δὲ ἐγώ. Codd. nonnulli δέ τ' ἐγώ. Sic etiam Od. Λ. 103. recte Harl. et unus Vindobonensis,

ἀλλ' ἔτι μέν κε καὶ ὣς κακά περ πάσχοντες ἵκοισθε.

Ubi vulgo *μέν γε καὶ ὥς*. Particulæ *κε καὶ* junctæ reperiuntur etiam alibi, ut Iliad. Ο. 235. Ξ. 131. 370. Ρ. 546. Od. Β. 332. Ι. 303. 334. et *κεν καὶ* Λ. 339. Vel ex his apparere puto, quod contendit Reisigius p. 123. omitti ἄν, ubi quid hypotheticum ita ponatur, ut ab ipso qui loquitur non certa ratione, sed quodam cogitandi arbitrio sit sumptum, ut est obscurius dictum, ita ne satis quidem verum esse. Exemplorum autem quibus utitur alia recte se habent in quibus opinionem indicat optativus, alia vel optativum optantis habent, vel alias ob caussas ab hac disputatione removenda sunt. Et illa quidem quæ opinionem significant, hæc sunt. Aristoph. Eq. 1057.

ἀλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο· χέσαιτο γάρ, εἰ μαχέσαιτο.

Pindar. Ol. iii. 81. *κεινος εἴην.* Nam *κεινος εἴην*, quod probabat Reisigius, id ut optantis esset, hodie ipsum jam improbare credo. Ol. xi. fin.

τὸ γὰρ ἐμφυὲς οὔτ' αἴθων ἀλώπηξ
οὔτ' ἐρίβρομοι λέον-
τες διαλλάξαιντο ἦθος.

Eurip. Hippol. 468.

οὐδὲ στέγην γὰρ ἧς κατηρεφεῖς δόμοι
καλῶς ἀκριβώσειαν.

Theocr. viii. 89.

οὕτως ἐπὶ ματέρα νεβρὸς ἅλοιτο.

et 91.

οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο.

Et hoc postremum quidem mirum est ab Reisigio non magis quam a Poppone in diss. de particula ἂν intellectum esse. Quod si ad *γαμεθεῖσα*, quod non est idem atque *γαμηθεῖσα*, attendissent, vidissent sensum esse: *ita puella nuptum expetita doleat.* Idem iv. 11.

πείσαι τοι Μίλων καὶ τὼς λύκος αὐτίκα λυσσῆν.

Ad idem genus etiam illi sunt loci referendi, in quibus quæ indicatur opinio cum voluntatis quadam significatione conjuncta est. Theocr. viii. 18.

σύριγγ' ἂν ἐποίησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον —
ταύταν κατθείην

hanc oppignerem. Isocr. Pan g. p. 253. c. *οὐ γὰρ ἀποκρύψαιμι τἀληθές.* Bekkerus optimi codicis auctoritate *ἀποκρύψαιμι*, quod tamen non vacat suspicione manus correctricis. Eurip. Iph. Aul. 1210.

οὐδεὶς πρὸς τάδ' ἀντείποι βροτῶν·

Nemo contradicat, i. e. velit contradicere. Pindar. Pyth. iv.

Αἴσονος γὰρ παῖς ἐπιχώριος οὐ ξεί-
ναν ἱκοίμαν γαῖαν ἄλλων.

Nolim venisse: quem locum audacissima conjectura tentavit Reisigius in Comm. cr. ad Œd. Col. 199. Moschus iii. 114.

τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμ'

nisi ille scripsit, *οὐδέ κ' ἐγὼ φθονέοιμι.* Theocritus xxii. 74.

οὐκ ἄλλῳ γε μαχεσσαίμεσθ' ἐπ' ἀέθλῳ.

xvii. 60.

φῄς μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.

Qui autem loci non debebant afferri, hi sunt: primum ubi optativus optantis est: Soph. Aj. 904. meæ ed. Æschyl. Ag. 225. Deinde in quibus ἂν idonea codicum auctoritate firmatur, ut in Platonis Theæt. p. 166. A. et Cratyl. 397. A. Tum Soph. Œd. Col. 42. ubi vide quæ notavimus. Porro Aristoph. Av. 180. ubi scribendum videtur *ὥσπερ εἴπῃ τις.* Apud Æschylum Suppl. 735. facilior est Erfurdtii conjectura,

ἴσως γὰρ ἂν κήρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι·

quamquam non contenderim non potuisse omitti *ἄν*. In Eurip. Heracl. 527. particulæ *δὲ καὶ μᾶλλον* faciunt ut non valde laudandum putem Scaligerum, qui *πρέποι* pro *πρέπει* scribendum judicaverit. De Soph. Antig. 912. vide quæ adnotavi ad eum locum v. 903. meæ ed. Denique illud valde miror, quod p. 134. a Schæfero in errorem abduci se passus est Reisigius. Nam quod ille ad Posidippi versum in Poesi gnom. 195. dicit, in verbis

ποίην τις βιότοιο τάμῃ τρίβον,

ut ex cod. edidit Brunckius, optativum defendi Metrodori parodia,

παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον,

nequaquam verum est. Posidippum enim, ut qui deliberaret, conjunctivo uti necesse erat; Metrodorus autem, qui juberet, non potuit non optativum ponere. Quod ibidem affert Schæferus ex Iliad. Δ. 93. H. 48.

ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο;

non est, ut ipse existimare videtur, dictum omissa quæ addenda fuisset particula, sed quia conditio abest: *velisne mihi obedire?* Nam ubi inest conditio, ἂν est adjiciendum, ut in eo versu, qui in priore loco statim sequitur:

τλαίης κεν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν;

Nempe *si quis te roget.* Apud Platonem Euthyd. p. 292. E. libri consensu: *καὶ ὅπερ ἔλεγον, τοῦ ἴσου ἡμῖν ἐνδεῖ ἢ ἔτι πλέονος πρὸς τὸ εἰδέναι τίς ποτ' ἐστιν ἡ ἐπιστήμη ἐκείνη, ἣ ἡμᾶς εὐδαίμονας ποιήσειεν.* Sentiebat vitium Heindorfius, qui *ποιήσει* scriptum malebat, suppleri tamen ad optativum ἂν posse ratus: in quo fallitur. Optativus quidem recte se habet, sed ut sit orationis obliquæ, quam sic restitue: *καὶ ὅπερ ἔλεγον τοῦ ἴσου ἡμῖν ἐνδεῖν,* constructione illa, de qua dictum ad Viger. p. 745. 751. 804.

VI.

De optativo rectæ orationis cum ἄν.

Jam denique dicendum est de optativi usu eo, qui adjungi postulat particulam *ἄν*. Atque ex iis quæ hactenus dicta sunt satis planum esse putamus, propriam hujus constructionis vim esse eam, ut opinio cum conditione conjuncta significetur. Vix ullum huic rationi declarandæ aptius exemplum inveniri poterit, quam illud Æschyli in Agam. 1057.

ἐντὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων
πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως.

Dubitanter enim dictum *πείθοι' ἄν*, quia ex eo pendet, ut placeat Cassandræ obedire: sine conditione autem *ἀπειθοίης*, quod id putat futurum esse chorus. Alia quædam exempla, in quibus diserte addita est conditio, vide apud Reisigium p. 124.

Apparet ex his, optativo cum particula ἂν conjuncto opinionem significari de eo, quod ex aliqua conditione pendeat. Atqui quod sic demum esse putamus, ut non sit nisi conditione aliqua impleta, id apertum est non ut quod vere sit, sed ut quod possit esse cogitari. Eo factum est ut grammatici particulam illam *σύνδεσμον δυνητικὸν* appellarent. Quod tamen non sic est intelligendum, ac si *ποιοῖμ' ἂν* idem sit quod *δύναμαι ποιεῖν.* Nam illud posterius rei veræ enunciationem continet, esse mihi potestatem faciendi: hoc autem, *ποιοῖμ' ἄν*, opinionem indicat, facturum me esse, si forte impleta sit conditio aliqua, cur faciam. Ut quod est in Prometheo,

ἀλλ' οὔτε σιγᾷν οὔτε μὴ σιγᾷν τύχας
οἷόν τέ μοι τάσδ' ἐστί,

quis ita dicat, *οὔτε σιγῷμ' ἄν, οὔτ' οὐ σιγῷμ' ἄν*? Neque enim quid fortasse facturus sit dicere vult Prometheus, sed re vera nec tacere nec non tacere injuriam qua affectus sit posse. Contra quod posuit Herodotus iv. 195. *εἴη δ' ἂν πᾶν, ὅκου καὶ ἐν Ζακύνθῳ ἐκ λίμνης καὶ ὕδατος πίσσαν ἀναφερομένην αὐτὸς ἐγὼ ὥρεον*, nemo non videt, si dixisset *πᾶν δυνατόν ἐστι,* multo eum confidentius dixisse, et detracta opinionis modestia, quam quum, ut fecit, opinari se indicavit, nihil, certis quidem conditionibus, incredibile esse. Et hoc quidem genus ita tritum est, ut exemplis non indigeat.

VII.

De optativo cum ἂν pro futuro.

Cum hoc significatu conjunctissimus est alius, isque non minus frequens. Nam quæ opinamur impleta aliqua conditione fieri, sive quæ possunt fieri, per se ipsa nulli sunt tempori adstricta: sola enim in cogitatione nostra versantur. Itaque nisi diserte ad præsentia vel præterita referuntur, consentaneum est, ut, quoniam rei vere factæ notatione carent, ad illud præcipue tempus trahantur, quod natura sua res non factas complectitur, i. e. ad futurum. Ita factum est, ut optativus cum particula ἂν consociatus futuri significationem habere existimetur. Sed hoc quoque ita est comparatum, ut ipsum futurum tempus rem ut certam enunciet, optativus et ἂν autem ut talem, quæ videatur futura esse, si impleatur illa ex qua pendet conditio. Ita differunt hæc:

ἃ δεῖ γενέσθαι, ταῦτα καὶ γενήσεται·
ὅ τι τοι μόρσιμόν ἐστιν, τὸ γένοιτ' ἄν.

Attici quidem, qui amant omnia dubitantius dicere, præ cæteris hoc optativi usu delectantur. Qui si nonnumquam etiam quum quid certissime futurum dicere volunt, optativum præferunt, non est ea negligentia existimanda, sed figura etiam aliis in dicendi generibus usitatissima, qua verba dubitationis plena, pronunciata significantius, fortius asseverant.

Hic vero optativi cum particula ἂν conjuncti usus vel per se ipse prodit, cur haud facile quis, ut futura indicet, futuri sit optativo usurus. Quum enim jam *γίγνοιτ' ἂν* et *γένοιτ' ἂν* ad res futuras referatur, quid opus est dicere *γενήσοιτ' ἄν*? Quin si quis ita loqueretur, videretur ille præsentia ac præterita excludere. Id vero, nisi quædam plane singularis ratio fieri jubeat, ne recte quidem faciat. Nam quæ futuro aliquo tempore fieri possunt, etiam nunc possunt fieri, et ante facta esse. Quare vix puto exempla illius constructionis, quæ non mendosa sint, inventum iri. Apud Aristophanem quidem Vesp. 1094. recte jam legitur:

οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν ὅπως
ῥῆσιν εὖ λέξειν ἐμέλλομεν τότ', οὐδὲ
συκοφαντήσειν τινὰ
φρόντις, ἀλλ' ὅστις ἐρέτης ἔ-
σοιντ' ἄριστος,

pro ὃς ἄν, ex libris Rav. et Ven. qui *ὅστις ἂν* habent. Mirum vero apud Lycurgum §. 15. p. 149. Reisk. nullum editorum ad hæc verba offendisse: *εὖ γὰρ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι ᾧ πλεῖστον διαφέρετε τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τῷ πρός τε τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖν καὶ πρὸς τοὺς γονεῖς ὁσίως καὶ πρὸς τὴν πατρίδα φιλοτίμως ἔχειν, τούτου πλεῖστον ἀμελεῖν δόξοιτ' ἄν, εἰ τὴν παρ' ὑμῶν οὗτος διαφύγοι τιμωρίαν.* Id scribendum puto *δόξαιτ' ἄν*.

VIII.

De optativo cum ἂν pro præterito.

Alia vero in temporum ratione dubitatio sese offert, si de præsentibus et præteritis quæritur. Nam etsi *πεποιήκοι ἂν* aperte præteriti temporis notationem continet, tamen hoc quoque non minus ad futurum trahi potest, ut factum quid fore significetur, quam *ποιοῖ ἂν* et *ποιήσειεν ἄν.* Et tamen ista omnia non modo præsentis, sed adeo præteriti significationem habent. Hujus rei ratio sic est animo informanda. Manet sua cuique tempori vis. Et aoristus quidem præteriti quum proprie id quod aliquando factum sit significet, transfertur ad ea omnia, quæ ut jam perfecta cogitari volumus, sive ea ante perfecta sint, sive nunc, sive postero tempore, ita tamen, ut quum de re præsente vel futura dicitur, cogitationem tantum perfectionis contineat, ideoque vel ipse, ut in imperativo, vel in optativo cum *ἄν*, cogitationem indicet, vel ex verbo pendeat quo quid cogitari significetur. Quoniam autem quæ jam perfecta esse cogitantur, vacua sunt notione durantis facti, consequens est non posse usurpari aoristum, ubi quid ut nondum ad finem perductum, ideoque vel durans adhuc, vel ex ejusdem actionis nondum absoluta repetitione constans cogitari volumus, sed ad ea pertinere, quæ vel brevi momento temporis vel semel facta intelligimus. Ita patet, manere propriam aoristi vim in omni ejus usu, licet prima specie diversissimo. Hinc illæ observationes grammaticorum verissimæ: Apollonii de Syntaxi iii. 24. p. 251. (253.) *ὁ γὰρ ἀποφαινόμενος οὕτω, γράφε, σάρου, σκάπτε, ἐν παρατάσει τῆς διαθέσεως τὴν πρόσταξιν ποιεῖται, ὡς ἔχει καὶ τὸ*

βάλλ' οὕτως, αἴ κέν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι·

φησὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ καταγίνου εἰς τὸ βάλλειν· ὅ γε μὴν λέγων κατὰ τὴν τοῦ παρῳχημένου προφορὰν γράψον, σκάψον, οὐ μόνον τὸ μὴ γενόμενον προστάσσει, ἀλλὰ καὶ τὸ γινόμενον ἐν παρατάσει ἀπαγορεύει, εἴ γε καὶ τοῖς γράφουσιν ἐν πλείονι χρόνῳ προσφωνοῦμεν τὸ γράψον, τοιοῦτόν τι φάσκοντες, μὴ ἐμμένειν τῇ παρατάσει, ἀνύσαι δὲ τὸ γράφειν. Et Etym. Gud. p. 472, 26. *ζήσαιμι, ζήσειας δὲ οὐ λέγουσι, διότι τῇ εὐκτικῇ εὐχὴν δηλοῦσι πράγματος ὀφείλοντος πληρωθῆναι· ὁ γὰρ λέγων γράψειας εὔχεται ὅπως εἰς τέλος ἔλθῃ τοῦ γράψαι· ὁμοίως καὶ τὰ λοιπὰ πληρωθῆναι. διόπερ οὐ λέγειν δεῖ ζήσειας· ὁ γὰρ τοῦτο λέγων εὔχεται ἵνα ἔλθῃ εἰς τέλος τῆς ζωῆς, καὶ λοιπὸν εὑρίσκεται καταρώμενος ἑαυτῷ· δεῖ δὲ λέγειν ζῴην, ζῴης, ζῴη.* Vide eadem in Etym. M. p. 760, 24. Contraria præsentis ratio est, quod quum natura sua rem fientem necdum absolutam significet, optativus ejus temporis cogitationem notat rei, quam, quocumque eam tempore fieri sumamus, vel durare eo tempore, vel in facti nondum absoluta repetitione positam intelligimus.

His præmissis exempla afferamus et aoristi et præsentis optativi de re præterita dicti. Homerus Iliad. Δ. 539.

ἔνθα κεν οὐκέτι ἔργον ἀνὴρ ὀνόσαιτο μετελθών.

E. 311.

καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο ἄναξ ἀνδρῶν Αἰνείας,
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη.

et 388.

καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης ἆτος πολέμοιο,
εἰ μὴ μητρυίη περικαλλὴς Ἠερίβοια
Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν.

M. 58.

ἔνθ' οὔ κεν ῥέα ἵππος ἐΰτροχον ἅρμα τιταίνων
ἐσβαίη, πεζοὶ δὲ μενοίνεον εἰ τελέουσιν.

P. 70.

ἔνθα κε ῥεῖα φέροι κλυτὰ τεύχεα Πανθοΐδαο
Ἀτρεΐδης, εἰ μή οἱ ἀγάσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

398. *οὐδέ κ' Ἄρης λαοσσόος, οὐδέ κ' Ἀθήνη*
τόν γε ἰδοῦσ' ὀνόσαιτ', οὐδ' εἰ μάλα μιν χόλος ἵκοι.

Herodotus vii. 180. *καὶ ἔπειτα τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς τὸν καλλιστεύοντα ἀγαγόντες ἐπὶ τῆς πρῴρης τῆς νηὸς ἔσφαξαν, διαδέξιον ποιεύμενοι τὸν εἷλον τῶν Ἑλλήνων πρῶτον καὶ κάλλιστον. τῷ δὲ σφαγιασθέντι τούτῳ ὄνομα ἦν Λεών· τάχα δ' ἄν τι καὶ τοῦ οὐνόματος ἐπαύροιτο.* vii. 214. *εἰδείη μὲν γὰρ ἂν καὶ μὴ ἐὼν Μηλιεὺς ταύτην τὴν ἀτραπὸν Ὀνήτης, εἰ τῇ χώρῃ πολλὰ ὡμιληκὼς εἴη.* ix. 71. *ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ φθόνῳ ἂν εἴποιεν.* Hæc omnia etiam de re præsente vel futura dici potuissent, si res postularet. Cæterum animadverte pro solis illis, *καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο* et *ἔνθα κε ῥεῖα φέροι* etiam *ἀπώλετο ἂν* et *ἔφερεν ἂν* dici potuisse, quia opponi potest *ἀλλ' οὐκ ἀπώλετο, ἀλλ' οὐκ ἔφερε.* Sed dictum sine illius oppositionis cogitatione, optativum postulabat, ut cætera, in quibus non potest opponi contrarium.

Contra de re præterita, quæ vel diuturnior sit vel sæpius repetita, præsentis optativum posuit Herodotus i. 2. ubi quum Persas narrare dixisset, Europam a Græcis quibusdam, quorum ipsi sedem nesciant, raptam esse, addit: *εἴησαν δ' ἂν οὗτοι Κρῆτες*, *fuerint isti Cretenses.* Sed eadem formula utitur de re præsente ii. 6. iv. 195. Idem vii. 184. *ἤδη ὦν ἄνδρες ἂν εἶεν ἐν αὐτοῖσι τέσσερες μυριάδες καὶ εἴκοσι.* Quæ scriptura recte est a Schweighæusero Gaisfordioque prælata illi, quam Reizius et Schæferus ex paucis codd. receperunt, *ἤδη ὦν ἂν ἦν.* Neque enim potest opponi, *ἀλλ' οὐκ ἦν.* Quin potest etiam ut de præsente dicta accipi hæc sententia. Idem i. 70. *τάχα δὲ ἂν καὶ οἱ ἀποδόμενοι λέγοιεν ἀπικόμενοι ἐς Σπάρτην, ὡς ἀπαιρεθείησαν ὑπὸ Σαμίων.* Intelligitur enim id sæpius ab iis esse dictitatum. Et viii. 136. *τάχα δ' ἂν καὶ τὰ χρηστήρια ταῦτά οἱ προλέγοι, συμβουλεύοντα σύμμαχον τὸν Ἀθηναῖον οἱ ποιέεσθαι.* Plura enim id dixerant oracula.

IX.

De optativo cum ἂν in jubendo.

Optativus cum particula ἂν conjunctus quoniam quæ possunt fieri significat, usus duos accepit alios, qui cum illa ejus potestate sunt conjunctissimi. Eorum alter in jubendo cernitur, lenior ille imperativo, sed tamen, quoniam permittendi speciem habet, ut pro vocis conformatione etiam vel severior vel superbior videri possit, ut in Soph. El. 1491.

χωροῖς ἂν εἴσω σὺν τάχει· λόγων γὰρ οὐ
νῦν ἐστιν ἁγών, ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι.

et in Antig. 444.

σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν ᾗ θέλεις,
ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον.

Quæ formula quia proprie non jubentis est, sed dicentis quid fieri possit, non habet *μή*, ubi negatio accedit, sed *οὐ.* Iliad. B. 250.

τῷ οὐκ ἂν βασιλῆας ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις.

Notatu dignum est, hanc rationem loquendi, quæ familiaris sermonis speciem præ se fert, in fœdere Eleorum ut solemnem formulam pro imperativo usurpari: v. Boeckhii Corpus Inscr. Gr. fasc. i. p. 26. ut, *συμμαχία κ' ἔα ἑκατὸν ἔτεα*, et quæ alia ibi plura hujusmodi exstant.

X.

De optativo cum ἂν in optando.

Alter usus in optando positus est, ita quidem, ut de eo quod optamus quæratur quomodo fieri possit. Itaque nihil frequentius quam *πῶς ἂν* in hoc genere est. Eurip. Suppl. 796.

πῶς ἂν ὀλοίμην σὺν τοῖσδε τέκνοις
κοινὸν ἐς Ἅιδην καταβᾶσα.

Vide ibi Marklandum et Valckenarium ad Hippol. 208. qui tamen quum, ut solet exquisita captare, Sophoclem fortasse semel tantum *πῶς ἂν* ita posuisse dicit, fallitur. Vide Brunckium ad Aj. 388. Non solum autem *πῶς ἂν* ita usurpatur, sed quodvis aliud interrogativum vocabulum, quod quidem rei aptum sit, eam rationem admittit. Ut *τίς.* Æschylus Ag. 1457.

φεῦ τίς ἂν ἐν τάχει μὴ περιώδυνος
μηδὲ δεμνιοτήρης
μόλοι τὸν αἰεὶ φέρουσ' ἐν ἡμῖν
μοῖρ' ἀτέλευτον ὕπνον;

Vide Soph. Aj. 879.

XI.

De optativo cum ἂν in sententia conditionali.

Reliquum est ut de sententiis conditionalibus et finalibus videamus. Et in conditionali quidem sententia duplex est particulæ ἂν cum optativo constructio, altera propria veterum epicorum, particulam sic adjectam habens, ut magis ad voculam conditionalem, quam ad optativum pertineat: quare cultior sermo ut non necessariam omittit. Iliad. A. 59.

Ἀτρείδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω
ἂψ ἀπονοστήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν.

E. 273.

εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἀροίμεθά κεν κλέος ἐσθλόν.

Quibus in locis ne putes posse significari plurimi obstant alii loci, ut Iliad. Z. 49.

τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα,
εἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν·

quæ verba etiam K. 380. et Λ. 134. leguntur, sed in hoc postremo loco omissa particula *κεν.* Adde B. 123. Θ. 196. 205. I. 141. 283. 362. 445. N. 288. X. 220. Ψ. 346. 592. Hesiod. O. et D. 359. 432. 690. Præposita est particula Od. P. 223.

τόν κ' εἴ μοι δοίης σταθμῶν ῥυτῆρα γενέσθαι·

iterata apud Hesiodum O. et D. 423.

εἰ δέ κεν ὀκταπόδην ἀπὸ καὶ σφῦράν κε τάμοιο.

Iliad. A. 549. Wolfius ex conjectura, ut videtur, dedit:

ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλωμι νοῆσαι,
μήτι σὺ ταῦτα ἕκαστα διείρεο, μηδὲ μετάλλα·

recte fortasse: verum tamen non ut vitiosus putandus sit qui vulgo legitur optativus. Is enim facit ut sensus sit, *εἰ δὲ κ' ἐγὼν ἐθέλοιμι*, quod apodosin postulabat talem, *οὐκ ἂν γνοίης ταῦτα*, pro qua fortior infertur admonitio. Minus etiam probem, ut id hac opportunitate addam, Aristarchum, Iliad. Θ. 23. scribentem,

ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλωμι ἐρύσσαι,
αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ', αὐτῇ τε θαλάσσῃ.

Non enim facturum se id Juppiter indicat, sed dicit, quid, si velit facere, futurum sit. Rectius, ut in re vere futura, restitutus conjunctivus Iliad. I. 397.

τάων ἥν κ' ἐθέλωμι, φίλην ποιήσομ' ἄκοιτιν.

Sic etiam Od. T. 489.

οὐδὲ τροφοῦ οὔσης σεῦ ἀφέξομαι, ὁππότ' ἂν ἄλλας
δμῳὰς ἐν μεγάροισιν ἐμοῖς κτείνωμι γυναῖκας.

Hic quoque vulgo optativus legitur.

Diximus hoc genus constructionis epicorum proprium esse, ut vel propterea suspectum esse debeat, quod apud Euripidem Androm. 771. legimus,

εἴ τι γὰρ ἂν πάσχοι τις ἀμήχανον, ἀλκᾶς
οὐ σπάνις εὐγενέταις.

At facile codd. quorumdam scriptura *πάσχῃ* monstrare potest, scribendum esse, *εὖτε γὰρ ἂν πάσχῃ.*

Altera constructio particulæ ἂν cum optativo in sententia conditionali ea est, quæ particulam cum ipso jungi optativo postulat, facitque ut vel posse quid fieri, vel quidquid etiam sine particula conditionali optativus cum ἂν notat, significetur. Nam differt hoc genus ab illo, de quo supra dictum, in quo optativus pro rectæ orationis conjunctivo positus est. In his enim, de quibus nunc dicimus, nihil nisi particula conditionalis vel finalis ad optativum rectæ orationis cum ἂν conjunctum accedit. Et *posse* quidem significatur his in locis: Aristophanis Nub. 1184.

εἰ μή περ γ' ἅμα
αὑτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς τε καὶ νέα γυνή.

Xenoph. Cyrop. iii. 55. *τοὺς δ' ἀπαιδεύτους παντάπασιν ἀρετῆς θαυμάζοιμ' ἄν, ἔφη, ὦ Χρυσάντα, εἴ τι πλέον ἂν ὠφελήσειε λόγος καλῶς ῥηθεὶς εἰς ἀνδραγαθίαν ἢ τοὺς ἀπαιδεύτους μουσικῆς ᾆσμα μάλα καλῶς ᾀσθὲν εἰς μουσικήν.* Vide Æschin. de falsa leg. p. 265. Reisk. (412. §. 34. Bekk.) Demosth. p. 44, 29. 196, 20. ubi Bekkerus indicativum sine ἂν posuit: 582, 21. 748, 14. 903, 19. 1108, 6. 1206, 21. 1300, 8. 1337, 8. Pro futuro autem, ut in Xenoph. Cyrop. iv. 2, 37. *ἄγετε νῦν, ἔφη, ὦ ἄνδρες, εἴ τινες ὑμῶν τὰ μὲν κακὰ μισεῖτε, ἀγαθοῦ δέ τινος παρ' ἡμῶν βούλοισθ' ἂν τυγχάνειν.* Vide Plat. Protag. p. 329. B. ubi conferendus Heindorfius p. 535. Non recte vero olim judicavi de Pindari verbis Pyth. iv. 468.

εἰ γάρ τις ὄζους ὀξυτόμῳ πελέκει
ἐξερείψαι κεν μεγάλας δρυός, αἰσχύ-
νοι δέ οἱ θαητὸν εἶδος.

Videtur ibi *κεν* in *μὲν* mutandum esse: nam monstruosum *ἐξερείψῃ κεν* habeat sibi qui invenit.

Eadem, quam particula *εἰ* vere conditionalis rationem habet, etiam tum obtinet, quum interrogativa est, *an* significans. Xenophon Cyr. i. 6, 10. *ἐρωτᾷς, ἔφη, τοῦτο, ὦ παῖ, εἴ τις ἂν ἀπὸ σοῦ πόρος προσγένοιτο.* Sic etiam viii. 3, 26. et alibi sæpissime.

Ad hoc genus constructionis pertinent etiam particulæ *ὡς* et *ὅπως*, *quomodo* significantes, quæ sæpissime cum optativo et ἂν conjunguntur. Nam etiam sine illis particulis oratio optativum et ἂν habitura esset. Xenoph. Hist. Gr. vii. 1, 27. *ἐκεῖ δὲ ἐλθόντες, τῷ μὲν θεῷ οὐδὲν ἐκοινώσαντο, ὅπως ἂν ἡ εἰρήνη γένοιτο, αὐτοὶ δὲ ἐβουλεύοντο.* Vide iii. 2, 1. iv. 1, 40. vi. 4, 28. Demosth. p. 195, 27. 345, 11. 932, 22. Platon. Phædr. p. 231. A. Conferendus ad eum dialogum Heindorfius p. 198.

Addam his aliud genus optativi in sententia conditionali cum particula ἂν consociati, cujus ratio quum lateret viros doctos, tollendum indicarunt ἄν, ut Thierschius apud Pindarum Nem. vii. 131. *εἰ δ' αὐτὸ καὶ θεὸς ἂν ἔχοι.* Scilicet hic ἂν ad *θεὸς* pertinet, hoc sensu, *εἰ δ' αὐτὸ καὶ θεὸς ἂν ὤν τις ἔχοι.* Potest ita accipi etiam illud Xenophontis in initio Agesilai, ubi Schæferus removendum censebat ἄν: *οὐ γὰρ ἂν καλῶς ἔχοι, εἰ ὅτι τελέως ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγένετο, διὰ τοῦτο οὐδὲ μειόνων ἂν τυγχάνοι ἐπαίνων.* Quanquam nihil impedit quin hic locus etiam sic intelligatur: *malum esset, si, quod perfectissimæ virtutis vir fuit, ne tenuiorem quidem posset laudationem nancisci.*

Tenendum est autem, quod ad collocationem particulæ ἂν in hisce sententiis conditionalibus attinet, nihil interesse, utrum statim post particulam conditionalem, an interpositis aliquot vocibus, an demum post verbum ponatur. Demosthenes p. 115, 9. *οἷς ἂν ἐγὼ λησθείην, ταῦτα πράττων.* 167, 17. *ὅπως ἄν τις ὀνομάσαι.* 168, 24. *ὡς ἂν συνταχθείητε.* Xenoph. Hist. Gr. vi. 1, 9. *οἶμαι ἂν οὐκ εἶναι ὁποίᾳ ἂν ἀξιώσαιεν.* Demosth. p. 286, 28. *ἃ ἂν εὔξαιτο, ποιήσομεν.* 473, 26. *ἐπειδὴ δ' ἐπράξαμεν πάνθ' ὅσ' ἂν εὐξαίμεθα.* 1112, 2. *ἐῶ—ὅσ' ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν.* 815, 7. *ὡς ἂν συντομώτατ' εἴποι τις.* 1401, 18. *ὃν τις ἂν καταθοῖτο.* Sed idem p. 73, 6.

ἅπερ εὔξαισθ' ἄν. Plato Phileb. p. 15. C. ὥς γ' οὖν ἐγὼ φαίην ἄν. Theocritus xxv. 60.

ἐγὼ δέ τοι ἡγεμονεύσω
αὖλιν ἐς ἡμετέρην, ἵνα κεν τέτμοιμεν ἄνακτα.

XII.

De optativo cum ἂν in sententia finali.

Particula ἂν in sententia finali cum optativo, qui non sit pro rectæ orationis conjunctivo positus, ibi tantum usurpatur, ubi finis is est, ut possit aliquid fieri. Et sic jam Homerus Od. B. 52.

οἳ πατρός μιν ἐς οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
Ἰκαρίου, ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα,
δοίη δ' ᾧ κ' ἐθέλοι καί οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι.

Sic ibi scribendum, non, ut vulgo, μέν. M. 156.

ἀλλ' ἐρέω μὲν ἐγών, ἵνα εἰδότες ἤ κε θάνωμεν,
ἤ κεν ἀλευάμενοι θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν.

Π. 295.

νῶϊν δ' οἴοισιν δύο φάσγανα καὶ δύο δοῦρε
καλλιπέειν καὶ δοιὰ βοάγρια χερσὶν ἑλέσθαι,
ὡς ἂν ἐπιθύσαντες ἑλοίμεθα.

Sed Ω. 530.

ἴσχεσθε πτολέμου, Ἰθακήσιοι, ἀργαλέοιο,
ὥς κεν ἀναιμωτί γε διακρινθεῖτε τάχιστα,

non est cur posthabeatur quod libri nonnulli præbent διακρινθῆτε. Sophocles Œnomao apud Aristoph. Av. 1337.

γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας,
ὡς ἂν ποταθείην ὑπὲρ ἀτρυγέτου γλαυ-
κᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας.

Quem locum Elmsleius ad Soph. Aj. 1217. quod Atticos non ita loquutos putabat, Simonidis vel alius lyrici esse suspicabatur. Euripides Iph. T. 1024.

ΟΡ. τί δ' εἴ με ναῷ τῷδε κρύψειας λάθρα;
ΙΦ. ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν;

Demosthenes p. 66, 12. ἔπειθ' ὑμεῖς οἱ καθήμενοι, ὡς μὲν ἂν εἴποιτε δικαίους λόγους καὶ λέγοντος ἄλλου συνείητε, ἄμεινον Φιλίππου παρεσκεύασθε· ὡς δὲ κωλύσαιτ' ἂν ἐκεῖνον πράττειν ταῦτα ἐφ' ὧν ἐστὶ νῦν, παντελῶς ἀργῶς ἔχετε. Variat ibi scriptura, aliis libris εἴπητε et συνίητε vel συνίοιτε exhibentibus. Nimis breviter Schæferus: "συνείητε, ut oportebat, Bekkerus." Ego quidem cur in priore membro orationis optativi positi sint, fateor me non perspicere. In altero autem membro et res ipsa et collocatio particulæ optativum tuetur. Male vero in Sophoclis fragmento apud Stobæum Serm. xl. 3. legitur:

μή μοι κρυφαῖον μηδὲν ἐξείπῃς ἔπος·
κλεῖθρον γὰρ οὐδέν· ὡς δ' ἂν εὐπετὲς λάβοις,
γλώσσης κρυφαῖον οὐδὲν οὐ διέρχεται.

Scribe ὡς δ' ἂν εὐστεγὲς λάβῃς, *quamvis facile celatu acceperis.*

LIBER QUARTUS.

I.

De ἂν cum imperativo.

Dubitatum est an etiam imperativo jungi possit ἄν. Ac fuerunt quibus id non esset offensioni, in iisque ipse R. Bentleius, cui modeste contradixit Lennepius ad Phalar. p. 310. Nisi egregie fallor, accidit criticis hic quoque quod sæpe, ut viderunt verum, sed uti nescirent. Nam repugnat sane, cum imperativo, qui modus verbi ita definitus est ut non videatur conditionem posse adsignificare, particulam conditionalem ἂν construi. Verum temere tamen ageret, qui, sicubi addita reperitur, statim ejiceret, nec reputaret posse eam fortasse alio referri. Ac multis id modis fieri potest. In ipso illo Phalaridis loco epist. 107. quum libri habeant ὃν ἀνεπαχθέστατον—προσδέχου, ego quidem non tollendum ἂν putem, sed addendum ei ὡς: *σώματος μὲν γὰρ ἀῤῥωστίαν θεραπεύει τέχνη· ψυχῆς δὲ νόσον ἰᾶται θάνατος, ὃν ὡς ἂν ἐπαχθέστατον ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, οὐκ ἀκουσίων ὧν ἐμοὶ προστρέπεις, ἀλλ' ἑκουσίων ὧν αὐτὸς εἴργασαι, προσδέχου.* Apertum est, hic jungi quidem ἂν cum imperativo, sed non construi: sensus est enim, *οὕτως ὡς ἂν ἐπαχθέστατος εἴη.* Magis dubius videri potest Aristophanis locus Ach. 1200. ubi *φιλήσατόν με τὸ περιπεταστὸν κἀπιμανδαλωτὸν ἂν* in edd. vulgaribus scriptum est, sed codd. particulam omittunt. Sunt illa antistrophica, in quibus mirum in modum grassati sunt veteres metrici, quum trimetros voluerunt restituere. Quæ veræ scripturæ sint, ambiguum est, quum propter librorum dissensum, tum quod in antistropha versus excidit. Quod si recte codd. habent,

φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χρυσίω,
τὸ περιπεταστὸν κἀπιμανδαλωτόν,

quod sane ita videtur, posteriori huic versui respondet is, qui addito in libris quibusdam οὖν quartus strophæ est,

ἐκεῖνο δ' οὖν αἰακτὸν ἂν γένοιτο.

Ita quintus versus antistrophæ, qui trimeter iambicus fuit, interiit. Et sic exemptum est hoc exemplum iis, quæ ἂν cum imperativo junctum habent. Non utilior est Rhesi v. 685. in quo quod scriptum est, *παῖε, παῖε πᾶς τις ἄν*, quum propter alia ejus versus vitia, tum eo suspectum est, quod verba *τις ἂν* in quibusdam codd. desunt. Omnino illa scena pessime habita est, vitiata etiam choro in hemichoria distincto, quum singuli potius cantores distinguendi fuerint. Hos quidem versus, qui scenam plane perturbant, sic scribendos conjicio:

ΟΔ. *ἴσχε, θάρσει.* ΧΟΡ. *πέλας ἴθ'.* ΟΔ. *οὐ δή.* ΧΟΡ. *παῖε,*
παῖε πᾶς. τίς εἶ;
ἦ σὺ δὴ Ῥήσου; ΟΔ. *κατέκτας.* ΧΟΡ. *ἀλλὰ τὸν κτενοῦντά σε.*
ΟΔ. *ἴσχε πᾶς τις.* ΧΟΡ. *οὐ μὲν οὖν.* ΟΔ. *ἆ, φίλιον ἄνδρα μὴ*
θενεῖς;

Multum ab his differt illud Platonis Alcib. i. p. 122. D. *εἰ δ' αὖ τι καὶ πλούτῳ προσέχεις καὶ κατὰ τοῦτο οἴει τι εἶναι, μηδὲ τοῦτο ἂν ἡμῖν ἄῤῥητον ἔστω, ἐάν πως αἴσθῃ οὗ εἶ.* Quamquam eam scripturam ex editione Læmariana propagatam esse, a Buttmanno monitum est in præfatione ad iv. dialogorum ed. quartam p. iv. quum neque codd. nec priores edd. ἂν habeant. Sed fatendum est tamen, potuisse addi, ut quod non ad imperativum, sed ad *μηδὲ τοῦτο* pertineat. Plane ita loquutus Metopus apud Stobæum i. 64. p. 7, 48. *τὰ δὲ εἴδεα αὐτᾶς καὶ τὰ μέρεα οὕτως κά τις ἀθρησάτω.* Ita editum a Gaisfordio. Cod. A. *καί.* Vulgo *οὕτως ἄν τις.* Maximus Tyrius diss. vii. c. 7. p. 116. ed. Reisk. *κἂν τοῦτό τις ὑμῶν τὸ πάθος ζηλωσάτω.* Male ibi Reiskius conjecit *κἂν τούτῳ.* Recentiores etiam omisso *τοῦτο*, ut Tzetzes ad Lycophr. 424. *σὺ δὲ εἰ τοῦτο μέγα γράφεις, κἂν λέγε ὅτι ἐπεκτάσει Ἀττικῇ μέγα τοῦτο γράφεται·* de quo loco monuit Lobeckius ad Phryn. p. 9. Jam judicari poterit etiam de Xenophontis verbis Anab. i. 4, 8. *ἀλλ' ἰόντων ἂν εἰδότες ὅτι κακίους εἰσὶ περὶ ἡμᾶς ἢ ἡμεῖς περὶ ἐκείνους·* in quibus Porsonus quantocius tollendum censuit ἄν, quem sequuti sunt alii. Et esset tollendum, si pertineret ad imperativum: sed est ad *εἰδότες* referendum, quod divisim si hæc enunciasset, dixisset, *ἰόντων καὶ εἰδεῖεν ἄν.* Posset defendi etiam infinitivus cum ἂν pro imperativo in H. Stephani ed. Herodoti iii. 158. *ἐχόντων δὲ μήτε οἱ πρότεροι μηδὲν τῶν ἀμυνεύντων μήτε οὗτοι πλὴν ἐγχειριδίων· τοῦτο δὲ ἂν ἔχειν.* Sed editur hodie, nulla scripturæ diversitate adnotata, *τοῦτο δὲ ἐᾶν ἔχειν.*

II.

De ἂν cum infinitivo.

Infinitivus forma est orationis obliquæ, ut qui semper pendeat ex aliquo alio verbo, sive illud additum est, sive mente suppletur. Ex quo consequitur, ubi in recta oratione ἂν cum verbi modis qui rectæ orationis sunt, i. e. cum indicativo et optativo construitur, ea oratione per infinitivum in obliquum versa, etiam infinitivo adjici ἄν; ubi autem indicativus et optativus non admittunt ἄν, ibi ne infinitivo quidem addi posse. Hæc res ita plana et aperta est, ut ne opus quidem sit omnia exemplis scriptorum firmare, præsertim quum attulerit jam grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 127. Sed rei declarandæ caussa hoc ponemus. Quod *ἐποίησα ἂν* simpliciter affirmans diceres, per infinitivum est *φημὶ ἂν ποιῆσαι.* Sic quod *ἐποίουν ἄν, φημὶ ἂν ποιεῖν*; quod *ἐπεποιήκειν ἄν, φημὶ ἂν πεποιηκέναι.* Item quod optative diceres *ποιήσαιμ' ἄν*, est *ποιῆσαι ἂν οἶμαι·* quod *ποιοῖμ' ἄν, ποιεῖν ἂν οἶμαι*; quod *πεποιήκοιμ' ἄν, πεποιηκέναι ἂν οἶμαι.* Ex his apparet, ubi verbum finitum cariturum esset particula, debere eam etiam in infinitivi suffectione abesse. Xenophon Mem. S. i. 3, 3. *οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς ἔφη καλῶς ἔχειν, εἰ ταῖς μεγάλαις θυσίαις μᾶλλον ἢ ταῖς μικραῖς ἔχαιρον· πολλάκις γὰρ ἂν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν εἶναι κεχαρισμένα· οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν, εἰ τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἦν κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν.* Bis hic recte junctum est ἂν infinitivo; recte vero etiam omissum in principio hujus loci, in quo errarunt qui addi voluerunt. Neque enim ἀλλ' ἔχει καλῶς opponitur, sed *ἀλλ' οὐ χαίρουσι μᾶλλον ταῖς μεγάλαις θυσίαις.* De Elmsleii dubitatione, an verbis *putare* significantibus jungi nequeat infinitivus aoristi sine ἂν ad futurum pertinens, dixi ad Soph. Aj. 1065. ostendique non minus recte id fieri, quam cum quovis alio verbo, quia e. c. *πεσεῖν* est *cadere, πεσεῖν ἂν cadere posse*, ut apud Herodot. vii. 203. *ὀφείλειν ὦν καὶ τὸν ἐπελαύνοντα, ὡς ἐόντα θνητόν, ἀπὸ τῆς δόξης πεσέειν ἄν.*

Difficilior est quæstio de infinitivo futuri cum ἄν. De eo sic grammaticus apud Bekkerum p. 127. *μέλλοντι ὁ μὲν τῶν γραμματικῶν κανὼν οὐκ ἐπιτρέπει, παρὰ τοῖς ἀρχαίοις δὲ οὐκ ὀλίγα παραδείγματα εὑρίσκεται. Δημοσθένης πέμπτῳ Φιλιππικῶν·* (locum frustra quæras) *οὐδὲν ἂν τούτων ἡμῖν οἴομαι πολεμήσειν. καὶ ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην·* (p. 467, 28.) *οὐκοῦν πρὸς πολλοῖς οἷς βλάψειν ἂν ὑμᾶς ὁ νόμος φαίνεται. καὶ ἐν πρώτῳ τῶν Φιλιππικῶν· ὡς μηδ' ὁτιοῦν ἂν δεινὸν πείσεσθαι. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως·* (p. 342. D. 436. Bekk.) *ἡγουμένος ἐκ τοῦ παραινεῖν τήν τε διάνοιαν τὴν ἐκείνου μάλιστα ἂν ὠφελήσειν καὶ τὸν τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ δηλώσειν.* Quem hic ex Leptinea Demosthenis locum affert, in eo hodie legitur *οἷς ἂν ὁ νόμος βλάψειν ὑμᾶς φαίνεται*, unus autem liber apud Bekkerum omittit ἄν. In Isocratis loco *μάλιστ' ὠφελήσειν* sine adnotatione dedit Bekkerus. Omitti ἂν in cod. Vat. ex litteris ejus scio. Ac liber ille Urbinas etiam aliis in locis ea particula caret, ut p. 162. C. *ἣν δὲ διὰ τέλους ἀκούσητέ μου προσέχοντες τὸν νοῦν, οἶμαι πάντας ἂν ὑμᾶς καταγνώσεσθαι πολλὴν ἄνοιαν καὶ μανίαν τῶν τὴν ἀδικίαν πλεονεξίαν εἶναι νομιζόντων*, et in iis quos Matthiæ citavit in Gr. Gr. p. 880. qui addit Thucyd. ii. 80. extr. *νομίζοντες, εἰ ταύτην πρώτην λάβοιεν, ῥᾳδίως ἂν σφίσι τἄλλα προσχωρήσειν.* Omittunt ἂν duo codd. Sophocles Œd. Col. 1075.

ὡς προμνᾶταί τί μοι
γνώμα τάχ' ἂν δώσειν
τὰν δεινὰ τλᾶσαν.

Hic Elmsleius litem intendit particulæ. Comparari cum his potest nullius tamen auctoritatis scriptor, Scholiastes Pindari ad Nem. iv. 81. *οὐ φάναι ἂν δώσειν, εἰ μὴ προσομιλῆσαι.* Euripides Hel. 465.

πικρῶς ἂν οἶμαί γ' ἀγγελεῖν τοὺς σοὺς λόγους.

Nemo non facile corrigat ἄρ'. Plato Cratylo p. 391. A. *ἀλλὰ δοκῶ μοι ὧδε ἂν μᾶλλον πεισθήσεσθαί σοι.* Multi codd. *πείθεσθαι.* In Xenoph. de rep. Laced. 8, 3. Aldina: *ὅσῳ γὰρ μείζω δύναμιν ἔχει ἡ ἀρχή, τοσούτῳ μᾶλλον ἂν ἡγήσαιτο αὐτὴν καταπλήξειν τοὺς πολίτας.* At Juntina omisit ἄν. Demosthenes p. 776, 3. *τί γὰρ ἂν τοῦτον οἴεσθε ποιήσειν λυθέντων τῶν νόμων, ὃς ὄντων κυρίων τοιοῦτός ἐστιν;* Bekkerus e cod. Marc. *ποιεῖν*, cæteris libris *ποιήσειν* tuentibus. P. 1225, 21. *ἣν ἐγὼ οὐ πολλὰς ἐλπίδας εἶχον ζῶσαν ἂν καταλήψεσθαι.* Omisit ἂν cum aliis libris Bekkerus. In primis autem commemorari debet hoc p. 860, 8. *ταῦτ' ἐμοῦ προκαλεσαμένου πολλῶν παρόντων οὐκ ἂν ἔφη ποιήσειν*, ut scriptum est in cod. Lessing. Cæteri libri *ποιῆσαι*, quod apparet a quibusdam in *ποιήσειν* mutatum esse, quia aperte futuri significationem habet. Et tamen quin *ποιῆσαι* genuina scriptura sit eo minus dubitari potest, quod etiam participium aoristi cum ἂν conjunctum de futuro dicitur, in quo deberet aliquanto major esse offensio. Ex his colligi potest, non magis cum infinitivo futuri construi ἄν, quam cum ejus temporis indicativo aut optativo. Quod si quid veri est in illa grammatici apud Bekkerum adnotatione, neque is mendosis est libris usus, sic erit existiman-

dum, sicubi ἂν in illa constructione positum inveniatur, similiter ut supra in aliis locutionibus vidimus, cum alio potius aliquo verbo esse brevitate quadam dicendi conjunctum. Sic illa τάχ' ἂν δώσειν, οὐδὲν ἂν πεισθήσεσθαι, ῥᾳδίως ἂν προσχωρήσειν, si sunt ab auctoribus illis scripta, studio illo multa paucis complectendi defendi possunt, quod in mente haberent δώσειν, καὶ τάχ' ἄν· οὐ πεισθήσεσθαι, οὐδὲ ἓν ἄν· προσχωρήσειν, καὶ ῥᾳδίως ἄν· in quibus omnibus verborum eorumdem optativi δοίη, πεισθείην, προσχωροίη intelliguntur.

Cæterum tantum abest ut, quod Werferus fecit in Act. Monac. i. p. 252. hac constructione uti liceat ad ἂν cum indicativo futuri defendendum, ut potius infinitivus hujus temporis non possit cum ea particula construi, si idem tempus non patiatur indicativum suum vel optativum ei consociari. De utraque re alibi dictum.

Non dubito quin etiam conjunctivus cum ἂν conjunctus in obliqua oratione in infinitivum converti possit, ut, ὅταν δὲ γενέσθαι ταῦτα, τότε ποιήσειν, etsi non habeo exemplum in promptu. Sed illud patet, eam constructionem non posse ferri, si verbum, quod infinitivum regit, ipsum ex illa voce conditionali pendet, qualis est hic in plerisque codd. Demosthenis locus p. 95, 24. εἰ γὰρ ἤδη τοσαύτην ἐξουσίαν τοῖς αἰτιᾶσθαι καὶ διαβάλλειν βουλομένοις δίδοτε, ὥστε καὶ περὶ ὧν ἄν φασι μέλλειν αὐτὸν ποιεῖν, καὶ περὶ τούτων προκατηγορούντων ἀκροᾶσθε, τί ἄν τις λέγοι; recteque puto Schæferum et probare quod Bekkerus omisit ἄν, et dicere servato scribendum esse φῶσιν.

III.

De ἂν cum participio.

Eadem omnia, quæ de infinitivo dicta sunt, quadrant etiam in participium, cui iisdem prorsus conditionibus jungitur ἄν. Nam ποιῶν ἂν est vel ὃς ἐποίει ἄν, vel ὃς ποιοῖ ἄν, nisi quod, ut multiplex est participii usus, non ubique ὅς, sed ὅτε, εἰ, ὅτι, aliasque particulas adhibere, vel etiam participium simpliciter in verbum finitum cum ἂν solvere potes. Ut apud Æschylum Choëph. 346.

> λιπὼν ἂν εὔκλειαν ἐν δόμοισιν
> τέκνων τε κελεύθοις
> ἐπιστρεπτὸν αἰῶνα κτίσας
> πολύχωστον ἂν εἶχες
> τάφον διαποντίου γᾶς.

I. e. ἔλιπες ἄν. Demosth. Phil. i. principio et in proœm. p. 1418. εἰ μὲν γὰρ περὶ καινοῦ τινὸς πράγματος προὐτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον. Sophocles Œd. R. 523.

> ἀλλ' ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοὔνειδος τάχ' ἂν
> ὀργῇ βιασθὲν μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενῶν.

Œd. Col. 964.

> θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον
> τάχ' ἄν τι μηνιοῦσιν εἰς γένος πάλαι.

Ad utrumque locum vide quæ adnotavi.

Ita est autem par participii et infinitivi constructio cum ἄν, ut etiam futuri participium et dubitationes faciat easdem quas ejus temporis infinitivus, et, si est usurpatum, non potuerit aliis quam infinitivus conditionibus usurpari. De eo grammaticus Bekkeri p. 128. μετὰ μέλλοντος Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως· οὐχ ὡς οὐχ ἡδέως ἄν τινών μου καταψευσομένων. At hujus quoque generis exempla fere codicum auxilio remota sunt, ut apud Isocratem p. 142. B. apud Demosthenem p. 204, 23. Nec dubium est quin etiam de futuro tempore usurpetur aoristi participium cum ἄν. Thucydides iii. 37. οἱ μὲν γὰρ τῶν τε νόμων σοφώτεροι βούλονται φαίνεσθαι, τῶν τε ἀεὶ λεγομένων ἐς τὸ κοινὸν περιγίγνεσθαι, ὡς ἐν ἄλλοις μείζοσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην. vii. 42. καὶ ὁρῶν τὸ παρατείχισμα τῶν Συρακοσίων, ᾧ ἐκώλυσαν περιτειχίσαι σφᾶς τοὺς Ἀθηναίους, ἁπλοῦν τε ὄν, καὶ εἰ ἐπικρατήσειέ τις τῶν τε Ἐπιπολῶν τῆς ἀναβάσεως καὶ αὖθις τοῦ ἐν αὐταῖς στρατοπέδου, ῥᾳδίως ἂν αὐτὸ ληφθέν. Xenophon Anab. v. 2, 8. αὐτὸς δὲ διαβὰς σὺν τοῖς λοχαγοῖς ἐσκοπεῖτο πότερον εἴη κρεῖττον ἀπάγειν καὶ τοὺς διαβεβηκότας ἢ καὶ τοὺς ὁπλίτας διαβιβάζειν ὡς ἁλόντος ἂν τοῦ χωρίου. Vide, ne plura afferam, Schæferum in Melet. Cr. p. 125. seq. Matthiæ Gr. Gr. §. 597-6. et quæ Kidaius congessit ad Dawesium p. 128. s. Sed apud Xenophontem Cyrop. i. 6, 1. quod legitur: τούτων δὲ φανέντων, οὐδὲν ἄλλο ἔτι οἰωνιζόμενοι ἐπορεύοντο, ὡς οὐδένα ἂν λήσαντα τὰ τοῦ μεγίστου θεοῦ σημεῖα· quod non est ex Atticorum usu dictum, ad Viger. p. 814. in λήσοντα mutandum censui. Idque, nisi placet ἂν deleri, sic erit intelligendum, ὡς οὐ λήσοντα, καὶ οὐδένα ἂν λάθοι. Sed aoristi participium non minus de re præterita dicitur, ut apud Isocratem p. 265. E. εἰς τοῦτ' ἦλθον οὐκ ἀνοίας ἀλλὰ μανίας, ὥστε πρὸς μὲν τὸν ἐπιστρατεύσαντα καὶ βουληθέντα τὼ μὲν πόλεε τούτω παντάπασιν ἀνελεῖν, τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας καταδουλώσασθαι, πρὸς μὲν τὸν τοιοῦτον, κρατήσασαι ῥᾳδίως ἂν αὐτοῦ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, εἰρήνην εἰς ἅπαντα συνεγράψαντο τὸν χρόνον· quod est οὗ ἐκράτησαν ἄν. Mirum vero est, apud eumdem Isocratem p. 129. A. sic legi: εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ τῶν ἔξωθεν βοηθειῶν εἰπεῖν, ἡγοῦμαι πολλοὺς ἔσεσθαι τοὺς βουλομένους ἐπαμύνειν. ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτον μὲν Ἀθηναίους, εἰ καὶ μὴ πάντα μεθ' ἡμῶν εἰσίν, ἀλλ' ὑπέρ γε τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ὁτιοῦν ἂν ποιήσοντας· ἔπειτα τῶν ἄλλων πόλεων ἔστιν ἃς ὁμοίως ἂν ὑπὲρ τῶν ἡμῖν συμφερόντων ὡς περὶ τῶν ἑαυταῖς συμβουλευσομένων· ἔτι δὲ Διονύσιον τὸν τύραννον καὶ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνάστας, καθ' ὅσον ἕκαστοι δύνανται, προθύμως ἂν ἡμῖν ἐπικουρήσοντας. In his ὁτιοῦν ἂν pro vulgato πάντα habet cod. Urbinas. Idem ἂν post προθύμως omittit, ut quidem in litteris ad me datis Bekkerus scripsit; nam in editione sua nihil de ea omissione adnotavit. Et ὁτιοῦν ἂν quidem recte se habet, quod hic ἂν non ad participium pertinet. Duo ἂν autem quæ sequuntur, nisi deleri placet, requirere aoristi participium videntur, quod quidem etiam isti ὁτιοῦν ἂν addi potuit. Recte scriptum est apud Demosthenem p. 128, 29. πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κάθηται. Quæ ibi Bremius ex eodem scriptore commemoravit exempla, eorum duo ope codicum liberata sunt illa constructione: de tertio statim dicam. Schæferus non liquere sibi ait, sed ἂν ἴσως juncta ex parallelo putat. Id quomodo fieri possit, non video. Sed plana est res, quod vel si interpungas apparet: πάλαι τις, ἡδέως ἂν ἴσως, ἐρωτήσων κάθηται. Supplendum est enim ἐρωτῶν sive τοῦτο ποιῶν. Ille autem quem modo dicebam alter locus ita vulgo legitur p. 284, 17. ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο ἔτι συμπνευσόντων ἂν ἡμῶν καὶ τῶν Θηβαίων. Alterum ἂν a Bekkero est codd. quorumdam auctoritate deletum. Ita recte se habet oratio, ὡς οὐ συμπνευσόντων, οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο, repetito verbi aoristo συμπνευσάντων. Recte etiam Lucian. Contempl. 14. T. i. p. 510. ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων, ὡς ἂν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀλγεινότερον, καταπεσούμενοι. Nam id est ὡς καταπεσούμενοι, ἀλγεινότερον ἂν ἀφ' ὑψηλοτέρου καταπεσόντες. Quamquam nescio an comparativum illud ὡς ἂν quadam negligentia in vitæ communis usu etiam de re certa dictum sit, in qua omittendum erat ἄν. Ut apud eumdem Contempl. 1. p. 488. ξεναγήσεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι με ξυμπερινοστῶν, ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα. Pausanias i. 21, 8. ἵππους πολλὰς ἕκαστος τρέφει, ὡς ἂν οὔτε ἐς ἰδιωτῶν κλήρους τῆς γῆς μεμερισμένης, οὔτε τι φερούσης πλὴν ὕλης ἀγρίας, ἅτε ὄντων νομάδων. Demosthenes p. 519, 10. καὶ θόρυβον καὶ κρότον τοιοῦτον ὡς ἂν ἐπαινοῦντές τε καὶ συνησθέντες ἐποιήσατε. P. 1352, 27. καὶ συνέπινε καὶ συνεδείπνει ἐναντίον πολλῶν Νέαιρα αὕτη, ὡς ἂν ἑταίρα οὖσα. Rectius omisit ἂν in iisdem verbis p. 1353, 9. 1354, 8. 1361, 16. 27.

Cæterum non inutile fuerit monuisse, errare qui participium cum ἂν junctum sæpe nihil aliud esse putant quam εἰ cum verbo finito compositum. Nam hæc non est particulæ vis, sed ipsius participii etiam carentis particula. Ut quod est in Œd. R. 446.

> συθεὶς τ' ἄν, οὐκ ἂν ἀλγύναις πλέον,

dici quidem potuit εἰ συθείης, sed non propter ἄν· posset enim etiam si abesset ἄν, quod est propter alterum ἂν positum. Itaque fere ubi participio adjunctum est ἄν, additum est etiam verbo, quod cum illo participio cohæret. Quod si dicas, συθεὶς ἄν, οὐκ ἀλγυνεῖς πλέον, erit id inconcinne dictum, quia non satis commode solvi potest in συθείης ἄν, καὶ οὐκ ἀλγυνεῖς πλέον. Sic apud Antiphontem p. 712. Reisk. (54. §. 16. Bekk.) quum legeretur ἑλὼν δ' ἂν ἀξιώσεις με ἀποκτεῖναι, mallem Bekkerus ἀξιώσαις dedisset, quo ducit unius codicis scriptura ἀξιώσῃς, quam contra omnes libros mutasset ἂν in αὖ. Quo clarius res pateat, utar illo Isocratis p. 5. D. quod infra aliam ob caussam afferendum erit: ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμῴης. Id si sic mutaveris, ἃ τοῖς ἄλλοις πράττουσιν ἐπιτιμᾷς, est id, ἃ τοῖς ἄλλοις εἰ πράττουσιν ἐπιτιμᾷς. Pone autem, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμᾷς· id vero non illud, quod modo dicebam, significabit, sed *facturis*, vel *facere volentibus*, i. e. οἳ πράττοιεν ἄν. Nimirum fallax quædam ratio istam opinionem peperit, ἂν participio junctum significare idem quod εἰ cum verbo finito. Nam ubi verbum participio adjunctum cum ἂν consociatum est, sane participium cum ἂν ita verti potest, non tamen quia ἂν ei est additum, sed quia, si principale verbum per ἂν conditionalem sententiam præbet, etiam partes ejus sententiæ tales sunt. Ut in Lysistrata 310.

> καὶ πολλάκις, ἔνδον ἂν οὖσαι,
> ἠκούσαμεν ἄν τι κακῶς ὑμᾶς βουλευσαμένους μέγα πρᾶγμα.

Et istud ipsum Isocratis, si sic dicas, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμῴης ἄν. Contra recte cum κἄν, principali verbo sine conditione posito, Sophocles Trach. 1107.

> ἀλλ' εὖ γέ τοι τόδ' ἴστε, κἂν τὸ μηδὲν ὤν,
> κἂν μηδὲν ἕρπων, τήν γε δράσασαν τάδε
> χειρώσομαι κἀκ τῶνδε.

Nam sensus est, χειρώσομαι, καὶ ἄν, εἰ μηδὲν εἴην καὶ μηδὲν ἕρποιμι, χειρωσαίμην.

Non puto autem ἂν participio additum vel nomini ad quod intelligendum est, sic explicari posse, ut conjunctivus substituatur, qui modus, ut supra dictum, non solus per se construitur cum ea particula. Itaque e. c. συθεὶς ἂν non poterit dici pro ἐὰν συθῇς, aut ὁ συθεὶς ἂν pro ὃς ἂν συθῇ, quia non potest dici εἰ συθῇς ἄν, ὃς συθῇ ἄν. Aliud est ὁτιοῦν ἄν, quod quum Schæferus ad Demosth. p. 192, 22. in his verbis, εἰ δ' ὑπέρ γε τῶν δικαίων καὶ πολεμεῖν, ἂν τούτου δέῃ, καὶ πάσχειν ὁτιοῦν ἂν οἴεσθε χρῆναι, nisi deleatur, sic explicandum putat ὁτιοῦν ἂν ᾖ, potest id quidem fieri, si verbum illud vere omissum judicandum est, at veri tamen similius esse arbitror, optativum potius in illa formula intelligi, ὁτιοῦν ἂν χρείη. Sic p. 231. init. πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε, ὥστε Φωκέας μὲν βούλεσθαι σωθῆναι, καίπερ οὐ δίκαια ποιοῦντας ὁρῶντες, Θηβαίοις δ' ὁτιοῦν ἂν ἐφησθῆναι πάθουσιν. Quod est πάθουσιν ὁτιοῦν ἂν πάθοιεν.

IV.

De ἂν omisso verbo.

Quicumque verbi modus cum ἂν construi potest, potest etiam omitti, iis quidem conditionibus, quæ propriæ sunt verborum omissionis, ut vel ex præcedentibus sequentibusve cogitatione repetantur, vel quia alio modo patet quid supplendum sit, non judicetur iis opus esse. Demosthenes p. 552, 23. χρώμενος ὥσπερ ἂν ἄλλος τις αὐτῷ τὰ πρὸ τούτου, scilicet ἐχρήσατο. 578, 28. οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἄν. Repete ex præcedentibus παρέσχεν. 586, 10. δεῖ τοίνυν τούτοις βοηθεῖν ὁμοίως ὥσπερ ἂν αὐτῷ τις ἀδικουμένῳ, scilicet βοηθήσειεν. 659, 24. καὶ μὴν καὶ χρυσοῖς στεφάνοις ἐστεφανοῦτε, οὐκ ἄν, εἴ γ' ἐχθρὸν ἡγεῖσθε. Repete ἐστεφανοῦτε. 749,

2. φέρε γὰρ πρὸς Διὸς, ἔστιν ὅστις ἂν ἢ πρόεδρ[illegible] ποτ' [illegible] ἢ πρυτανις τουτων τι των ἐν τῷ νομῳ γεγενημενων; [illegible] ἂν οἶμαι, [illegible] ἐψηφισθαι. [illegible] dam. Euripides Alc. 181.

σε δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται,
σώφρων μεν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς [illegible]

Vide quæ [illegible] notavit Matthiæ. [illegible] 571.

πρὸς ποῖον ἂν τονδ' αὐτὸς ου δυσπαυς ἔπλει,

scilicet ὄντα. [illegible] v. 183.

ὃν δὴ πάλαι 'ν ἐξοτου δεδοικ' ἐγω
μη μοι βεβηκῃ.

Intellige εἴη. Quin etiam con[illegible] omittitur. Eurip. Hipp. 659.

νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἔς τ' ἂν ἔκδημος χθονὸς
Θησεύς, ἄπειμι, σῖγα δ' ἕξομεν στομα.

V.

De ἂν repetito.

Pervulgatum est, ἂν indicativo et optativo junctum iterari, ut bis terve in eadem sententia positum inveniatur. Eadem ratio cadit etiam in infinitivum et participium, quia hæ verbi partes nihil nisi conversam ex indicativo et optativo orationem continent. Sed id non temere fieri posse, sponte patet. Sunt autem duo modi, quibus repeti ἂν potest, unus, quum pluribus verbis interpositis ab eo verbo, quicum conjungi debeat, longius avulsum est quam ut non videatur concinnitas orationis repetitionem requirere; alter, qui est frequentissimus, quum in parte aliqua sententiæ iteratur. Plane enim eadem hujus particulæ ratio est, quæ est negationum. Etenim quemadmodum quum ad totam sententiam pertinet negatio, iterari in partibus quibusdam solet, ut οὐκ ἔστιν οὐδείς, sic etiam quum tota sententia conditionalis est, refertur ea conditio etiam ad partes ejus primarias. De ea re dixi ad Viger. p. 814. seqq. Sunt autem partes illæ tales, ut addant aliquid, quod illa principalis sententiæ ratione afficiatur. Id modo est participium, ut in Œd. R. 828.

ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν
κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;

modo conditio aliter expressa, ut in Electra 333.

ὥστ' ἂν εἰ σθένος
λάβοιμι, δηλώσαιμ' ἂν οἷ' αὐτοῖς φρονῶ·

et in Antig. 466.

ἀλλ' ἂν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἐσχόμην νέκυν,
κείνοις ἂν ἤλγουν·

et in Œd. R. 1438.

ἔδρασ' ἄν, εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
πρώτιστ' ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.

modo affirmatio major, ut in Œd. R. 139.

ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών, τάχ' ἂν
κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι·

et apud Aristoph. in Thesm. 196.

καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθ' ἄν·

Soph. Œd. R. 1053.

ἥδ' ἂν τάδ' οὐχ ἥκιστ' ἂν Ἰοκάστη λέγοι·

modo negatio, ut in Lysistrata v. 361.

φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον·

et in formula οὐκ ἂν φθάνοις ἄν, de qua vide Elmsleium ad Heracl. 721. alia exempla attulit Reisigius in Conject. p. 187. Tum quæ par est negationi in interrogatione, ut in Œd. R. 772.

τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι
λέξαιμ' ἂν ἢ σοί;

Aristoph. Pac. 68.

πῶς ἄν ποτ' ἀφικοίμην ἄν;

Denique in divisione sententiæ, ut in Œd. R. 857.

ὥστ' οὐχὶ μαντείας γ' ἂν οὔτε τῇδ' ἐγὼ
βλέψαιμ' ἂν οὕνεκ', οὔτε τῇδ' ἂν ὕστερον·

et v. 1227.

οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν
νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην.

Harum rationum ubi nulli locus est, non potest iterari ἄν. Itaque absurde legebatur in Phædro Platonis p. 276. B. ἐφ' οἷς δὲ ἐσπούδακε, τῇ γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τέχνῃ, σπείρας εἰς τὸ προσῆκον, ἀγαπῴη ἂν ἐν ὀγδόῳ μηνὶ ὅσα ἔσπειρε τέλος λαβόντα. Recte multorum fide librorum delevit prius ἂν Bekkerus. Neque enim duæ hic sunt notiones, sed una, χρῆσθαι γεωργικῇ. Vide notata ad Soph. Philoct. 116.

Cæterum hæc iteratio particulæ in primis usitata est Atticis. Rarius invenitur apud Herodotum, raro etiam apud epicos, ut Odyss. Δ. 733.

τῷ κε μάλ' ἢ κεν ἔμεινε.

Sed epici aliud sibi proprium habent, ut conjungant ἂν κεν. Iliad. N. 127.

ἃς οὔτ' ἄν κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθών,
οὔτε κ' Ἀθηναίη λαοσσόος.

Quæ patet ob negationis accessionem esse conjuncta. Sic etiam Oppianus Hal. iv. 602.

οὐδέ κεν ἄν τις
ἐσβαίη.

V. 367.

οὐδέ κεν ἄν τι
ἀντόμενοι τρέσσειαν.

Scriptor Lithicorum v. 247.

οὐδέ κεν ἂν γνοίης κέρας ἀτρεκὲς ἢ λίθος ἐστίν.

Et πῶς κεν ἂν Maximus v. 277. et καί δ' ἄν κε v. 303. Quin etiam cum conj[illegible] ita conjungunt ἄν κεν, ut hæ particulæ pro una sint, quod eo factum puto, quia κε ex καὶ natum est.

Homer[illegible] ἄν μεν κεν. Iliad. A. 187.

[illegible] ἂν μεν κεν [illegible] Ἀγαμε[illegible] λαων.

Vide Od. E. 361. Z. [illegible] Sic ἄν κε, ἐπεν κε [illegible] A[illegible] ad [illegible] r. xx[illegible] 35. [illegible] ἐπην κεν [illegible] tal [illegible] 2.

[illegible] geminato ἄν, [illegible] Elmsleius ad Æ[illegible] 785. [illegible] Qu[illegible] adscr-[illegible] ἄν, [illegible] ἂν [illegible] tivus. [illegible] ad prædicata [illegible] ἄν, [illegible] ut [illegible] ἄν, ἐάν, ὡς ἄν. Quare etiam quum [illegible] iterari ἄν. Sed est tam[illegible] singularis rati[illegible] etiam cum [illegible] repetitum esse ἄν, etsi re vera non est repetitum. Apud Aristophanem [illegible] p. 1207. scriptum est

ἀνύσατε νυν, ὅ τι περ [illegible] ἐγώ,
ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον ἂν ποιῇ,
[illegible] παραδώσω τῆς [illegible] τὰς ἡνίας.

Omisit Suidas du[illegible] prius ἄν, quod omitti non potest. Corrigere st[illegible] Elmsleius in Mus. crit. iii. p. 362. et Reisigius Conj. p. 188. Neutrius conjectura mihi satis probabilis videtur. Sed scribendum puto,

ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μᾶλλον ἂν ποιῇ.

i. e. ὁπότερος ἄν, ἃ ἂν ποιῇ, μᾶλλον εὖ ποιῇ με. Eodem prorsus modo Thucydides vii. 7. πρέσβεις τε ἄλλοι τῶν Συρακοσίων καὶ Κορινθίων ἐς Λακεδαίμονα καὶ Κόρινθον ἀπεστάλησαν, ὅπως στρατιὰ ἔτι περαιωθῇ τρόπῳ ᾧ ἂν ἐν ὁλκάσιν ἢ πλοίοις ἢ ἄλλως ὅπως ἂν προχωρῇ. Nam hic quoque nihil nisi verbum repetendum est. Audacius hunc locum tentatum arbitror a Schaefero ad Demosth. I. p. 815. Sed vitium repetitæ cum conjunctivo particulæ eximendum est Maximo v. 598. ubi legitur:

ὡς δὲ καὶ εἰαρινοῖσιν ἐν ἰχθύσιν αἰθροχολούσης
εὐκερδου μήνης μόλις οἴσεαι ὅττι καὶ φῶρος
εἰς παλάμας κεν ἕλοι.

Aberravit ab recta via Dorvillius ad Charit. p. 749. (658. ed. Lips.) Scribe, ὅττι κε φωρὸς εἰς παλάμας ἕλθῃ.

VI.

De omisso ἂν propter aliud ἄν.

Quemadmodum iteratur ἂν in una sententia, ita in oratione membris quibusdam distincta non raro in uno tantum membro ponitur, in altero autem omittitur. Quod si quæris qua lege fiat, res ipsa monstrat, sic demum posse, si utrumque membrum ad commune quiddam referri licet, ita ut, si præmittas ἂν ambobus, ad utrumque verbum pertineat. Sit nobis pro fundamento hujus disputationis illud Xenophontis in Hierone 7, 12. πῶς γὰρ ἄν τις ποτε ἐξαρκέσειε τύραννος ἢ χρήματα ἐκτίνων ὅσους ἀφείλετο ἢ δεσμοὺς ἀντιπάσχοι ὅσους δὴ ἐδέσμευσεν, ἢ ὅσους κατέκτανε πῶς ἂν ἱκανὰς ψυχὰς ἀντιπαράσχοιτο ἀποθανουμένας. Prius πῶς ἂν ad duo refertur verba, ideoque recte et ordine factum, ut, sequente deinde divisione, neutri de duobus quæ proxima sunt verbis, ἐξαρκέσειεν et ἀντιπάσχοι, additum sit, etsi potuit addi utrique; sed quod deinde sequitur πῶς, inversa orationis forma, novam incipit sententiam, neque est pars progressæ: itaque etiam suum sibi ἂν adjici postulat. Nunc videamus alia. In eodem libro 2, 11. scriptum est: ὥστε οὐ μόνον φιλοῖο ἄν, ἀλλὰ καὶ ἐρῷο ὑπ' ἀνθρώπων καὶ τοὺς καλοὺς οὐ πειρᾶν, ἀλλὰ πειρώμενον ὑπ' αὐτῶν ἀνέχεσθαι ἄν σε δέοι. Scilicet id est, ὥστ' ἂν οὐ μόνον φιλοῖο, ἀλλὰ καὶ ἐρῷο. Altera nova sententia est, novum sibi ἂν vindicans, καὶ δέοι ἄν σε. Sequuntur prorsus similia: φόβον δὲ οὐκ ἂν ἔχοις, ἀλλ' ἄλλοις παρέχοις μή τι πάθῃς ἑκόντας δὲ τοὺς πειθομένους ἔχοις ἄν, καὶ ἐθελουσίως σοῦ προκινδυνεύοντας θεῷο ἄν. I. e. φόβον δ' ἂν οὐκ ἔχοις, ἀλλὰ παρέχοις. Sequitur iterum nova sententia cum suo ἄν, quæ in duas partes divisa, etiam in altera parte habet ἄν, quo poterat carere. Paullo difficilius judicium est de proximis verbis: εἰ δέ τις κίνδυνος εἴη, οὐ συμμάχους μόνον ἀλλὰ καὶ προμάχους καὶ προθύμους ὁρῴης ἄν, πολλῶν μὲν δωρεῶν ἀξιουμένους, οὐκ ἀπορῶν δὲ ὅτῳ τούτων εὐμενεῖ μεταδώσεις, πάντας μὲν συγχαίροντας ἔχων ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς, πάντας δὲ πρὸ τῶν σῶν ὥσπερ τῶν ἰδίων μαχομένους· θησαυρούς γε μὴν ἔχοις πάντας τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους. Addendum post ἔχοις censuerunt ἂν Schaferus, Bremius, Reisigius, alii, nec sine probabilitate. Non videtur tamen necessarium esse, quia hoc in mente habebat scriptor, κινδύνου δ' ἂν ὄντος μάλιστα μὲν προθύμους ὁρῴης, θησαυρούς γε μὴν ἔχοις τοὺς αὐτῶν πλούτους. Minus explicate de hoc genere disseruit Matthiæ ad Eurip. Hippol. 468. p. 41. qui quum negasset illam rationem quadrare in hæc Sophoclis El. 799.

Π. οὔκουν ἀποστείχοιμ' ἄν, εἰ τάδ' εὖ κυρεῖ.
Κ. ἥκιστ'· ἐπείπερ οὔτ' ἐμοῦ καταξίως
πράξειας, οὔτε τοῦ πορεύσαντος ξένου,

vide quæ ad eum [illegible] Adde Œd. Col. 997.

τίς μ' ἄν, οὐδὲ τοῖς δίκαιον περιβλέποις.

Sed hæc q[illegible] possim exemplorum multitudine confirmare, [illegible] esse.

VII.

De collocatione particulæ ἄν.

Reliquum est ut dicatur de collocatione particulæ ἄν, quod ea in nonnullis generibus loquendi vel insolentior esse, vel aliquid videtur perversitatis habere. Quum hæc particula sit

in iis, quæ non possunt in ipso poni orationis principio, quumque natura sua ad aliud verbum referatur cum eoque sit conjuncta, consequens est, proprium ei locum esse statim post eam vocem, ad cujus notionem constituendam aliquid confert. Itaque primo quod ad consociationem ejus cum conjunctivo attinet, quoniam ad hujus potestatem mutandam nihil confert, non potest post conjunctivum poni, sed ei est voci adjicienda, a qua regitur conjunctivus. Itaque ἐάν, ὃς ἄν, et quæcumque sunt hujus generis alia, conjunctim ponuntur, nisi quod, quum non in unam illa vocem coalescunt, conjunctio interponi potest, ut ὃς δ᾽ ἄν, ἵνα γὰρ ἄν, de qua re est libro primo dictum. Cum cæteris autem verbi modis conjunctum ἄν, sequitur eamdem regulam, ut verbo ad quod pertinet subjiciatur, ut εἶχον ἄν, ἔχοιμ᾽ ἄν, ἔχειν ἄν, ἔχων ἄν. Sed horum verborum quoniam ea conditio est, ut plerumque non sola per se sententiam compleant, sed conjunctæ cum aliis vocibus integram notionem conficiant, perinde est quo loco ponatur ἄν, dum locetur post unam earum vocum, ex quibus constat illa quæ efficienda est notio. Ut quod est εἶχον ἂν πρόφασιν, licet etiam sic dici, πρόφασιν ἂν εἶχον, vel πρόφασιν εἶχον ἄν, vel εἶχον πρόφασιν ἄν, ut apud Demosth. p. 1105, 2. εἰ μὲν τοίνυν μὴ προσεμαρτύρουν τῇ προκλήσει τὴν διαθήκην οὗτοι, λόγον εἶχέ τιν᾽ ἂν τὸ φεύγειν ἐμὲ ἀνοίγειν τὸ γραμματεῖον. Consentaneum est autem, fere post unam ex iis vocibus poni, in quibus majus aliquod momentum est. Ut apud Lycurgum p. 165. (242. §. 39. Bekk.) καίτοι κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους, ὦ ἄνδρες, τίς οὐκ ἂν τὴν πόλιν ἠλέησεν; Maluit sic, quam τίς ἂν οὐκ ἠλέησεν, quia non *quis misericors non fuit*, sed *quis immisericors* dicere volebat. Thucyd. ii. 11. οὔκουν χρὴ, εἴ τῳ καὶ δοκοῦμεν πλήθει ἐπιέναι καὶ ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι μὴ ἂν ἐλθεῖν τοὺς ἐναντίους ἡμῖν διὰ μάχης, τούτου ἕνεκα ἀμελέστερόν τι παρεσκευασμένους χωρεῖν. Demosth. p. 295, 8. τίς οὐχὶ κατέπτυσεν ἂν σοῦ;

Pertinet autem ad hoc genus etiam καί, quum quidem hæc vocula non est simpliciter copula, sed paullo fortiorem habet vim, ut quasi pro affirmatione quadam sit. Herodotus iv. 118. καὶ ἂν ἐδήλου. Et fortasse Thucyd. viii. 68. de quo loco v. supra lib. iii. cap. 4. Sed non cadit hoç in ἀλλὰ apud Sophoclem Antig. 465.

οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ πόνου τυχεῖν
παρ᾽ οὐδὲν ἄλγος, ἀλλ᾽ ἂν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ᾽ ἄθαπτον ἐσχόμην νέκυν,
κείνοις ἂν ἤλγουν.

Id enim propterea sic dici debuit, quia ἀλλ᾽ ἂν elliptice dixit pro ἀλλ᾽ ἦν ἂν ἄλγος, sed eam ellipsin deinde explet additis κείνοις ἂν ἤλγουν.

Sed sunt aliæ quædam loquendi formæ, in quibus ἂν videri potest extra eam sententiam esse, in qua media poni debebat. Quæ formæ facile expedientur, si cogitaveris, duas sententias per attractionis figuram quam vocant in unam conjungi. Earum formarum una est, quum *inquiat aliquis* dicere volumus, verba illius afferentes. Plato Hipp. maj. p. 299. A. μανθάνω ἂν ἴσως φαίη. Phædone p. 87. A. τί οὖν ἂν φαίη ὁ λόγος ἔτι ἀπιστεῖς; quod est τί οὖν ἀπιστεῖς, φαίη ἂν ὁ λόγος. Qualia non sunt interpunctionibus disjungenda, quibus pervertitur constructio. Exempla vide alia apud Heindorfium ad Phædonis locum p. 135. qui non debebat Sophoclis Œd. R. 937.

τάχ᾽ ἂν
ἥδοιο μέν, πῶς δ᾽ οὐκ ἄν; ἀσχάλλοις δ᾽ ἴσως·

huc referre, interpungique jubere πῶς δ᾽ οὐκ; ἂν ἀσχάλλοις δ᾽ ἴσως. Hoc enim barbarum foret. Adde vero Demosth. p. 13, 6. ubi Bekkerus ordinem verborum cum libris quibusdam, sed secus quam usus postulabat, mutavit; 14, 24. 1445, 14. et paullo aliter 1097, 8. ὅτι νὴ Δί᾽ ἂν εἴποι.

Ejusdem generis est hoc apud Xenoph. Hist. Gr. vi. 1, 9. ὧν ἐγὼ καὶ τὰ σώματα καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ὁρῶν, οἶμαι ἂν αὐτῶν, εἰ καλῶς τις ἐπιμελοῖτο, οὐκ εἶναι ἔθνος ὁποίῳ ἂν ἀξιώσαιεν ὑπήκοοι εἶναι Θετταλοί. Huic simile aliud exemplum vide apud Heindorfium.

Vix ulla vero frequentior forma est, quam illa, quod mireris, ignota Porsono, οὐκ οἶδ᾽ ἂν εἰ πείσαιμι, quod est οὐκ οἶδα εἰ πείσαιμ᾽ ἄν. Exemplis quæ Elmslejus ad Med. 911. attulit, adde Demosth. p. 441, 21. 1423, 15.

Alia ratio est, quum inseritur sententiæ aliquid, quod proprie non ad eam pertinet, ut apud Aristoph. Pac. 137. appellatio,

ἀλλ᾽ ὦ μέλ᾽ ἄν μοι σιτίων διπλῶν ἔδει.

Ac nescio an eodem referendum sit, quod in Ecclesiaz. 218. et libri et Suidas v. χρηστῶς sic scriptum exhibent:

ἡ δ᾽ Ἀθηναίων πόλις
εἰ τοῦτο χρηστῶς εἶχεν, οὐκ ἂν ἐσώζετο,
εἰ μή τι καινὸν ἄλλο περιειργάζετο;

Elmsleius in Addend. ad Ach. 127. conjiciebat οὐκ ἐσώζετ᾽ ἄν. Id quidem minus metri quam sensus caussa præstat: non enim *num perdita esset*, sed *num non esset salva* dicit. Sed id vide an sic dixerit:

εἰ τοῦτο χρηστῶς εἶχ᾽ ἂν οὐκ ἐσώζετο;

quod est τοῦτο ἂν χρηστῶς ἔχουσα οὐκ ἐσώζετο; Eoque modo defendi posset, quod legebatur apud Andocidem p. 77. (150. §. 6. Bekk.) ὧν ἕνεκα, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ ἀνθρωπίνως περὶ ἐμοῦ γινώσκοιτε ἂν εἴητε ἄνδρες εὐγνωμονέστεροι, nisi ibi nunc ex tribus codd. quorum uno ad eum finem jam Schneiderus usus erat ad Xenoph. de Vectigal. 6, 2. editum esset εἴητε ἄν.

Quæ de duplici ἂν diximus, cadunt etiam in iteratum. Itaque vehementer erravit Werferus in Act. Monac. 1. p. 252. quum illud Isocratis p. 5. D. quo supra usi sumus, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμῴης, sic scribi voluit: ἃ τοῖς ἄλλοις, ἂν πράττουσιν, ἂν ἐπιτιμῴης. Paullo melius, certe non ab linguæ ratione alienum esset, ἃ τοῖς ἄλλοις ἄν, πράττουσιν ἄν, ἐπιτιμῴης· sed id significaret, *quæ cæteris, si facturi sint, exprobres.* Nunc autem si duplex ἂν ponendum est, cohærent ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν· itaque quod reliquum est, ἐπιτιμῴης, non potest dici ἂν ἐπιτιμῴης, quia ἂν in principio positum esset, sed dicendum est ἐπιτιμῴης ἄν. Pauca de millenis id exempla docebunt. Demosth. p. 849, 22. ἔτι δὲ τὸ πρᾶγμ᾽ ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν ἐξήτησεν ἄν με τὸν παῖδα. 1132, 28. πῶς ἂν οὖν μὴ εἰδὼς ὁ πατὴρ αὐτὸν Ἀθηναῖον ἐσόμενον ἔδωκεν ἂν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα; 1368, 18. οὓς ἄν τις δεόμενος ἐκ πονηρῶν πραγμάτων εἴπειεν ἄν. Lucian. Hermotim. 55. ὁ Φειδίας ἄν ποτε ἰδὼν ὄνυχα λέοντος ἔγνω ἂν ὅτι λεόντός ἐστιν, εἰ μὴ ἑωράκει ποτὲ λέοντα ὅλον; Sed alio addito vocabulo quod ad illud verbum pertineat, præponere poteris verbo particulam, ut ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσι μεγάλως ἂν ἐπιτιμῴης. Demosth. p. 1159, 14. καίτοι πῶς ἂν εἰ μὴ πεπορισμένον τε ἦν καὶ ἐπηγγέλκειν αὐτοῖς, εὐθὺς ἂν ἀπέλαβον; In eumdem errorem, in quem Werferus, etiam Porsonus, adolescens quidem, inciderat, quum Advers. p. 43. Antiphanis versus apud Athenæum p. 3. F. sic putabat scribendos esse:

τοῦ δ᾽ ἄν τις ἄλλου πρὸς θεῶν, πάτερ, οὕνεκ᾽ ἂν
εὔξαιτο πλουτεῖν εὐπορεῖν τε χρημάτων;

FINIS.

I N D E X.

GULIELMO WYNDHAM GRENVILLE,

BARONI DE GRENVILLE,

QUI SUAS ATHENAS,

ALUMNUS,

MORIBUS, INGENIO, DOCTRINA,

CANCELLARIUS,

FIDE, GRAVITATE, BENEFICIIS,

ORNAVIT;

QUI, DUM RERUM BRITANNICARUM SUMMAM

ADMINISTRABAT,

REGIS HONOREM ET DIGNITATEM,

PATRIÆ SALUTEM ET DECUS

VINDICAVIT ET CONFIRMAVIT;

ET, QUANTUM IN IPSO FUIT,

CONCORDIAM INTER CIVES, ET ÆQUABILIA JURA,

CONCILIAVIT;

HOC OPUS,

ILLIUS CONSILIO SUSCEPTUM,

LIBERALITATE ADJUTUM, PATROCINIO PERFECTUM,

TANTORUM MERITORUM,

TANTÆ LAUDIS, VIRTUTISQUE, RITE MEMOR,

SUMMA OBSERVANTIA

D. D. D.

A. J. VALPY.

LONDINI, ID. NOV. 1828.

LECTORI HUJUS THESAURI.

JAMQUE opus exegimus, magnum sane atque haud scimus an ex humanis operibus longe maximum. Per quindecim saltem annos, grande mortalis ævi spatium, onus Ætna gravius nobis videmur sustinuisse, exemtis e media vita tot annis, quibus adolescentes ad juventutem venimus. Hic profecto dies lætissimus nobis illuxit; diu servitutem perpessi sumus; recuperatam libertatem nobis gratulamur. Haud male cecinit doctorum quondam doctissimus Josephus Scaliger:

> Si quem dura manet sententia judicis olim,
>   Damnatum ærumnis suppliciisque caput:
> Hunc neque fabrili lassent ergastula massa,
>   Nec rigidas vexent fossa metalla manus:
> Lexica contexat; nam cetera quid moror? omnes
>   Pœnarum facies hic labor unus habet.

In uno nimirum Indice conficiendo tres anni elapsi sunt. Nihil enim laboriosius molestiusque ista provincia fingi aut excogitari potest, in qua oculus et manus potius quam mens atque animus, diligentia et industria potius quam ingenium et doctrina postulantur; ad quam suscipiendam scriba potius quam scriptor exigendus est. Qui igitur ad vastissimum Indicem conficiendum se accinxerit, ille mare profundum et immensum se transire sciat, in portum aliquando non nisi ex longissima navigatione perventurum. Horæ quidem cedunt, et dies, et menses, et anni, at interea usque agitur ratis; magna spes eum tenet, at de spe conatuque depellitur; iterum atque sæpius sperat et bono animo est, dum spes ipsa eum deserat, et incertus tanquam in obscura caligine et nocte perpetua feratur.

J. F. Boissonadius Parisiensis, Professor Græcæ Linguæ celeberrimus, eminet inter eos, qui opem auxiliumque nobis tulerunt. Vir ille elegantissimo ingenio præditus, in omnibus humanitatis ac literarum studiis versatus, Græcis ac Latinis doctrinis pereruditus, ex Patribus Ecclesiasticis, ex Grammaticorum opusculis, atque omnino ex auctoribus, qui vel nondum impressi latent in Bibliotheca Regia, vel quanquam editi sunt, tamen propter raritatem atque adeo caritatem in manibus eruditorum non sunt, multa millia vocabulorum voluntate benignissima summaque diligentia jampridem eruerat ad Thesaurum Stephanianum augendum.

Magnas quoque gratias et agimus et habemus J. B. Gailio, Parisiensi Professori, viro humanissimo, tum in aliis literis, tum in grammaticis exercitato, pro quorundam vocabulorum interpretationibus, de quibus minus recte statuerant Henricus noster Stephanus et alii lexicographi; — Joanni Seagero Anglo, viro quem doctrina liberalis et maxime philosophia delectat, pro magna vocabulorum et locutionum multitudine, ex Platone, Aristotele, Tragicis, atque aliis scriptoribus Græcis depromtarum, et luculenter et acute expositarum; — Joanni Schweighæusero, clarissimo Argentoratensi Professori, viro optimo, singulari comitate prædito, philologo diligentissimo et doctissimo, in quo jam seniori viget, et usque ad finem vitæ vigebit studium politioris humanitatis et Græcarum literarum, pro annotationibus ipsius utilissimis in Thesaurum Stephanianum et Brunckii manu scriptis in *Scapulæ Lexicon*; — Henrico Arentio Hamakero, Professori Leidensi, viro linguarum orientalium cognitione præclaro, qui nobis L. C. Valckenærii annotationes in ejusdem *Scapulæ Lexicon* impertivit, quibus usi sumus in priori parte Thesauri Stephaniani; — Joanni Friderico Schleusnero, Lexicis in Novum et Vetus Testamentum utilissimis magnam laudem consecuto, qui vocabulorum quorundam explicationes et libros annotationum in Suidam, Hesychium, aliosque veteres lexicographos nobiscum communicavit; — Joanni Loveday Armigero, pro exemplari Thesauri Stephaniani, ad cujus marginem Thomas Gatakerus, nomen inter eruditos clarum et venerabile,

multa vocabula scripserat, exquisitaque sua doctrina explicaverat;—ADAMO ASKEVIO Armigero, pro Lexico manu exarato, in quo continentur vocabula ex Theophrasto, Hippocrate, Galeno, aliisque medicis Græcis depromta, et quod bibliothecam patris sui, medici celeberrimi et viri humanissimi, locupletaverat;—et MARTINO JOSEPHO ROUTHIO, viro reverendissimo, singulari et præstantissima virtute, cui ætatis pure et eleganter actæ placida ac lenis incedit senectus, in quo literarum studium adhuc floret, οὐδὲ γηράσκει, et quem, omni laude ingenii ac doctrinæ cumulatum, semper sumus admirati, semperque amavimus, pro *Hedericiano Lexico*, cujus margini adscripserat perrara vocabula aut notabiles locutiones, quas legerat in Platone, Aristotele, Clemente Alexandrino, Epiphanio, aliisque scriptoribus Græcis.

Præter magna hæc subsidia, ab initio operis, nobis præsto fuerunt *Lexica* duo *Hedericiana* et *Hesychius* GILBERTI WAKEFIELDII, viri in primis acuti, diserti, doctrinæ laude florentis; et cumulus ingentissimus vocabulorum, quæ ABRAHAMUS KALLIUS, ex Græcis scriptoribus tam vetustioribus quam recentioribus, mira industria collegerat, et quorum magnam partem nostros in usus exscripsit GULIELMUS ELBERLING Hafniensis, adolescens comissimus et doctissimus, qui et multa vocabula propria lectione notata ad THESAURUM STEPHANIANUM augendum contulit. GODOFREDO autem HERMANNO, qui inter eruditos facile est princeps, cujus acumen, judicium, et doctrinam omnes gentes suspiciunt et admirantur, et quem virtutibus egregiis præditum maxime amant discipuli sui et amici, agendæ quoque et habendæ sunt gratiæ, pro benevolentia erga nos et multis variisque officiis, præsertimque quod *Disputationem de Particula* Ἂν copiosam, subtilem, eruditam nobis miserit, quam Indici præfixam Lector habet.

Ex illis vero omnibus, qui consumserunt multum operæ ac laboris in re lexicographica, et quorum volumina manu scripta nobis licuit evolvere, maxima G. H. SCHÆFERO est habenda gratia, cujus *Lexica Hedericiana* et *Schneideriana* continent in marginibus innumerabilia vocabula et memorabilium locutionum uberrimam segetem. Redolet

omnis fere pagina doctrinam illam summam, atque acumen ingenii subtilissimum, et judicium limatum et politum, quæ verum grammaticum, criticum, philologum exhibent, et quæ Bentleiis Porsonisque esse propria clamarent omnia gymnasia atque omnes scholæ.

Tandem aliquando opus finitum et in lucem proditum est. Habent vero Subscriptores nostri THESAURUM STEPHANIANUM non modo integrum, sed etiam innumeris additamentis auctum. Neque tamen est hic noster Thesaurus perfecte absolutus, sed qualem pro nostra ingenii et doctrinæ mediocritate conficere potuimus. Defectus saltem varios in THESAURO STEPHANIANO supplevimus; errores permultos sine dubio sustulimus; nec male, liceat nobis dicere, meriti sumus de republica literaria.

Exoriatur vero aliquis ingenio præstanti, eruditione perfecta, diligentiaque summa, cujus opus sub felicioribus auspiciis, in optimis temporibus, regio sumtu inchoatum, omnibus suis numeris et partibus expletum, universo eruditorum clamore et plausu comprobetur!

Londini, Id. Nov. 1828.

CONSPECTUS EORUM

QUÆ IN HAC THESAURI STEPHANIANI EDITIONE CONTINENTUR.

GLOSSARIA, ET ALIA OPUSCULA.

INDEX.

* Thes. Index.

B.

Γ.

Δ.

E.

Thes. Index.

Z.

H.

Θ.

I.

K.

Thes. Index.

Λ.

M.

N.

Ξ.

O.

Π.

Thes. Index.

Thes. Index.

Ρ.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.

ADDENDA.

FINIS.

Londini:

EXCUDEBAT A. J. VALPY, A.M.

1828.